BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXII
E
11
NAPOLI

XXII
E.
11.

Digitized by Google

Digitized by Google

RERVM FISCALIVM DISSERTATIONES

SVIS QVÆQVE DIFFINITIONIBVS ILLVSTRATÆ.

AVCTORE

D. IO: HIERONYMO DE PHILIPPO

BIS PRIMVM EX REGIO DIPLOMATE FISCI PATRONO,

Sacrique Senatus Neapolitani Conſiliario; deinde Ærarij Regij Præſidente, ac tandem in Supremo Italiæ Senatu Regente meritiſsimo.

Opus ſanè innumeris refertum ex omni genere eruditionibus, ſolidiſsimiſque præſertim ad Iuris prudentiam ſpectantibus lucubrationibus, tùm Patrocinantibus, tùm Indicantibus, in quocunque Foro, ſummoperè conferentibus.

Cui adiunctus eſt poſtremò Index rerum omnium locupletiſsimus opera, ac ſtudio.

AVTHORIS FILII

D. IANVARII DE PHILIPPO

TERRÆ MIANI, CASTRIQVE MIANELLÆ MARCHIONIS;

ATQVE REGIA LIBERALITATE ELECTI IVDICIS Magnæ Curiæ Vicariæ.

NEAPOLI,

Ex Officina Nouelli de Bonis Typographi Archiepiſcopalis

M.DC.LXXIII.

Superiorum licentia, & Priuilegio.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. PETRO ANTONIO ARAGONIO

DVCI SEGORBÆ, ET CARDONÆ, ALCANTARENSIS ORDINIS Equiti, Potentiſsimi Noſtri Regis ab intimis Cubiculario, eiuſq; Status Conſiliario, Cataphractorum Duci, atque apud Sanctiſsimum extraordinario Oratori, Regnique huius Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali, etc.

IO: HIERONYMVS DE PHILIPPO.

CVM Neapoli per nouennium, Excellentiſsime Princeps, Fiſci Patronus audierim, ea diligentia, qua potui, ea integritate, qua debui, quotidiana lucubratione plures Controuerſias, alias ex alijs, inter difficultates non paruas conſcripſi, infiniti propè laboris, quæ Regio Iuri maximè faueant, Regnorumq; publicæ felicitati. Quare nè operam, & oleum perderem, in aliquot volumina redigendi cupiditas exarſit, vt in lucem prodirent. Iuſtitia ſiquidem non ſibi nata, ſed mundo, non ſuo tantum tempori, ſed omnibus ſęculis viuit. Ac primùm hoc in lucem prodit Nominis Tui, in quo Regia triumphat auctoritas. Affectionem enim operis maximè fouit fauoris in me Tui, ac beneficiorum grata recordatio, vt haberem, quod repen-

derem,ſin minus ex ingenio magnũ,ſaltèm ex materia gratum. Cui nàm potiùs Fiſcalium Diſceptationum curas nuncuparem, quàm Principi ex Auguſta Aragonum Regum Proſapia, ad Hiſpaniæ gloriam nato,& ciuilis prudentiæ oculatiſsimo Principi? Tuis igitur obſequijs mancipatum qualecumque hoc munuſculum manu capias;non extimeſcet Zoilos liber, ſi Tui nominis tutelam indulgeas. Si quid otij nactus fueris, plura leges, quæ Te Proregem primarum partium, ac ſummum æquitatis arbitrum euincent, vel conteſtante veritatem inuidia. Ita nimirum regere Fiſcum viſus es, vt Togatos accipitres omnes excluſeris, nec meſſem auream volueris, niſi Aſtreæ lance libratam. Ità Ærarium locupletaſti,vt Oſtiarijs pauperũ turmis conſuleret, Vrbem nouis munitionibus, & ædificijs exornaret,Tribunalia ſtipendijs aucta rapinis inaceſſa redderet; Religioſis eleemoſynis copiã abundè ſufficeret. Mitto tuam in explicandis negotijs celerem moram, in perlegendis ſupplicum libellis fatalem patientiam, in Politici corporis ſanitate procurãda laborioſam vigilantiam, in Potentia modum,in Fortuna meritum,in Aula rei ſacræ Palladiũ. Parthenopen ſuo penè naufragam mari,eò loci compulſti, ſuffoſsis montium latebris, vbi in tuto triremes à tempeſtatum impetu ſecuras,tectaſq; ſeruaret. In ſummis temporum anguſtijs tãta molitus es, quæ

cæte-

cæteri in ſumma annonæ beneficentia diſperſerunt: Adeò Regum pecunia diſpendijs excreſcit, cum Ciuium bono profunditur. Refugit hic ſtylus Tuarum laudum hiſtoriam ingredi, quæ ſupra Famam aſſurgunt. Parem geſtis tuis cothurnum nõ poteſt induere, niſi docta ſilentij verecundia. Vnum hoc à ſuperis enixè precor, vt incolumis diù vtramq; Hiſpani nominis paginam manu, conſilio felicitèr expleas. Vale.

BENEVOLO LECTORI.

EX pluribus voluminibus, quæ B.M. Parens meus, dum Fiſci patrocinium gereret, compilauerat, hoc de Regalibus imprimendum præcurrebat, atque iam prælo cõmiſſum lucem literariam in propinquo expectabat, cum iam, neſcio quo maligno ſidere (dum vix huic tractatui ſupremam impoſuerat manum Typographus) proh dolor? Vita eius, atque omnis reliqua de eo expectatio intercedente fato abrupta fuit; vndè opus hoc ſimul cum Authore immaturè perempto prius morte, quam vita fũctum, lucem quam exquirebat, penè deſperauerat, & ipſis, vt dicitur, in faſcijs præfocatum diem paritèr ſuum velut obijſſe v.debatur; eoque res deuenerat, vt altò de eodem ſilentio facto, plurimæ præterierant periodi lunares, idemque ferebat infortunium. Cum tandem, ſpiritu ſenſim reuocato, reuiuiſcere cœpit inopinatò. Quamobrem vt opus idem in publicam lucem, cui deſtinatum erat, ritè, & honeſtè prodire poſſet, ego vt defuncti Filius vnicus, mei eſſe officij, atque pietatis exiſtimaui, non tantum in me recipere editionis promouendæ, ac iuuandæ curam, ſed etiam pro veneratione, ac obſeruantia, quæ vniuerſæ Reipublicæ literariæ iure multiplici debetur, eundem fætum ſemiuiuum obſtreticare, proindeq; pro mea virili impreſsionem iam pridèm interruptam promoui, atque deficiẽtem Indicem rerum memorabilium adiunxi; id quod eo libentius præſtiti, vt nimirum efflagitantibus Amicis, & bonarum literarum fautoribus ex parte gratificarem, qui ſumma cupiditate lucubrationes haſce expetebant ſimul, & expectabant. Cæterum Lector Beneuole tuum erit fæturam hanc benigno fauore proſequi, & amplexari, ſimulq; ſereno vultu, ac pijs manibus excipere; illius potiſſimùm non oblitus, quod prodeat in lucem poſthuma, & orphana. Quod ſi fortaſſe, vt ſpero, Tibi primum hoc volumen arriſerit, breui reliqua materierum ſanè vtilium, ſimiliterq; Rerum Fiſcalium volumina ſuccedent. Poſtremò excuſare nè dedigneris errata aliquot, quæ in impreſſionibus etiam accuratiſſimis, omnique diligentia adhibita, vitari minimè queunt: eſt enim hoc fatale Typis. Si quæ igitur occurrerint, benignè conniuere nè graueris, Tibique interim Vale precatur.

Don Ianuarius de Philippo Auctoris Filius.

Ad

Ad Librum Poſthumum.

Epig.

LEgum iura refers, ò poſthuma charta, ſed author
Quis fuerit, verax tu mihi, charta, refer.
Æqui nempè tenax hæc Gnoſſius edidit heros;
Inſculpſere tuæ vel Rhadamanthe manus?
Sed fallor; legem Stigijs det vterque tenebris;
Nam Solis radios hæc monumenta decent.
Ergò quis hæc, in quis, ſcripſit miracula? lector?
Si ſapis, Aſtrææ crede fuiſſe manum.

In Auctorem Elegia.

Qui tibi me affinem, prærepte Hieronyme, iunxit.
Heù mihi mœrenti carmina dictat, amor.
Occidis ah nimium rapidis, Hieronyme, fatis;
Inclyta Parthenopes fama, togæque decor.
Ah nimium rapidis, quæ te rapuere, decentem
Neſtoris innumeros viuere nempe dies.
Ecquis debuerat, quam tu, plus viuere? quis iam?
Soſpire quo noſtræ conſtitit vrbis honor.
Tu Periclis quondam facundior ore tonanti,
Egiſti Regum grande patrocinium
Enituere tuis Æraria Regia curis.
Cumque Regens fueris, lex benè recta fuit.
Tu Fabijs, Curijſque ſimul prudentior, vrbem
Iuuiſti votis, conſilijſque tuis
Nunc, te prærepto, quis crederet? oh dolor exlex?
Iura tacent, ſordet Curia, nulla Toga eſt.
Heù? niſi conuulſa ſupereſſet ab arbore germen,
Deſinerem numquam flendo rigare genas.
Attamen indè vetor lugere, ſuperſtite nato;
Hinc abſens fletum cogit inire pater.
Deſine me, mœror, nimium torquere dolentem,
Deſine; nam contrà non licet ire Deos
Quis ſcit, an hæc fuerit ſententia firma Tonantis,
Iudicet, vt terras Filius, aſtra Pater.

D. Ioſeph Caracciolus flebat.

ELOGIVM.

Hieronymus ille de Philippis
Qui
Philippo tàm placuit,
Vt eius Placito Philippica regeretur Ditio;
Cuius
Mens Aſtrææ fuit mons,
Vbi Iura radiarunt omnia;
Cui
Iura redenti
Totus obſequebatur Orbis;
Quem
Mirata Parthenope
Regentem ſuum Regnum vidit;
A quo
Regi cunctus optabat Orbis;
Haſce Diſſertationes edidit,
Quando
Editiori in Honoris loco poſitus,
Terminum Iuriſprudentiæ poſuit.
Hunc
Si ſplendore Generis conſideras,
Lucem credis:
Si doctrinæ præſtantia,
Iuſtitiæ credis Solem.
Huius
Vt Themis ſcire vidit,
Sibi in Cælum voluit
Nunc
Redditus immortalis,
Inter Iuriſprudentiæ lumina
Lumen maius lucet,
Sacrum;
Nam vel in nomine ſacer ſplendet
Deuotionis ergò
Laurentius Craſſus poſuit.

AD-

Digitized by Google

AD AVCTOREM

Blaſij Cuſani V. I. D. & in Publico Gymnaſio Neapolitano Iurium Ciuilium Interpretis.

EPIGRAMMA.

E Mathij Regis vultu radiante Philippi,
Atticus Orator territus obſtupuit.
Eloquio illuſtri cauſſas orante Philippo,
Regia Parthenopes obſtupuere Fora.
Ipſe Philippus habens nitidam Demoſthenis artem,
Reddidit Aſtrçæ ſidera clara magis
Sic nouus effulſit Iuriſconſultus Apollo,
Aſtrçæ in Signo Sol nouus enituit.
Occidit Heſperia. Decuit ſolare ſepulcrum:
Heſperijs moriens Sol tumulatur aquis.
Nunc etiam Solem, renouato Oriente, perçquat:
En iterum folijs naſcitur ipſe ſuis.
Ad vada Sebethi maiori luce reſurgit,
Sic magis ex Indo pulcher Apollo redit.

EPI-

Digitized by Google

Epigramma.

LEgi animas inflas; ſcriptiſque, vt Iura niteſcas
  Magne Philippe tuis, ecce renata vigent
Mactus honore togæ, nulli ſplendore ſecundus
  Iam themios ſolium vis rutilare fide
Dogma Pythagoricum falſum, nulluſque migrantem
  Hic, animam alterius dicere debet, habet,
At modo quid dicent, in te dum iura reſoluis
Iuſtiniani animam, ſi penetraſſe vident.

Ioſeph Domenichi.

D. Regenti Hieronymo de Philippis. Epigramma.

Rexerat Aſtręam Terris. Recturus in Aſtris,
  Cœlum adijt. Themidis pręmia ſic habuit.

D. Ioſeph Barberini.

In

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano, ſub 20. Nouembris 1668. fuit dictum, quod Reuer. D. Franciſcus Antonius Curtius Canonicus reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

Metellus Talpa Vicarius Generalis.

Antonius Caſilius Eminentiſs. Theologus.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOM.

OPus hoc pluribus nominibus comendabile, mira vndique eruditionum varietate ſtyli perſpicuitate, quæſtionibus hùc vſque ab alijs non excitatis, noua methodo, nouaque ſcribendi forma refertum, dum ſtrenuè iura tuetur Fiſcalia, partibus, vel in minimo, derogare inueni. Nec ab re. Auctor enim eſt Dominus Ioannes Hieronymus de Philippo Regius Conſiliarius, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidens, integritate potiùs quàm toga, pietate pariter ſumma, & doctrina conſpicuus, quem ſicuti in iudicando iuratum Aſtreæ ſectatorem Ciuitas hæc noſtra fluentiſſima veneratur; ita in docendo nemini ſecundum inter hos characteres atramenro formatos, vniuerſus ſuſpiciet Orbis. Prælo itaque librum hunc à cenſura liberum, cùm nil habeat orthodoxæ fidei, boniſque diſſonum moribus, & æternitati dicandum, cenſet.

Eminentiæ Veſtræ.

Humillimus Seruus,

Abb. Franciſcus Antonius Curtius V. I. D. Canonicus Metropolitanæ Neapolitanæ, Curiæq; Archiepiſcopalis fiſci Patronus, & S. Officij Conſultor.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 17. Decembris 1668. fuit dictum ſtante retroſcripta relatione Imprimatur.

Metellus Talpa Vicarius Generalis.

Antonius Caſilius Eminentiſs. Theol.

EC-

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

GIo: Geronimo de Filippo Regio Conſigliero, e Preſidente della Regia Camera eſpone à V. E. come deſidera dare alle ſtampe vn libro intitolato Diſſertationi Fiſcali, ſupplica per tanto V.E. ſe degni commetter la reuiſione di quello à chi più parerà à V. E. acciò poſſa farli gratia della licenza per farlo imprimere, vt Deus, &c.

Magnificus Iudex Thomas de Luca videat, & in ſcriptis referat.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Nauarra Reg. Capiblancus Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 5. menſis Octobris 1668.

Barrilis.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

TRactatum de Regalijs, cuius titulus Diſſertationes Fiſcales nunquam ſatis laudatum, quem altiori calamo, conſpicuaq; eruditione elucubrauit Doctiſs. Reg. Conſil. & Præſidens Regiæ Cam. Hieronymus de Philippo, Excellentiæ tuæ mandatis obtemperando obſeruaui; Ibique perlegi nodoſas, abſtruſiores quæſtiones, hoc in arduo, ancipiti, perdifficilique regalium themate, magiſtralitèr perpenſas, dilucidatas, & ad fiſci commodum pręuio Authoris patrocinio diiudicatas, vt olim in priuatorum cauſis perorandis ſe geſſerit; in quibus effloreſcente eius facundia communi voto fuit aduocatorum Princeps acclamatus; Hinc inoleuit eius ſublimis eloquentiæ gloria apud inuictiſſimum noſtrum Monarcham, à quo proprio nutu eius aduocatus optatus eſt; is autem acerrimus fuit Regij Ærarij defenſor, & patronus; Auxit non ſine ſummo ſtudio Regalia, Vectigaliaque, & è cauſis à ſe agitatis, ac victis quamplures quæſtus, pleraque incrementa Regis patrimonio tribuit; vndè nil mirùm, ſi poſt Regij Conſilij, & Præſidentis Regiæ Cameræ munera ſibi dignè collata, crebra reiteratione è Regis Vicario ad ſuſcipiendum regalium patrocinium fuerit cōuocatus; Niteſcunt Excellentiſſime Princeps, ſummoperè in hoc ſelecto magiſtratu, nedùm ſelectiſſima eius exactata, ſententiarum grauitate contexta, nullatenùs tamen degenerante, à gentilitia de Philippo, Antonij ſui genitoris, clariſsimi Iureconſulti; imò & Aſtreæ lances, ęximia integritas, morumque candorem, quibus ſatisfacit publica conferunt. Hæc Regalia noſtro Regi, eius Senatui, aduocatorum cętui, publicæque vtilitati, ideòque nulla mora, nullaque interpoſita dilatione, Typis tradenda cenſeo ſub tanti Principis çenſura, diù ſeruaturi pro Regni tutamine, & recta munerum diſtributione die 21. Auguſti 1668.

Veſtræ Excellentię. *Humillimus Seruus*

Thomas de Luca Iudex M.C.V. & Fiſci patronus Regiæ Reuiſionis.

Viſa ſupradicta relatione imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Nauarra Reg. Capiblancus Reg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die 5. menſis Septembris 1668.

Barrilis.

DIS-

INDEX ARGVMENTORVM.

DISSERTATIO I.

DE Regijs Iuribus acturus, omine ſecundiſſimo, à Regũ Rege immortali Trino, vnoque Deo, à quo omne rerum omnium initium ſumendum eſt, rem hâc auctor auſpicatur: Tùm Regalia aggreſſurus; officia, quę juſtiſſimè interea enumerantur, præ cæteris, contractioris naturę, ordiniſque, ac perſonaliſſima demonſtrat; adeòque conceſſionarij morte deleri: atque Curiæ, vti vacantia quæri. Ad hæc titulum ſuæ poſſeſſionis, & ſi regulariter exhibere cogatur nemò; nec interim è ſua poſſeſſione, prædo licet, ac detentor injuſtus allegetur, debeat deturbari, & prætereà in ea, quam litis inſtitutæ habet tempore, oporteat eũdem manuteneri; ab hujuſcemodi tamen generali pronũciato excipienda Regalia. Poſſeſſores proindè, ad titulum oſtendẽdum poſſe compelli; nec poſſidentes injuſtè, tametſi ſpoliatos ſe obteſtentur, abſque validi exhibitione tituli, aut reſtituendos, aut manutenendos eſſe, graviſſimorum Patrum teſtimonio niſus, & auctoritate confirmat. Capituli Regni Item ſtatuimus 120. & cap. Dudum, ſive ex prę-ſumptuoſæ, ac cap. cum perſonę extra de priuileg. in 6. & cap. cũ veniſſent de inſtit. aliorumque tùm communis Romanorum, tũ Regni hujus juris diſpoſitiones, tàm circa exequutivam, ſive moroſam fiſcalium cauſarum tractationẽ; quàm circa poſſeſſionis materiam expenduntur, novaque methodo, Deo benevolente, enucleantur.

DISSERTATIO II.

Advocatorum, laudabile munus eſt, laudabiliter modo exerceatur. Sententiæ approbatio, ſicuti provocationis rehunciatio, quò pacto, vel expreſsè, vel tacitè inducatur; Tacens, ac præſens, quibus in ſpeciebus cõſentire, aut diſſentire dicatur; Expenduntur hæc ad noviſſimæ controverſiæ ornatum: An ſcilicet Dominus Fiſci Patronus, decreto contra ipſum lato, ſueta ſubſcriptione VIDIT FISCVS, abſque vlla proteſtatione, ſeù

a clau-

clauſula citrà prçiudicium, ſivè ſalvis juribus adicāta acquieviſſe, & idcircò Regio Fiſco prçjudicium intuliſſe dicendus; ſi prçſertim reclamandi, aut in integrum petendæ reſtitutionis tēpora fatalia, non dùm obſerventur effluxa.

DISSERTATIO III.

Reſectis litibus, Supremorum Senatuum terminationes, quomodò exequutioni demandandæ: poſterioribus Decretis, priora, quo pacto legitimè reſcindenda; Monitus Reus, ſed latitans cur amplius non citandus: Delatores, alioquin infeſti, qua lege recipiendi, atq; ad judicia admittendi: Sequeſtrationes, regularitèr vetitæ, quibus tamen ex rationibus, in litis exordio ſuſtinendæ: Et quibus in cauſis ſummatim, & abſque inducijs lis agenda; ac poſſeſſoria aliqua, inſimul cum proprietatum Iudicijs, diffinienda, haud ineruditè demonſtratur.

DISSERTATIO IV.

Iudicatum, quando dici quid valeat; ac præjudicia, ſiuè exempla, quando itidèm amplaxanda: Officia, abſque Principis placito, per ſubſtitutum exerceri non poſſe, minores quanquàm ſint, qui in eis ſucceſſere: Conſuetudinem demùm, Principe non auctorante, inductam, Regalium præſertim Iurium perpenſa ratione, nauci æſtimandam; prout, & morem, ſtylumvè (ut ajunt) ſi quis in re hac valeat allegari, reijciendum omninò, brevibus demonſtratur.

DISSERTATIO V.

Horrida, atque luctifica contagionis, quæ anno MDC.LVI. graſſata, Neapolitanos eſt depaſta Cives, memoria recenſita: officia prorogata, ſeù ampliatione comprehenſa, à priſtina conceſſione ſejuncta exiſtimanda; Adeoque in ea nominatum, à Principe electum cenſendum: Tùm, nominandi facultate luculentiſſimè examinata, ampliationem ipſam in filio nominato, poſt eligentis, ſive nominātis genitoris obitum: ſtatim decedente, expleram, atque conſumptam dijudicandam, nova auctor tradit methodo, enucleatque.

DISSERTATIO VI.

Fides, vt in Principibus potiſſimum præclariſſima, ita adamuſſim ab eis eſt adſervanda, hoſti licet, atque infido ſit ex pactione promiſſa. Filius qui Patris vox, portio, ſanguis, viſcera, ac natura fermè, eadem dicitur perſona; & in ejuſdem Genitoris vita, Regali, Imperialivè quamvis

vis dignitate præfulgentis,quaſi Dominus cenſetur, & illius poſt fatum ſtatim hæres, juris efficitur auctoritate; ut dominium magis continuare, quàmde novo quærere putetur; atque ideò ad paternum officium prorogationis virtute,ita efficaciter evocatur,ut aditione, immiſtionevè aliqua nõ indigeat; ac quemadmodum, longæva ſi viueret ætate,eodem diù frueretur munere; ſic ad æqualitatem, quoque ſervandam,ſi illicò poſt patrem pereat, & extinctum officium, & conſumpta cenſebitur ampliatio.

DISSERTATIO VII.

Fœminæ crebriùs damnantur, uti fallaces,tumidæ, duræ cervicis, ac etiam poſt mortem litigioſæ. In officijs, vigore obtentæ prorogationis, nominatio multipliciter expletur;etiam ſecundum probatam nunc ſententiam, in perſonas, ab inteſtato ad legitimam ſucceſſionem venientes; dummodò in recepto ſucceſſionis gradu,ſecundum ſubjectam regalium rationem, contineantur:inter quas, uti præcipuus filius recenſetur; quique ut ſuus pluribus ab jure privilegijs inſignitur,ac præſertim,ut ſine ullo aditionis, immiſtioniſvè actu, ſtatim Patris hæres efficiatur:Idcircò officij ampliationem, momento licet is temporis Patri ſupervixerit, & in ſui perſonam completam, ac ſuaptè officiorũ natura,ejuſdem obitu extinctam poſtmodum cenſendam eſſe, prout in ſuperioribus firmatum fuit,& in præſenti Diſſertatione noviſſima demum,atque inſigni Senatus diffinitione illuſtratur.

DISSERTATIO VIII.

Virtus fit ex arduis validior ſententia juſtè prolata,juris ſibi mancipat præſumptionem:ſuitatis iterum recenſita potentia, ex ejuſdem vi impertitæ tranſmiſſionis oſtenditur efficacia, cum ex ea filius ſuus abſque immiſtione aliqua,& ſi quam breviſſimè Patris ſupervixerit funeri, paternã hæreditatem ad quoſcunq; etiã extraneos transferat hæredes, qui uti ipſius tranſmittentis,non autem primi defuncti Patris hęredes in cunctis omnibus reputãtur.Ex beneficio autem Theodoſianæ conſtitutionis l. primæ, C.de his, qui ante apertas Tabulas tranſmiſſio, licet emancipatis quoque filijs ſanguinis jure concedatur,deſcendentes ſolummodò dicitur comprehendere;quamvis utraque, tàm ſuitatis, quam ſanguinis tranſmiſſio,tùm ex teſtamento, cum ab inteſtato vigere, ex receptiori ſententia demonſtretur. Hinc officij ampliationem tanquam vnius hæredis perſonam ſuaptè natura non egredientem, in filio

ſuo licet illicò perempto, & de cujus non appareat immiſtione, effectum habuiſſe, neque ad ejus hæredes porrigi confirmatur, quippe qui non niſi tranſmiſſionis jure, ac uti ipſiuſmet filij, hæredes ad idem officium illius aſſumptum vita, obituque extinctum admicti valerent.

DISSERTATIO IX.

Stratagematum uſus, communis eſt militibus, & Advocatis, ſi quæ eſt, ut verè eſſe eruditiores quoque conſentiunt inter armatam, atque inermem, licet efferatiorem quandoque, ſivè quàm togatam dicimus militiam analogia. Sed ea tùm modo, & ſolertia, tùm abſque fraude, aut dolo ullo malo exercenda. Præambuli decreta cujus ſint roboris. Quomodo M. C. V. in ijs interloqui aſſueverit. non citatis, nùm valeãt obeſſe. Clauſula ſalvo jure cujuſlibet, quà ſit prædita vi, brevibus enucleatur. Aditio, qua extraneo quæritur hæreditas, ſolo animo; aut animo verbis, rebuſvè ſimul declarato, ut inducatur; aditionis ipſius præſumptionibus aliquot ex facto perpenſis. legibus demùm, ſtatutis, Regumq; conceſſionibus fieri poſſe; ut non dominium modò, ſed, & poſſeſſio ſine actuali apprehenſione, aliovè corporali actu in hæredem transferatur, eique poſſeſſionis exindè remedia decernantur, rei judicatæ etiam auctoritate, confirmatur.

DISSERTATIO X.

Vniuſcujuſque rei acceptio, quemadmodum, & aditio præſumptionibus varijs, varijſque depræhenditur, & conijcitur actibus. Donatio omni jure, tùm cõmuni Romanorum Iuſtinianeo præſertìm, cum Hiſpanico pro ſui adminiculo, atq; robore donatarij exigit ratihabitionem; Nullo enim pacto in invitum conferri poſſunt beneficia. *Antonij Fabri* ſententia ad intellectũ, *l. ſi quis argentũ* 35. §. *ſin autem C. de donationibus*, juſtiſſimè examinata diſpungitur, ut exindè palam fiat, ſine donatarij acceptilatione donationem perfici nõ poſſe, pro ut nec nominationem ſine nominati acceptione.

DISSERTATIO XI.

Inter belli aciem, non dolus, ſed virtus ipſa militaris commendatur; cum excellentior virtute, quàm verſutia parta putetur victoria; Inter officia autem pretio comparata, aut gratuitò impetrata nullum fermè diſcrimen intercedit; Quemadmodum interemptitium feudum, ac ſine pretio conceſſum, quo ad ſubſtãtialia nulla prorſus agnoſcitur differentia; Vt proindè communi feudorum uſu, ab utriuſque

ſuc-

ſucceſſione, juſta veriorem ſententiam fæmina ſit arcenda; Iuribus ad id quoque expenſis *in l.Titius puerum 3. D. de obſequio à liber. & libert. parēt. & patron. præſtand. & in cap. 1. de feud. dat. in vim legis commiſſoriæ*. Nudæ Domini voluntatis (ut diximus) intereſſe, quanti in feudis æſtimetur. Donatę rei dominium donatario reſpuente, an à donatore non abſcedat; an verò nullius roboris donatio, ſivè an inutilis cenſenda ſit, ad rem differitur aptiſſimè.

DISSERTATIO XII.

Fatalia, quæ litibus mortem inferunt, non modò in appellationū, ſedet in ſupplicationum quoq; cauſis vigent: ideoq; & in S. Regio Conſilio, & in Regia Camera, contrarijs facillimè exploſis, ſervari firmatur; prout in Regio Collaterali Conſilio, alijſque Conſiſtorijs, ſublatis tamen Principum impedimentis. Quo autem tempore reclamationis fatalia impleantur, non liquidò inter Auctores conſtare videtur. Primum autem ipſorum; (cum ſecundum, & ex ſumma cauſa quandoq; tertium concedatur,) ſivè annale, ſivè bienniale cenſeatur, appellantis, reclamantiſvè apparente negligentia, deſertionem operatur; ijſdem tandem fatalibus, uti exoptatum à jure finem litigijs inducentibus, etiam ob publicum favorem, eſſe oſtenditur deferendum.

DISSERTATIO XIII.

Minima ſanè non ſpernenda; quinimò modicorum, perſæpè ratio habenda non modica. Prorogādorum facultatem officiorum, Inuictiſſimus Rex Noſter, ſibi dumtaxat reſeruaſſe dicendus; quamquam ea, aureis ſexcentis non ſint: ampliationum proindè hujuſmodi privilegia, ſi per Dominos Regni hujus Proreges concedantur, prout expediri cō. ſuevere, nullius roboris eſſe, demonſtratur. Hinc arrepta occaſione, quanta ſit Proregum veneranda poteſtas, recenſetur; Quę tamen legibus, Conſtitutionibuſque ſuos debet ſummittere faſces, adeòque, uti à Principe promanans, Potentiſſimi Regis noſtri juſſa, nequit remorari. Omnia cœterum varijs, eiſque Regijs exornantur reſcriptis.

DISSERTATIO XIV.

Deteſtabile eſt adeò falſi crimen; vt (quidquid Romanorum ſtatuatur jure,) noſtri Regni ſanctionibus, qui id admiſiſſe deprehenditur, naturalis mortis ſit pœna plectendus. Officia habētes, quamquam emptitia, non modo ex falſi, alijſque in officio patratis ſceleribus: ſed ex negligentijs quoquè, atquè omiſſioni-

nibus, ſuis privantur muneribus, ex clauſula præſertìm etiam de Regiæ Cancellariæ more apponi conſueta, *donec*, ſcilicet, *benè, & fideliter te geſſeris*. Subſtituentes pro ſubſtitutorum delictis, culpiſque: adeò Civiliter tamen (niſi criminum participes fuerint,) tenentur, ut eaſdem pecuniarias pænas, quibus ipſi ſubſtituti mulctantur, etiam officij privationem, ſubire cogantur; idquè judicatarum etiam rerum comprobatur exemplis.

DISSERTATIO XV.

Pæna, & ſi ipſo jure infligatur, Iudicis ſententiam expoſcit declarãtis; quæ tamen in notorijs, non ſemper deſideratur. Probationes in criminibus, officialium præſertim, quando lucidiſſimæ, quãdo verò, tùm communi, tùm Regni jure, non adeò efficaces exquirantur; fugaquè in Criminoſis quanti æſtimetur, quantiquè in ijſdem officialibus ponderis ſit: rerum etiam judicatarũ exemplis exornatur.

DISSERTATIO XVI.

Defunctorum maleficijs, juris Regula eſt, hæredes non obligari: ſed varijs hæc comprimitur exceptionibus: Præſertìm verò, cùm ipſo jure, pœna fuerit indicta, cum lis conteſtata, cùm de officiorum agitur criminibus: in his etenim hæredes judicium ſubire omnimodò oportet: Quod tamen, (quicquid communi Romanorum jure, ob pænam fiſco commiſſam, dici queat) apud nos, pro officii privatione civile prorſus exiſtimatur: Hæredes, quæ defunctus, vel geſſit, vel juſſit rata habere, ejuſque voluntatem uti individuam, quin inviolabilem, tanquàm legem ſervare compelluntur. Inſtituti propterea, ſi teſtatoris agnoverint judicium, contra tabulas eundi, carent poſtmodum beneficiò.

DISSERTATIO XVII.

Quamquam in prorogato officio, quodque à priori ſejunctum exiſtimatur, apud nos potiſſimum extraneus etiam (dummodò id expreſsè fiat) valeat nominari: ob eligentis tamen ſcelera, ex hæreditaria præſertìm qualitate, quæ inconceſſionis ineſt Codicillis, nominatum ipſum munere abdicari poſſe, ex judicatis quoque rebus apertiſſimè firmatur: Quemadmodum nominandi facultatem aliis inutiliter demãdari. Vtile per inutile, quibus eventibus infirmetur, ſubtili dividuorum, individuorumque proprietate delibata, & in qua maximoperè eorum, quorum intereſt voluntas ſpectatur, brevibus enucleatur.

DISSERTATIO XVIII.

Filios erga Parentes,eorum amantiſſimos, morum pariter deceret ſimilitudo; quæ tamen raro in Principum potiſſimùm natis adinvenitur. Actiones omnes, tàm activè, quam paſſivè univerſalibus hæredibus,& in eoſdem dãtur: quemadmodum,& cæptæ in judiciis inſtantiæ:dummodò rerum,de quibus agitur perpenſa ratione,tranſmiſſiles hæc ſint:ut idcircò Eccleſię adminiſtratorũ, fructuariorum, hiſce ſimilium inſtantiæ, ac præſertìm Officialium, quorum obitu officia ſimiliter extinguntur, ad ipſorum ſucceſſores, rei quoque repugnante natura,pertranſire non valeant.

DISSERTATIO XIX.

Fiſci patronum bonam decet in cauſis fidem agnoſcere. Gratia, quæ haud à precibus, ſenatuſvè conſultatione: ſed ab Principis pendet ore,ex verbi fiat præſertìm potentia, licet quoad ſubſtantiam, quandoque à conceſſionis die dicatur abſoluta: quo ad exeqvutionem verò, literas Cancellariæ expoſcere ſecuriùs cenſetur, ac præcipuè, cum vel ſub conditione, vel ad aliquid efficiendum impertitur. Conditio,quæ ex ablativo abſoluto, & dictione ſi, ſæpè ſæpius inducitur,in ſpeciali forma eſt explenda,ac perfectè:adeò ut nihil implendum ſuperſit,alioquìn actus inutilis reputatur. Quemadmodum id idem reſpectu formæ,de individuorum genere conſtituitur: modus verò, quamvis rem, ſicuti conditio principio non ſuſpendit,quo ad egreſſum verò ipſimet conditioni exæquatur.

DISSERTATIO XX.

Compluribus hominũ generibus, vetuſtiſſimo ex more dati judices fuere: Delegatorum autem juriſdictio, licet præclarior, eſt ſuis tamen literis comprimenda: quænàm verò apud nos ſuper vectigalibus, illius propriè ſit exercitium. Regii Credenterii maris munus expenditur, noſtri Ærarii Senatus juriſdictio, tùm erga ejus Præſidentes, ac Rationales, tùm cæteros cujuſvis miniſterii ſubditos, tàm civilibus,quàm criminalibus in cauſis,activè,paſſivèquè agitatis,jure præſertìm patrio antiquiſſima conſuetudine,Regni peritorum, judicatarumque rerum auctoritate oſtenditur ampliſſima. Extra proprium Tribunal, nec juri conſonum eſt,nec fiſci commodum,eoſdem adminiſtros pro infeſtis litibus diſtrahi, fiſci maximè inſtante patrono; & potiſſimum, ſi corã vno dumtaxat judice multorum, ſaniorique prætermiſſo conſilio, cogerentur litigare.

DIS-

DISSERTATIO XXI.

Ab novitatibus prorsùs abhorrendum, & ſapientum dicta, & nationum mores oſtendunt. Maris Credentierii munus, vel è ſuis initiis recenſetur. Officia è principalibus emanant privilegiis; Iſthæc autem ex conſuetudine potiſſimùm interpetrantur: In eorundem verò officiorum imminutionem, jacturamvè, fas equidem non eſt Principibus nova creare munera, uti ex priorum impertitione, oneroſo contractu ad promiſſa ſeruandum fermè obſtrictis; cum eis leges Deus Optimus Maximus, non autem ſubiecerit conventiones; quibus omni Iure, in ipſorummet clariorem fidem, commodumq; æquiſſimè alligantur.

DISSERTATIO XXII.

Indicarum Mulierum ſervatus mos in virorum morte recenſetur. mariti, vxoriſque poſt agnatos, cognatoſque ſucceſſio, quæque à Romulo traxit initia, & prætoria poſtmodum æquitate etiam fiſco ſummato, apud Romanos recepta; noſtro patriæ, ac Longobardo præſertìm, quo obſtringimur Iure, nullatenus dicitur admittēda; idquè licèt moribus videatur inviſum, non ignobilibus argumentis, prout ſpeciali quoque comprobatur auctoritate; quemadmodum, & Iudices oportere, non propria ſequutos arbitria, ſed ſecundum leges, conſtitutioneſq; judicare.

DISSERTATIO XXIII.

Officia, adcò in cunctis ferè omnibus feudis aſſimilantur, ut ortū, vitam, exceſſumq; ſibi parem habere videantur; Idcircoque licet ſtrictiori ſenſu, validum ſibi invicem conſtituunt argumētum: iiſdem potiſſimum Iuribus, noſtris præſertìm patriis reguntur dijudicanturque, ut verbum indè hæres, quod ex regula latā ſibi obtinet intelligentiam, ad eos tantummodò ab inteſtato in officiis porrigatur, qui ad feudorum pariter ſucceſſionem noſtris conſtitutionibus, pragmaticiſq; ſanctionibus evocarentur.

DISSERTATIO XXIV.

Primigeniorum aliquot recenſentur prærogatiuæ: In Regnis pręſertím ſuccedendi, Cum Vnius validiùs ſit Imperium; Hinc, & in regalium dignitatum feudis, & apud nos in individuis, ſivè ijs, quibus francorum vivitur jure; In Collaterali quoque linea, repræſentationis licet virtute judicium ageretur, primigenij rationem indubiè dicimus habendam. Ac hujuſce rei arrepta pariter occaſione, feuda, (patrijs noſtris legibus expenſis) individua, ſiuè franca potiùs præ-

præſumenda, quam Longobarda. Quemadmodum, & officia, feudis per omnia fermè exequata; & primogenitis etiam deferenda, & indiuidua exiſtimanda, haud incuriosè demonſtratur.

DISSERTATIO XXV.

Fœminæ, ob ſexus fragilitatem, cõſiliique infirmitatem, à publicis exercendis muneribus, juſtiſſimè removentur; cum Domi potiùs, earum induſtria incolo, pẽſoq; trahendis exiſtimetur. Per ſubſtitutum autem, cum nemo, nulloque jure, officia valeat exercere, ex quo in ijs, perſonæ delecta cenſetur induſtria: nec fæmina idcircò, nec minores, quibus, principio præſertìm, ac ſcienter, ea Princeps non conceſſerit, per ſubſtitutum ſine ejuſdem ſpeciali diplomate, illa poterunt adminiſtrare; Idque judicatorum quoque comprobatur auctoritate: Hujuſceque rei occaſione; Regni à ſecretis munus, rerum maximè præteritarum exemplis, validiſſimiſque extollitur argumentis; ut in illius exercitio perſonæ ſtudium, induſtriamque adamuſſim requiri demonſtretur. Agentium quoque in rebus, ſivè Præpoſitorũ, Principumve in rebus agentium materia, non inconditè enucleatur. Iuris Conſulto deinde conſuetudine teſtimonium ferenti, quo pacto fides adhibenda, diſcutitur. Poſſeſſio, ac titulus in regalibus requiſiti, in memoriã revocãtur. Ac demùm niſi principali largitione, ſive ſueto in ærario exſoluto Compendio, nullomodo minoribus, ac fœminis in ſuis muneribus, ſubſtituere permiſſum, etiam Regijs in præſentiarum literis ſancitum, ad laudabilem quæſtionis affertur firmitudinem.

DISSERTATIO XXVI.

Nimia celeritas, prout prolixa lentitudo, vitanda eſt; ſed lentè feſtinandum: Ac idcircò, officiorũ ampliationes, ſatis properè ſic à Proregibus impetratæ, nullius ſunt roboris, ac momenti; dùm eas concedendi poteſtatem, ſuo tantùm culmini, Reges noſtri Invictiſſimi ſervavere: Quorum aſſertioni in probatis à Iure ſpeciebus omnimodò fides præſtãda eſt; cum veritas, quæ ſæpiſſimè, aſſentatione effugata, Regijs exultat ab aulis; veneranda tamen eorum deceat ora. Inutiliter verò, quæ geſta ſunt, confirmare iidem Principes propriè non poſſunt: niſi in vim recentis dati, largitioniſve ſuſtineantur: quemadmodum, ſi intra præfinitum aliquod tempus quidpiam concedunt, eo elapſo, id præſumuntur vetaſſe.

DISSERTATIO XXVII.

Sigillorum mos dicitur antiquiſſimus,eorundem auctoritas,ac neceſſitas in Principum pręſertim diplomatibus recenſentur, patriis potiſſimum perpenſis juribus Pragmaticæ 1.& 2. de fide memorial. Clauſulæ ex certa ſcientia vis oſtenditur,enucleaturque.Regeſti ſolemnitas quāta ſit:quātaq; Regiorum juſsuū: In hoc Regno infrà præfinitum anni tempus, indefinitè demandata reſcriptorum exhibitio, atque exequutio, cōtrariis quoque exolutis obiectis, diſertè examinatur:Dictionum (ob cōtroverſiam,occaſione arrepta) quicunque, quandocunque,& qualitercunque,ratione tandem delibata.

DISSERTATIO XXVIII.

Fiſci defenſio ejus decer patronum adamuſſim. falſi exceptio etiam in publica documenta exiſtimatur valida, prout illius crimen reputatur graviſſimum, ac uti difficilis ſæpiſſimè probationis, præſumptionibus,coniecturiſq; probandum: cum civili præſertìm judicio res tractatur.Quāobrem quamplures ad cauſam facientes ejuſdem commiſſi præſumptiones,atque indicia recēſentur.Filiorum itidem officia, atque obſequia omni quippè jure exhibenda parentibus edicitur oportere:cum illorum perſona apud efferas etiam gentes viſa ſemper fuerit veneranda. Nō conſueta falſi præferunt imaginem: ſicuti varius Tabellionis mos. Cujuslibet aſſertioni neutiquam temerè oſtēditur credēdum: ac demum ſuaviſſimo patris nomine, & Etnicos nomenclari, & Chriſtianos quoque Principes affectaſſe, & D.O.M. præ ſua divina clementia non abhorruiſſe, concinnè fortaſſis indicatur.

DISSERTATIO XXIX.

Peregrini,& Advenæ diligendi ſane ſunt,& amplexandi:cum maximopere illuſtres præſertìm homines deceat hoſpitalitatem: verumtamen licet nonnulli ad Civitatum munera eos recipiēdos ſēſerint, ex crebriori tamen ſententia, omnique fere jure fulcita, præteritarumque rerum exemplis,ac provinciarum quoque moribus illuſtrata, iiſdem exteris ſaniùs indigenas, ſecuriuſque oſtenditur præferendos uti ex invincibili erga Patriam, dulciſſimaque charitate obſtrictos, ſive mutuò ejuſdem patriæ amoris nexu, gratique animi ſecuritate allectos:& potiſſimum, cum ampliſſimis in Civitatibus ad jus reddendum adſciſcerentur,in quibus ea, quæ in mediocribus Vrbibus, oppidiſque ſunt apud nos ſancita,conſuetudine

dine noſcuntur,ac ratione non vigere.Inſignis pariter,eximiæque virtutis viros extra ordinẽ in hac retractãdos: quemadmodum neutiquam penitùs alienigenas,(Romani dominatus, orbiſve inſtar,) eidem potentiſſimi noſtri Regis ſubiectos Imperio,credimus habendos.

DISSERTATIO XXX.

Mercatorum,negotiatorumvè origo, etymologia, dignitas, utilitas, ac neceſſitas recenſentur; quibus ſibi,patriæ, Principibus, provincijs, ac toto ferè terrarũ orbi videntur prodeſſe. Quemadmodum (ni rectè exercitium, quod ex ſe indifferens res eſt, geſſerint) eorundem æternæ ſalutis diſcrimen, mendacia, fraudes,ac periuria deteſtãtur:queis à nobilitate, nobiliumque inſignijs,torneamentis,publiciſque munijs, Iuſtitiæ præſertìm removentur.Cum magiſtratus puris oporteat manibus officia exercere, atque à muneribus, quæ juſdicentium excæcẽt oculos ſeſe libentiſſimè cohibere; ac idcircò à cunctis abſtinere mercimonijs, prout Romanorũ jura,& patria enixiùs, indictiſq; pœnis ſigillarim oſtenditur ſanxiſſe, ut meritò exindè negotiatores ad officia exercenda, nec eligi,neque delecti valeant ſuſtineri.

DISSERTATIO XXXI.

Improbata futuræ ſucceſſionis pactio, eo diſſentiente, de cujus agitur ſucceſſione in officijs, an jure, an Conſuetudine, an ex Principis poteſtate recipiatur. Principis indulgentia,ſeù mavis diſpenſatio arctiſſimi juris oſtẽditur. Minores ad munera, nec Romanorum communi Iure,nec patrio evocantur (ni ſpecialis Principis voluntas acceſſerit) ſubſtituendi interea, vel facta copia, vel exercentis electione. Ac licet ijdem minores ex ſucceſſionis capite admictantur ad officia,ex nominatione verò(impetratę ſucceſſionis vi) nequeũt optari:Senatus quamvis ęquitatem potiſſimum, ac paterna ſequutus merita, patris neceſſariã ferè electionem, tamen ſueto in Ærarij commodum exoluto cõpendio,minimè cẽſuerit reſpuẽdam.

DISSERTATIO XXXII.

Cauſa non levis momenti, ac aliàs diſceptata,vel facti narratione indicatur; Ad hanc feudorum, officiorumque recenſetur origo. Cumq; officia, dùm extra ſuam rectam (ut ajunt) naturam, ad hæredes protrahuntur, in feudũ ſæpè ſæpiùs concedantur; Quæ idcircò præſumptiones,aut quæ in conceſſione oppoſitę particulæ, feudalem deſignent qualitatem,

tem,non incurioſo diſſeritur methodo. Hinc,cùm *inveſtire*,& *inveſtitura* verbis concedētes utātur, nullam ea pręſeferre barbariem; ſed latij juris, appoſita ſanè metaphora, atque elegantia, eſſe demonſtrantur.Oldrad.*conſ.* 159. recēti quoque animadverſione refellitur. Plura, circa Iuriſdictionum qualitatem, ac Iurisjurandi à feudatariis præſtandi religionem, afferuntur. Quibus Aragonenſium Regum Privilegiis parendum; Quo pacto, feuda hactenùs non ſuppoſita, taxationi ſubiicienda. Quovè gradu Collaterales conjuncti,ad feudorum ſucceſſionem apud nos invitentur,nova,quoad hoc ad quarti gradus extenſionem gratia perpenſa, brevi aperitur tractatione.

DISSERTATIO XXXIII.

Inter officia, (quorum creatio Regiæ eſt Majeſtatis, & exint Regalium ordini aſcripta,) quæ Magiſtri dicuntur Actorum, dubio procul recenſentur. In iiſdem muneribus patrijs præſertìm Iuribus inſpectis, quamquam in allodium fortaſſis fuerit facta largitio,ſine ſpeciali cōcedētis permiſſu, quodcumque vetatur commercium. Ad hæredes autē, & ſucceſſores, eorumdem protracta natura,ex potentiſſima in eis inſita Regalium qualitate, ac nè impartientibus Principibus,perpetuò ſint inutilia,à quo Iuris quoque ratio abhorret; ac ſanguinis dumtaxat, nō autem extraneis hæredibus, eſt conceſſio intelligenda; feudorum potiſſimum exemplo, ac parilitate, quibus in omnibus officia metipſa (eorum tamen in quæſtionibus,ſtrictiori ſalva ratione) ſunt ęquiſſimè aſſimilata.

DISSERTATIO XXXIV.

Horatij Montani opinatio, officij ſcilicet conceſſionem pro hæredibus impertitam, rem indifferentem conſtituere, atque in allodialem proindè tranſeuntem naturam impugnatur ęquiſſimè. Hęredis appellatio in feudorum officiorumvè largitionibus ad ſanguinis tantummodò porrigitur hęredes. Princeps ſi alicuius rei naturę in aliqua indulget parte,in cęteris eandem minimè cenſetur immutaſſe, ac idcircò feudorum inſtar,nec fæminas in munerum ſucceſſione, compluribus placuit evocari:Quodque, etſi apud nos maribus tamen nō exiſtentibus receptum non ſit,id non ex conſuetudine,ut nonnulli autumāt,ſed ex noſtris patriis juribus,feudalium,regaliumque negotiis normam,formamque prębentibus obvenire firmatur, vt hinc nonnullis comprobetur argumentis: officiorum nempè ad hęredes protracta ſucceſſione

ne minimè priorem in aliis imminui rationem, prçſertìm cum de Regalibus agarur, quç ad Regni firmamentum, Regijque culminis parantur decorem, ac vt divitiis affluat, ex quibus largitates emanant, vndè virtuti Iure debita tribuuntur prçmia, quç indicant in regnante Iuſtitiam, & Imperio præſagiunt firmitudinem. Ad emeritorum tādem deſcendentes in ijſdem largitatibus, ſicut in feudis, Princeps præſumitur inſpexiſſe: cum in illis majorum conſervari credatur fides, quemadmodum eorundem ipſimet quoque incenduntur exemplis.

DISSERTATIO XXXV.

Virtus proprium homini bonum, poſt fata magis commendanda, ab invidia licet: atque æmulatione inſectetur; ſivè Principibus infenſis, ſivè infeſtis temporibus, quæ tamen vtraque immenſæ noſtrorum Regum pietas, ac liberalitas effugavere. Iuris accreſcendi ratio varijs quçſtionibus exornatur. *lex unica, C. ſi liberal. Imperial. ſocius lib.* 1 0. *adverſus Montanum*, cæteroſque aſſeclas, recentiori expenditur methodo, ac quam pluribus noviſſimiſque intelligentiis illuſtratur. Triboniani, in ea eſt Theodoſiano Codice exſcribēda: ſivè licentia, ſivè lapſus pandantur. Præjudicijs à Domino Prçſidente Fulvio Lanario inductis in Fiſcum, ex pūctis adamuſſim. Magiſtratus demum pietatem, probitatem, clementiam, atque benefaciēdi officia, peroratur decere.

DISSERTATIO XXXVI.

In poſſeſſorijs vltimus inſpicitur ſtatus, et que tantummodò poſſeſſor non Iuris, aut tituli firmitati innititur; Res namque poſſidere quiſque poſſet, cujus tamen proprietatem obtinere nequiret. Feuda, atque officia abſque ſpeciali Principis conſenſu obligari diſtrahi, fideicommiſſovè ſubjici non valēt. Refutationes, quamvis ſine principali licentia, minimè fieri vetetur: cum præmaturæ exiſtimentur ſucceſſiones, dummodò ìn proximè, immediatèq; ſucceſſorem inter feudorum ſiſtentem gradus expleantur. Religioni tandem addictos viros, Sacerdotes potiſſimum, à prophanis negotijs, muniſq; exercendis, omni ſane Iure, etiam ob Religionis favorē, atque ineffabilem Sacerdotij dignitatem, decet abſtineri.

DISSERTATIO XXXVII.

Fideicommiſſa in contractibus donationum præſertìm, ac majoratuum formantur firmiſſimè, ac collectivis ex verbis, cæteriſque tractum ſucceſſiuum deſignantibus

tibus inducuntur. Ex alienandi itidem vetatione, non nuda tamen, ſed particulis, acceptiſque cauſis induta. Ex deſcendẽtium vocatione, maſculorum præcipuè qualitate adiecta. Ex ante, ſiuè extra poſtrema elogia factitatis; Ad plures ſubſtitutionum gradus ex progreſſione; Ac ex dictionibus perpetuitatem potiſſimum exponentibus. Filiæ, quæ multoties filiorum, deſcendentiumq; ſub nomine comprehenduntur, ab familiarum, ſeù agnationum fideicommiſſis, à remotiori etiã maſculo, alteriuſq; lineæ penitùs arcentur; quæque agnatitia fideicommiſſa ſignanter eliciuntur, ex primogenij nimirùm, ſeù majoratus præ familiarum ſplendore potentiſſima inſtitutione. Ex fæminarum, legatis dotibus excluſione, diſcreta præcipuè oratione conſtituta. Ex maſculorum vocatione, quæ non niſi ad Agnationis perennitatem cenſetur inſtructa, ſi ſæpius peculiariter fuerit repetita, aut efficacibus dictionibus eandem perpetuitatem indicantibus compoſita; Aut fortiſſimis munita clauſulis; vt mares nempè ſemper fæminis præferantur; Vel ſi maſculorum, non autem fæminarum ſucceſſionẽ eſſe, niſi in eorundem maſculorũ defectu, Teſtator forſan edixerit: ſi præclarè progeniei maximè is eſſet, & de inſigni re pertractaretur. In contrarium inductis adamuſſim expunctis, ac multiplicibus conjecturis expẽſis, ex quibus conſervatio familiæ, (cui publicus ineſt favor) ac Teſtatoris voluntas, quę ſemper ſpectanda eſt, excerperetur.

DISSERTATIO *XXXVIII.*

Fæminarum ſucceſſioni in fideicõmiſſis perpetuis favent nonnulli, complures accuratiùs obſunt, cumque agnationi proſpectum eſt, juſtiſſimè tanquam ad eam ſervandam impares à ſucceſſione eædem repelluntur: ut hinc ab agnatitiis fideicommiſſis meritò arceantur, ac à maſculis etiã remotioribus, alteriuſque lineæ vincãtur; quorum marium qualitatem in eiſdem maximè familiarum fideicommiſſis, interfavorabilia recenſitis, perperam fæminarum filii, quamvis deſcẽdentes ab excluſa proveniente Radice ſupplere affectant, ſi diſponentes potiſsimum (quorum voluntati ſemper parendum) nomen, & arma ſimpliciter, & ſine, ut ajunt mixtura, deferendi onus adiecerint.

DISSERTATIO *XXXIX.*

Patriis juribus vltra tertium gradũ ſucceſſio in feudis non porrigitur: Quamvis ex communibus feudorum uſibus ad ſeptimum vſque extendebatur. Feuda (ut dicimus) plana, ac de tabula

iiſdem

Digitized by Google

iiſdem communibus conſuetudinibus, quo ad gradus ejuſdem computationem crebriori ſubduntur ſententia: Quod in quaternatis apud nos feudis minimè amplexatur, quippè quæ ab Conſtitutione. Vt de ſucceſſionibus regulantur, quemadmodum, & officia, quæ hiſce, ut inter nobilia recenſita, in hac quaque parte exequantur, ac idcircò Conſtitutionum Iuri ſubiciūtur.

DISSERTATIO XL.

Princeps licet juſtitiæ tanquam; & debitor, & fons ſimul, in tertii perniciem reſcribere quavis in re nullatenus cenſeatur, ac deceſſorum Iura, tùm privilegia, (vt ſua hinc cuſtodire cæteri diſcāt) ſervare obſtringatur, eiuſq; juſta diplomata, atque ſanctiones, neque ad præteritas, neque ad exiſtentes, regulariter referātur lites: ſi tamen de quærendo, aut futuro agatur Iure, ſivè pupplicè rei intercedat ratio, etiam privatorum valet Iuribus obeſſe, eoque præſertìm, ſi per generalem id legem deligat efficiundum. Predeceſſorum itidem geſta, alioquin veneranda, ex condendarum legum, qua pollet poteſtate, imperiique vnitate, cum publica ita potiſſimum expoſcit cauſa, tùm revocare, tùm interpetrari, quemadmodum, & ſua propria ſtatuta, privilegiaque abrogare, ac enucleare ob publicam præcipuè utilitatem juſtiſſimè poteſt; prout ad pendentes quoque dirimendas lites, præteritorumque declarationem Iurium, leges protrahere ei non inhibetur. Populi cuſtos, ac paſtor exiſtimatur. Rectum ſe, omniq; commendabilem ævo oſtēdit, ſi abſoluta poſthabita poteſtate, ſe legibus profiteatur alligatum; ſelectoſque deſignet Iudices: Qui intrepidè, ut inter ipſum dicant, & ſubditos; Ac ſicuti legi, ita & Gregię què conſulere videatur, ut data exindè, ex Senatorum potiſſimè conſultatione reſcripta, ac promulgatè Conſtitutiones, (quæ in ſua ditione commune conſtituunt Ius, & contra quas Iudicibus ire vetitum eſt) adamuſſim, atque vt decet adſerventur.

Digitized by Google

Digitized by Google

IESVS, MARIA, IOSEPH, NICOLAVS.

RERVM FISCALIVM DISSERTATIONES, DIFFINITIONIBVS ILLVSTRATÆ

D. IO: HIERONYMI DE PHILIPPO,

BIS EX REGIO DIPLOMATE FISCI PATRONI, Sacri Senatus Neapolitani Conſiliarij, Regijque Ærarij Præſidentis, ac noviſsimè in Supremo Italiæ Conſilio Regentis.

PRO REGIO FISCO. CVM Ill. Duce Beliſguardi.

Diſſertatio I.

S V M M Æ.

1 *Deus Omnipotent Rex eſt Regum; ac dominantium Dominus immortalis.*
2 *Principium ſine principio.*
3 *Principium omne à Deo.*
4 *Auctor è regalibus ſumpſit initia.*
5 *Officia vniuerſa ſunt de Regalibus.*
6 *Io: Baptiſta Thorus ex labore eximio commendatur.*
7 *Officia, etiam nudi miniſterij inter regalia recenſentur.*
8 *Facti enarratio.*
9 *Auctor regali afflatu, ſupremique Italiæ Conſilij auctoritate Fiſci patronus fuit delectus.*
10 *Officiorum natura dicitur alterata, quoties porrigitur ad hæredes.*
11 *Officium, ex qualitate hæreditaria ſibi addita, (ut aiunt) fit tranſmiſſibile.*
12 *Hæredum appellatione regulariter etiã extranei continentur.*
13 ..... *In ſubiecta officiorum materia, qui veniant, remiſſivè.*
14 *Officia omnia ex ſui recta, (ut inquiunt) natura officiarij morte extinguuntur.*
15 *D. Reg. Donatus Antonius de Marinis commendatur.*
16 *Officia morte finiuntur, etſi in illorum conceſſione clauſula in perpetuum fuerit appoſita.*
17 *Dom. Reg. Fabius Capycius Galeota celebratur.*
18 *Officia morte extinguuntur, illorũ quãuis largitio ad peculiares fuerit annos compreſſa.*
19 ... *Perſonæ dicuntur cohærere.*
20 ... *Officiarij vitam, ut perſonaliſſima non egrediuntur.*
21 .... *Vſufructui aſſimilantur.*
22 *Vſusfructus morte finitur.*

23 *Officia vſuſfructus inſtar morte extinguuntur.*

24 .... *Principis oſſibus dicuntur annexa, ut illorum dumtaxat adminiſtratio conceſſionarijs, ipſorum tantūmodò durante vita impertita cenſeatur.*

25 .... *In dubio extrà ſui rectam naturam conceſſa non præſumuntur.*

26 *Titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere, nemo cogitur, ad ornatum tex. in l. Cogi C. de petit. hæredit. ſed vide nu. 40. cum ſeq.*

27 ... *Idque in Principem, & Fiſcum regulariter traditur.*

28 ... *Quin etiam in Delatorem.*

29 *Ex cap. Regni Item ſtatuimus 120. Iuris ordine privatos ad fiſci quoque inſtātiam, & conveniendos, & damnandos edictum fuit; ſed de veritate, ſivè ipſius intelligentia nu. 52. cum ſeq.*

30 *Conſtitutio Inter multas, ſub tit. de officio Procuratoris Cæſaris quid ſtatuat.*

31 *Capit. Item ſtatuimus 120. exequutio decreta iterùm fuit in prag. 1. de ſalar. eor. qui mitt. ad cur.*

32 ... *illudq; etiam contra Fiſcum recipi D. Reg. de Marinis teſtatur.*

33 *Capit. cum perſona de privileg. in 6. an pro fiſco in Regno, & in Regalibus vigeat, dubitavit Dom. Reg. de Marinis; ſed etiam ex ejuſdem Dom. Regentis auctoritate ſolvitur num. 223.*

34 *Prædo, injuſtuſque detentor, de facto à poſſeſſione non ſunt regulariter expellendi.*

35 .... *Et ſpoliati ſunt reſtituendi.*

36 *Manuteneri quiſpiam debet in poſſeſſione, in qua tempore motæ litis reperitur.*

37 .... *Et ſi de beneficialibus pertractatur.*

38 .... *Etiam aduerſus Fiſcum, & Cameram.*

39 *Regalia ſine Principis conceſſione, nec acquiri, nec retineri poſſunt.*

40 .... *Eorum poſſeſſores ad titulos exhibendos coguntur, & nu. ſeq.*

41 ... *Et ità etiam priſcis temporibus per Regiam Cameram terminatum.*

42 *D. Reg. Carolus Tapia commendatur.*

43 *Regalium poſſeſſores ad titulum exhibendum adſtringi, more receptum traditur.*

44 ... *Et hanc communem omnium eſſe ſententiam.*

45 *Dom. Reg. D. Franciſcus Merlinus extollitur.*

46 *Officiorum poſſeſſores fortiùs, quàm cæteri titulos coguntur oſtendere.*

47 *Ex beneficijs ad officia validum eſt argumentum.*

48 *Beneficiorum poſſeſſores ad titulos exhibendos compelli poſſunt.*

49 *Regalium in poſſeſſoribus l. cogi, C. de petit. hæredit. diſpoſitio coarctatur, & ratio ibidem affertur n. 50.*

50 *Reges, ſupremique Principes in Regalibus fundatam ſibi habere dicuntur intentionem.*

51 *Ex Andr. de Barulo, de Manfredo Rege, quod iactabatur in l. 1. C. de Conductorib. & procurator. lib. 11. commentitium oſtenditur eſſe.*

52 *Cap. Regni Item ſtatuimus 120. conforme eſt Regni Conſtitutioni Inter multas.*

53 .... *Ac Iuri, quoque communi.*

54 *Cauſæ fiſcales Romanorum lege, prout privatorum, Iuris ordine pertractantur.*

55 *Fiſci contradictor, eſt proindè audiendus.*

56 *Ac poſſeſſor à fiſco interim pēdente lite non expellendus.*

57 *Cauſæ fiſcales, ut ſūmariè etiam agantur, eodem communi Iure ſancitum oſtenditur, ſed obſervanda eſt conciliatio nu. 68.*

58 .... *Priore loco terminantur, privati cauſa in lite conſortis, ſuperſeſſa.*

59 *D. Ioannes Baptiſta Spada Apoſtolicæ Cameræ fiſci patronus commendatur.*

60 *Inſtrumenta publica communi Quiritum Iure paratam non habent exequutionem.*

61 Fi-

61 ... Fiſci autem favore, eo etiam jure attento, exequutioni demandãtur.

62 Fiſcus, pro collectarum, tributorumque exactione ſummariè, atque exequutivè, & adverſus bona, perſonaſq; cauſas agit.

63.. Sicuti adverſus liquidos ipſius debitores.

64 Cauſæ fiſcales exequutivo ordine Regni juribus agitãtur.

65... Prout Regni, quoq; prudẽtes ſenſere.

66 ... In eis quiſnam rectus juris ordo cenſeatur.

67 L. hi qui 4. C. de conuen. fiſci debit. lib. 10. & l. 1. C. de conduct. & procurator. lib. 11. juxtà noſtrorum intelligentias expenduntur.

68 Cauſæ fiſcales, quanam ordinariè, quanã exequutivo ordine pertractãdæ ſint; aqua diſtinctione recẽſetur.

69 Capituli Dudum, ſive Ex præſumptuoſę affertur diſpoſitio.

70 .... Ejus conſtitutio, ex jure, quo directus Dominus potitur in feudis locum ſibi vindicat.

71 ... Ejuſque praxim viguiſse, vigereque ex quam pluribus auctoribus de eo mentionem facientibus firmatur, ſub n. 72.

72 Illius auctor fuit eximius, & fælicisſimus I. C. Bartholomæus de Capua.

73 ..... A Carolo 2. Capituli item ſtatuimus pariter conditore editum fuie.

74 .... Et à Principe Carolo 3. ejus Nepote, Roberti Regit filio, poſtmodum evulgatum.

75 Leges poſteriores, prioribus derogant.

76 Cap. Item ſtatuimus, in allodialium controverſijs recipiendum; cap. verò Ex præſumptuoſæ in feudalibus, regalibuſque vigere, atque juxtà hanc intelligentiam expenſa jura interpretanda demonſtratur.

77 Regium inter culmen privatamque fortunam multum intercedit diſcriminis.

78 Regalia in generali ſtatuto, niſi de eis ſpeciatim mentio facta ſit, minimè comprehenduntur.

79 Regalium detentores, non ſolùm ad titulos exhibendas juſtiſſimè evocari; ſed ijs non exhibitis, abſque inducijs, & ſummatim, & exequutivè à poſſeſſione depelli poſſe, innumeris doctiſſimorum Patrum auctoritatibus comprobatur.

80 Dñs Io: Franciſcus Capiblancus commendatur.

81 Sicuti D. R. Conſil. Paulus Staibanus.

82 Ac D. D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura.

83 Sequeſtratio à judicibus decreta, poſſeſſionem minimè tollit.

84 Princeps civilẽ in Regalibus, ſibi ſervans poſſeſſionem, naturaliter poſſidentem judicialiter vocare debet.

85 Poſſeſſor injuſtus his ſpeciebus adverſus fiſcum non reſtituitur.

86 .... Contra tertiũ tamen id ſibi vindicat locum, non autem contra eum, à quo vitioſè is poſſidet.

87 ..... Neq; in hiſce rebus, in quibus ſine titulo, nec poſſeſſio firmari poteſt.

88 Etſi à Dño poſſeſſor fuerit ſpoliatus.

89 Patavinũ Collegium debitis laudibus auctor proſequitur.

90 In poſſidentem ſine titulo, in regalibus, & beneficialibus ſuperiorum actus, tamquam contra occupatorem diriguntur, & n. 7. 26. & 122.

91 Poſſeſſores etiam à ſuperioribus ſpoliati, abſque tituli oſtenſione in beneficialibus non reſtituuntur.

92 .... Prout neque in regalibus.

93 .... In regalibus præſertim officijs.

94 ..... Ac neque in juriſdictionalibus.

95 .... Nec in feudalibus, ex Sereniſſimi Regis Roberti ſententia in Avenionenſi Civitate prolata.

96 Lex eſt Sanctio Sancta, atq; in natura inſita.

97 Poſſeſſori idcircò vitioſo non favet.

98 Prætor vitioſè poſſidentẽ, nec tuetur.

99 Lex, ac Prętor ſi injuſtum foverent poſſeſſorem, delinquendi cauſa forent.

100 ..... Ac iniquis litigantibus faverent.

101 ..... Expenſiſque, ac laboribus veros dominos afficerent.

102 In ſummariſſimo juſtitia, aut poſſeſſionis injuſtitia non perpenditur.

103 Poſſidere aliud eſt, aliud in poſſeſſione eſſe.

104 Poſſeſſorio in ſummarijſſimo, rei ſtatus attenditur, ac factum, non jus inſpicitur.

105 Manuteneri quis non poteſt in poſſeſſione, ſeu quaſi, ubi res qualitas repugnat, & ſine titulo poſſideri non valet.

106 D. Reg. Scipio Rovitus laudatur.

107 Regis eſſe ſolummodò, regalia præſumuntur.

108 ... Et in ijſdem liquidiſſimam dicitur is præſumptionem habere.

109 Poſſeſſoribus, quibus jus reſiſtit adverſus eorum ſuperiores ſine tituli exhibitione manutentio denegatur, ad ornatum text. in cap. cum perſona 7. de priuileg. in 6.

100 D. R. Io: Franciſcus Marcianus commendatur.

111 Cap. cum perſona de priuilegijs in 6. diſpoſitio maximoperè viget, cum juris præſumptio nō leviter, ſed vehementer pro Principibus urget.

112 Correctum, quod non reperitur ſtare non prohibetur.

113 Lex non præſumitur abrogata, niſi expreſſè corrigatur.

114 Ejuſque correctio in dubio vitanda.

115 Capituli cum perſona de priuileg. in 6 inconcuſſa in Regno, & viridis eſt praxis.

116 Poſſeſſorem etiam cui jus reſiſtit in poſſeſſione manutenendum ex cap. cum veniſſent 6. de inſtit. ſtatuitur, ſed quomodò, & quibus in eventibus n. 116. cum ſeq.

117 Cap. cum perſonæ locum ſibi vindicat, quoties poſſeſſor, cui jus obſtat nullum producit titulum, cap. verò cum veniſſent, cum ſaltim coloratum titulum exhibet.

118 Titulum coloratū ex diutina poſſeſſione formari poſſe D. Regenti de Marinis placuit, ſed contrarium enixè firmatur.

119 In capituli cum veniſſent ſpecie non modò poſſeſſio extitit, ſed etiam titulus, licet non omnimodò qualificatus.

120 Præſumptiones plures unicam ſuperant.

121 Poſſeſſio in regalibus, & beneficialibus, ſine aliquo titulo, quamvis longa, prava potiùs conſuetudo dicitur, quàm poſſeſſio.

122 Temporis diuturnitas, peccatum ſi quod adeſt, non minuit, ſed auget.

123 Poſſeſſio ſine ullo titulo in regalibus, iniqua uſurpatio exiſtimatur.

124 .... Nec juſta dicitur, niſi (ut ajunt) juſtificetur.

125 Specialia duo inſimul nequeunt concurrere.

126 Poſſeſſio nihil commune habet cum proprietate.

127 Poſſeſſionem in beneficialibus, ac regalibus, ſine titulo ſaltem colorato nullatenus ſufficere, etiam ex auctoribus, in contrarium allegatis deducitur, ad explicationē text. in d. cap. cū veniſſent de inſtit. ſed pro regalibus, vide nu. 134. cum ſeq.

128 D. Reg. Io: Franciſci Marciani doctrina expēditur in diſput. 65. parte 2.

129 Immemorabilis poſſeſſio, regulariter tituli vicem obtinet.

130 Titulo invalido, ſive vitioſo exhibito omnis prorſus poſſeſſio etiam, centum, ac mille annorum evaneſcit.

131 Advocati prudentes, cautique titulum allegant, ſed probant poſſeſſionem.

132 Quaſi poſſeſſio, ut quæratur Adverſarij ſcientiam expoſcit, ac patientiam.

133 ... Præſertim in regalibus, ac juriſdictionalibus.

134 Poſſeſſio, ſeù quaſi in regalibus, ac juriſdictionalibus, pro quibus Dominis jus tam fortiter aſſiſtit, reſiſtitque privatis, ſine veri tituli exhibitione non conceditur, nec coloratum titulum ſatis eſſe firmatur.

135 ..... Idque ex celebrium virorum auctoritate probatur.

136 ..... Ex communi Romanorum jure.

137 .....Ex ſacris Conſtitutionibus.

138 Ex

138 ...*Ex ſpecialibus Regni ſanctionibus.*
139 *In regalibus ſtrictiùs, quàm in feudalibus res agitur.*
140 ...*Et præſertim in Regalibus officijs.*
141 *Poſſeſsionem, ſeu quaſi, ſine veri tituli exhibitione, in Regalibus, ac juriſdictionalibus non ſufficere, rerum judicatarum auctoritate confirmatur.*
142 *Officiarij obitu officium ſtatim in Regia Cameræ beneficium vacans dicitur, & apertum.*
143 . . . . *Et niſi privilegium ampliationis, officij naturam extendens in promptu exhibeatur, ex praxi, & Regiæ Cameræ more, ceu ſtylo pro officij venditione ſtatim præconia decernuntur.*
144 *A More, ac ſolito non recedendum præcipuè, cum res ad juris communis terminos reducitur.*
145 *Stylus regulariter pro lege eſt ſervandus.*
146 *D. Io: Antonius ab Eccleſia commendatur.*
147 *Stylus Regiæ Cameræ in ſpecie pro lege ſervandus.*
148 . . *Si debita tamen requiſita concurrant, etiam adverſus ſtatuta ſervandus.*
149 *D. Reg.* Conſil. *Franciſcus Maria Pratus laudatur.*
150 *Stylus Cancellariæ pro lege habetur.*
151 ...*Ejus conſuetudo pro forma reputatur.*
152 .... *Nec à Iudice remitti poteſt.*
153 ..... *Et adverſus ipſum geſta irritantur.*
154 *Citationis neceſsitatem ſtylus, & conſuetudo, quandoque excuſant.*

ARGVMENTVM.

DE regijs juribus acturus, Domine ſecũdiſſimo, à Regum Rege immortali Trino, vnoq; Deo, à quo omne rerũ omniũ initium ſumẽdum eſt, rem hanc auctor auſpicatur: Tũ Regalia aggreſſurus; officia, quæ juſtiſsimè inter ea enumerãtur, præ cæteris, contractioris naturæ; ordiniſque, ac perſonaliſſima demõſtrat; adeòque conceſſionarij morte deleri; atq; Curiæ, vti vacantia quæri. Ad hæc titulũ ſuæ poſſeſſionis, & ſi regulariter exhibere cogatur nemò; nec interim è ſua poſſeſſione, prædo licet, ac detentor injuſtus allegetur, debeat deturbari, & prætereà in ea, quã litis inſtitutæ habet tempore, oporteat eundem manuteneri; ab hujuſcemodi tamen generali pronunciato excipienda Regalia. Poſſeſſores proindè, ad titulum oſtendendum poſſe compelli; nec poſſidentes injuſtè, tametſi ſpoliatos ſe obteſtentur, abſque validi exhibitione tituli, aut reſtituendos, aut manutenendos eſſe, grauiſſimorũ Patrum teſtimonio niſus, & auctoritate cõfirmat. Capituli Regni Item ſtatuimus 120. & cap. Dudum, ſive ex præſumptuoſæ, ac cap. cum perſonæ extra de privileg. in 6. & cap. cum veniſſent de inſtit. aliorumq; tùm

Com-

Communis Romanorum, tũ Regni hujus juris diſpoſitiones, tàm circa exequutivã, ſive moroſam fiſcalium cauſarum tractationem; quàm circa poſſeſſionis materiam expenduntur, novaque methodo, Deo benevolente, enucleantur.

1 REgijs Iuribus, potentiſſimi noſtri
Monarchæ operam daturi, Regum Regis, dominantiumq; Principis immortalis,
2 trini, vniuſque Dei, principijque ſine
principio, & à quo omne pendere
3 convenit principium, priore loco bu-
millimè efflagitato præſidio, prout
non modo Diui *Paulus, Chryſoſt. Nazianzenus, Thomas*, cæterique ſacri
Patres edocuere; ſed noſtri pariter, ex *l. inter claras 5. verſ. per me, C. de ſumma Trinit. & fid. Catholic l. 1. in princ. C. de veter. jur. enucleand. l. fin. in fin. C. de quadrien. præſcript.* collegere, præſertim *Vaſq. in præfat. contr. illuſt. num 139. Bouadill. cap. 17. lib. 2. n. 2. verſic. puodenſe, Caldas Pericr. de empt. & vend. cap. 1. n. 1. & 2. Io. Solorzan. de Indiar. jur. lib. 2. cap. 2. num. 3. & 4. & in emblem. 2. verſic.*
4 *ſanctius*, è regalibus initium, tanquam
ab Ioue capeſſere conſentaneum vi-
5 sũ fuit; inter quæ, cũ univerſa enume-
rentur officia, *Andreas in cap. quæ ſint regalia, verſic. ad juſtitiam nu. 65. cum ſeq. Afflict. in Conſt. Cum ſatis in 5. notabili nu. 7. Capyc. decíſ. 121. num. 5. D Reg. de Ponte decíſ. 28. num. 28. cum ſeq. & decíſ. 34. num. 16. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 13. nu. 10. & cap. 20. num. 7. Ioſeph Seſe de inhibit. juſtit. Aragon. cap. 1. §. 4. num. 3. pag. 69. Melchior Phæbus decíſ. 28. nu. 5. & 6. p. 1. & dec. 128. num. 15. volum. 2. Roman. conſil. 35. num. 4. in fin. D. Conſil. de Georg. in repetit. feudal. c. 34. n. 38. D. Præſes de Amat. conſ. 49. num. 4. D. Conſil. Theodor. allegat. 41. n. 2. & 5. Amicangel. de regalibus offic. q. 11. n. 1.*
6 *Dom. Reg. Capyc. Latro decíſ. 6. nu. 17. p. 1.* laborioſiſſimus *Io: Baptiſt. Thorus*
7 *in ſuo Codice rerum Iudic. caſ. 51. nu. 1.
cum ſeq.*; Et ſi apud nos illa nudi ſunt miniſterij, ut ex *Afflict. Anton. Capyc. D. D. Conſil. de Georg. Theodor. Camill. de Medic. ac D. Reg. Sanfelic.* firmat idem *Amicangel. de regalib. offic. qu. 2. n. 12. & 13. & qu. 4. n. 7. & q. 6. n. 10.* ante eum *Horatius Montanus de regalib. offic. n. 1. & 2. & ſub n. 79.* Inre idcircò merito ea, in quibus, pro conſpicui officij juriſdictionis Portulaniæ Civitatis Averſæ, ejuſq; Pagorum addictione jam pridè deſudavimus, poſteritati primò duximus cõmendanda.
8 De quo, ut dilucidius pateat, ex
facto prænotandum erit; quod, cum delatum fuerit Illuſt. D. Fabritium Pignatellum Beliſguardi Ducem, ac Baronem Ceſæ, præfatum Portulaniæ officium, diù in Curiæ perniciem occupaſſe; principiò Senatus, illius ſequeſtrationem decrevit; cumque poſtmodum fiſco addicendum foret, ſaltem ipſius Beliſguardi Ducis reſpectu, quippèqui nullũ ſuæ medietatis titulũ in jus vocatus produxerat, XII. Kalẽdas Nouembris MDCLXV. latam judicii telam Domini jus dicentes orditi, à demandata ſequeſtratione non recedentes, ordinarias inducias in cauſa dedere, aſſuetis jis verbis, *infra quatuor dies audiantur partes, tàm reſpectu Baronis Ceſæ, Caroli Mazzellæ, quàm Ill. Ducis Beliſguardi, firmo remanente ſequeſtro*;
9 quod nobis cum innotuerit in ſuſce-
pti fiſci patroni muneris exordio, (ad quod regia nos tantummodò munificentia, ſupremique, ac omni Æuo Celeberrimi regalis Italiæ Conſilij auctoritas euexere,) ſupplicationem

ob-

obtulimus, & ſummario, exequutivo-
què, (ut inquiunt) judicio officium,
fiſco vindicandum inſtetimus, inſimul
cum fructibus à die obitus D.Io:Ortu-
gni, in quem ſolummodò ipſius Por-
tulaniæ medietatis tunc conceſſio fa-
cta conſpiciebatur.

Pro cujus inſtantiæ firmitudine, ex facto
itidem præſciendum erit; in ipſius
Portulaniæ munere, à Sereniſſimis Re-
gibus Ioanna II. & Alphonſo ex Ara-
gonenſibus primo Scipionē Altimare,
ob ſuā erga eos fidē (ſua tamen durāte
vita) fuiſse delectum; idque à claræ
memoriæ Ferdinando I. ſub Anno
M.CD.LIX. non ſolùm eidem Scipio-
ni; ſed & Carolo eius filio primùm
cōfirmatū, deindè anno M.CD.LXIV.
ſubſtituendi facultate amplificatum,
auctumque fuiſſe; ut ſcilicet poſt ipſius
Scipionis, & Caroli fatum ad eorum
hæredes, ſucceſſoreſq; dumtaxat per-
tranſiret: quo factum eſt, ut cum in-
victiſſimus Carolus V. Cæſar de eo-
dem officio dignum militem D. Io:
Ortugnum inveſtiviſſet, ac filij hære-
deſque Michaelis Altimari Caroli ne-
potes, officium ex præfata conceſsio-
ne ad hæredes protracta, in noſtro ſu-
premo Cameræ Senatu adverſus ipsū
Ortugnum propterea vindicare inſti-
tuiſſent; dempta medietate ad Tho-
mam Altimare, alterum ex Carolo fi-
lium pertinente, à qua ob Maieſtatis
crimen ceciderat, & pro qua Impe-
rialis ergà Ortugnum largitas firma
remanſit; reliquam medietatem (præ-
via ejuſdem prætorij ſententia) anno
M.D.XLII. ad Michaelis Altimari fi-
lios, hæredeſque ſpectare diffinitum
fuit; declaratione ſuperaddita (cujus
intelligentiam memoriæ nos repete-
mus *differt.21.nu.24.cum ſeq.*) ut al-
ternis annis inter ipſos de Altimari
exerceretur. Prout ex actis cernitur,
extatque de hac cauſa diffinitio penès
D.Reg.Revert. mannſcript. 39. volum.
3. & inter noviſſimè recollectas *à D.
Reg.de Marin.deciſ.*230.*tom.*1. memi-
nitque *Borrell. in ſumma deciſ. lib.* 1.
tit. 34. *n.*234. poſt *Dominū Regentem
Lanar.conſil.*59.*n.*27.*&* 28.& *Novar.
in Collec.ad prag.*4.*de feudis nu.*14.

Ex qua facti enarratione, duæ præſer-
tim colliguntur inſpectiones; alte-
ra reſpectu Baronis Ceſæ Caroli
Mazzella ab illis de Altimare haben-
tis cauſſam, & in hac fiſci petitio ali-
quantulum temperari poſſe videtur;
quādoquidem ad hæredes portio illa
10 officij, ob alteratam ipſius rationem,
ut ex *Frecc. de ſubfeudis lib.* 2. *q.* 51.
*num.*1. notat *Amicangelus de regalibus
officijs quaſt.*4. *num.*13. *& quaſt.*7.*nu.*
2. *in fine*, tranſmiſsibilis (ut aiunt)
11 facta cenſeri poteſt *ad l. in annalibus*
22.*C.de legat. D.R.Revert.cit.dec.*39.
*tom.*3. ſeu 230.*nu.*2.*& deciſ.*364.*n.*2.
*Montan.de regalib.offic.nu.*5. *D.Reg.de
Marin. in obſeruat. ad cit. deciſ.* 230.
*num.*1. De quibus licet hæredibus, an
nempè de extraneis, & quibuſcunque
intelligi privilegium valeat, ad regul.
text. in l. hæredis appellatio 65. *&
l.ſciendum* 70. *D.de verbor.ſignific.* &
d. l. in annalibus 22. *C. de legat.* an
12 verò, & rectiùs (uti pro fiſci tutela, at-
que ad ejuſdem Baronis Ceſæ exclu-
ſionem opinamur) de ſolis deſcēden-
tibus ſecundum officiorum ſubiectam
materiam intelligi oporteat, latius diſ-
13 ſeremus *in differt. pro Regio Fiſco cum
Victoria Lengua* 23.*nu.*18.*cum ſeq.Et*
adverſus *D. Didacum de Bermudo, li-
tiſq; conſortes differt.*33.*nu.*35.36.*&
ſeq.*

Reſpectu Ducis Beliſguardi altera erit
animadverſio, quem quidem juſtiſſimè
pro incorporatione fiſcus urgere cō-
peritur; quādoquidem Dux, vel ex D.
Io: Ortugni conceſſione, vel ex Ducis
D.Florentiæ Vaaz ſuæ matris Iuribus
officium nunc contendit retinere; At-
qui, cum ex utroque capite de ipſius
Ducis cauſa nō liqueat, cōſequens eſt
ut noviſsimæ fiſci inſtantiæ deferatur.

Quod autem ex Ortugni largitione Dux
nullum foveat Ius, detegitur apertiſsi-
mè; cum etenim illa perſonalis fuerit,
14 omni proculdubio Ortugni obitu ex-

pira-

piravit; notiſsimi namque Iuris eſt, of-
ficia omnia ex recta ſui ratione cõceſ-
ſionarij morte extincta remanere l. cu-
jus bonis 9. D. de curator. furioſ. ubi
Neratius I.C. inquit, Neque hæres prio-
ris curatoris eſt onerandus. l. 1. D. de fi-
deiuſ. tut. quò loci Põponius ait, Quã-
vis hæres tutoris tutor nõ eſt. l. Curat.
17. C. de neg. geſt. qua ſic Diocletianus,
& Maximianus reſcripſere, Nec ad eos
officiũ adminiſtrationis tranſire, prout
Gordianus in l. 1. C. ſi quis ignorãs rem
minor. eſſe. Cum officiũ MORTE finia-
tur. Alex. in d. l. Curatoris n. 3. & Bar-
boſ. in collect. nu. 2. gloſ. in cit. l. 1. verſ.
finiatur, Bald. in l. fin. §. 1. n. 8. in prin-
cip. C. commun. de legat. & in conſ. 159.
ſuper eo n. 5. verſ. nec obſtat lib. 3. Imo-
la in l. maritum nu. 2. D. ſolut. matr. &
ibid. Aretin. nu. 3. Alex. idem in l. diem
functo nu. 3. & ibi Cagnolus nu. 82. D.
de off. aſſeſſor. Ruin. conſ. 34. nu. 6. lib. 1.
Greg. Lopez in l. 2. tit. 8. verbo murieſſe
part. 5. ex Affl. Franc. Marco, alijſq; Pe-
trus Barboſ in l. quia tale 14. num. 78.
D. ſoluto matrim. Frecc. de ſubfeud.
lib. 2. q. 51. num. 2. Dom. Reg. Revert.
cit. deciſ. 340. nu. 2. & deciſ. 70. nu. 2.
& deciſ. 381. nu. 2. ead. part. 1. Montan.
in repetit. cap. imperialem §. præterea
Ducatus nu. 25. & 38. & de regalibus
officijs nu. 2. verſic. ex his locis nu. 25.
verſ. habet quoque nu. 39. in princip.
nu. 48. & nu. 74. circ. princip. Dom. Reg.
Rovitus deciſ. 72. nu. 35. Dom. Reg. Ga-
leota reſponſ. fiſcal. 12. num. 99. Ami-
cangel. in eod. tract. q. 3. nu. 9. & q. 5.
nu. 1. Dom. Reg. Capyc. Latro dict. deciſ.
6. num. 26. in fine lib. 1. & deciſ. 182.
num. 13. verſic. ſed dato lib. 2. & indu-
bitatam tandem hanc teſtatur ſenten-
tiam, poſt hæc ſcripta in nitidiſsimam
lucem editus Dom. Reg. de Marin. I.C.
15 doctrina, & integritate inſignis in ob-
ſervat. ad eãdem deciſionem 230. Dom.
Reg. Revert. in princip. lib. 1. Quodque
adeo verum eſt, ut quamvis in privi-
16 legio clauſula in perpetuum fuerit ap-
poſita, adhuc officialis perimi morte
ex Pauli reſponſo in l. 1. D. pro ſocio
eliciatur, ijs verbis, Societas coiri poteſt,
vel in perpetuum, ideſt dum VIVUNT.
& edocuere gloſ. in cap. fundamenta
§. dignè de election. in 6. verſ. in perpe-
tuum, Franciſcus Aretin. cit. l. maritum
num. 4. D. ſolut. matrimon. ibique Ni-
colaus Superantius, & Benedict. de Va-
dis in annot. D. Reg. Reverter. cit. deciſ.
230. num. 2. verſic. & hac etiam, &
deciſ. 381. num. 2. & deciſ. 364. num. 1.
D. Reg. Conſtant. in l. 1. & 2. C. de fil.
17 official. num. 137. comprobatq; nobi-
liſsimus eques, ac doctiſsimus, per-
ſpicaciſsimuſque I. C. prout acerri-
mus ſui ævi fiſci patronus Illuſt. Dux
Reginæ Reg. Fab. Capyc. Galeot. in re-
ſponſ. fiſcal. 12. nu. 101.
Quin etiam, etſi tempus appoſitum ſit,
puta ad decem vſque annos, adhùc
18 officium morte finiri, ex Bald. in cap.
cum veniſſet num. 5. de iudicijs firmat
Petrus Barboſ. in cit. l. quia tale nu. 78.
verſ. ex hac, & ſequitur D. Reg. de Ma-
rin. in obſervation. ad cit. deciſ. D. Reg.
Revert. 230. nu. 1. p. 1. ante eum idem
19 D. Reg. Galeota cit. reſp. 12. n. 99.
Et ex innumeris, quæ ferè adducuntur,
rationibus, illæ ſingulariter præemi-
nent; quoniam officia ſunt perſonis
20 adeò cohærentia, inquit Petr. Barboſ.
loc. cit. ut vitæ limites non egredian-
tur, ac perſonaliſsima, quoque ſuap-
tè dijudicentur natura cap. fin. §. cæte-
rum de offic. delegat. Dom. R. Revert. in
deciſ. manuſcripta 107. verſic. & eius
pater lib. 3. & in deciſ. 70. iuxtà ordi-
nem Dom. Reg. de Marin. tom. 1. nu. 2.
D. R. de Ponse conſil. 137. nu. 6. lib. 2.
Amicangel. de regalib. offic. qu. 7. nu. 5.
ante eum Franc. de Amic. in tit. de his,
qui feud. dare poſſ. cap. natura etiam
officij pag. 62. nu. 1. & cap. præced. n. 1.
pag. 61. D. R. Capyc. Galeot. cit. reſponſ.
12. nu. 95. Montan. de regalib. offic. n. 9.
verſ. ut regaliũ, D. R. Rovit. in dict. dec.
72. nu. 35. in princip. D. R. Capyc. La-
tro deciſ. 182. nu. 9. & 13. lib. 2. Fran-
ciſc. Niger Cyriac. controv. forenſ. con-
trov. 398. nu. 2. to. 2. D. Conſ. Staiban.
reſol. forenſ. reſol. 59. n. 16. & 17. lib. 1.

Ac

Ac uſufructui aſsimilata, Bart. in leg. ſi
21 uſusfructus mihi in biennium, num. 4.
D. de uſufr. leg. Freccia de ſubfeudis lib.
2. d. qu. 50. num. 4. Maſtril. de Magiſt.
cap. 28. nu. 22. lib. 1. D. Reg. Rever-
ter. deciſ. 382. num. 2. iuxtà ſeriem,
D. R. de Marin. lib. 1. Franc. de Amic.
loc. cit. Amicang. de regalibus officijs
22 qu. 11. num. 14. & 15. Sicuti uſusfru-
ctus morte finitur, l. ſicut 3. §. final.
D. quibus modis uſusfruct. amittatur,
l. uſumfructũ 5. D. de uſufruct. legat. l.
corruptionem 16. C. de uſufruct. §. fini-
tur Inſtit. de uſufruct. Card. Tuſc. cõcl.
practic. concluſ. 333. num. 1. lit. V. Ce-
phal. conſ. 125. nu. 4. lib. 1. Gomez va-
riarum reſolut. tom. 2. cap. 15. de ſervit.
num. 19. Valaſc. conſult. 66. num. 13.
Gratian. diſcept. foren. cap. 528. nu. 21.
tom. 3. Caſtill. controverſ. jur. de uſu-
fruc. lib. 1. cap. 61. num. 3. D. R. Capyc.
Latro deciſ. 108. num. 36. lib. 1. D. Ga-
briel de Bellis in tractat. de uſufruct.
cap. 5. in princ. num. 1. & ſeq. ità, &
23 morte officia, quoque pereunt, atq;
extinguuntur, D. R. Revert. cit. deciſ.
70. num. 2. & deciſ. 230. num. 2. Frec-
cia, Franc. de Amic. Maſtrillus, Ami-
cangel., & Cyriac. locis proximè cit.
Quæ cùm ità ſint, Ortuguni obitu, officij
conceſſionem, jàm indè expiraſſe fa-
tendum erit. Quod ſi, ex perſona Du-
cis D. Florentiæ Vaaz matris (prout
aſſerunt) Dux D. Fabritius officium
autumet poſſidere: eamq; ex Comi-
tis Michaelis Vaaz nominatione, prio-
re loco illud obtinuiſſe, quos indica-
vi ſcopulos, nequibit effugere: ad vi-
tam, nempè officia, ex recta ſui ratio-
ne, conceſſa tantùm cenſeri: eſſe eadem
perſonaliſſima, & inſimùl conceſſiona-
rij fato finiri, Gloſs. Bal. Alex. Aretin.
Cagnol. Gregor. Lopez, Afflict. Freccia,
D. R. Revert. Rovit. Cyriac., alijque
24 mox citati; atque adeò altioris ordi-
nis eadem eſſe, ut Principum oſſibus
annexa, ab eorundem nunquam poſ-
ſint dominio ſeparari; ſed nudam il-
lorum tantummodò adminiſtrationẽ
in priuilegiarios, quoàd vivunt, ut
dicebamus, pertranſire, Capyc. d. de-
ciſ. 121. nu. 5. & ex Andr. Franciſcus
de Amic. loco ſuperiùs cit. alijſque
D. R. de Ponte deciſ. 28. num. 6. & 7.
Maſtrill. de Magiſt. lib. 1. cap. 27. n. 34.
D. Conſil. de Georg. in repet. feud. cap.
53. num. 4. & 5. & n. 25. D. R. Ro-
vit. cit. deciſ. 72. nu. 35. D. Conſil. Theo-
dor. allegat. 41. nu. 21. Montan. de reg.
officijs, num. 2. & ſeq. & num. 25. verſ.
habet quoque, & n. 43. verſ. cùm ex
natura, D. R. Capyc. Galeot. cit. reſponſ.
fiſcal. 12. num. 93. cum ſeq. & num. 98.
in fine, Amicangel. cit. qu. 5. num. 1.
D. R. Reverter. deciſ. 466. nu. 2. ibique
D. R. de Marin. in obſervat. in princ.
lib. 2. D. R. Capyc. Latro d. deciſ. 182.
num. 6. & 7. p. 2. & conſult. 62. n. 27.
lib. 1. Thor. in ſuo Cod. d. cap. 51. n. 5.
id. Conſil. de Georg. allegat. poſthum. 5.
num. 4. lib. 2.
Deniq; ſimiles officiorum conceſſiones,
(niſi expreſsè contrà diſponatur) ex-
trà illorum intrinſecam, rectamquè
rationem diſpoſitas intelligi nõ poſ-
25 ſe, argumento, cap. 1. de feud. non hab.
propr. nat. feud. firmarunt Freccia qu.
50. 51. 53. D. Reg. de Ponte cit. deciſ. 28
num. 9. D. R. Capyc. Galeot. reſponſ.
Fiſcal. 12. n. 137. Vt hinc undequaq;
in Regiæ Curiæ commodum Portula-
niæ officium jamdudùm ceſſiſse, di-
cendum ſit.
Sed nè inconditè rem tanti ponderis ag-
gredi videamur; contraria quoque
expendere, ac diluere non incongruũ
eſſe putamus. Quadrifariàm enim
domini ex adverſo Patroni, fiſcali ju-
dicio ſe conantur opponere. Primò
æquum ſanè non videri, vel in litis
exordio, ad titulum ſuæ poſſeſsionis
oſtendendum, Ill. Ducem poſſeſſo-
rem eſſe obſtringendum, contra
26 text. in l. in ſpeciali 74. D. de rei vin-
dicat. l. cogi 11. C. de petition. hęred. l.
fin. C. eodem tit. de rei vindicat. &
apertiùs in l. 12. C. Theodoſ. tit. 39. de
fid. teſt. & Inſtrument. lib. 11. qui-
bus juribus incivile ſtatuitur eſſe, ab
eo, qui petit, cogi poſſeſſorem ſuę poſ-

ſeſſionis cauſſam titulũvè indicare, vel exhibere, comprobantq; *Cynus, Bartolus, Bald. Salicet. Caſtren. Angel.* alijque *in dict. l. cogi, C. de petit. hęredit. Afflict. deciſ. 265. num. 87. in princip. Palatius Rubeus in repet. cap. per veſtras. §. 1. verſ. ſed eſt pulchra, num. 46. Covarr. in regul. poſſeſſ. §. 10. num. 9. verſ. hinc, & illa Maſcar. de probat. concluſ. 1378. nu. 1. lib. 3. Pacian. eod. tract. lib. 1. cap. 7. nu. 81. & cap. 61. num. 7. & ſeq. Padill. in repet. l. altiùs num. 1. in princip. C. de ſervit. & aqu. Vgo Donell. cõment. juris civil. lib. 19. cap. 12. pag. 333. nu. 50. Anton. Faber in ſuo Cod. de petit. hæredit. lib. 3. tit. 21. diffin. 8. Caſtill. contr. jur. lib. 6. de tertijs debitis cap. 16. num. 3. tom. 7. Mar. Giurba deciſ. 93. ſub num. 3. verſ. nemo enim D. R. Merlin. controver. forenſ. cap. 13. in princip. centur. 1. D. Io: Solorzan de Indiar. jur. lib. 2. cap. 28. num. 37. Arnold. Corvin. Iuriſprudentia Romanę, Cod. lib. 1. tit. 31. de petit. hęreditat. colum. 4. verſic. undè poßeſſor. Iacobus Gothofredus in comment. ad cit. l. 12. C. Theodoſ. de fide teſtium, & inſtrumentor.*

Id quod, etiàm adverſùm Principem, ac
27 fiſcum locum ſibi vindicare, ſenſere
Martin. Laudenſ. in tractat. de Princip. qu. 347. ſi Rex, vel Dux tract. tom. 16. pag. 209. Palat. *Rub. vbi ſup. ex Bart. Andrea de Barul. Platea*, alijſq; *Pacian. cit. cap. 7. num. 84.* Peregrin. *de jure fiſci lib. 7. tit. 3. num. 12. Caſtill. ubi ſup. num. 5.* ante eum *Tiraquell. ad leg. connubial. 11. n. 11.* Iuvenalis carmen recitans.

Vndè habeas, quęrit nemò.

Hocque in fiſci delatore, certò certiùs
28 eſſe, locupletisſimus teſtis eſt Vlpian. in *l. extat 25. D. de jure fiſci*, his uerbis, *eſt &* aliàs *extat decretum ab Imperatore Severo, conſtitutum, nullo modò exigendum, quem probare, undè habeat, circa delationes fiſcales, ſed delatorem probare debere, quę intendit*, concordatq; *Regni Conſtitutio Ab Officialibus*, ſub *tit. ut nullus officialis cogat aliquẽ ad oſtendendum titulum ſuę poſſeſsionis.*

Vlteriùs, ad ejuſdem argumenti firmamentum ſu[illegible]dunt ſecundo, abſque termino, & citrà judicij telam, minimè cauſam hanc poſſe terminati, præſertim ex Regni jure; quo poſſeſſores
29 ne utiquàm, etiam fiſco inſtante, poſſeſsione priuandi ſunt, niſi priùs inſtructo proceſſu, in eos legitimè convictos, ſententia dicta fuerit, ex tex. (cum quo, & concordantes præ cæteris allegaverat *Io: Vincentius de Annà allegat. 68. num. 8. & allegat. 79. num. 2.*, & quem noviſsimè expreſſum, *& rotundum* appellat *D. R. de Marin. in obſervat. ad deciſ. D. R. Reverter. 111. lib. 1. nu. 2. & obſervat. ad deciſ. 566. per tot. lib. 2.* cap. Regis Caroli Secundi, *Item ſtatuimus ſub tit. quòd ſi aliquis tenet aliquam poſſeſ. Curię num. 120.* juxtà *Io: Ant. Nigri*, ordinem, cujus hæc ſunt verba. *Item ſtatuimus, quòd ſi procuratores fiſci, vel alij Officiales, ſeù publicę perſonę, ad quorum officium iſtud ſpectat, credunt poſſeſsiones aliquas, ſeù jura ad fiſcum ſpectantia detinerò per aliquos occupata; detentores, ſeù poſſeſſores ipſarum poſſeſsionum, ſeù jurium in competenti tribunali conveniant, & contra ipſos, ſervato juris ordine procedatur, nec ipſarum poſſeſsione priventur, antequam legitimè convicti fuerint, & etiam condemnati*, ubi Lucas de Penna, *ſub num. 5.* uerba *juris ordine* exponens inquit, *juris ordine, qui eſt, ut poſſeſſor citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, juretur de calumnia, & ſententialiter condemnetur.*

Id quod, & confirmatum fuiſse à Fride-
30 rico Cæſare dignoſcitur *in Conſtit. Reg. inter multas, tit. de offic. Magiſt. Procurat. Cæſaris* his verbis, *ut autem poſt cauſam ſufficienter inſtructam*, & comprobat *Afflict. in eadem conſtit. num. 4.* præfati capit. ſignanter Caroli II. fretus ſanctione, quodque obſer-

ſervandum, expreſsè quoquè deman-
davit Sereniſsimus Ferdinandus II.
In Pragmat. 1. §. 6. de ſalar. eor. qui
31 mittunt, ut monuit idem D. R. de Ma-
rin. loco proximè citato, ſubdens, ex
32 traditis reſolut. juris, cap. 115. nu. 16.
lib. 2. hucuſq; itèm non vidimus, nec
à majoribus audivimus Regem Noſtrū,
poſſeſſores earum rerum, quæ ſunt de
regalibus, de facto ſpoliare, ſed ordi-
nariè jura ſua Regium fiſcum propoſuiſ-
ſe, poſſeſsores ad titulum oſtendendum
vocando, & demùm, juris ordine ſer-
vato procedendo, advocans etiā D. Reg.
de Pōte auctoritatē in tract. de poteſt.
Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 6. n. 38.
33 exiſtimans ex his, (quo tamen duce
neſcimus) apud nos aboletam à praxi
fuiſse cap. cum perſona, de priuilegijs
in 6. diſpoſitionem, ut in obſervat. ad
deciſ. 566. verſ. etenim, lib. 2.

Præterea, poſseſsionis plurium annorū
ſuffragio Dux innixus, ab ea extēplò,
nullo fermè pacto expelli poſſe confi-
dit, cùm vulgaris, quoque juris ſit;
injuſtum etiam detentorem, prædo-
nemvè à poſseſsione non eſse detur-
34 bandum, cap. in litteris 5. de reſtitut.
ſpoliat. ibique D. D. Anton. de Butrio
in cap. ſæpè eod. tit. ex Roman. Aretin.
& Soccin. Cardinal. Tuſc. commun.
concl. lit P. concluſ. 441. num. 1. Rota
Romana deciſ. 64. n. 2. diverſ. p. 2. &
poſt tractat. Poſtij deciſ. 355. nu. 9.
& deciſ. 616. num. 3. D. R. Capyc. Latro
deciſ. 182. num. 34. & 35. lib. 2. qui-
35 nimò eoſdem, ſi ſpoliati utique fo-
rent, juris rigore reſtituendos eſſe, ex
Covar. Tiraquell. Guttierez, alijſque
notant Auguſt. Barboſa in collect. ad
cit. cap. in litteris de reſtitut. ſpoliat.
num. 4. in princip. tom. 1. Gratian. di-
ſcept. foren. cap. 899. n. 21. lib. 5. D. R.
Merlin. controverſ. forenſ. cap. 27. n. 4.
& 5. cent. 2. ex innumeris, quos ſe-
quitur Ludovic. Poſt. in tractat. de ma-
nuten. obſervat. 42. nu. 103. & 113.
Maccraten. reſolut. lib. 1. reſol. 58. n.
8. Thomat. deciſ. 3. nu. 73. lib. 3. Giurba
d. deciſ. 93. num. 2. & obſervat. de-
ciſ. obſervat. 13. in principio.

Summarijſsimo tandèm manutenendæ
poſseſsionis, ut nos Itali, ſeù, ut Hiſ-
pani vocant interìm, remedio Dux
incumbit, credens, ex eo ſaltèm, in
quo ſtatu motæ litis tempore reperie-
36 batur ſeſe fore cōſervādum l. 1. §. hu-
jus autem eum ſequent. D. uti poſſidetis
§. retinendæ inſtitution. de interdi-
ctis, & ibi Io: Faber num. 16. Har-
preet. num. 1. Gerard. Tuning. in fin.
verſ. at illi, poſt alios Covarr. practic.
quæſt. lib. unic. cap. 17. n. 3. Cancer.
variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. num. 4.
verſic. iſtudque, Rota Roman. poſt tract.
Poſtij deciſ. 23. nu. 1. deciſ. 26. nu. 1.
deciſ. 105. nu. 1. deciſ. 147. num. 2. de-
ciſ. 629. num. 1. deciſ. 644. num. 1. &
deciſ. 657. nu. 1. & penes Martinum de
Andrea dec. 61. in princ. Poſt. in tract.
de manuten. obſervat. 42. num. 84. D.
Reg. Capyc. Galeota controv. illuſt. con-
trov. 51. ante num. 1. lib. 1. D. Reg. Ca-
pyc. Latro d. deciſ. 182. n. 34. & conſul-
tat. 83. num. 45. lib. 2. D. Reg. Conſi-
liarius Paulus Staiban. reſolut. forenſ.
reſol. 175. num. 49. 50. & 51. cent. 2.

Prout in beneficialibus quoque, ſerua-
37 ri comprobarunt, Menoch. Gratian.
Saluſt. Tiber. Marcheſ. Rodericus Lot-
ter. Gionagn. Rota Roman. cæteri-
que penès Hercul. Mareſcot. va-
riar. reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 12. &
ſeq. & 25. & Poſt. de manutent. citat.
obſervat. 42. num. 28. & in deciſ. poſt
38 tractat. deciſ. 113. num. 9. Ac demùm
adverſus Cameram, & Fiſcum recipi,
ex Gabriel. Tuſch. Peregrin. Guttier.
Rota Roman. tradit idem Poſt. de ma-
nuten. obſeruat. 14. num. 6. & 7.

Sed facili provincia, cuncta hæc obje-
cta diluentur, in mentem ſi revoce-
mus, de regalibus judicium eſſe red-
39 dendum; quæ ſine ſpeciali Principis
largitione, neque obtineri, neque
poſſideri valent, l. quicumq; 2. C. de
fund. Limitrop. lib. 11. cap. cum ſuper
quibuſdam 26. §. præterea de verb. ſi-
gnificat. cap. quod translationem 4.
de offic. legat. cap. 12. de præſcrip. in 6.

cap.1.de feud. March.in vſibus feudor. Conſtit. Regni Ea, quæ ad ſpeciale decus, Conſtit. Dignum, Conſtit. Cùm ſatis, Conſtit. Diva memoria, Lucas de Penna in dict. leg. 2. num. 2. verſ. eſt ſimile in Regno C. de fund. Limitrop. lib. 11. Iaſon conſ. 45. num. 6. cum ſeq. lib. 1. Rolandus à Valle conſ. 42. num. 7. & 8. lib. 2. D. Reg. Loffred. conſ. 24. ante num. 1. Peregr. conſil. 2. num. 1. & ſeq. & num. 12. lib. 1. Maſsimilianus Fauſt. in conſil. pro Ærario claſſe 6. conſ. 3. ordinat. 545. Dom. Io: Bapt. Larrea allegat. 77. num. 9. lib. 2. Freccia de ſubfeud. lib. 3. formula 2. num. 25. & 26. Regner. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 5. n. 76. & 77. Ripoll. eod. tractat. c. 1. n. 17. & ſeq. Grammat. deciſ. 59. n. 15. Rota Rom. dec. 34. n. 1. & 2. p. 1. diver. Capyc. deciſ. 77. num. 12. & 13. Anton. Faber in ſuo C. lib. 3. tit. 12. de juriſdict. omni judic. diffin. 2. Leo. deciſ. Valent. 82. num. 17. lib. 1. Io: Koppen. deciſ. 32. num. 4. D. Reg. Salernit. deciſ. 51. num. 29. D. Reg. Revert. deciſ. 449. num. 1. lib. 2. D. Reg. Rovit. deciſ. 72. num. 38., innumerique alij, quos longa ſerie retulimus in diſsert. longè poſt hæc à nobis edita, pro Regio fiſco cum magnificis vectigalis Serici Gubernatoribus.

Quamobrem, ut adverſa hæc, & in quibus frequenter, & quotidiè varijs in cauſarum generibus per maximam fiſci rem agi agnoſcimus, ſigillatim, ut res tanta expoſtulat, diſſolvātur, dicimus, quòd, etſi, nemò ſuæ poſseſſionis titulū regularitèr profiteri cogitur: id tamen in juriſdictionalibus, ac præcipuè regalibus recipit coarctationem; horum etenim poſſeſſores, ad conceſsionum titulos exhibēndos va-
40 lidiſsimè obſtringuntur, canon. omnes Baſilica 16. quæſt. 2. canon. contrà morem 100. diſtinct. cap. conſtitutus 47. de elect. cap. cum contingat 24. & ibi gloſsa in uerbo rationabilis, & cap. dudum 31. §. nos igitur de decimis cap. conſtitutus de religioſ. domib. cap. cū dilecta 4. de confirmat. util. gloſ. in l. 2. verſ. jurata fide, C. quando, & quibus quarta pars lib. 10. Lucas de Penna in dict. l. 2. verſ. fortiùs, C. de fund. Limitrop. lib. 11. ibi, fortiùs ergò tenentur detentores hujuſmodi, in quos jura ipſa regalia, ſeù bona demanialia non cadunt, oſtendere jura, & titulum ſuæ poſſeſsionis, cum talia per privatos, abſque diſpenſatione poſſideri non poſſunt, nec etiam præſcribi, Afflict. in repet. cap. 1. de controv. Inveſt. n. 36. verſ. ſextò fallit, & in cap. Imperialem §. illud num. 12. verſ. tertio pro iſta parte de probib. feud. alien. per Frideric. & ex Bal. Io: Andrea Ardizz. &
41 alijs deciſ. 265. nu. 87. Grammat. ſic noſtrum Regiæ Cameræ Senatum diffinijſse inquiens cōſ. 9. in fine, Roland. à Valle cōſ. 89. incip. & ſi apud 24. etiā adversùs centenariam præſcriptionē allegatam hoc tradens num. 33. & 34. lib. 2.

Ac veriſsimam hanc noſtram quòque propoſitionem, ut regalium ſcil. poſſeſsores titulos exhibere obligentur, hoſce etiàm graviſsimos ſectatos adinvenimus auctores; quos, ſi ad principalem noſtram comprobādam, ut decet theſim, ærumnis non parcentes, inſignium conſultorum exemplo, recenſere non piguit; æquo pariter, gratoque animo ſynceros Iuriſprudentiæ athletas laborem ſuſcepturos non veremur; Capyc. nempè in inveſtitura feud. verſ. feudatariorū edictiones, verſ. limita 1. pag. 181. Freccia de ſubfeud. lib. 2. auth. 17. num. 2. in princ. Roſenth. de feud. lib. 1. cap. 8. concluſ. 33. n. 9. & litera G. in annot. Aviles in c. prætorum, c. 1. n. 18. Azeved. lib. 4. recopilat. l. 1. tit. 1. num. 16. verſ. & ſi poterit, Peregrin. de jure fiſc. lib. 7. cit. tit. 3. num. 17. & 18. & de fideicom. art. 52. num. 139. ex compluribus Alvarez Valaſcus de jur. emphit. quæſt. 8. num. 22. Balzar. in repet. cap. Imperialem §. illud quoque, n. 17. verſ. facit pro alia parte, & n. 18. de probib. feud. alien. per Frideric. Foller. in prax. cenſual. c. ſenſus n. 110. Harthman. Piſtor.

ſtor.quaſt.jur. lib. 2. par. 2. quaſt. 46.
nu. 2.cum ſeq. Thom. Michael. Luſa-
tienſis diſput. jurid.Baſil. Acad. lib.1.
diſput.2.Theſ.62.l. A.D. Reg.de Pon-
te de poteſtat. Proreg.tit. de regal. im-
poſit.§.6.nu.38. Pet.Greg.de feud.p.1.
quaſt. 12. & ibi Maſtrill.in additione,
l.E.Caſtill. Bovadill. politic. lib. 2.
cap.16. nu.92. Cavall. commun. contra
communes, quaſt.820. num. 27. Gra-
tian.diſcept.forenſ. cap.441.n.3.to.3.
Ludov.Sacca conſil.5.num.102. idem
Maſtrill. de Magiſt.lib.3.cap.2.nu.17.
to.1.Intrigl.de feud.cent.1.q.68.n.1.
& ſeq.Caſtill.d.lib. 6.controv.jur. cap.
3. num. 5. cap. 16. num. 10. tom. 7.
Roſenthal. de feud.lib.2.lit.G.D.Io:So-
lorzan. de Indiar.jure lib.2.c.28.n.39.
42 Illuſt. Marchio Belmontis, D. R. Ca-
rolus Tapia, venerabilis ſemper me-
moriæ, togæque decor lib.6. jur.Re-
43 gni in annot.ad conſtit.Reg.ab officiali
num. 7. & 20. ità praxi receptum
tradeus, dict. num.7. & ex gloſ.Con-
ſtit. Andr.Afflict.Parid.de Put. Mario
Mut. alijſq; veriſsimam hanc appellat
concluſionem, communemque omniũ
44 reſolutionem, loc.cit.num.3. ſequitur
Dom.Regens ſcientiſsimus, Sacriq;
Conſilj primi ordinis Præſes.D.Frãc.
45 Merlin. controv.foren.cap.13.centur.
1.n.15. & 16.præcitatã Conſtitutio-
nẽ, Ab Officialibus in regalibus (ut infe-
riùs) non vigere confirmans nu. 33.
& ſeq. contrarijs, ſatisfaciens n. 46.
uſque ad fin.nec diſsentit D. Reg. de
Marin.cit.reſol.115.nn.16. lib. 2. his
verbis, ſed praxis in Regia Camera
inolevit, ut citentur poſſeſsores ad oſtẽ-
dendum titulum eorum, quæ poſſident;
& in citata obſervat.ad deciſ.111.n.2.
in princip.D. Reg.Reverter. & in ſpe-
cie, in officij poſſeſſore, id ſibi locum
46 vindicare, poſt Capyc.deciſ. 77. teſta-
tur, idem D. Reg.Tapia,loc.cit. n.26.
& à rationis majoritate docuere,
D.Præſes de Franch.deciſ.165. num.4.
& Rot. Rom.poſt tractat.Poſtij, deciſ.
335.num.3.
Idemque eſt in beneficialibus, à quibus
47 ad officia validum putarunt argumẽ-
tum, Bart.in l.2.§.data,D de option.
leg. Et poſt cæteros, nonnullis ex-
penſis juribus, Ludovicus Molin. de
Hiſpan.primogen.lib.2.cap.4.num 39.
Quintilian.Mandoſ.ad regul.Cancell.
32.q.2.n.2.Oliban.de jur.fiſci cap.13.
n.62.Cabed.deciſ.Luſit.20.ſub n.1.&
deciſ. 91. num. 4. p. 2. Auguſt. Bar-
boſ.in loc. comm.loco 14.& 77.Ramon.
conſil.6.num.46. ex Abb. Luca de Pen-
na, Io: Fabro, Rebuff. Pinell. Pereyr.
alijſq; Dom.Larr. allegat.fiſc.50.n.52.
ante eum D. Reg. de Ponte deciſ. 28.
48 num.1.& ſeq.quem ſequitur D. Reg.
Galeot.reſpõſ.fiſc.12.n.47.Id idem de
tituli exhibitione firmarũt ex Io:Andr.
Ancar. Abb. & Felin. Vaſquius de ſuc-
ceſs.reſol.lib.1.§.7.num.19. & 20. vo-
lum.2.ante eum Luc. de Penna in d.l.2.
num.2.verſ.ſic etiam beneficio,C. de
fund.Limitrop.lib.11. Roſenth.de feud.
tom. 2. cit. cap. 8. num.6. & in alleg.
lit.H. D. Io: de Solorzan. de Indiar.
jur. lib.2.cit.cap.28. nu.40. & ex om-
nium Canoniſtarũ mẽte tradidit, Mel-
chior.Lotter.de re benefic.lib.3.qu.24.
verſ.his tamen, & num.10.& 11.
Et inter cæteras, duplex præſertìm ratio
prævalet; altera ſcilicet, quia cum de-
49 tentoribus commune, Regnique jus
omninò reſiſtat, ut ſine ſpeciali Prin-
cipum conceſsione regalia nequeant
poſsidere, idcircò, ad text. in d. l.
cogi,C.de petit. hæred. cum concordant.
reſtrictionem, ad titulos oſtenden-
dum cogi poſse probarunt Curt. iun.
conſ.90.ſacratiſsima, nn.2. par.1. Gu-
liel. de Bened. in cit. cap. Raynutius
repet.verſ.uxorem nomine Adelaſiam
deciſ.2.num.22.verſ. cum habeat, Pa-
dill.in d.l.altiùs num.6.& 7.C. de ſer-
vit.& aqua, ex Roland.à Valle, alijſq;
Pacian.de probat. cit. cap.61. num.26.
lib.1.Rimin.Iun. conſ.31. nu.54.lib.1.
Achill. Pedroc.conſ.3. nu.124.Barboſ.
in collect.cod.lib.3.tit.31.ad d.l. cogi,
C.de petit.hæred.n.8.
Altera, quia cùm Regnantes in hiſce ju-
50 riſdictionalibus, regalibuſq; forma-
tam

Google

tam ſibi obtineant intentionem, cap. 1. quæ ſint regalia, cap. 1. §. Iudices de pace tenen. juram. firman. gloſ. in clem. Paſtoralis verb. diſtrictu de re judic. notantq; D.D. in l. deprecatio, D. ad l. Rhod. de jactu, & l. benè à Zenone, C. de quatrien. præſcript. Andr. de Iſern. in cap. Imperialem, §. illud, num. 67. de prohib. feud. alienat. per Frideric. ibi, fundata eſt agentis fiſci intentio, quia directum Dominium eſt Regis, idem num. 13. in fin. & Balzaran. num. 8. Palat. Rub. in repet. cit. cap. per veſtras verſ. ſed eſt pulchra, n. 43. verſ. quod reſiſtat jus pag. 335. Avendan. de exequend. mand. p. 1. cap. 4. num. 3. Valaſc. de jure emphyteut. cit. quæſt. 8. num. 21. ex Io. Andr. Innocent. Abb. Carol. Ruin. Peregrin. de fideicomm. art. 52. n. 139. verſ. item, Octavius Zobolus Ducalis Parmenſis Cameræ fiſci patronus inter conſilia, Peregr. conſ. 3. n. 3. lib. 1. cæterique mox citandi; meritò, & jure quidem optimo, regalium detentores ad titulos exhibendos compelli queunt. ex d. cap. 1. de præſcript. in 6. c. ad decimas 2. de reſtitut. ſpoliat. eod. lib. cum alijs adductis à Palas. Rub. loc. cit. n. 43. & 48. Guliel. de Benedict. d. repet. cap. Raynutius, verſ. et uxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 2. num. 22. verſic. Quia etiam, Valaſc. cit. quæſt. 8. num. 22. Padill. in d. l. altiùs, C. de ſervit. & aqua. nu 4. Azeved. lib. 4. recopilat. tit. 1. lib. 1. nu. 16. & ſequent. l. 2. n. 2. tom. 22. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 28. n. 1. in fin. & n. 2. in princ. verſ. quoniã, Caſtill. Bovadill. polit. lib. 2. cap. 16. num. 92. in princip. tom. 1. Gabed. deciſ. Luſit. 9. nu. 1. & 3. p. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 2. num. 6. 11. & 12. to. 1. D. Reg. Revert. deciſ. 566. ſub n. 1. p. 2

Vt proindè, ſicùt abſonum ex ſuperiùs
51 firmatis in jure, ità commentitium in
facto apparet, quod ex Andr. de Barulo in d. l. 1. C. de conduct. & procur. lib. 11. dixerũt Iaſ. & Roland. à Valle noſtræ alioquin ſentẽtiæ ſectatores, alter in præludijs feudorum, n. 50. & 51. alter in conſ. 89. n. 6. lib. 2. & conſ. 66. nu. 22. lib. 3. ut meminit quoq; Marius Cutell. deciſ. 1. orat. 1. num. 26. tempore ſcilicet Manfredi Regis, nulla declarata quædam acta fuiſse, quibus nobilis quidam ad titulum exhibendum, quo jure caſtra poſsideret vocatus fuerat, quod nulla peculiari Manfredi Regis facta mentione, tradidit Anna cit. allegat. 68. num. 4. & allegat. 79. num. 2. nàm Andreas de Barulo factum hoc minimè enarravit, ut cit. lib. 1. C. de conduct. & procurat. lib. 11. videre eſt, & animadvertit D. R. Tapia in citat. Cõſtit. inter multas lib. 2. jur. Regni, ſub tit. de offic. procur. Cæſaris, num. 10.

At, quanquam, ex his, quod ſecundo loco fuit objectum, ſatis ſuperque reſolutum appareat: cauſam, ſcilicet hãc, abſquè ordinarijs inducijs, nec ſervato judicij ordine diffiniendam eſſe, vel ad præcitati Regni capitulũ, Item ſtatuimus 120. ut ſuperiùs, num. 29.
52 cum ſeq. intelligentiam attamèn, ne
hujuſce capituli conſtitutio poſthàc adversùs fiſcum ſeverè nimis, nè dixerimus audactèr, objici valeat; prout D. R. de Marin. eam induxit, in obſervat. ad citat. dec. 111. D. R. Revert. in lib. 1. num. 1. & deciſ. 566. lib. 2., ſpecialiori methodo illam enucleare operæ pretium duximus. Quod ut aſſequamur, non modò ipſius capituli diſpoſitionem, (cui, & conſona eſt, citata cõſtitutio Regni Inter multas, D. R. de Tapia in eadem conſtit. verſ. vindicare) æquam fatemur: ſed, quod magis, firmiora in noſmetipſos adverſariorũ tela porrigentes, juri quoq; communi conformem bono concedi-
53 mus animo, ut poſt Andr. de Iſernia
annotavit Afflict. in ead. Conſtitut. Inter multas ante num. 5. ibi, & in
54 hac concordat jus commune; quo ſta-
tutũ videtur, ut fiſcalibus in cauſis juris pariter ordo adſervetur, ut in d. l. extat 25. D. de jur. fiſci, l. prohibitum 5. l. defenſionis facultas 10. C. eod. tit. lib. 10. l. omnes 5. C. de delator. eodem lib.

lib.ibi legibus,& recto juris ordine fiſci
advocatis agentibus vindicetur, l.1.C.
de conductor. & procurat. lib. 11. vbi
Theodoſ.& Valent. digna hæc verba
fecere Conductores, hominesve Augu-
ſtiſsimæ domus noſtrę, quoties de cau-
ſa ad domum Regiam pertinente ali-
quid quaſtionis emerſerit, non aliter,
quàm ex legum ordine, quibus ſimili-
ter omne hominum genus tenetur, vel
excipiant, vel inferant actiones; ij-
demq;Cæſares in l. fin. C.Theod.de
appellat.lib.11.tit.30. ità reſcripſere,
Salva enim noſtra reverentia majeſta-
tis,jus nobis, cum privatis non indi-
gnamur eſſe commune, ut de Iuliano
Marcellin. ſcripſerit lib. 24. pag. 35.
æquari fiſci jurgia cum privatis.com-
probat,nõ nulla cõgerens eruditè,Ia-
cobus Gothofred.in comment.ad eandẽ
l.fin.C.Theodoſ.de appellat.verſ.igitur
t. 4. undè Divus Ambroſius Epiſtol.
52.ad eundem Valent.inquit quod pre-
ſcripſiſti aliјs,præſcripſiſti tibi.

Qua de re, hoc idem, ut fiſcus nempè
in privatorum cauſis juris ſerva-
to ordine, ſuas inferre debeat ac-
tiones, cofirmarunt itidem Bart. in
d. l. 1. C. de conduct. & procurat. lib.
11.& Andr. de Barul. ibidem num. 2.
& in d.l. omnes, C. de delat. lib. 10.n.
2.Laudenſ.de fiſco, quæſt. 18. tom. 12.
pag. 5. ex Iaſon, Decio, Iacobin. de S.
Georg. Caſſan.aliјſque Roland. à Valle
d. conſ. 66. num. 22. vol. 3. Olib. de
jur. fiſci, cap.15. num.2. Ant.Perez in
ſuo C.in tit. de jure fiſci,lib.10. n. 38.
Marius, Cutell. deciſ. 1. num. 27. &
ſeq. Adeòut,& audire omnimodo cõ-
55 tradictorem,fiſcales Iudices oportere
dixerint Guid.Papa,Arius Pinellus,Pe-
regr. alijq; relati à Giurba cõſil.crimi-
nal.67.num.12. & 13. Et minimè fi-
56 ſco,poſſeſſorẽ interim,à poſſeſsione
eijcere permiſsũ tradiderint, Honded.
Franciſc. Marc. Boſs. Lancellott. Co-
varr. Felic. aliјque, penes eundem
Giarb.cit.conſil.67.num.15.

At neminem, deindè præterit: eodem
57 comm. Quiritũ jure,fiſci cauſas ſũma-
riè, & ſola, (quod ajunt) inſpecta
veritate,ut præcipuè negotium expo-
ſcit,pertractandas eſſe, l.apud Iulianũ
35. D. de jure fiſci, ubi fiſco inſimùl
cum privato, ſuper eadem re cauſam
58 agente, ut ſuum fiſcale jus priore lo-
co diſcutiatur, ac privati interim ac-
tio ſileat, ex Pomponij liquet reſpõ-
ſo,& in l.hi qui 4.C.de cõveniẽdis fiſci
debitoribus lib.10. ibi omiſſa fruſtra-
tione teneatur,l.publicas,ac fiſcales 5.
C.de ferijs ſine aliqua intermiſsione
diſtinguat, §.oportet, Auth. ut judic.
ſine quoque ſuffrag.fiant propter ine-
vitabilem fiſcalium exactionem, Iuſti-
nianus inquit, Scientibus vobis ſubie-
ctis,quia militares expenſæ, & hoſtiũ
incurſiones multa egent diligentia; &
non poſſunt circà pecunias hæc agi,cau-
ſa v3. nullam recipiente dilationem;
& in §. oportet,Authent. de mandat.
Princip.primùm quidem fiſcalia tribu-
ta exigi vigilanter, & §. coges, Au-
tenth.eod. §.& primum, Authent. jus
jurãd. quòd præſt.& primum omne ha-
bebo ſtudium,ut fiſcalia vigilanter in-
ſpiciam, & indevotos quidem, & in-
digentes neceſſitate cum omni etiàm
vehementia,firmãtq; hoc idem Bart. in
l.res quæ, §. res autem, D.de jur. fiſc.
ex l. ſi quis 7. ibi ſtatim recipias,C.de
bon. proſcript. Io: de Plat. in d.l.hi,
qui num.2. C. de conven.fiſc. debit.
lib.10.Afflict.in cap.1. de fratrib.de
nov.beneſ.inveſtit.num.9.Petr. Greg.
Syntag.jur.tom.1.lib.2.cap.19.num.3.
Peregrin.de jur.fiſc.lib.7. tit.3.nu.3.
Matth. Coler. de proceſ.execut. par.1.
cap.3.n.85.in prin. & par.3.c.2.n.37.
Andr.Gaill.pract. obſervat. lib.1. ob-
ſervat20.n.8.in princ.& ibi Bernard.
Grev.in obſervat.ad cit.obſervat. 20.
conſid.1. num.1. lib.1. ex multis, Al-
phar.de offic. fiſc. Gloſ. 16. priuil. 12.
num.55. poſt Alciat. conſ. 54. in fin.
59 lib.5. D. Io: Baptiſta Spada digniſsi-
mus Apoſtol. Camerę fiſci patronus
conſ. 168. num. 5. lib.1., ante eum D.
Io.Solorz.de Indiar. jur.lib.2. cap. 28.
nu.28.in princ.

Qui-

Quinimò adeò verũ eſt, fiſcales cauſas
ſummatìm, ac exequutivè,(vt dici-
mus), ſæpè ſæpius agi oportere,ut
licèt eodẽ Romanorum jure,ſecũdum
quod nunc verba facimus,publica, &
60 ſolennia inſtrumenta minimè para-
tam ſibi obtineant perſecutionem,
ſed ex eis ſit ordinariè agendum, l.ſi
cum dotem, §. eodem autem tempore,
D. ſolut. matrim. ibique Angel. &
Alex.n.6.l.minor annis viginti quinq;
41. D. de minorib. ibiq; Bart.& Bald.
Boer.deciſ.195.n.5.Oſaſch. deciſ.129.
num.2. Franc. Marc.deciſ.193.tom.1.
Theſaur. deciſ.26.num. 1. Dom. Præ-
ſes de Franch.deciſ.118. nu.5.Caſtill.
deciſ.109.nu.31. D.R. Rovit. in rubr.
de inſtrument.liquidat.num.1.& ibid.
Novar. n.5. Gaitus de credit. cap. 3.
tit.1. nu.886. Ricc. collectan.756.p.
4. D. R. Galeot. controverſiar. illuſtr.
controver.63.num.3.lib.2.D.R.Capyc.
Latr. deciſ.115.num.17.tom.1. ex in-
numeris Carol.deGraſs.in tract.de ex-
cept.in prælud. num.1. D. Reg. Merlin.
cent.2.controver.forenſ.cap.2. num.5.
& cap.85.num.27.
61 Pro fiſci tamẽ commodo, id equi-
dèm præciditur, & adverſus ejuſdem
ex publicis tabulis debitores liquidã,
ac paratam cõſequitur exequutionem
cit.§. coges,Authent. de mandat. Prin-
cip. ex Bald. Salicet. Suarez, Gabriel
Quemad.alijſque Graſs.cit. tract.de
exception. in præludio n.35.
62 Sicuti pro collectarum tributorũvè
exactione, exequutivè, & in bona,
& in perſonas agere fiſco permiſſum
eſt, ut ex §.ſi verò,Authent. eodem de
mandat. Princip.cum ſimilib. deſuper
adductis tradiderunt Bald. conſ. 434.
in princip.num.1.lib.3. Salicet.in l.1.
nu.3.C.de condiction. ex leg.Guid.Pa-
paſing.314. verſic.in præſtationibus,
Ozaſc. deciſ.86. num.3.& 4. Theſau.
deciſ.164.nu.2. Coler. de proceſs. exe-
cut. p.1.c.1.n.85.& p.3.cap.2.n.37.&
ſeq.Gaill.practic.obſervat.lib.1.obſer-
vat.20.n.5. & 7.Petr.Feder.Minad.de
proceſs.& mandat.Iud. lib.2. cap.67.
num.8.Bernard. Grev.in obſervat. ad
Gaill.concluſ.20.conſiderat.1. num.2.
Marant.in ſpecul. aur. diſtinct.9. nu.
59.Caravit. ſuper ritu M C.127. n.3.
Franciſcus Mauſ. de cauſ.execut. am-
63 pliat.8.nu.19. proùt generaliter,ad-
ciſ. 18. n. 12. Dom. Rovit. in d. pragm.
1. de juriſd. ad invicem non turban. n.
31. Capan. de jure relevij p. 3. q. 9. nu.
2. & de jure adhoa q. 41. num. 4. Mon-
tan. de regalib. cit. verſ. flumina navi-
gabilia n. 8. fol. 61. Reg. Capyc. Galeot.
controverſ. 51. num. 2. lib. 1. & contro-
verſ. 53. num. 6. lib. 2. ac reſponſ. fiſcal.
12. nu. 363. Capiblanc. de Baron. cit.
cap. 77. num. 6. lib. 2. Dom. Praſes. La-
nar. in addit. ad cit. §. ſi quis per tri-
ginta num. 31. 77. & 80. Thor. in
compẽd. dec.* Reg. *t. 3. p. 2. verb. poſſeſſor
pag. 292. Novar. de gravamin. Vaſſal-
lor. to. 2. prælud. 1. num. 4. & 7. Capyc.
Latro deciſ. 77. n. 15. t. 1. Marcian. di-
ſput. forenſ. 65. n. 12. & 24. to. 2.* ac tan-
dẽ cæteris omiſsis, utq; illius ſẽſus hac
etiàm in re ſeligatur, idem *Dom. Reg.
de Marin. reſol. jur. lib. 2. cap. 204. n. 4.
& in. 5 obſervat. ad cit. deciſ. Dom. Reg.*

Re-

Reverter.139.num.2.deciſ.253.circa finem lib.1.deciſ.495.num.2.& 566. ſub num.1.lib.2.

Finem hic dicendi faceremus, niſi de-
nuò, ac tandem Ducem inſurgentem
116 videremus, celebri fretum S. P. In-
nocentij III. conſtitutione, *in cap. cum veniſſent 6. de Inſtit.* qua eum, qui in poſſeſsione reperitur, licèt juris præſumptio eidem reſiſtat, manutenendum ſtatuitur, probantque idem *Abb. antiq. Innocent. Zabarell. Io: Andr. Anan. Hoſtienſ. Henric.* Boic. *Anchar.Vivian.Alagon.* alijque penes *Barboſ. in collect. ad id. cap. lib.3. decret.tit.7. tom.2.*

Atque, ad antimoniam vitandam, quæ ex *cit.cap. cum veniſent de Inſtit.* negotium facere videtur *cit. capitulo cũ perſona, de privileg. in 6.* quo, & poſ-
ſeſsioné, ſeu quaſi, ac titulũ in regali-
117 bus juribus exquiri decernitur; di-
ſtinctionis ad aſylum confugientem, quoque cernimus, atque ad ruenté: *cap.* ſcilicet *cum perſona* citrà dubietatem vigere, quotiès nullus titulus, nequidèm coloratus appareat; *cap.* verò *cum veniſſent*, ex poſſeſsione, & colorato ſaltem titulo ſibi locum vindicare, *ex Dom.Reg.de Ponte cit.conſil.97. num.19. & 26. Dom.Reg.de Marin. in obſervat.ad cit. deciſ. D. Reg. Revert. 111.n.2. deciſ.251.nu.1.ac deciſ.449. n.2.verſ.& tamẽ verũ*, quinimò, quod, & ſatis durũ adversùs fiſcũ agnoſcimus, colorati tituli vice, diutinã poſ-
ſeſsionem triginta, viginti, vel etiam
118 decem annorũ ſufficere, *ex Abb.Peregrin. Menoch. Capye.de Franch. Reg. Lanar. Capiblanco*, alijſque ſectatur idem *Dom. Reg.de Marin.loc.ſupra cit.*

Ad hoc itaque poſtremum, argutumque ſanè argumentum, qualia ultima omnia ferè eſſe conſuevere, reſolvẽdũ, nos omninò oportet exercere, ac
multipliciter reſpondere. Et primò, in
119 cit. *cap.cũ veniſsent*, non poſſeſsio-
nem rantùm in Archidiaconi poſſeſſoris beneficium, ſed, & titulum quoque extitiſse, ex Archiepiſcopi petentis ſaltèm confeſsioné, & ſolùm de tituli qualitate, an ſcilicet perſonalis, an realis foret, ibidem hæſitatum fuiſſe, prout ex illius littera colligitur, ibi, *inter alia verò Archidiaconus ipſe reſpondit, quòd Archiepiſcopus, tam inſtitutiones, quàm cuſtodias non perſonaliter Archidiacono, qui tunc erat, ſed perpetuò de conſenſu Capituli Archidiaconatui reali conceſſione donavit: cùm autem Archidiaconus ipſe in continua poſſeſſione, tàm iſtarum, quàm aliarum libertatum multorum Archiepiſcoporum, & Archidiaconorum temporibus extitiſſet*, & ſubdẽs. *Nos igitur interloquuti fuimus, Archidiaconum eſſe in plena libertatũ ejuſdem Archidiaconatus poſſeſsione tuendum, donec prolatum legitimè fuerit, exadversò libertates ipſas Archidiaconis ab Epiſcopis perſonaliter fuiſſe conceſſas*, En igitur quomodò ibi, & titulus, licèt non omnimodò qualificatus, & Archidiaconi, ejuſq; anteceſſorum continuata poſſeſsio extiterãt: quas duas bonas, & ſejunctas, *gloſ. ibidem verſ. probatum* nũcupat pro poſſeſſore præſumptiones. Nil mirũ ergò, ſi pro detentore, quem, & poſſeſsio, & talis titulus fovebant S. P. pronunciavit, ut præ alijs, dilucidè explicuit, *Gutier.pract.quæſt.lib.3.q.19.n.8.*

Et fas erat, ſecundum *Gloſsa* ſententiam, ut duæ præſumptiones unicæ, pro ſu-
120 perioribus, licet fortiter vigẽti, præ-
ſtarent, ex recepta illa propoſitione, ut plures unam vincant præſũptionẽ. *argum. tex. in cap. cum in noſtra 32. de teſtibus, cap. licèt cauſam 9. de probat. & cap. quia veriſimile 10. Io: de Amic.conſ.114.n.23. Berous conſ. 9. nu.12.conſil.119.n.18.conſ.158.nu.3. volum.2. Decian.reſponſ.99. num.48. lib.2. Nevizzan.conſ.47.num.4.in fin. Burſat.conſ.89. num.2.lib.1. Maſcard. de probat.concluſ.1230.num.26. lib.2. Borgognin.Cavalc. dec.37.n.35.lib.1.*

Alioquin, ſi penitùs ullum titulum Archidiaconus, & ab Archiepiſcopo obtentum non oſtendiſſet, à poſ-

Digitized by Google

à poſſeſſione abſtinere debuiſſet, ex
diſpoſitione citati *cap.cum perſona de*
privil. in 6. & ejus ſanè,ac deceſſorũ
121 lata poſſeſſio,uti prava conſuetu-
do,ipſeque uti iniquus occupator dã-
nati fuiſſent,ut in præcitato *cap.ex fre-*
quentibus 3. eiuſdem tituli de inſtitut.
decretum, fuit, ibique declarant *Abb.*
Antiq. Innoc. Zabarell. Io.And.Imola,
Anan.Anton.de Butr.Hoſtienſ.Anchar.
122 *Panormit. Henric. Boic. Rebuff. Ala-*
gon. Zimen. alijque penes *Barboſ.in*
collect.ad cit.cap. ex frequentibus nu.
1.& 2. Temporis etenìm diuturnitas
pravitatem nõ minuit, ſed auget, *l.ne-*
mo 3.C.de epiſcopali audientia,cap.cùm
haberet 5. de eo, qui duxit in matri-
monium,quam poll.per adulter. ibi,*diu-*
turnitas temporis peccatum non mi-
nuat, ſed augmentet, Grammat. vot.4.
num. 18. Tiraquell. de pœnis tempor.
cauſ.42.num.14.Surd.conſ.270.num.
24.& 25.lib.2. & in ſpecie ex alijs
quoque juribus docet *gloſ.in cit.cap.*
ex frequentibus, verb.detinent de in-
ſtitut. comprobatque *Orlandus Fran-*
cus penes *D.Reg.Rovit.ſuper pragm.9.*
de feud.nu.32.

Præthereà,rei paritèr repugnaret naturæ;
(linquimus pro nunc immemorabilẽ,)
ut ſola poſſeſſio, quæ in his eventibus
uti iniqua uſurpatio damnatur, ut ul-
123 tra ſuperiùs adductos probant *An-*
char.cit. cap. cum perſona num.5.verſ.
undecimo de privileg. in 6.Menoch. d.
remed.ultim.de retinend.poſſeſſ.nu.24.
nèc juſta creditur, niſi, ut noſtri in-
124 quiunt, juſtificetur *Capyc. deciſ.77.*
num.7.cum ſeq.Gratian.diſcept.forenſ.
cit.cap.441.num.1.tom.3. D.Reg.Ro-
vit.conſ.100.num.8.lib.2. abſque ali-
quo tituli, ſaltèm colorati præſidio,ſe
ſe ipſam ſuſtineret.

125 Quinimò, contrà juris ordinem,
duorum ſpecialium ad idem efficien-
dum concurſus admitteretur,ad *text.*
in l.cum poſt 70.§.gener. D.de jure dot.
l.1.C.de dot.promiſſ.Card.Tuſc.pract.
concluſ.tom.7.lit.5.cõcluſ.370. per tot.
Menoch. de præſumpt. lib.2.præſumpt.
21.num.3.Surd.conſ.34.num.46.Gra-
tian. diſcept.forenſ.cap.518.num.27.
*520.num.10.& 573.num.36.tom.3.*al-
terum,ut detentori, cui jus tam forti-
ter in hiſce reſiſtit,ad manutentionem
petẽdam habilis redderetur; alterum,
ut ipſa quoque poſſeſſio, quæ à titulo
tàm longè diſtat, cùm nihil cum pro-
126 prietate commune habeat,ut *Vlpia-*
nus reſpondit in *l.naturaliter 12.§.ni-*
hil commune, D. de acquirenda poſſeſ-
127 *ſione, cũ concordantibus*, tituli quo-
que vice fungeretur.

Ideòque *D.D.*ut allegato *cap. cùm veniſ-*
ſent, locus eſſe poſſet (id quod in hac
ſpecie nequaquam,ut inferiùs, admit-
timus,)ultra continuam poſſeſſionem,
titulum ſaltèm coloratum requiri fir-
marunt,ut cæteris omiſſis, ex eiſdem
à *Domino Reg.de Marin.loc.cit.*in con-
trariũ allegatis colligere licet, ſuntq;
Abb. in dict. cap. cùm veniſſent num. 8.
*de inſtit.*ibi, *ulterius nota, quòd poſſeſ-*
ſio contrà jus, juvata vera præſumptio-
ne alicujus tituli,licèt clarè non conſtet
de qualitate tituli ſufficit ad repellen-
dum proprietarium illius juris,niſi cla-
rè probet defectum tituli præſumpti, &
eſt in hoc iſte text. notabilis limitans
multum cit.cap.cum perſona de privil.
in 6.

Capyc.deciſ.6.num.6.& 7. de tituli exhi-
bitione à poſſeſſore, cui jus reſiſtit fa-
cienda,differẽs,& beneficiũ ſine titulo
poſſidentem,intruſum dicit,fundat, ac
ex *Innoc.& alijs cit.deciſ.189.&* poſ-
ſeſſionem,& titulum præſumptum ex-
quiri,ex ipſius *Abbatis* verbis *loc. cit.*
clariùs expreſſit,*nu.9.& 10.*

Felin.conſ.2.nu.27. & ſeq. de amiſſione
tituli verba fecit,quæ tituli præceden-
tem exiſtentiam præfert,cùm privatio
habitum ſupponat, *l.decem 116. D. de*
verb.obligationibus cum ſimilibus.

Rota Rom.deciſ.595.num.4.p.1. diverſor.
Abbatis doctrinam ſequitur in *cit.cap.*
*cùm veniſſent num.*8.cujus relata jam
verba, & poſſeſſionem, & præſumptũ
titulum deſiderant.

Et apud *Canaler. deciſ.384.nu.1.* ſequi-
tur

tur *Felin. cit. conſil. 2. num. 27.*

Ac in *deciſ. poſt tract. Poſtij* 194. *nn.* 12. jus poſſeſſori vehementer non reſiſtere tradidit, etiam ex *Beltramin.* ibidẽ laudato *in addit. ad deciſ. Ludoviſij deciſ.* 312, *nu.* 4. *verſ, item aſſiſtentiam in fin,*

Menoch. (quem pro fiſco retulimus) *de retinen. poſſeſſ. remed. ult. n.* 24. & poſſeſſionem, & titulum ſaltèm coloratum ſufficere exiſtimat quodque ſola poſſeſſio non dicitur quaſi poſſeſſio, ſed iniqua occupatio, nihil certè occupatori profutura.

Peregrin. de fideicommiſſ. cit. art. 52. *num.* 142. adhùc, & poſſeſſionem, & coloratum titulum ex *Abbatis* ſententia requiri affirmat *verſ. nec obſtat*.

Dom. Praeſ. de Franch. in deciſ. 210. *nu.* 4. nequaquam in hac ſpecie verba fecit, vbi tam fortitèr (ut dicebamus) jus reſiſtit; quin ulteriùs *gloſsa in cit. cap. cum veniſſent, de inſtitutionibus*, Dominus Præſes innititur, quæ in facto illius capituli, & poſseſsionem, & conceſsionis titulum tradidit adfuiſſe; quæque uti validiſsimæ præſumptiones, Archidiacono profuere in *cit. cap. cùm veniſſent, verſ. probatum, & nos ſuprà num,* 114.

Dom. Reg. Lanar. conſ. 27. ſicutì pro fiſci conductore patrocinium præſtitit; ita fiſci jus fovet, *num.* 7. *& ſeq. & nu.* 12. quinimò Clientis poſſeſsionem titulatam nuncupavit, ex titulo nempè capitulorum illius vectigalis, quæque ſtrenuè tueri conatus fuit *d. conſ.* 27. *num.* 15. *in fine,* 16. *& ſeq.*

Dom. Reg. de Ponte conſ. 97. *num.* 19., licèt præſumi titulum dicat, vel, uti allegatum, vel quia in judicio plenè de eo conſtare deberet, tamen *nu.* 26. ſe ipſum clariùs explicuit, inquiens; poſſeſſionem pro manutentione hac in re obtinenda colorato titulo juvandam,

Capiblanc. de Baronibus ſuper pragm. 1. *nu.* 135. quamvìs colorato titulo contentus extiterit; tamen *cap.* 77. *p.* 2. *nu.* 15. longiſsimam 30. vel 40. annorum poſſeſsionem expoſcit; ac titulum adeò coloratum, ut Iudicis animus ad credendum, pro poſſeſſoris juſtitia induci poſsit.

Poſtius de manutent. cit. obſervat. 44. *nn.* 29. clarè poſſeſsioni, ac titulo præſumpto ſubſcribit.

Dom. Reg. Galeot. expreſsè de poſseſsione, tituloque ſaltèm colorato reſpondit *cit. controverſ.* 51. *num* 3. ibi, & *ſic aliud eſt, cùm de poſſeſsione conſtat, & titulus ſaltem præſumptus, aut coloratus allegatur*.

Neque adverſæ opinioni adhærere dici poteſt, *D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſervat. illuſtr. obſervat.* 93. *nu.* 9. *lib.* 2. *Poſtium* referens in *tract. de manutenend. obſerv.* 44. *num.* 23. *& ſeq.* & propriè *nu.* 25. ubi diuturnam poſſeſſionem, etiam in regalibus, ad interìm poſseſsionem obtinendam ſatis eſse ſentire videtur; nam reſpendetur, id ex *Giovagnonis* traditione, *conſil.* 9. *nu.* 36. *&* 37. *lib.* 1. aſserere; ipſum autem apertiſsimè contrariæ eſse ſententiæ, ut nimirum; quoties, non inter privatos diſceptatio eſt; ſed inter privatum poſseſsorem, & Principem, ad quem communi jure, regale id jus pertinet, poſseſsori manutentionem omnimodo eſse denegandam, ex *Menoch. Maſcard. Marcheſan. Mareſcott. Guttierez, Fontanell. Cancer. Ricc. Ciriac. Rot. Roman. cæteriſque cit. obſervat.* 44. *n.* 29. *& ſeq.*

Item ipſum Dominũ de Valdaura, quæſtionem referri poſse autumat, Aragoniæ jure attento ex *Petri Bellugæ* auctoritate, in *Specul. princip. rubric.* 28. *num.* 16. ut in cit. *obſervat.* 93. *num.* 7. *verſ. apud nos autem;* at, communi jure inſpecto, hæc cum cæteris ſcientiſſimè verba protulit; *Neceſſarium eſt igitur in his caſibus contra fiſcum, uel tituli præſumptio, vel titulus ſaltem coloratus, qui cauſam poſſit dare præſcribendi, d. cap. cum perſonæ. Seſe d. cap.* 5. §. 10. *num.* 48. *Solorzan. de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 46. *vel immemorialis, quæ vim habet tituli,* & infra. *Et extra hos caſus nequit manutentio*

con-

Digitized by Google

conцedi contra eum, qui habet intentio-
nem fundatam de Iure communi, &
agnoſcunt interpretes, Luc. de Pēna in
l.2.C. de fund. Limitroph. lib.11.cit.
obſerv.93.nu.10.& 11.

Vndè, cùm in hac cauſa titulus nullus,
nequidèm coloratus exſiſtat, nec huc-
ùſque ſpecificè allegatus; etiam ex
ejuſdem cap. cum veniſſent ſanctione,
& in contrarium allatis auctoritatibus,
manutentioni locus equidem eſſe ne-
quibit.

Secundò; quatenùs hæc opinio ſuſtineri
poſſet, vt longeva ſcilicet poſſeſsio,
vim tituli poſſeſsori tribuat, ad finem
illum etiàm adversùs vehementem
juris præſumptionem conſervandi,
128 quòd retulit quoq; D.Reg.Marcian.
cit.diſput.65.n.29.& 30.licèt in eadē
cauſa illorū de Palagano,(ut ibi tradi-
ta ad hanc quæſtionē propriè nō per-
tinere dignoſcātur,) pro titulo imme-
129 morabilē allegauit præſcriptionem,
quā tituli vim habere regulariter no-
ſtri deſumpſere, ex l.hoc iure 3. §. du-
ctus aquæ, D.de aqu.quotid.& æſtiva,
cap.ſuper quibuſdam 26. §.præterea de
verbor.ſignif. Andr.in d.cap.Imperia-
lem, §.illud col.2.de prohib. feud. alien.
per Frideric.ex Alex. Dec. Riminald.
ſen.Tobia Nonio, Curtio, Imola, Rimi-
nald.Iun.Burſat.Dec. Cephal. Balb. &
alijs Gard.Tuſch.pract.concl. lit.P.con-
cluſ.550.num.13.Peregrin.de iur.fiſc.
lib.8.nu.12. Dom.Conſil.de Georg. in
repet.feud. cap.27. Petrus Barboſ. ad l.
comperit, n.141.C.de præſcript.Giurba
obſerv.60. nu.15.Dom.Præſ.de Frāch.
deciſ.166. nu.1. Theſ.dec.16.num. 4.
Dom.Reg.Reverter. juxta nouiſſimum
ordinem deciſ.376.n.1.dec.408.nu.1.
427.nu.1. 495. nu.1. 503. 571.572.
& 654. lib.2. Anneus Robertus rerum
jud. lib.4. cap.18.pag.871. Maſtrill.
dec.114.nu.19.& ſeq.lib.2. Dom. Reg.
Rovit. in pragmat.1.de privileg. Vni-
uerſitat.nu.6.Dom.Conſil.Anna cōſ.59.
n.18.D.Reg.Capyc.Lat.dec.191.n.49.
lib.2.Dom.Reg.Marcian.cit.diſput.65.
nu.28.tom.2. quinimò non immemo-
rabilem ſolùm ibidem allegatam; ſed
fundatam ex varijs decretis exiſtima-
vit, cit.diſput.65. num.30.verſ.cum
igitur.

Nihilominùs, reſpondetur; neq; ad hanc
cauſam opinionem hujuſmodi eſſe
aptabilem. Quippè, à quo die fato
conceſſit Dux D. Florentia mater, ex
cujus juribus juriſdictionalis hujus
officij ſucceſſionē vindicare Dux filius
intendit; non modò decennale tem-
pus non eſt effluxum; ſed ne integrū
quidèm pertranſijt quinquennium.
Nam ex Ioanne de Ortugno, nec ſuc-
ceſſionem Dux ſibi ſanè jactat, neque
ipſi ejuſdem titulus prodeſſet; cùm
ille perſonalis tantummodò fuerit.
Quapropter ex alio, & firmiſſimo, juris
principio ſuccumbere deberet; ut in-
130 valido nimirū titulo exhibito, nulla
poſſeſſio, ne cētenaria quidē, aùt mil-
lenaria proſit; cū ex illius infirmitate
mala fides inſurgat; quæ omnē pror-
ſùs poſseſſionem enervat, ex Bald.
Imol.Anton.de Butr.Caſtr.Card.Pariſ.
Honded.Crauett. & alijs. Gabriel com-
mun.concluſ.lib.5.concl.1.n.47.& 53.
Menoch.de retin.poſseſs.remed.3. num.
369.Gratian. diſcept.forenſ. cap.441.
num.17.& 18. lib.3.Dom.Reg.de Cur-
te in diverſ.feud.cap.declara nu. 129.
pag.75. & cap.supereſt nu.11.pag.78.
Dom.Conſ.de Georgio alleg.14. nu.18.
Maſtrill.deciſ.114.n.40.41.43.& 44.
lib.2. Caſtill.deciſ.12. num.16. lib.1.
Conſil.Staiban.reſol.forenſ. reſol.188.
num.51. lib.2. ex quo, dictum è trivijs
131 ferè illud promanavit, cautos nem-
pè cauſarum patronos, titulos allega-
re; ſed poſſeſſionem ſolummodò in
cauſis probare Dom.Præſ. de Curt.Ma-
ſtrill. & Caſtill.locis cit.

Tertiò reſpondetur; neq; ex facto, ad-
verſæ ſententiæ locum dari poſse, ex
peculiari conditionis defectu; quæ in
his etiam poſſeſsoriis prærequiritur;
ut, ſcilicet, quaſi poſſeſsio poſſeſsori
132 conducens, ſcientia, & adverſarij
patientia fulciatur, Rot. Roman. penes
Card.Mantica dec.37. num. 1. & poſt

tract. *Poſtij deciſ.*188.*num.*5. alias re-
fert idem *Poſt. in tract.de manutenen.*
*obſerv.*20. *nu.*19.20. *&* 21. *Roland. à*
*Valle conſ.*9.*nu.*42.*lib.*3. *ex Bald.Ale-*
xād.Felin.Padill.Covarr.Caſar.Graſ.
alijſq;*Gratian.diſcept.forenſ.cap.*426.
*num.*3.*& ſeq. & Dom.Conſil.Staiban.*
*reſolut.forenſ.reſol.*101. *nu.* 32. *lib.*2.
& in ſpecie regalium juriſdictionum,
133 ex *l.penult.D.de ſeruit.& l.*1.*&* 2.*C.*
de ſeruit.& aqu. Bart.*in l.*1. §.*deniq;*
enim circa finem, de Imperatoris ſciē-
tia loquutus, *D.de aqu. pluu. arcend.*
*Soccin.ſen.conſ.*187.*nu.*21.*verſ.quin-*
to,& ultimo lib. 2. *Anton. Capyc.* ſic à
Sac.Conſ.in cauſa nobilium de Sācto
Mango pronunciatum referens, *deciſ.*
57.*Gramat.deciſ.*59.*num.*9.*in fin. &*
*ſeq. Petra de fideicommiſs. q.*17.*n.*75.
*Maſtrill.d.deciſ.*114. *n.*53.*lib.*2.*Dom.*
*Reg.Reverter.deciſ.*299.*num.*2. *lib.*1.
*Garcia de nobilit. gloſ.*7. *verb. & exē-*
*ptio,n.*7.& propriè *verſ.& licet*,Sixti-
*nus de regalibus cap.*5. *nu.* 146. *lib.*1.
*Mareſcott.variar.reſol. lib.*1. *cap.* 11.
nu. 57. *Poſt. in tract. de manuten.ob-*
*ſerv.*44. *Salgad. de Reg.protect. p.* 3.
*cap.*10.*nu.*16.*tom.*2.*Dom. Reg. Rovit.*
*in d.pragm.*1.*de juriſd.ad inuicem nō*
*turband. nu.*26.*&* 34.*Cutell.d.deciſ.*1
*orat.*1.*nu.*122.*& in C.leg. Sicil. ad le-*
ges Martini cap. 3. *num.* 46. *pag.*376.
*Dom.Reg.Merlin.controv.*13.*n.*25.*cen-*
*tur.*1. quem ſequitur *Dom. Reg. de*
Marin.in obſerv. ad D.Reg. Reverter.
*cis.deciſ.*449.*num.*2.*tom.*2. *verſ. poſt*
Capyc.

Quartò,& demum, ut varij nos rivi ad
perennem veritatis fontem perducāt,
134 præfatam tituli colorati opinionem,
ad regalia, hujuſq; ordinis,quibus jus
vehementer reſiſtit deiētoribus,proùt
eminentèr Supremis Dominis aſſiſtit,
adaptari non poſse, non modò com-
muni, ſed nec etiam Regni jure præ-
ſertìm, efficacitèr concludimus.

Quod quamvis ex ſuprà tam firmitèr al-
legatis ſeſe prodit, ipſum; debere vi-
delicet inferiorem, Domino petenti,
ad juſtam alioquin expulſionem effu-
giēdam, promptum titulum exhibere,
ut *num.*40.*cum ſeq. &* 76. & retinen-
dæ, ſeù manutenendæ poſseſsionis ei-
dem, abſq; tituli exhibitione, reme-
diū nullatenùs concedi n. 109. ut ſpe-
ciatim tamen, adverſus coloratum
ex poſſeſſione titulum reſpondeatur,
adducimus.

135 *Petrum de Bella pertica in l.ſi ſolen-*
*nibus C.de fide inſtrum.*ubi privilegiū
veteranorum, verum, non præſump-
tum in milite admittit, ibi, *illud non*
præſumitur.

Cyn.in ead.l.ſi ſolennibus,ubi contrà Ar-
māni Capitulū, quod,aduerſus juriſ-
dictionē de Iure fundatā Epiſcopi,ſuū
Clericum petierat, ex *cit.cap.cum per-*
ſona de priuileg. in 6. Capitulum in-
quit docere,de privilegio debere.

Luc.de Penna in d. l. 2. *C. de fund. Limi-*
*troph. lib.*11.*col.*2.*verſ.è cōtra*,ubi,ad
ſuſtinendam in regalibus poſseſsionē,
legitimum prorsùs titulum requirit.

*Roland.à Valle cit.conſ.*89. *nu.*24. *& ſeq.*
*lib.*2. putantem poſsidentis jus, per
legitimum priuilegium eſse oſtenden-
dum, ſicq; per veram, non præſump-
tam probationem *nu.*36.

*Gramatic. deciſ.*59.*nu.*15.*&* 17. inquiē-
tem, regalium poſseſſionem, non niſi
per privilegium,& conceſsionem pro-
bari poſse.

*Capyc.in d.deciſ.*77.*n.*7.8.*&* 9. qui qua-
ſi poſseſsionem in his non ſufficere,
ait; niſi de titulo doceatur; & rationē
reddēs,quam cœteri quoque ſequun-
tur,ſubdit;quoniam,cum iſta ſint acci-
dentia,juſta non ſunt, niſi juſtificētur;
& idcircò ad obtinendū quaſi poſseſ-
ſionis interdictū non omnē probatio-
nē ſufficere, ſed eā,quà verè,non autē
conditionaliter de titulo doceatur,vel
niſi titulus ipſe legitimus appareat.

Palat.Rub.in cit.cap.per veſtras,verſ. ſed
*pulchra nu.*43. *cum ſeq. de donat.inter*
virum,& vxor. ubi, præter poſseſsio-
nem, ſeù quaſi, tituli probationem,
& exhibitionē expoſcit, tāquam in re
aliena titulum poſsidentis, quod &
quamplures confirmant.

Valaſt.

Valaſc.de jur. emphyteut. cit. q.8. nu.36. adversùs Principem, in regalibus juribus, titulo expreſso opus eſse affirmantem.

Azeued.lib.4.noua recopil.tit.1.l.1.n.16. tom.2. qui regales donationes, ſeù juriſdictionum titulos aſserit exhibendos, & in *l.2. ejuſdem tituli nu.3.* regalium, ſubdit, poſseſsionem probari non poſse, niſi per conceſsionem, titulum, ac Regium priuilegium.

Seſe de inhibit. cit.cap.5.§.10.n.33.cum ſeq. qui titulum exhibendum cenſuit, per poſseſsionem juſtè retinentem.

Menoch.pręter pracitatos, conſ.307.n.61. lib.4. in his, quæ à Principibus emanant, poſseſsionem ſinè titulo præcariam præſumi ex *Bal.Beroo,Rub.* alijſq; oculatiſsimè putantem.

Virgin.de Boccat. qui idem probat *in tract.de manutenenda poſseſsione c.4. num.9.*

Thom. Michael. Suſaten. ex Menochio,& Boccat.inter diſput.juridie. Baſil. *Academ.diſput.2.§.ſiuè Theſi 62. lit.*B.

Octau. Zobul. ſolam poſseſsionem, in his regalibus, nil prodeſse fundantem, ſine ſpecifici tituli exhibitione, inter Conſilia Peregrini *cit. conſ.3. nu.17. 18.& 19.lib.1.*

Gratian. (cęteris conſultò miſsis) *diſceptat.forenſ.cit.cap.441. num.4.* ubi ex *Paul.de* Caſtr.*Soccin.*Curt.*Ruin.*Car*din.Pariſio*, alijſque ait, verum, & legitimum titulum, non autem putativum eſse oportere; ac probationem proindè veram, non autem præſumptivam; aliàs, lite pendente, de poſseſsionis exercitio poſseſsorem eijci poſſe *cit.cap.441.n.15.& 16.* quiq; ratione in principio tradiderat, *nu.1.* quia in regalibus juriſdictionalibus, poſſeſſio, contrà juris pręſumptionem detentori non prodeſt, niſi juſtè demõſtretur; cùm in ijs, jure ſpeciali, priuilegij videlicet ratione, à ſuperiore obtenti agatur, ex Cyn.Capyc. *Roland. & Afflict.ſupra alleg.* ac titulum exindè firmat, eſſe veritate confirmandũ; quia re vera (vt ex *Palat. Rub.* adnotavimus) pro parte inferioris, jus in Principis bonis, uti in re aliena, audactèr nimis proponitur ex *Bald. Dec. Innoc.Afflict.& Roland.à Valle citat. num.3.* ità ut, nec longiſſimi temporis præſcriptionem ſatis eſſe dixerit, niſi de titulo, ac ſufficienti priuilegio edoceatur, *cit.cap.44. n.2.tom.3.*

Gabed.dec.9. num.2. & in fin. *lib.2.* ubi quamcunque poſſeſsionem improbat, etiam immemorabilem, titulo non oſtenſo, vel expreſſa legis conceſſione.

D*om.Reg.*R*ovit.conſ.*100.*n.*8.*lib.*2. quo monuit, poſseſsionem non ſufficere, niſi titulo valido roboretur, & clariùs *lib.1.conſ.58. n.6.* ubi ex innumeris comprobat; regalia à priuato, ſine titulo à Principe obtento, poſſideri non poſse; Quòd adeò verum inquit idem perſpicaciſsimus Regens, *ut ſi quis habeat poſseſſionem hujuſmodi* Regalium, *aut juriſdictionalium, titulum autèm non exhibeat, illa poſseſſio nihil ſibi proderit, tam judicio petitorij, quàm judicio poſſeſsorij, & propterea, non ſufficit poſseſsio, ſine titulo, cum ſine valido titulo, nullo pacto firmetur, vt comprobat idem Dom.* Reg. R*ouit. deciſ.72. nu.75.Poſt.in tract.de manutenend.obſerv.44. n.12.& ſeq.* ubi quotiès præſumptio, quæ poſseſſori aduerſatur vehemens eſt, manutentionem nullatenùs concedendã, inquit, *niſi ultra poſseſſionem de titulo doceatur.*

*Franc.Nig.*C*yriac.* qui D*om.*R*eg.*R*ouit.* inſequutus, ejuſdem ſupra tranſcripta verba refert, *cit.controverſ.178.n.13. in fin.& 14. & 15.* ſolamq; poſseſſionem, abſque titulo, non ſufficere explicitè demonſtrat.

D*om.Mar.*C*utell.d.dec.1.orat.1.n.7.* qui regiam conceſsionem *in forma probãte*, oſtendendam eſſe confirmat.

D*om.*R*eg.*C*apyc.Galeot. d.reſpõſ.fiſc.12. num.360.* ubi requiri inquit, ut cum poſseſsione, de vero etiàm titulo doceatur; nec poſseſsorios actus ſat eſſe, non ſolum ſi allegarentur, ſed & ſi utique probarentur.

Dom. Reg. Merlin. Verall. mox citandum, ſectatum controv. forenſ. dict. cap. 13. num. 23.

D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſerv. illuſtr. cit. obſerv. 93. nu. 11. lib. 2. quo loci, cum interdictum manutenendæ poſseſsionis, contrà Principes, intentionem fundatam habentes, concedẽdũ nõ eſse, ex ſæpiùs cit. Luc. de Penna doctrina in l. 2. C. de fund. Limitroph. lib. 11. fateretur; abſque priuilegio, neminem regalia ſibi acquirere poſse, hiſce verbis confirmat, ut in regalijs, in quibus adeò Princeps, ut notorium eſt, habet fundatam intentionẽ, ut nemo abſque ejus privilegio poterit ea ſibi acquirere.

Rot. Rom. cujus egregia, prout notanda in hac re ſunt verba, penes, Verall. deciſ. 304. p. 3. nu. 1. in fin. & 2. ibi, tantò magis in poſſeſſione juriſdictionaliũ; in quibus poſſeſsio ſine titulo nihil operatur.

Eandem Rom. Rotam, penes Burat. cit. dec. 312. n. 13. lib. 1. hæc ſubdentem, non poſse dari Theſſano manutentionẽ, abſque titulo, habito à Principe, ſicq; judicatum referentem nu. 14.

Idq; Romanorũ ex jurium viſceribus paritèr depromi valet, ut ex l. 3. §. hoc autem, D. de itiner. actuq; priuat. ubi Vlpian. actualem uſum non ſufficere reſpondit; niſi de conceſſione probetur; cùm, inquit, itàque qui hoc interdicto utitur, duas res debet docere, & hoc anno ſe uſum, & ei ſeruitutem cõpetere.

Et apertiſsimè in l. 1. §. permittitur, D. de aqua quotid. & æſtiv. aquæ ductionẽ è publico permitti, ait, ſi Principis adſit conceſsio, ibi, permittitur autem aquam, vel ex Caſtello, vel ex Rivo, vel ex quo alio loco publico ducere, idq; à Principe conceditur; alij nulli competit jus, aquæ dandæ.

Ex l. ſivè poſsidetis 16. C. de probat. ibi, etenim ex quo juris præſumptio donationi re ſiſlit, l. cùm de ind. bito 25 D. de probation. l. Campanus 47. D. de oper. libert. Tiraq. in l. ſi unquam verbo donatione largitus nu. 206. C. de reuocan. donat. Maſcard. de probat. concluſ. 554. num. 1. & ſeq. & concl. 639. nu. 10. & 1573. nu. 4. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 88. Pichard. in princip. Inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtament. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 824. nu. 17. tom. 5. Seſse dec. Aragon. 182. n. 5. & 6. lib. 2. Vela diſſert. 21. nu. 45. verſ. at in dubio; filius, rei donatę detẽtor, donationis titulũ probare adſtringitur, à patre veſtro Cæſares edixere ſibi donata tenentibus, undè Domini facti ſunt, emergente quæſtione, docere compellũtur, & ibidem Gloſa in verbo facti ſunt.

137 Canonumq; ſimilitèr jure, nudam ex ſe poſseſsionem, abſq; titulo nullius eſſe momenti, apertiùs ex infraſcriptis ſanctionibus ſtatutum fuit, videlicèt ex.

Can. contrà mores, centeſima diſtinction. omnes conſuetudines, ex priuilegio prædeceſſorum noſtrorum conceſſas. & infra, aut, ſi tua eccleſia aliquid ſpecialiter dicis eſſe conceſsum, præceptumvè à Prioribus Romanæ urbis Pontificibus quòd hæc Rauennati Eccleſiæ ſunt conceſſa, à vobis oportet oſtendi: quòd ſi hoc non oſtenditur.

Cap. cùm non liceat, de præſcript. quo, ad demonſtrandũ nudam ex ſe poſſeſſionem, abſq; titulo, nullius eſſe momẽti, hæc aurea S.P. protulit verba, ideoque mandamus, quatenus præfato Archiepiſcopo, & Eccleſiæ Bracarenſi obedientiam, & reuerentiam debitam, ſicut alij Clerici ſuæ Diœceſis faciunt impendatis, præſcriptione temporis nõ obſtante.

Capit. cum dilecta 4. de confirm. util. vel inutil. in fin. Monaſterium pronuncies perpetua libertate gaudere, noſtro ſibi privilegio reſignato.

Cap. dudum 31. de decimis, §. comparentibus, mandavimus, quod idem Prior, præſcriptionis titulum, quem allegavit, probaret.

Cap. ad decimas 2. de reſtitut. ſpoliat. in 6. ubi, nil refragante diutina poſſeſſione,

Digitized by Google

ne, decimas in aliena parochia exigẽdi, quia reſiſtente jure communi, in contrarium veriſimilitèr potiùs occupatio, quàm poſſeſsio cenſeri debebat; aduerſus Clericos ſpoliatos, his verbis ſtatuitur, *nequaquàm debent reſtitui, niſi evidentèr docuerint, quod earum poſseſsionẽ legitimè aſſequuti fuiſſent, quia eas occupaſse injuſtè veriſimilitèr præſumuntur*, & infra, *ſitq; manifeſtum, niſi aliud oſtendatur, eas de jure communi ad eandem Eccleſiam pertinere.*

Capit. 1. de præſcription. in 6. ibi, *ſi ſibi non eſt contrarium jus commune, vel contrà eum præſumptio non habeatur, ſufficit bona fides, ubi tamen eſt jus cõmune contrariũ, vel habetur præſumptio contra ipſum, bona fides non ſufficit, ſed neceſſarius titulus, qui poſseſſori cauſam tribuat præſcribendi, niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cujus contraria memoria non exiſtat.*

Cit. cap. cùm perſona 7. de priuileg. eod. lib. ac præcitati *capi. cùm veniſsent de inſtitut. poſteriore*, ubi S. P. Bonifacius VIII. celeberrimus itidem I. C. de poſſeſsione, & titulo diſſerens his verbis, nullo equidem pacto cavillãdis, diſpoſuit; *Statuimus, ut hi, qui ſe aſſerunt per priuilegia, ſeù indulgentias Sedis Apoſtolicæ exemptos ab locorũ Ordinarijs, requiſiti hujuſmodi priuilegia, vel indulgentias, quibus ſe dicunt fore munitos, &c. oſtendere, ac ad legendum integralitèr exhibere teneantur.*

Iure autem Regni noſtri, id extrà omnẽ
138 hæſitationem eſſe cenſemus, ut in *Conſtit. Dignum, ſub titulo de jure ſuæ Curiæ ſeruando, ſed eos ab alijs temeritate quadam (& ut ità loquamur) apertìm illicita præſumptione detentos ad dominium noſtrum, atque demaniũ reuocemus*, & infrà, *quod qui de prædictis tenuerit aliquid, de quo non habeãt privilegium Divorum Regum Rogerij, & Gulielmi primi, aut ſecundi, prædeceſſorum noſtrorum.*

Conſtit. cum Vniuerſit, de hominibus Demanij, ibi, *à nobis, vel Divis Regibus, vel Auguſtis prędeceſſoribus noſtris privilegium, vel ſcriptum debita ſolemnitate munitum oſtendat, Pręſcriptionem etenim aliquam eis prodeſſe non volumus.*

Conſtit. Si dubitatio, de probation. per inſtrumenta publica, ibi, *ut omnes omninò ad noſtrum Demanium pertinere noſcantur communi iure dominij pro nobis prima facie faciente, quos poſſeſſor per privilegia, ut noſtra lex ſãxit, aùt per emptionalia publica, & authẽtica inſtrumenta, ad ſe non probauerit pertinere.*

Et ſtrictiùs de juriſdictionalibus officijs, in *Conſtit. Cùm ſatis ſub titul. quæ pęna vniuerſit.* idẽ Imperator Fridericus ità ſanxit, *nec aliquis ſibi authoritate conſuetudinis alicujus, vèl ex collatione populi officium aliquod, ſeù juriſdictionem vſurpet.*

Et in Conſtit. Ea, quę ſub tit. quòd nullus Prælatus, ibi, *Ea, quę ad ſpeciale decus, & merum imperium* Celſitudinis *noſtræ ſpectare noſcuntur, per pręſumptiones illicitas volumus à nemine uſurpari.*

Aduerſis igitur argumentis profligatis; ſi ſolida hæc pro regijs juribus generìcè exarata conſiſtunt; quantò, & fortiùs in hoc, & regali, & juriſdictionali Portulaniæ, tantiq; ponderis officio vigere debebunt: cùm ſtrictiùs in Regalibus, quã in feudalibus agen-
139 dũ ex *D. Reg. de Põte, Regijſque* Con*ſiliar. de Georg. & Theodor.* firmaverit *Don. Mar.* Cutell. *in d. deciſ. 1. orati. 1. num.* 38. in ſpecie, *Dom.* Præ*ſ. Fulvius Lanar. in addit. ad patr. cit.* §. *ſi quis per trìginta, ſi de feud. defuncti ſub nu. 85. verſ. dum, ibi*, ſicuti de officiorũ ſpecie magis arctè ſentiendũ præ-
140 notarunt, *Capyc.* adamuſsim perpendendus, *deciſ. 77. n. 12. & dec. 121. num. 5. Gramatic. deciſ. 59. num. 15. Dom. Reg. de Ponte deciſ. 28. num. 6. & Fran. de amicis* alios referens in *dict. cap. 1. de his, qui feudum dare poſs. cap. natura officij par. 61. & 62.* & ſequitur

varijs

varijs id comprobans exemplis, *Amicangel. de regalib. offic. quæſt. 7. nu. 3. & quæſt. 8. num. 9. & quæſt. 10. nu. 5.* ut proindè non modò Beliſguardi Duci, ſine vlla prorſus tituli, nec etiam colorati exhibitione, Portulaniæ hujuſce juriſdictionis exercitium permitti nequeat, prout ex iiſdem juris principijs Licienſi Bajulo, quàmvis poſſeſsionis innumerabiles actus
141 deduxiſſet, à noſtro paritèr Regiæ Cameræ Senatu denegatam fuiſſe, in cauſa ipſius Bajuli, cum Illuſtr. Marchione Vriæ, teſtatur *Dom. Reg. Rovit. cit. pragmat. 1. de juriſdict. in vic. non turband. num. 33. verſ. Et ex his*, & in cauſa Illuſtr. Dom. D. Ferdinandi de Cardona, Magni hujus Regni Admirati, juriſdictionem, ſine ſpeciali priuilegio, in homines Plagæ, Pauſilippi, & Subcauæ habere contendentis, cùm illi nauticæ rei non incumberent, licèt nonaginta annorum poſſeſsionem allegaret, ex firmatis juris inſtitutis, & præſertim *Lucæ de Penna* auctoritate *in citat. l. 2. C. de fund. Limitroph. lib. 11.* pro fiſco diffinitum fuit: eidemque Illuſtr. Magno Admirato, nemine è noſtro Senatu diſſentiente, de mandatum; vt lite pendente, à juriſdictionis exercitio abſtineret, vt in *deciſ. manuſcrip.* D. *Reg.* Reuerter. *lib. 3. & Domini Regentis de Marin. deciſ. 299. lib. 1.* Sed officiummet ipſum, ex Ducis D. Florentiæ matris obitu, ad Regiam Curiam, jàm deuolutum fuiſſe debeat, ſine dubio, dijudicari; officiarij etenim morte (nouo non exhi-
142 bito diplomate) officium, in Curiæ beneficium illicò vacare, atque aperiri, conſueto vocabulo, noſtri cenſuerunt, & poſt alios D. *Reg. Capyc. Latro deciſ* 182. *num. 11. & 13. verſ. ſed dato, & num. 20. lib. 2. Amicangel. de* Regal. *offic. quæſt. 6. nu. 13. verſ. ſed reſtat.*

Quòdque nec exteris fuit ignotū; quinimò ab eiſdem, juri conſonum exiſtimatum, prout ex diſpoſitione *Capituli ordinarij 3. §. quod ſi fortè de offic. ordin. in 6.* à Sacro *Tridentino Concilio* innouatum *ſeſſ. 7. de reformat. cap. 5.* cenſuit, *Hieronymus Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ gloſ. 5. nu. 62.* quem ſequuntur *Maſſobron. in praxi habendi concurſum, regul. 1. dub. 2. num. 23. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 27. num. 222. par. 3. & in collectan. ad citat. cap. 5. Sacr. Concil. Tridentin. de reformat. ſeſſ. 7. cap. 5.* probat in ſpecie *Dom. Larrea alleg. fiſcal. 50. num. 88. in fin. lib. 1.*

Qua de re, (vt ad receptam quoque praxim ſeruatumque morem, quem ſtylum dicimus, negotium referatur;) offici; poſſeſsore pereunte, abſque alia indagatione, ſuppoſita ferè ipſius in Regis Patrimonij commodum incorporatione, præconia pro illius
143 venditione emanāt; adeò ut, niſi ſucceſſores, qui alterata forſan eiuſdem officij ratione, ad illius ſucceſsionem vocatos ſe ſe aſſerunt, claro perſpicuoque priuilegio id oſtenderint; ſiuè ſaltèm legitimam, & ſolennem ampliationem, quæ alterius ſucceſſoris regulariter vitæ prorogationem continet, non exhibuerint; ad illius diſtractionem ſtatim, & abſquè vlla contentione, deueniatur; vt peritiſſimis Dominis Conſenatoribus, necnō & cūctis noſtri Tribunalis etiam proletarijs innoteſcit.

Quique planè mos, vel ipſe ſolus legem huic cauſæ poſſet præbere; non modò quia, (vt latiſsimè firmauimus) rem
144 ad juris communis limites reducit, vt de more, atque norma, quod ſolitum, atque obſeruantiam noſtri dicunt, & ex *gloſs. in l. ſi vnus 28. §. pactus, verſ. reditur*, D. *de pact.* ſcripſerunt *Deeian. conſ. 3. n. 5. lib. 5. Surd. conſ. 182. num. 103. Domin. Conſil. Staiban. forenſ. reſolut. reſolut. 25. num. 14. lib. 1.* verùm, quia ex ſe
145 ſtylum, pro lege, regulariter ſeruari demandatur, *l. prolatam 4. C. de ſentent. & interlocut. omnium Iudic.*

cap.

cap. quam gravi 6. de crim. falſ. cap. ex litteris de conſtit. l.labeo 21. D.de ſtat. liber. Felin. in cap. ex parte il primo, num. 16. de reſcript. Gabriel conſ. 193. num. 1. lib. 2. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 191. num. 15. lib. 1. Afflict. deciſ. 78. num. 6. deciſ. 135. num.3. & deciſ. 253. num.4. in fin. Guid. Pap. deciſ. 262. num.20. Ozaſc. deciſ. 22. nu. 6. Gamm. deciſ. Luſitan. 16. num. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. Farinac. in repert. Iud. quæſt.82. num.2. DD. RR. Tapia deciſ. 52. num.2. Rovit. in pragmatic. 3. de ceſsion. bonorum num. 25. Capyc. Latro deciſ. 30. num. 19. & deciſ. 74. num. 17. lib. 1. Sanfelic. deciſ. 33. num. 9. & 0. lib. 1. & Marcian. diſput. 59. num. 8. lib. 2. Reg. Regner. Sixtin. conſil. Marpurg. 14. num. 54. lib.2. Novar. in pragmatic. 7. de offic. Iudic. num. 6. Dom. Præſ. Minad. in allegation. 23. num. 5. & 6. tom. 3. allegat. diverſorum, Dom. Reg. de Marin. Domin. Conſil. Staiban. reſolution. forenſ. re-
146 ſolut. 176. nu. 13. & 14. eruditè quidẽ Dom. Ioan. Anton. ab Eccleſia ob-
147 ſerv. forenſ. obſerv. 1. n. 10. & in ſpecie de Regiæ Cameræ ſtylo pro lege ſeruando, Dom. Reg. Rouit. deciſ. 28. num.4. ac Dom. Reg. Capyc. Galeota reſponſ. fiſcal. 15. num. 15. adeò ut, etiam, contra ſtatuti diſpoſitionem, dummodò debita conueniant requi-
148 ſita, vt in diſſert. 4. nu. 18. cum pluribus ſequ. ſervandus ſit, probãtq; Cephal. conſ. 25. nu. 14. volum. 1. & Farinac. citat. quæſt. 82. nu. 3. & ex l. fin. C. de injur. l. 2. C. quemadmodum teſtam. aper. l. 3. D. de teſtibus, cap. cum Venerabilis de confirm. util. vel inutil. cap. ex literis de conſtitut. firmat do-
149 ctiſsimus, ac meritiſsimus I. C. Dom. Conſiliar. Franc. Maria Pratus practic. obſervat. 44. num. 1. & ſequ.
150 & nu. 11. prout de Cancellariæ ſtylo, ex Cyn. Bald. Ioan. Andrea, ac Rot. Rom. tradit Dom. Præſes Minadous d. allegation. 23. nu. 5. & ſequ.
151 inter recollectas à Domin. Reg. de Marin. lib. 3. reſolut. iur. illiuſque inſtitutum, pro forma (à qua recedendum non eſt) haberi debeat, Ozaſc. citat. deciſ. 22. num. 6. & 7.
152 Farinac. loc. cit. num. 4. nec à Iudice remitti poſsit. Ozaſc. & Farinac. loc. cit. num. 6. ac adverſus eundem ſtylum geſta, nullius roboris
153 eſſe exiſtimentur, Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. lib. 5. concluſ. 697. lit. P. Gamm. deciſ. Luſit. 16. num 7. Guid. Pap. deciſ. 292. num. 2. Ozaſc. citat. deciſ. 22. num. 6. Anton. Gratiat. ad Veſtrium in prax. Romana Curia lib 5. cap. 3. verſ. Quinto, Treutler. part. 2. diſput. 23. Theſ. 4. l. A. Marc. Anton. Cuccus inſtitut. maior. Canonic. lib 1. tit. 8. de ſtylo num. 23. Farinac. dict. quæſt. 82. num. 5. Borrell. in ſumma deciſ. titul. 14. de conſuet. ſtylo, et ſolito num. 107. lib. 1. et de ſentent. diffinit. titul. 30. num. 169. Domin. Reg. de Ponte conſ. 1. num. 2. lib. 1. Dom. Reg. Galeota citat. reſp. fiſcal. 15. num. 15. verſ. ut geſta. quod mirum in modum ad rem noſtram, atque eleganter firmaſſe videtur Dom. Ioan. Solorzan. ſtylum, inquiens, conſuetudinemque recipiẽdos eſſe, quibus ex ſola injuſti, defectivique tituli viſione, poſseſsores abſque citatione aliqua priuandos fore decerneretur, ex Baldo, Decio, Alex. alijſque de iure Indiar citat. cap. 28. lib. 2. nu. 60.

Quæ cùm ita ſe habeant; cumque in regalibus, ac juriſdictione decoratis officijs verſemur; quæ exercentis facto in ſimul, ex ſui natura expirant; neque titulus naturam alterans, prout decebat, ac ſpecialis juris eſt, hucuſquè ſaltim coloratus, videatur exhibitus; ex cujus defectu neque exercitium, neque detentio in quovis judicio, adversùs proprium Principem fundatam ſibi intentionem habentem ſuſtineri valet, idque, & jura, & grauiſsimi Patres. & inconcuſſus tandèm mos juri conformis ingenuè demonſtrant;

ſtrant; ſuſpenſo decreto, in quo dilationes, prout in cæteris vulgaribus, ac ex facto ſalebroſis cauſis impartiri fortaſsis poſſet, ejuſdem officij incorporationem, in Regij Ærarii commodum decernendam inſtamus. Cuncta tamèn, doctiſsimis, ac Supremis juſdicentibus ſubjicientes VII. Kal. Maij M.DC.LVI.

Cauſæ diffinitio in ſequentis diſſertationis fine deſcripta eſt.

S V M M AE.

1 *Advocatorum cœtus ſeminarium dicitur dignitatum.*

2 . . . *ac dignum, ut præmijs muneretur.*

3 *Franciſcus de Petris, claruit eruditione.*

4 D. *Antonius de Philippo, auctoris genitor, & pro publico jure, & pro cunctis cauſarum patronis, nobile præſtitit patrocinium.*

5 *Advocati militare dicuntur.*

6 . . . *militum inſtar, ſtatuæ eiſdem dicabantur.*

7 . . . *ac palmæ ſimiliter tribuebãtur.*

8 . . . *priſcæ ætatis, ab aliquibus commendantur.*

9 . . . *noviſſimi quoque, ab auctore laudibus afficiuntur.*

10 . . . *improbè tamèn non nulli agunt cum lites protrahunt.*

11 . . . *vel nudis ſtudent ſubtilitatibus.*

12 . . . *vel avaritia cæcueiunt.*

13 . . . *ideoque à ſacris Doctoribus dãnantur.*

14 . . . *prout à politieis.*

15 *Ratũ quod quis habet, improbare poſtmodum non valet.*

16 *Approbatum ſemel, nequit poſtmodum improbari.*

17 *Sententiæ acquieſcens, non poteſt appellare.*

18 *Appellationi renunciatur expreſsè, ex ſpeciali libello.*

19 . . . *ex tranſactione poſt ſententiã celebrata.*

20 . . . *ex præcedenti pacto de non appellando, ſive unicæ ſentẽtiæ parendo,*

21 . . . *ac tacitè, ceù præſumptivè.*

22 . . . *ut ſi poſt ſententiam, vel interpoſitam appellationem, coram eodem Iudice, à quo, quis compareat.*

23 . . . *vel ad teſtes producendos ſi terminum petat.*

24 . . . *aut ad ſolvendum quantitatem in ſententia contentam, ſi dilationem expoſcat.*

25 . . . *ſive tandèm actus faciat, ex quibus Iudicis, à quo juriſdictio in cauſa exerceatur.*

26 . . *proteſtationem verò ſi adhibeat appellationi non præſumitur renunciare.*

27 *D. Andreas Capanus fiſci patronum, ex ſubſcriptione VIDIT FISCVS præjudicium ſibi credidit inferre.*

28 *Cautio abundans, nunquam ſuperflua.*

29 *Clauſula CITRA PRÆIVDICIVM, jus exiſtens illibatum cuſtodit.*

30 . . . *idque in omnibus judiciis operatur.*

31 . . . *diſpoſitionem, cui opponitur modificat efficaciter.*

32 . . . *prævaletque, & ſi inter diſpoſitum, reſervatumque jus contrarietas eſſet.*

33 . . . *eamque ſolertiſſimi fiſci advocati, conſultò amplexi fuere.*

34 *Taciturnitate ſolùm ſcripturæ, licet ſæpius præ manibus habitæ probatio non inducitur.*

35 . . . *prout, nec interdictionis, in quã poſt appellationem quis inciderit.*

36 *Approbatio ex facto, non autem ex non facto infertur.*

37 *Teſtis teſtamento ſubſcribens, in illo ſibi contraria nõ dicitur approbaſſe.*

38 . . . *ſicuti, nec fideicommiſſarius, uti*

teſtis

teſtis pariter in diviſione adhibitus.

39 *Fiſci gratia creditor anterior praſẽs, ac tacens ſibi in pignore prajudicium facit.*

40 *Proùt libertatis dotis, ac alterius piæ cauſa fauore, id itidem diſpoſitum adinvenitur.*

41 *Præſens, ac tacens regularitèr conſentire non praſumitur.*

42 *Io: Petrus Surdus commendatur.*

43 *Tacens, & praſens in ſui commodum aſſentiri cenſetur.*

44 *. . . ſecus in ſui perniciem.*

45 *. . . quodque adverſus Auguſtinum Barboſam, ex communi ſententia firmatur.*

46 *Notarius inſtrumentum venditionis rei ſibi obnoxia, ſine proteſtatione recipiens, ſibi non prajudicat.*

47 *. . . dummodò dolus abfuerit.*

48 *Tacens, ac praſens, ſi decipiendi cauſa ſiluerit, pro conſentiente reputatur.*

49 *. . . ſicuti in judicijs quoque, ut conſentiens exiſtimatur.*

50 *. . . & cum prater ſilentium, ac praſentiam poſitivus aliquis illius actus interceſſerit.*

51 *. . . ut puta ſubſcriptio.*

52 *. . . dummodò ex officij neceſſitate actus geſtus non fuerit.*

53 *Coniecturis non eſt opus in claris.*

54 *Tacens, ac præſens actum non impediens, cum valeret, conſentire putatur.*

55 *. . . ſecus ſi impedire non poſſet.*

56 *. . . aut debita reverentia detentus, diſſentire nequiret.*

57 *Lex fidejuſſor 25. §. pater, ff. de pignoribus expenditur.*

58 *Temporis diuturnitas requiſitum inducit conſenſum.*

59 *Tacens diù, creditur conſenſiſſe.*

60 *Agnatus praſens inveſtitura in alium celebrata, ſi per annum tacuerit, aſſentire videtur.*

61 *Reclamationis fatalia, biennio praſcribuntur.*

62 *Fiſcus in integrum reſtitutionis gaudet beneficio.*

63 *Appellationis interponendæ tempora, privatis etiam impertiuntur.*

64 *Fiſcus, ubi ſpeciale non habet privilegium, privatorum utitur jure.*

65 *Praſens, ac tacens ſuum jus duraturum ſciens, ſuis juribus non infert præjudicium.*

66 *Cap. 1. §. Titius, ſi de feud. defunct. cõtent. ſit, diſpoſitio enucleatur.*

67 *. . . eaque, niſi cum ſcientia, ac taciturnitate, anni quoque lapſus concurrat, agnato, minimè adverſatur.*

68 *. . Agnati ſagaces eſſe debent, nè in ſpecie, cit. §. Titius, ſi de feud. defunct. anni ſpatium labatur.*

69 *. . Anni ſilentium ad ornatum ejuſdem, §. Titius, vim refutationis habet.*

70 *Appellator inducijs appellationis effluentibus, ſi coram primo ipſomet Iudice teſtes produxerit, ſibi non præjudicat.*

71 *. . . proùt nec unquam patiendo.*

72 *. . . nec ſi jiſdem pendentibus inducijs ad ſolvendum dilationem petierit.*

73 *Sententiam tacitè probaſſe gravatus cenſetur, ſi ad provocandum tempus labi patiatur.*

74 *Fiſci patronus acriter Regia Iura tueri debet.*

75 *D. Io. Baptiſta Larrea fiſci Advocatus, extollitur.*

76 *Fiſci patronus eſt principis, cum libera adminiſtratione, procurator.*

77 *Vtilia tamèn gerere tenetur, ut fiſcum valeat alligare.*

78 *Procuratores privatorũ expreſsè nequeunt appellationi renunciare.*

79 *Appellationis renũciatio, donationem dicitur importare.*

80 *Procuratores, etiam cum libera poteſtate, donare non valent.*

81 *Fiſcus adverſus malè geſtum, fierique omiſſum reſtituitur.*

82 *. . aquiparatur minoribus.*

83 *Minores adverſùs, geſta per ipſos reſtituuntur, ſi antequam praſinitum*

tempus effluat, reſtitutionē poſtulaverint.

84 *D.Reg.D.Io.Montoya de Cardona commendatur.*

85 *D. Andreas Capanus paritèr extollitur, ſed ejus doctrina, in tract.de relevio p.3.q.5. nu.15. non admittitur.*

86 *D. Conſiliar. & Præſ. Reg. Cameræ ipſiuſq; Decanus Io.Baptiſta Amendola celebratur.*

87 *Quemadmodum D. Reg.D.Gaſpar de Sobramōte ėjuſdem Senatus digniſſimus Locumtenens.*

ARGVMENTVM.

Advocatorum, laudabile munus eſt, laudabiliter modo exerceatur. Sententiæ approbatio, ſicuti provocationis renunciatio, quò pacto, vel expreſsè, vel tacitè inducatur; Tacens, ac præſens, quibus in ſpeciebus conſentire, aut diſſentire dicatur; Expenduntur hæc, ad noviſſimæ controverſiæ ornatum; An ſcilicet Dominus Fiſci Patronus, decreto contra ipſum lato, ſueta ſubſcriptione VIDIT FISCVS, abſque ulla proteſtatione, ſeu clauſula citrà præjudicium, ſivè ſalvis juribus adiecta acquieviſſe, & idcircò Regio Fiſco præjudicium intuliſſe dicendus; ſi præſertim reclamādi, aut in integrum petendæ reſtitutionis tempora fatalia, non dum obſerventur effluxa.

PRO REGIO FISCO IN EADEM CAVSA.

Diſſertatio II.

CElebris Advocato-
rum natio; quam
pro miſerorum præ-
ſertìm ſublevanda
inopia, iniquorùm-
que procacitate re-
primenda, divina in-
ſtituiſſe videtur providentia, lauda-
bilis adeò, vitæque hominum perne-
1 ceſſaria, omni ævo, à Cęſaribus potiſſi-
mū habita fuit; ut & dignitatum eam
ſeminarium edixerint, ſicutì ex Valen-
tiniani *Novella de poſtulando*, (quæ ta-
men in vulgatis Codicibus deſidera-
tur,) collegit *Cujac. obſervat. lib. 22.
cap.16.circ.fin. & in lib.5. ad l.ſi qua
mulier tit.9. C.de ſecundis nuptijs lit.
D. & in parat.lit.ad lib.2. Cod. Inſti-
nian. de cauſis ex quibus infam. alicui
2 non irrogatur, cap.11.lit.A.* Et princi-
palibus inſupèr remunerandam præ-
mijs ſtatuerint; quemadmodum Ana-
ſtaſius reſcripſit in *l.laudabile 4.C.de
advocat.diverſor.Iudic.*, quod perbel-
lè exornarunt. *Donell. commentar. ju-
ris lib.18.cap.3.col.1. ſub num.20. &
50. Caſſaneus in catalog. glor. mund.
par.7.conſiderat.28. & ſeq. Tiraquell.
de nobilit.cap.29.num.11.& ſeq. Gre-
gor. Lopez in l.fin. verb.ſabiduria tit.
10. par.2. Simanc. de republic. lib.7.
cap.21.num.1.& 2.Garzias de nobilit.
gloſſ.35.num.10.in fin. cum ſequ. Bo-
vadill.politic.lib.3.cap.14.num.60.&
61.Matticnz.in dialog.relat.& Advo-
cat.par.1.cap.8.num.2.cum ſeq.Franc.
3 de Petris* eruditiſſimus ſanè Conſul-
tus *in conſil.1.ferè per tot.* ac recolen-
4 dæ ſemper memoriæ, genitor, ac Do-
minus meus *Antonius de Philippo* in
reſpōſo, una fermè nocte edito, pro to-
tius Advocatorum, cœtus tutela; nè
ſcilicet, ad præconis vocem, campanę-

vę

ve ſonum, Prætorium ij cogerentur adire;nec idcircò,mulctãdi,quod,deſignata ictibus hora nõ adeſſent,quod incipit *ſpectabilis* ferè *per tot.* Et fas pro certo fuit,ut qui,ſacro Regio Cõlio demandante,pro controverſia per condendæ legis modum dirimenda, percelebres quoque allegationes ediderat,teſte *Thor.in 2.par. compend.deciſ.Regni,verb. exceptio diſcuſſionis inventarij pag.*189.à Collegis omnibus efflagitatus,in commune patrocinium, eidem ſacro Senatui ingenij oſtende-
5 ret ſublimitatem. Advocati etenim,(ut unde juſtiſſimè digreſſi ſumus, redeamus;) qui ambigua dirimũt facta cauſarum, ſuæque defenſionis viribus,in publicis ſæpè rebus, privatiſque, lapſa erigunt,ac fatigata reparant;nonminùs humano generi provident,quã ſi prælijs,atque vulneribus, patriam, parenteſque ſervarent, cum *ut Leo,*& *Anthemius* ſubdunt, *militent cauſarũ patroni;qui glorioſæ vocis confiſi munimine,laborantiũ ſpem, vitam, ac poſteros defendunt,*ut *in l.advocati* 14.*C.de advocat.diverſ.Iud.* Qua de re Cicer. *in oratione pro Murena, ſub verſic. apud exercitum,* ſic concinnè togatæ, armatæque militiæ viros æquiparat; *Tu de nocte, at tuis Conſultoribus reſpondeas;ille,ut quo intendit,maturè cũ exercitu perveniat: Te gallorum,illum buccinarum cantus exuſcitat; Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit; Tu caves,nè tui Conſultores, ille nè Vrbes, aut caſtra capiantur:Ille tenet, & ſcit, ut hoſtium copia;Tu,ut aquæ pluvia arceantur; Ille excitatus in propagandis finibus,tu in regendis;* comprobãtque ex noſtris *Cyn.Bart.Bald.Salicet. Paul. de Caſtr.& Alex. de Nevo in ſyſtem.ad lib.7.Cod.tit.7.ad cit. l.advocati, Guido. Papa deciſ.*88.*num.*2.*& dec.*388. *num.* 2. Franciſcus *Marcus deciſ.* 659. *nu.*4.*Cujac.lib.*16.*obſerv.*9. *Petr. Gregor.ſyntagm.juris cap.*1.*nu.*8. *Gratian. diſcept.forenſ. cap.*31. *num.*14.*lib.*1. *Borrell.in ſum.deciſ. tit.* 65. *de advoc. offic.n.*20.*&* 21.*lib.*1.*Mattieſ. lib.*1.*in dialog.relat.& advocat.par.*1.*cap.*8.*n.* 4.*&* 7.*Xamar.de offic.Iud. & advocat. par.*2. *q.*2. *num.*1. *Mager.de advocat. armat.cap.*3. *nu.*327. *Iurga Valentin. Parthen.Litigioſ.lib.*2.*cap.*7.*n.*33.

6 Vt hinc factum ſit,'ut (militum inſtar) poſt obitum illuſtribus Oratoribus Clypeus ſacrari, & in Curia apponi conſueverit, atq; equeſtres ſtatuæ in ſuarum Ædium veſtibulis reponi unde *Martialis.lib.*9.*Epigr.*69.

Tum grave percuſſis incudibus æra reſultant;
Cauſidicum medio, cùm Faber aptat equo.

Et Iuvenal.*ſatyr.*7. *verſ.*123.

Æmilio dabitur quantum petet, & meliùs nos.
Egimus, hujus enim ſtat currus aneus alti
Quadrijuges inveſtibulis, atque ipſe feroci,
Bellatore ſedens,curvatum haſtile minatur,
Eminùs,& ſtatua meditatur prælia luſca.

Proùt iiſdem palmas quoque, ſicuti vi-
7 ctoribus,cõmilitonibus, tributas, eruditè teſtatur *R.P.Giballin. de univerſ. human.negot.lib.*6.*cap.*3.*art.*9. *nu.*10. *tom.*2.

83 tranſactionive; ſi antequàm reſtitutioni præfinitum tempus exceſſerit, ad eam admitti poſtulaverint, ætatis beneficio reſtituũtur, *l.1.& 2. C. ſi adverſ. tranſact. l.ſi intra 3. C.de temp. in integr. reſtitut. l.ſi major 3.§.quod ſi minor, C.commun. dividundo.*

Proùt demum hanc noſtram ſententiam (vt ſcilicet Fiſco ſui Advocati præsẽtia, decretique ſcientia non obſint, quin ſaltèm, ex in integrum reſtitutione, ſuum valeat proſequi juſtitiam,)
84 confirmaſſe comperimus, Dominum tunc Regiæ Cameræ Præſidentem, & digniſſimum poſtmodum Regentem Dom. Io.de Montoya, & Cardona, adversùs Illuſtrem Ducem Sueſſæ Fiſci Patronum, ut in eius reſponſo, à Domino Regente Tapia relato *in commentar.ad pragmat.23.de offic.Sac. Conſilij lib.3. Iuris Regni rub.3. de ſuſpic.official.pag.189. num.7. & 8.* eumque ſequitur *Dom.Garſia Maſtril. deciſ.114.n.56.lib.2.*

Iure igitur optimo, cũ ità ſe res habeat;
85 vel parum tuta putanda eſt *Dom.Andreę Capani* nobiliſſimi alioquin Iuris Conſulti doctrina in *cit.p.4.quæſt.15. num.5. de Relevio*, proùt nulla auctoritate ſuffulta, nec praxi recepta dignoſcitur: Vel ad præſentem cauſam, in qua, non elapſis adhùc fatalibus, ſupplicatio interpoſita fuit, ſicque in diverſa ſpecie diſpoſita, non aptabilis; ut idcircò, judicialis ordinis quoque reſolutis ambagibus, pro Fiſci Iuſtitia, tam lucidè in priori diſſertatione enucleata decernendum, & juſtiſsimè, & rectiſsimè poſtulemus.

Poſt multas diſcuſſiones ad relationem Domini Io. Baptiſtæ Amendolæ Re-
86 gij Conſiliarij, ac Decani Regiæ Cameræ Præſidentis, conſũmatiſſimi IureConſulti, & coram Domino D.Ga-
87 ſpare de Sobramonte Supremorum Italiæ, Regaliſque Senatus à Conſilijs

noſtri

noſtri ærarij Senatus tunc Locumtenente, Regioq;in Regno Viſitatore, viro,æquitate, ſapientia, ac in primi ordinis rebus peragendis, dexteritate præſtantiſſimo, fuit tandem, iuxta ſuperiùs exarata fiſco, cauſam liquere judicatum, re ſequenti formula, diffinita.

Die 19. Menſis Maij 1656.

Facta relatione de Contentis in retroſcripto memoriali in R.Cam.Summariæ,per Dominum Militem V.I.D.Io:Bapt. Amendola Reg.Conſiliarium dictæ RegiæCameræ Sũmariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſariũ corã Ill.Milite V.I.D. Regẽte D.Gaſpare de Sobremonte Supremi Cõſilij Regalis S.Cathol.Maieſtatis,& d. Reg. Cam.Locumtenente, alijſq; Dom. Præſidentibus illius,fuit per dictã Reg.Cam. conſenſu proviſum,& decretum prout præſenti decreto decernitur,& providetur,quod ſuſpenſo decreto lato per R.Cam.ſub die 11. Decẽbris *elapſi anni 1655. reſpectu termini impartiti, Illuſt.Duci Beliſguardi pro medietate Portulaniæ Averſæ, & Caſalium, incorporetur medietas prædicta Portulaniæ; vna cum fructibus perceptis in beneficium Reg. Curiæ à die mortis, q.Io:Ortugni; & proinde procedatur ad venditionẽ dictæ medietatis Portulaniæ, & pro fructibus perceptis dictæ medietatis Portulaniæ cogatur Illuſt.Dux ad ſolvendũ pro quantitate,& tempore, pro qua liquidatione audiatur dictus Illuſtr.Dux,& pro eis fiat ſequeſtrum bonorum dicti Illuſtr.Ducis, hoc ſuum,&c.*

Cumque ab hujuſmodi decreto ſupplicatio interpoſita fuiſſet, iterùm facta relatione VII. Idus Februarij ſubſequẽtis anni M.DC.LVII. fuit pro Reg.Fiſco pronũciatũ, aſſueta fori noſtri formula,

Benè fuiſſe,& eſſe proviſum per ſupradictum Decretũ latum per d.Reg.Camerã ſub die 19. Maij 1656. Hoc ſuum,&c.

S V M M AE,

1 *Lites ſunt pernicioſę,*

2 *, . poſt ſententiam multotiès novis objectis magis involvuntur.*

3 *, , earum finem tunc quis conſequitur, cùm judicata exequutioni demãdantur.*

4 *Sententię Pręfecti pratorio paratam habent exequutionem.*

5 *. . . ſicuti S.R.C. ſententia.*

6 *. . . ac Regia Camera ſententię, decretavè.*

7 *Advocatus Fiſci ex ſubſcriptione, VIDIT FISCVS, quandò pra,udiciũ ſibi moliatur, & quomodo adversùs id reſtituatur, remisſivè.*

8 *Decretum ſubſequens, contrà primum diffinitivum, nullius roboris eſt; ſed quo pacto id vigeat n.12.& 13.*

9 *. . . licet ſecundum decretum in diverſa inſtantia latum fuerit,*

10 *. . . ſivè ex Principis reſcripto, Imperialique ſententia contra primum fuerit prolatum.*

11 *. . . ſecundum, prius revocans, tunc eſt nullum, cumprimum in rem judicatam tranſitum fecit.*

12 *. . . & quòtiès Iudex, non interpoſita adversùs primum decretum appellatione, ſivè alijs Iuris remedijs non adhibitis, pronunciavit; & n.15.*

13 *Sententia, adversùs quas appellationis remedium intrà legitima tempora non opponitur, in rem tranſeunt judicatam.*

14 *. . . Proùt etiàm Prafecti Pratorio, ſi adversùs eas, reclamationis ſuffragium non proponitur.*

15 Decretum *ſecundum, contra primum latum, tunc nullum reputatur, cùm intermedia appellationis, reclamationis, & ſimilium ſuffragia non adhibentur.*

16 *Appellationis remedio, judicatum, interim cenſetur extinctum,*

17 *Nullitas Regni Iure (quando duo ſunt decreta conformia,) nequit adversùs primum allegari, quia calumnioſè Reus eam diſtuliſſe praſumitur.*

18 *Citandus, uti contumax, denuò non eſt, qui in Iudicium vocatus noluit venire.*

19 *Citatio, ſi ad citandi notitiam, ex ejuſdem induſtria, vel dolo non pervenerit, impleta exiſtimatur.*

20 *Noncio in pertinentibus ad ſuũ officium, fides regularitèr praſtatur.*

21 Dom. *Reg. Hector Capycius Latro cõmendatur.*

22 *Nullitas in Regno proponi nequit, niſi contrà expreſſam Iuris ſpeciem, diffinitum dicatur eſſe; vel contra publicam ſcripturam, in actis, priore loco exiſtentem.*

23 *Forma dat eſſe rei,*

24 *. . Eaque omiſſa, quod geritur, nullũ cenſetur.*

25 *Delatores, uti fide indignos, atq; odibiles ſacra littera deteſtantur.*

26 *Tiberius Nero damnatur, ut delatoribus favens.*

27 Domitianus *ex adverſo, ut Delatoribus infeſtus celebratur.*

28 *Martialis, famigeratum eſt contrà* De*latores epigramma.*

29 *Dom. Franciſcus de Amaya celebratur.*

30 *Veſpaſianus, ac Titus maximi habiti ſunt, quoniam pęnas Delatoribus inflixere.*

31 *Antoninus Pius* Delatores *denunciationem non probantes, morte mulctavit; probantes verò, conceſſis pramijs uti infames, dimiſit.*

32 *Opilius Macrinus, ob depreſſos quoque Delatores, laudibus effertur.*

33 Commodus *acri pœna* Delatorem *affecit.*

34 *Trajanus, uti latrones, Graſſatoreſque eos coercuit.*

35 *Philippus, execrabiles Delatores demonſtrat.*

36 *Gratianus, Valent. ac Theodoſius, eoſdẽ habuerunt ut proditores.*

37 Iulius C*ęſar Delatorem, innocente reſtituto, debita talionis ferijt pœna.*

38 *Delatores non ſemper plectendi, cum mo-*

moderatè, præſertim, ac veridicè deferunt.

39 . . . eiſdem auris ſiniſtra, Reo dextera præbenda eſt.

40 . . . Fiſco ſummæ ſunt vtilitati.

41 . . . pro criminibus præcipuè caſtigandis.

42 . . . qui nàm de jure prohibentur eſſe.

43 Deferre ſpecialitèr prohibitis exceptis, cunctis regulariter cõceſſum traditur.

44 Delatorum actio, pro fiſci Beneficio dirigitur.

45 . . . Quodque ab eis profertur, fiſci putatur eſſe.

46 Fiſcalis Advocati manus, Delatoris loco dicitur ſucceſſiſſe.

47 Fiſcus, quia ex officij neceſſitate, nec ſpe, aut pretio defert, Delatoris nomine non obumbratur.

48 Delatoribus, quæ pœnæ ſtatutæ ſint, remiſſiuè.

49 Deferens ex muneris neceſſitate, aut ſuperioris præcepto, Delatorum pœnis non tenetur.

50 . . . ſicuti, qui ad Reipublicæ tutamen defert.

51 . . . Vel qui à fiſco conventus, alium rem poſsidere denunciat.

52 . . Aut qui propriã defenderet cauſã.

53 . . . Et in alijs ſpeciebus remiſſiuè.

54 Delatores, abſque fiſci Advocato non admittuntur.

55 D. Emanuel Alvarez de la Scalera cõmendatur.

56 Delatores, Curia Archiepiſcopalis Neapolitana, ad fiſco aſsiſtendum admittit.

57 Sequeſtratio in litium principio regulariter prohibetur.

58 . . . ad fiſci tamèn inſtantiam, præſertim in Regalibus ex judicandi more concedi ſolet.

59 Cap. Dudum, ſivè ex præſumptuosa diſpoſitio, in officijs quoq; viget.

60 Horatius Montanus ſæpè fiſcum oppugnat.

61 Cap. Ex præſumptuoſæ in officijs recipi, quiſnam præ cæteris eruditè firmaverit.

62 Fiſcus in Regalibus, ſi promptus titulus non exhibetur, non litigat ſpoliatus.

63 Poſſeſsio civilis feudorum, regaliumque penès Principem; naturalis verò penès eorum reſidet poſſeſsores.

64 . . . quæq; civilis poſseſsio, mortuo poſſeſſore, ad ſe attrahit naturalem.

65 . . . idq; lex ſuo miniſterio operatur.

66 . . . ſitque ex ea directus Dominus mortuo feudatario, etiam ignorans, naturaliter poſsidens.

67 R. P. Cajetani de Afflicto pietas, & doctrina recenſentur.

68 Poſſeſsionem, poſt feudatarij obitum, abſque Principis licentia civilitèr poſsidentis, ingrediens, turbator, & clandeſtinus dicitur detentor.

69 Principi, poſt feudatarij ſine ſucceſſoribus obitum, poſſeſsionis manutentio eſt concedenda.

70. Citatio aliàs nulla, ob citati adventum fit valida.

71 Citati Rei præſentia, defectũ ſupplet citationis.

72 Citari iterùm opus non eſt, qui in Iudicio præſens eſt.

73 Terminus, ſivè regulares induciæ ex Regni Iure, in cauſis ordinarijs in facto conſiſtentibus dandæ ſunt, ac ubi teſtes ſunt recipiendi.

74 Exequutionem paratam in Regno expoſcit obligatio, ad fiſci commodum confecta.

75 . . . prout obligatio penès acta.

76 Dom. Io. Dominici de Gaito commendatio.

77 Dom. D. Carolus Petra Iudex M. C. laudatur.

78 Exequutionẽ quoq; merẽtur litteræ ſignificatoriales, contrà Vniverſitatum debitores.

79 Publica inſtrumenta, ſervata forma noſtri ritus celebrata.

80 . . . Apochæ banco directæ.

81 . . . Cambij litteræ.

82 Termino opus non eſt, ubi mera Iuris

queſtio, ſe offert diſcutiendam.

83 *Poſſeſſorium commiſtam habens proprietatis cauſam, ſuſpenditur, donèc principalis cauſa pertractetur.*

84 *Manutentio, à titulo dependens, non conceditur, niſi prius de tituli liqueat validitate.*

85 *... Nec conceditur, ubi jus reſiſtit, ſed ad proprietatis diffinitionē deveniatur.*

86 *Poſſeſſorium in Regalibus commiſtā proprietatis cauſam dicitur habere.*

87 *. . Ex Regię Camerę Decreto confirmatur.*

88 *Fructus ad* Dominum, *dicuntur pertinere.*

89 *. . proprietiatis enim ſunt acceſſorij.*

90 *. . ex re mea, fundoque meo percepti, mei quoq; dicuntur.*

91 *. . in reſtitutionem. ex vi veniunt comprehensiva.*

92 *. . Quclibet condemnatio, eorum fert reſtitutionem.*

93 *. . ex ſententiarum ſtylo, etiàm adversùs bonę fidei poſſeſſores reſtituendi decernuntur.*

94 *Advocatis, Detentores in Regalibus, abſque titulo tuentibus, audentia denegatur.*

95 *Senatus affertur diffinitio.*

ARGVMENTVM.

Reſectis litibus, Supremorum Senatuum terminationes, quomodò exequutioni demādandæ: poſterioribus Decretis, priora, quo pacto legitimè reſcindenda; Monitus Reus, ſed latitans cur amplius non citandus: Delatores, alioquin infeſti, qua lege recipiendi, atque ad judicia admittendi: Sequeſtrationes, regularitèr vetitæ, quibus ta mē ex rationibus, in litis exordio ſuſtinēdæ: Et quibus in Cauſis ſummatim, & abſque inducijs lis agenda; ac poſſeſſoria aliqua, inſimul cum proprietatum Iudicijs, diffinienda, haud ineruditè demonſtratur.

PRO REGIO FISCO IN EADEM CAVSA.

Diſſertatio III.

1 Litium ſuſtinere onus, res eſt equidē pernicioſa, *Sapient. proverb.* 20. *Matth. cap.* 5. *Div. Paul. ad Roman. c.* 13. *Corint.* 16. *Tit.* 3. *& Timot.* 2, *cap.* 2. Hinc cautè *Ovid.* canebat

Eſte procul lites, & amarę præmia linguę.

Et Martial. *lib.* 5. *Epigram. ad ſemetipſum,*

Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, forumq; triſte
noſcemus.

Quinimò inter ea, quæ beatiorem vitā efficiunt, ut ſit lis nulla recenſet, *lib.* 10. *Epigram. ad ſe quoq; ipſum.*

Lis nunquam: toga rara, mens quięta;

Vnde Iulius Cæſar Scalig. *lib.* 1. *epidrap. pag.* 98.

Lites fuge quantum potes.

earum enim exitus, poſt hæſitationum ingenti ſudore ſuperatos anfractus, felix licet, juſtitiæq; conſonans evadat, recentibus tot irretitur poſtmodum objectis, tantaque adversùs ju-
2 dicatum adhibentur inventa; ut multotiès timor magis cauſam perdendi, liti-

litigatorũ diſcruciet animos, quàm Vi-
ctoriã firmandi, ſpes vireſcat animo-
ſa; res enim, ut *Symmacus lib.* 10. *epiſt.*
32. inquit, *multis agitata judicijs, & actionum varietate, & cognoſcentium motu, & perſonarum mutationibus implicatur*; ut idcircò rectiſſimè ex *Div. Gregor. in regeſt.* id expreſſerit in ſuis
3 ſententijs *Andr. Eborenſ.* ijs verbis; *Contentionis finis nunquam invenietur, ſi ea quæ judicata ſunt differantur*; & Theodoricus Rex Floriano reſcribens apud *Caſſiodor. variar. lib.* 1. *epiſtol.* 5. *In immenſum*, ajebat, *trahi non decet finita litigia: Quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententijs acquieſcitur? Vnus enim inter procellas humanas portus inſtructus eſt, quem ſi homines fervida volũtate prætereunt, in undoſis jurgijs ſemper errabunt*; Proùt in hac cauſa obſervari contingit, dum poſt tot deſudatos labores, evigilataſq; diſſertationes, poſt bina Supremi noſtri Senatus decreta, quando vel unum de jure, ut exequutionem promereretur, ſatis eſſe debuerat; Iterùm mutatis tot juſdicentibus, negotium, quod penè exaruerat, ſuper nullitatũ, (ut ajunt) laticẽ revireſcit.

Primùm autem, non abs re diximus decretum, ut Fiſcus conſequi exequutionem valeret, ſufficere ſanè debuiſſe; quippè quod, uti Præfecti Prætorio
4 paratum exigebat judicium, *l. unic. D. de offic. præfect. prætor. l. unic. C. de ſentent. Præfect. Prætor. Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offerend.* ibique *Bart. Cyn. Bald. Salicet. Angel. Caſtrenſ. Iaſon*, alijque recẽſiti à *Sebaſtian. Nevio ibidem in ſyſtemat.* ex *Capell. Tholoſ. Duen. Theſaur. Seraph. Guttier. Morla, Thom. Valaſc. Azeved. Pereyr. Surd. Giurb. Salgad.* cæteriſque
5 *Barboſ. in collect. ibidem nu.* 2. *&* 6. & Regni jure pro Sacri R. C. ſententijs pragmaticæ extant ſanctiones 5. *&* 79. §. 9. *&* 10. *de offic. S. C.* notaruntq; *Affl. deciſ.* 231. *nu.* 2. & ibi *Vrſill. n.* 1. *&* 2. *Capyc. deciſ.* 169. *nu.* 1. *Dom. Præſ. de Franch. dec.* 290. *in princ. & in fin. Muſcatell. in praxi lib.* 2. *part.* 1. *gloſ. Sententia ex nu.* 106. *Dom. Reg. Tapia ſuper tit. pragmat. lib.* 2. *Iur. Regni rubr.* 2. *de offic. S. C. Dom. Reg. Rovit.* ibidẽ *ex num.* 1. *Borrell. in ſumma deciſ. de ſent. exequut. tit.* 32. *nu.* 126. 134. *&* 136. *lib.* 2. *Dom. Conſil. Carlev. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 447. *tom.* 1. *& tit.* 2. *diſp.* 8. *num.* 12. *verſ. Item ſententiam S. C. & tit.* 3. *diſp.* 24. *n.* 14.
6 *tom.* 2. ſicuti pro noſtri Regiæ Cameræ Senatus diffinitionibus ſanxit Sereniſſimus *Ferdinandus I. in pragm.* 37. §. *& ſimiliter de ſententijs* 3. *&* §. *volumus* 9. *&* §. *& ſimiliter diffinitivè* 10. *de offic. Procur. Cæſar.* ac tradidere *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *de offic. Magn. Camer. nu.* 15. *&* 16. *Domin. Præſ. de Franch. deciſ.* 601. *num.* 8. *& deciſ.* 714. *num.* 7. *Dom. Reg. Reverter. deciſ.* 178. iuxtà ordinem *Dom. Reg. de Marin. n.* 1. *lib.* 1. *Dom. Reg. Rovit. in d. pragm.* 37. *nu.* 13. *&* 16. *de offic. Procur. Cæſar. Borrell. in ſumma deciſ. cit. tit.* 32. *de ſenten. exequut. n.* 11. *cum ſeqq. lib.* 2. *Dom. Conſil. Carleval. d. diſp.* 8. *nu.* 12. *circa fin. tom.* 2. *Domin. Reg. Capyc. Galeot. diſſert. unic. poſt reſpon.* 1. *fiſcal. num.* 4. *cum ſeq.* & propriè *num.* 54. *&* 55. *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.* 291. *n.* 9. *part.* 2. *Dom. Conſil. Franc. Maria Prat. pract. obſerv.* 50. *nu.* 12. *&* 13. *Do. Reg. de Marin. in obſerv. ad deciſ.* 7. *Dom. Reg. Revert. num.* 1. *lib.* 1. *R. P. de Affl. contr. Iur. cap.* 6. *num.* 20.

Sed, ne propoſitæ oppugnationes inultæ abeant, quamvis ex ſuperiùs ad ſatietatem uſque diſſertis, ijs occurri, ac facillimè poſſe dignoſcatur; ijſdem tamèn ſingillatim, & voce & calamo, opere fuerit pretium reſpondere.

Primam quidem ex adverſo nullitatem exordiuntur; quoniàm decretũ, quo Tribunal ordinarias dilationes in cauſa Fiſco audito fuerat impartitum; ab eodẽ tùnc Domino Fiſci Patroni partibùs fungente, fuit admiſſum, ex ſubſcriptione. ſ. abſque ulla reſervationis

clau-

7 clauſula, VIDIT FISCVS, Illuſtriſq; Ducis Procuratori denunciatū in rem tranſitum jàm fecerat judicatam, ſicq; contrà illud idem, poſterius pro Fiſco, decretum validè proferri nequibat, ex *tex. in l. poſt ſentētiam 9. C. de ſentent. & interloc. l. 1. C. quando provoc. non eſt neceſſe.*

Hoc verò obiectum non obſtare, perſpicuè deprehenditur; nàm, quod ad primam ipſius partem, & in qua, vis tota reſidere comperitur, de acceptione decreti, quam ex ſubſcriptione VIDIT FISCVS, adſtruere conantur; haud incongruè in ſuperiori diſſertatione reſponſum fuit; ſubſcriptionem ſcilicet illam, non niſi decreti ſcientiā induxiſſe; & ex ea neq; illius probationem elici, neq; intrà legitima ſaltim tēpora proponendæ reclamationi, impedimento eſſe potuiſse; quoniàm Fiſci Advocato Majeſtatis juribus deſervire datum, nō autèm præjudicium inferre permiſsum. Quod ſi fortè illatum eſset, eadem ex cauſa in integrum eum reſtitui oportere, *cit. diſſert. 2. ferè per tot.*

Quò verò ad ſecundam ipſius partem; 8 minimè imus inſicias, diffinitiva decreta, ſimplicitèr per ſubſequentia reſcindi non poſse; quinimò hæc nouiſsima adverſus priora prolata, nulla prorſus exiſtimāda ad citata jura in *l. 1. D. qua ſent. ſin. appell. reſcind. l. poſt ſententiā 9. C. de ſētent. & interloc. l. 1. C. quand. provoc. non eſt neceſ.* quibus addimus *tex. in l. 1. C. de exeq. rei judic.* & ibi *gloſ. in verſ. nequaquam poteſt, & in l. hac ſententia 4. verſ. cum igitur, C. de ſentent. quæ ſine cert. quātit. proferunt, Roman. conſ. 410. nu. 4. Franc. Aretin. conſ. 73. Anton. de Butr. conſ. 27. nu. 2, Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. q. 52. n. 2. Ozaſc. deciſ. 1. n. 49. in princ. & deciſ. 142. num. 23.* poſt *Franc. Marc. deciſ. Delph. 465. n. 3. vol 1. Borgnin. Cavalc. deciſ. Fiviz. 10. n. 16. p. 1. Gratian. dec. March. 50. n. 5. & deciſ. 129. nu. 1. Magon. deciſ. Florent. 94. nu. 4.*

Id, quod DD. contrà *Bart.* opinionem ſē-9 fere; licèt ſecunda ſententia, adverſùs primam, in diverſa inſtantia prolata fuerit, *Roman. & Butr. loc. cit. Io. de Amic. conſ. 26. n. 5. Gratian. dec. March. 197. n. 5. Borrell. in ſūm. deciſ. lib. 2. tit. 30. de ſent. diffinit. n. 184.* eſtque materiæ ſedes *in cap. inter Monaſterium 20. de ſent. & re judic.* ibique *DD.*

Et quamvis, adverſùs priorem ſententiā, 10 quæ in judicatum tranſijt, Principis reſcriptum Imperialiſve ſententia adhibita fuerint, *l. fin. C. ſent. reſc. non poſſ. l. cauſas, vel lites 16. C. de tranſact. Ozaſc. cit. deciſ. 142. nu. 24. & 25. Borrell.* alios referens *cit. tit. 30. nu. 191.* idq; etiàm in arbitrijs vigere firmans; ut poſteriùs videlicèt prius irritās nullius ſit roboris, ac momenti ex *Franc. Marc. Ioſeph Ludouic.* & alijs *loc. cit. nu. 193. & in tract. de compromiſs. §. 2. gl. 1. n. 144.*

Attamèn ad cauſam hāc nullo pacto adduci queunt; allegata etenim jura ju-11 dicatæ rei auctoritatem ſupponunt, *d. l. 1. D. quæ ſent. ſin. appell. reſcind.* ibi, *licet fuerit IVDICATVM d. l. 1. C. quād. provoc. non eſt neceſſe,* ibi, *quod contra RES prius IVDICATAS,* & ex *Bar. Bal. Oldrad. Salicet. Alex. Pariſ. Decio, Cravett.* alijſque *Sebaſt. Nevius in ſyſtem. adeit. l. 1. C. quando provoc. non est neceſſe* ex *Anton. Butr. Nicolao Vigel. Robert. Maraut. Frāc. Viu. Io. Baptiſta Coſt. Rimin. Sen. Aldnin.* cæteriſque *Borrell. loc. cit. n. 183. Hermann. Vultejus conſil. Marpurg. 30. n. 107. vol. 2. & conſil. 29. nu. 7. vol. 3. & Io: Caddeus conſ. 48. nu.* 12 *299. vol. 4.* adversùs quam Iudex, appellationis, aut in integrū reſtitutionis remedijs intereà nō adhibitis judicaſ-13 ſet; tùnc etenim, quià prolatę illæ ſententiæ provocationis remedio intra legitima tempora non remoratæ, in rem judicatam tranſitum fecisſēt, *l. ab eo 3. C. quomod. & quand. Iudex cap. ſollicitudinem 54. & cap. cum ſit 5. de appellation. cap. cum dilectus 32. in fin. de elect. cap. quo ad conſultationem 15. de ſentent. & re judic. cap. Romana 3. §. ſi verò de appellat. in 6. DD. in cit. Iur.*

Grāmat.

Grāmat.dec.24.nu.4. Magon.deciſ.Luceenſ.9.n.28.& deciſ.67.num.2. & 3. Gratian.deciſ.March.52.num.6.in fin. ex quampluribus alijs *Rota deciſionibus, Borrell.in ſumm. dec. cit. lib.2.tit. 30.nu.310. Hermann.Vulteius cit.conſ.*
14 *29.num.4.vol.3.* proùt Præfecti Prætorio ſententiæ, ſupplicationis ſuffragio non præpeditæ in rem itidèm judicatam, tranſijſsent, *l.ſi quis adverſus 5. & cit. Auth. qua ſupplicatio, C.de precibus Imper. offerend §. illud unde ſumitur, Auth.vt ſpōſalit.largitas;* mirùm ſanè non fuerit, ſi contrà res firmitèr judicatas judex pronuncians, nullam noviſsimam proferat ſententiam.

At quotiès, ut in re hac reclamatio ad noſtri inſtantiam interpoſita fuit, argumentum protinùs, ex ſuperiùs traditis evaneſcit: & in ſpecie, diſpoſitioni
15 præcitatorum jurium, *l.1.D.qua ſent. ſine appell.& l.1.C.quand.provoc.nō eſt neceſſ.cum concord.* nequaquàm locum eſse, ſi adversùs judicatum provocationes receptæ fuerint, planè deſumitur ex eadem *l.1.* ex adverſo allegata, *C.quando provoc.nō eſt neceſſ.* ibi, *quod cōtrà res prius judicatas, à quibus PROVOCATVM NON EST, lata ſit,* celebris *gloſ.* tùm in ſupplicationis ſpecie ex *d. l.ſi quis adversùs, & Auth. qua ſupplicatio, C.de precib.Imper.offerēd.in cit. l.1.C.ſent.reſc.nō poſſ. ver.quemquàm,* ac in integrum reſtitutionis ex *l. in cauſa 17. §.fin. D. de minor. in eodem mox cit.verſ. quemquam d. legis 1. C. ſent.reſc.non poſſ.* tùm demùm appellationis, ut in *l.poſt ſentētiā 9. ver.poſt ſententiam.C.de ſent.& interloc.* & ra-
16 tionem reddidit *Marcian.I.C.in l.1.§. fin.D.ad Senat.Conſ.Turpill.* illis verbis, *quia PROVOCATIONIS remedio, cōdēnationis extinguitur pronunciatum.* ex quo Conſulti Reſponſo elegantèr *Anton. Faber* monuit ſententiam, à qua appellatum eſt, jus facere non poſſe in ſuo *Codic.lib.4.tit.14.diffn.7.nu.2.in alleg.*

Secundam afferunt nullitatem ex *tex. in l. de unoquoq; 47. D. de re judic.* quaſi inaudito Reo agitatum judicium ſit, nàm, licet is iterū, ad cōſtituendū procuratorem citatus fuerit, ex quo Frāciſcus Antonius de Aloyſio procurator inſtitutus ex Nūcij teſtatione nō inveniri dicebatur; verè ille aderat in civitate; qua de re cōtrà noſtri fori ſtylū decretum quoque fuiſse opinātur.

At ſecūdam hanc ſimilitèr oppoſitionem non officere, brevibus cenſemus; & primò ex judicij ſolemnibus, ſiquidem illius vis, contrà primum decretum XIV. kalendas Iunij M.DC.LVI. promulgatum locum habere poſset; non autèm adversùs hoc ultimū XIII. Kalendas Martij M. DC. LVII. quod in ſupplicationis gradu, ab Ill.Duce obtentæ, prolatum fuit; Nàm in poſtremò hoc reclamationis judicio, Doctor Antonius Vincenti novus ſubſtitutus procurator, & ſupplicationem impetravit, eamque produxit, & antè noviſſimi hujus decreti interpoſitionē citatus fuit, atq; auditus; Quapropter, ſicuti contrà poſteriùs hoc decre-
17 tū, exceptio ex facto futilis redditur, & inanis; ità, adversùs primùm, eſtluxo etiàm tempore, admitti equidem non valet, Regia refragante ſanctione vulgatæ *pragm.4.de dilation.§.19.* ſic decernētis *quando ſaranno due decreti conformi d'alcuno Tribunale, vogliamo, che non ſi poſsa dire de nullità del primo, dal quale la Parte appellò, ò reclamò; perche poteua à tempo ch' interpoſe l'appellatione, ò ſupplicatione proponere le nullità, che pretendeua, e non hauendolo fatto, nō conuiene, che ſe li permetta di dirlo dopò, hauēdolo differito calunnioſamente;* ad cujus *pragmatica* ornatum videri poſsunt, *Maſtrill. deciſ.11.lib.1. & R. P. de Afflict.contr. Iuris cap.33.nu.23.& 24. & in addit. ad idem cap.33.nu.42.cum ſeq.*

Reſpondetur deindè; ſummæ fuiſse pro certo æquitatis, latitante procuratore,
18 iterùm Duci met ipſi rem notā facere; Nàm, quotiès quis in judicium vocatus, accedere nolit; denuò advocan-

dus

dus ſanè non eſt, cum illius vera tùnc
planè inſurgat contumacia ad *tex. in*
l.ceſſante 2.C.quomod.& quand.Iudex,
ibi,*adversùs eos, qui admoniti,adeſſe*
noluerunt, ſententiam à Iudice poſse
proferri certũ eſt,& ex*Extravag.vnic.*
Bonifacij VIII. *rem non novam de dol.*
*& contumac.*ibi, *qui impedit, aut facit,*
etiàm ſe celando,ne ad eum poſſit perve-
nire citatio, appareatq; contumax, qui
ſic agit,& ex *gl.Io:Andr.Specul.*alijſq;
Boer. deciſ.206. nu. 6. Card.Creſcent.
deciſ.18.num.2.de ſent.& re judic. ex
Innoc.& Abb.Marant.in Spec. aur.p.6.
cap.rectè concipitur citatio num.36. ac
ex *Hoſtienſ.Ioan.Monac.*& alijs *Borrell.*
in ſumma dec.tit.44.de cit.nu.395.lib.
1. ſequitur *Dom.Conſil.Staiban.reſol.*
19 *forenſ.reſol.164.nu.20.lib.2.* Citatio
etenim ſuum ſortitur effectum, licèt
exequutioni demandata non fuerit,
quando citandus, dolo præſertim ef-
fecerit, quò minùs ad ejus notitiam
perveniret, atq; exequutionem con-
ſequeretur,ut *Clemens V.*ſtatuit *in cle-*
*mẽt.2.ut lit.pend.*ibi, *per cũ factũ fue-*
rit, quominus ad ejus notitiam perve-
nerit,concordat *Clement.cauſam 3.§.*
verùm de elect. & clement.1. de judic.
ibi, *qui faciunt, impediunt, vel procu-*
rant, vel per ſe, vel per alium quoquo-
modo, ne ad eos poſſit citatio pervenire,
& *cit. Extravag. rem non novam,ſub*
verſ.præmiſſis de dol.& contumac.gloſ.
in d.clement.2.verſ. lite pend. vt lite
pendent.Ancharan.ibidem num.5.in 4.
notab. Zabarell.in ſummario, & nu.3.
Bonifac.ante nu.1.& nu.2.verb.perve-
nire,& num.11.in 2.notab.& num.35.
Imol.in d.clement.cauſam,§.verò num.
10.de election.Lancell. de attentatis p.
2.cap.4.in præfat.nu.93.& ſeq.& 108.
& 109. Farinac. ſic per *Rotam Roma-*
nam pronunciatum tradens *in fragm.*
crimin.p.2. argumento lex ſtatutũ cap.
lis,nu.384.pag.282. Barboſ.in collect.
ad cit.clem.2.nu.7.tom.4.Dom.Conſil.
Carlev. ſic Sacrũ quoq;Conſ.diffinitũ
iuiſse referens *de judic. tom. 1. lib. 1.*
diſput.2.nu.879.verſ.quod tamen.

Neque de doloſa Procuratoris latitatio-
20 ne ambigendum eſt; non modò, quià
in his Nuncio,vti ad ſuum pertinenti-
bus officium,fides adhibetur, *Bart. in*
l.1.§.cura carnis num.2.D.de offic.Præ-
fect.Vrb.Abb.in cap. cum parati de ap-
pell. Specul. in tit. de citat. §.ſequitur
num.14.& ſeq. Marant. ubi ſupra *nu.*
53. ex innumeris *Tiraquell. de retr.*
lignag.§.8.gloſ.9.num.6.10.& 11.Al-
ciat.de præſumption.reg. 3. præſumpt.
14.num. 10. Gabriel commun.concluſ.
lib. 2. de citat. concluſ.4.num.11. Ma-
ſcard.de probationib.concluſ.1120.nu.
1.& 4.Menoch.de præſumpt.lib.2.præ-
ſumption.25. Farinac. tract.de teſtib.
q.56.art.11.nu.381.Baron.de citat.q.
*43.n.31.& 33.lib.1.*poſt *Carau.in rit.*
M.C.269.nu.21. D.Reg.Tapp.in prag.
2.de dilationib. repoſita ſub *tit.de Al-*
guzerijs lib.2. iur. reg.pag.347.nu.2.
quem ſequitur *Dom.R.Rouit. in prag.*
1.de citat.nu.1. Dom.Reg.Sanfelic.in
praxi judiciaria ſect.35. num. 10. ſed
ex diligentijs in hoc, etiàm à Senatûs
decretis, ac Duci principali in novæ
citationis literis nunciatis, fol.84.

Vt idcircò, nõ ſolùm ſecundùm morem,
ſed maximæ fuit etiàm æquitatis, ite-
rum Reo in jus vocato cõtrà eundem
cõtumacẽ jam effectũ ad decreti pro-
lationem poſtmodùm devenire.

Pro tertia aſſumũt nullitate, nequaquam
in hac cauſa ex fiſci poſtulatione, ſed
ex incerti cujuſdam Delatoris denun-
ciatione litem fuiſſe inſtitutam, & à
principio ſequeſtrationem injunctam;
neque ad oſtendendum titulum Du-
ce,uti reo,ac ut conſueſcit vocato quã-
do citatio juris gentium, & civilis eſt,
ex authoritate *Dom. Reg. Capyc. Latr.*
deciſ.188.num.33. cum ſeq.lib.2.

Atqui reſpuendam hanc quoque excep-
tionem priore loco putamus, ex ea-
21 dem *prag. 4. de dilation.* quanquàm
etenim *Ill.Marchionis Torelli Reg.He-*
ctor. Capyc. latro, ut potè elaboratiſſi-
mi I. C. non modica ſit auctoritas; at-
tamen determinata forma; in excep-
tionibus hiſcè proponẽdis à *cit.regia*
ſan-

Digitized by Google

ſanctione in §. 20. ſtatuta fuit, quam
præterire non licet; ut ſcilicèt, nullo
pacto de nullitate dici valeat, niſi in
22 duobus tantummodò eventibus;
quando nimirùm ſententia, aùt con-
trà expreſſam juris, ſivè commu-
nis, ſivè municipalis ſpeciem: aut evi-
dẽter contrà publicum documentũ,
antè diffinitionem productum dicta
foret; undè cum juribus denudata ap-
pareat exceptio, vti cõtrà pragmaticæ
ſanctionis præſcriptam formam, ſub-
23 ſtantiam eidem tribuentem, *Ariſtot.
phyſic.lib.*1*.cap.*9. & ibidẽ *in ſynopſ.
Analyticis, Gulielm. Duvol. l. Iulia-
nus* 9*.§.ſi quis rem, D.ad exhibendum,
l.cũ hi* 8*.§.ſi Prætor aditut, D.de tran-
ſaction. l.Divus* 8*. D.de in integr.reſt.*
cum alijs congeſtis à *Barboſa de axio-
matibus jur.axiom.*100*. num.*1. ante
eum per *Tiraquell. in repetit. l.ſi un-
quam verb.revertatur num.*67*. C.de
revocand.donation.* quem ſequitur *D.
Reg.Cõſil.Prat. diſcept. forenſ.cap.*50*.
num.*4*.lib.*1. nullius efficaciæ, ac mo-
24 mẽti erit exiſtimãda, *l.qui hæredi* 44.
& l.mævius 54*.D.de condit.& demon-
ſtrat.gloſ.in cap.dilecto, verb. irritum
de reſcript.* ibiq; Canoniſtæ, cæteriq;
penès *Barboſ.loc. cit. num.*3*. D.Reg.de
Ponte conſil.* 5*. num.* 74*. &* 75*. lib.*1*.
D. Conſil. Hodiern. diſcept.forenſ.cap.*
26*.n.*26*.& cap.*43*.n.*26*. Martin.Ma-
ger.de Advoc.armat.c.*19*. n.*14*.&* 15.
Cæterùm nobis planè non latet, delato-
ribus non temerè credendum; ut præ
25 cæteris ex Abaſſi Mehemeti Perſarũ
Regis filij exẽplo monuit *Io.Chokier.
polit.lib.*5*.cap.*10*.ſub n.*14. illorumq;
nequam genus, & improbum, ſemper
inviſum, ſemperq; malè habitum fuiſ-
ſe, animique humilis, abjecti, atque
infidelis; cum nec ad hũc uſque diem
ex eis neminem fidelem eſſe comper-
tum ſit, ut ex *Ceriolan. de conc.& cõſ.
cap.*2. teſtatur *Iurga Valenſin. in par-
then.litigioſ.lib.*2*.cap.*12*.num.*7.& id-
circò non modo ſacra primum pagi-
na eoſdem deteſtata videtur *Levitic.
cap.*19*.Proverb. cap.*20*. &* 30*. Ezech.
c.*21. ſed graviſſimi quoq; Scriptores:
26 Ideoq; TIBERIVM, qui eos allexit
ſua, conſentiunt, perauxiſſe ſcelera, cũ
damnatiſſimum hoc apud *Tacitum* de
ipſo perpetuò ſit monumentum, *Dela-
tores, genus hominum publico exitio re-
pertum, & pœnis quidèm nunquàm ſa-
tis cohercitũ per præmia alliciebantur;*
27 cõtrà autẽ *DOMITIANI*, licèt alioqui
ſceleſtiſſimi Principis, ex illorum ex-
pulſione, his verbis, adhùc perdurat
encomium *Princeps, qui delatores non
caſtigat, irritat,* ut ex *Sueton. in illius
vita,* notant *R.P.Carolus Scribanus in
Politic.Chriſtian.p.*1*.cap.*17*.pag.*134*.
D. Larrea allegat.fiſcal.*101*. num.* 14*.
&* 15*. lib.* 2*. R.P.Horatius Turſellin.
lib.*4*. Hiſtor. in ipſius Domitiani vita.*
28 Qua in re, cõmendabile eſt *Martialis
in Amphitheat.Cæſ.lib.*1. Epigrãma 4.
quod retulere paritèr *Tiraq.ad Alexã-
drum ab Alexandro genial. dier. lib.*4*.
cap.*22*.lit.O. Briſſon. ſelect. ex jure ci-
vil.antiq.lib.*3*. cap.* 17. idem *Ioannes
Baptiſta Larrea deciſ. Granatenſ.* 27*.
num.*18*.lib.*1*. & Dom.Franciſcus de
Amaya* inſignis equidem Iuris Con-
29 ſultus, eruditiora congerens in *Rubri-
ca C.de delatoribus lib.*10*.n.*5*.& Ang.
Stephan.Garronius in Conſtit.Mediola-
nenſi rubr. de jure fiſci lib.* 4*. tit.*7*.art.*
43*.num.*1.

*Turba gravis paci, placideq; inimica quie-
ti,*
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes,
*Traducta eſt Gyaris, nec cępit arena no-
centes,*
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Auſonia, profugus delator ab urbe;
Impenſis vitam Principis annumeres.

Cõmendatique ſimilitèr VESPASIA-
30 NVS, ac TITVS fuere, qui illos eo
odio habuerunt, vt flagellis cæſos per
amphitheatri orã ſpectãdos traduxiſ-
ſent, ut vel ab noxijs ſcrẽdis, pęnis his
31 coerciti, abſtinerẽt; Proùt PIVS AN-
TONINVS, qui nõ probãtes, capitali
pęna affecit, ꝓbãtes verò, oblato pre-
mio dimiſit infames, poſt *Capitolinũ* in
ejus vita, noviſſimè *Carolus Emmanuel*

Vizzan.de mandat.princip.cap.5.§.1.
*nu.*23.ac ẽt *OPILIVS MAGRINVS*, qui
32 eoſdẽ non admiſſos,pęnis damnoque
mulctavit,ut eruditè teſtantur *Alex.ab*
Alex. d. cap.22.circa fin. & ex *Euſeb.*
Pomp.Læto Herodian.cit.Iulio Capitol.
alijſque comprobat *Tiraquell.*ibidem
lit.P.Q.R.& S.& miſſis alijs quæ ex *Ia-*
cob. Cujac. Buleng. Pancirol. Salmas.
Cerd.Petr.Gregor.Gulielm. Budeo,Briſ-
ſonio, cæteriſque prænotarunt *Dom.*
Franc.Amaya, & Io:Bapt.Larr.loc.cit.
*& Iacob.Menoch.de arbitr.Iudic.lib.*2.
33 *cap.*198.*n.*1.aſpernabile nõ eſt *COM-*
MODI quoq; Imperatoris judiciũ;qui
falſum quendam delatorem, cruribus
effractis, pęnas luere demandavit, ut
ex *Nicephoro Caliſto* fert *Menoch. loc.*
34 *cit.in fin.* Ac TRAIANI in ævũ memo-
ria exſtat, quod de Delatoribus, La-
tronum,Graſſatorumque exemplo,ju-
dicia exercuerit, teſtibus *Briſſon. ſe-*
lect.ex jur.civil.antiquit.lib.3.cit.cap.
17.*circà fin. Petr.Erod. rerũ ab antiq.*
judic. lib. 9. ad Senat.Conſul. Turpill.
35 *cap.*14.ut mirũ certè videri nõ debeat
ſi PHILIPPVS quoq;Imperator exſe-
crabiles eos nũcuparit in *l.ex varia* 4.
*C. de delat.lib.*10. & proditores dixe-
36 rint *GRAT. VALENT.* ac *THEODOS.*
Cęſares in l.fin. C. eod. nequè eſt tan-
dem,glorioſum primi Cęſaris facinus
37 prætereundum IVLII CÆSARIS
nempè, qui ut apud Placentiam mo-
tam in exercitu ſeditionem extingue-
ret ex Auctoribus duodecim ad ſe
juſſit adduci, ut militari eos ple-
cti more juberet; Cumque ex eis
per calumniam accuſatus,de ſua do-
cuiſſet innocẽtia, juſtiſſimo Iulius Cę-
ſar talione uſus,falſum delatorem nu-
mero Auctorũ,innocẽtis loco, impo-
ſuit, ut apud eundem *Petr.Erod.rerũ*
*jud.cit.lib.9.cap.*10.
Attamen temperantèr intelligenda hæc
38 erunt,graſſantibus videlicet,& invidè,
ac iniquè delationibus, uti ſub Tibe-
rij Principatu allicientis eos, (ut di-
ximus) in extremam perniciem devẽ-
tum erat, inquiente *Tacito lib. 3. an-*
nal.Cæterum multitudo periclitantium
gliſcebat, cum omnis domus delato-
rum interpretationibus ſubverteretur;
exornatq; etiam ex *Plinij* panegyri-
co *Iuſtus Lipſius in annotat.ad ipſum*
Corn.Tacit. cit. lib.3. annal.nu.49. &
50. quodq; Anneũ Senecã non latuit
inquientem, *Sub Tiberio Cæſare fuit*
accuſandi frequens,& penè publica ra-
bies, quæ omni civili bello gravius to-
gatam Civitatem confecit, excipieba-
tur ebriorũ ſermo ſimplicitas iocantiũ;
nihil erat tuũ; Omnis ſæviẽdi placebat
occaſio,nec jã reorũ expellebatur evẽtus,
cum eſſet vnus,lib.3.de benefic. nu. 26.
non autem quoties moderatè, ac ve-
ridicè ijdem verſantur, eiſque fides,
quam merentur præſtatur, ut perbellè
monet *Garonius de jur.fiſc.d.lib.4. tit.*
7.*art.*43.*nu.*1.ac dextra ſemper aure,
39 ut inquit *Carolus Scribanus cit.cap.*17.
Reo ſeruata;tùnc etenìm id genus ho-
minum,publicæ rei,& fiſco ſeſe maxi-
40 mè reddit utile,ut poſt *Ægid. Boſſium*
*de fiſco num.*15.probat *Garron.loc.cit.*
41 pro criminum præſertìm punitione
*Alfar.de offic.fiſcal.gloſ.*17.*num.*25.ac
proindè, ſervis,mulieribus,crimineq;
42 damnatis, & his ſimilibus. Militibus
veteranis, viriſque clariſſimis excep-
tis,quibus, aùt ob defectum non per-
mittebatur, vel ex dignitate non lice-
bat, ut in *l.*2. §.*Imperator, & l.ait* 16.
& l.deferre 18.*D.de jur.fiſc.Peregr. de*
jure fiſci lib.2.tit.1.num.2.Alfar.de of-
fic.fiſcal.gloſ.17.num.9.Amaya loc.cit.
43 *num.* 13. ad uſurpationes detegendas
regularitèr cæteris deferre nõ veta-
batur,*Bart.in l.1.num.*8.*D.de jur.fiſc.*
Bald.in l.fin. C. *de delatoribus lib.*10.
Angel.de maleſic. verbo nec non ad de-
nũciationẽ in addit.n.13.Alfar.d.gloſ.
44 17.*nu.* 9. eorũq; actio in Fiſci cõmo-
dũ expletur *l.fiſcus* 38.§.*delatoris, D.*
*de jur.fiſc.Larr.ead.dec.27.n.*13.quod
45 enim delator proſequitur fiſci eſſe
exiſtimatur *Larrea d.deciſ.Granatenſ.*
27.*num.*13.& 15.*in princip.*adeòquè
46 ſunt inter ſe, delator, ac Fiſcus in hoc
conjuncti; ut fiſcalis officium, delato-
ris

ris ſucceſſiſſe loco,placuerit,poſt alios
*D.Io:Larrea allegat.fiſcal.*1.*num.*8.*in*
47 *fine lib.* 1. Neque hoc,lucidum Fiſci
Patroni decus poterit maculare;quip-
pè qui,id ex muneris adimpleat nexu,
nulla lucri cupiditate,ſed publicę rei,
Regiſq; ductus cõmodo,*l.ex quibuſdã*
2.*D.de jur.fiſc.l.monēte* 2.*C.eod.tit.de*
delator. ex *Farinac. Azeved.* *Cavall.*
Barboſ. alijſq; *Dom. Franc. Amaya cit.*
*rubr.*C.*de delator.num.*22.*lib.*10.
Sicuti pęnis delatoribus hiſce indictis,ut
48 in *l.*2. *l.Senatus* 15.*l.de eo* 23.*l.nõ tan-*
tum 24.*D.de jur.fiſc.l.*1.*ac tot.tit.D.ad*
Senat.Conſult.Turpill.l.noſtris 8.C.*de*
*calumniator.*recenſitis *à Guid.Pap.dec.*
269.*num.*1.*Grãmatic. deciſ.*39.*nu.* 8.
& ſeq.Clar.in praxi crim. lib. 5. *q.* 7.
*num.*12.*Farin.q.*16.*nu.*5.*&* 8.& pro-
priè *num.*5. *Ludovic.Gilhauſen. in ar-*
*bore Iudicial.criminal.p.*2.*& cap.*3. *de*
*accuſation. n.*18.*& ſeq.*& poſt *Cujac.*
Gothofred. *Covarr.* *Paz,Perez,*alioſq;
*Larrea cit.dec.*27.*num.*5. generalitèr,
49 ex officij neceſſitate, aùt jus dicentis
præcepto deferens,non plectitur;quia
propriè delator non dicitur *d.l.monē-*
te 2.C.*de delatoribus* cũ alijs per *Ama-*
yã inductis *loc.cit.num.*20. *ac Gratian.*
*diſcept.forenſ.cap.*163.*n.*2.*&* 3.*lib.*1.
50 quemadmodũ,qui ad Reipublicæ de-
fēſionē accedit *d.l.*2.*in prin.*D.*de jur.*
fiſci d.l.ex varia 4.C.*eod.*vel qui à Fi-
ſco, rei poſſeſſione conventus,non ſe,
51 ſed alium rei ipſius poſſeſſorē oſtēde-
rit, *l.nulla macula* 3.C.*eod.tit.de dela-*
52 *toribus*, aùt demùm qui propriam
ageret, ac tueretur cauſam inter de-
latores enim non recenſebitur *d. l.*2.
& d.l.fiſcus 38.§.*delatoris,& l.delator*
44.D.*de jur.fiſci, Garonius cit. lib.* 4.
53 *tit.*3.*art.*43.*num.*2. ante eum cæteras
referēs ſpecies *Alfar.de offic.fiſcal.cit.*
*gloſ.*17.*num.* 26. *cum ſeq.* & ſequitur
Amaya loc.cit.nu. 30. eruditè *Vizzan.*
*de mandat.Princip.cit.cap.*5.§.1.*n.*28.
Ad rem igitur redeuntes; Et ſi ex dela-
toris tantũmodò notitia agitata res eſ-
ſet;adhùc rectiſsimè tractata foret.Ex
facto autem contrarium dignoſcitur,
cũ delationi fiſcus inhæſerit, eò quod
ipſo audito, ac petente ſequeſtratio-
nis decretũ,ac proviſionales literæ,ut
ex actis innoteſcit emanarũt; ac iuxtà
Conſtantini Imperatoris juſſum,ut Iu-
dices ſcilicet invigilent, nè ſine Fiſci
54 Advocato ſuſcipiãtur delatores *l.om-*
nes 5.*cit.tit.de delator.lib.*10.Quodq;
accuratè ſequi nuperrimè Senatus vi-
ſus eſt,dũ in cauſa Vniverſitatis Mõtis
Caveoſi cũ Ill.Marchione utili ejuſdē
Domino,Ioſephũ Cavano patriæ jura
haud ſegniter tuentem,uti civem, non
autem ut delatorem admittendum cē-
55 ſuit,ad relationem integerrimi Equi-
tis *Dom. Præſid.* D. *Emanuel Aluarez*
de la Scalera XIV.Kalēd.Iulij M.DC.
LXVIII, licet ex recepta in Archiepi-
ſcopali Curia praxi,ad aſsiſtendum
56 fiſco, ac uti ipſi quoque adhærentes
Delatores recipi, teſtatus fuerit D.
*Epiſc.Ricc.dec.*226.*in fin.par.*2. & ſe-
quitur *Io: Iacobus Speidelius in ſyllog.*
quæſt.verb.delatio,verſ.delator.
Sequeſtrationem ſimiliter,à principio ju-
ſtiſsimè fuiſſe decretam, ad cõpreſſio-
57 nem regulæ ſub litis initium eã inhi-
bētis,ut in *l.unic.*C.*de prohib.ſequeſtr.*
*pecun.cap.*1. *&* 2. *de prohib.ſequeſ.poſ-*
ſeſſ. & fruct. *Clem. unica eod. tit.*ex
quampluribus ad eandem regulam,
receptis coarctationibus probari poſ-
ſet; ſed in hac re,ex triplici eam de ju-
re fieri oportuiſſe contendimus.
Primò, quia ex eadem directi ſupremi-
58 que dominij ratione,quam ſibi in re-
galibus vindicant Reges, ad eorũdem
idcircò fiſci inſtantiam, ſequeſtratio-
nē impartiendã eſſe ex *Rebuff.* *Alciat.*
*Covarr.*alijſq;Patavinũ fundat Colle-
giũ penès *Peregr.d.cõſ.*2.*n.*21.*verſ.&*
*in Curijs lib.*1. id in Hiſpanijs, Italia,
Gallia, alijſque Provincijs judicandi
cõſuetudine,morevè comparatum in-
quiens, poſt *Rebuff.Boer.*& *Covarr.*ac
ſequuntur *Cancer.lib.*2.*variar.cap.*4.
*de ſequeſtr.& empar.nu.*7.*& ſeq.* *Sac-*
*ca conſ.*5.*num.*105. *Dom. Reg.*Capyc.
*Galeot. cit.reſp.fiſc.*12. *n.*391.*cũ ſeq.*
Secunda ex vulgata Capituli *dudùm*

59 ſive ex præſūptuoſæ diſpoſitione, quā
in officijs his regalibus;non modò ex
unitate,ſed ex rationis (ut ajūt) majo-
ritate vigere, ex traditis in eadē præ-
cedenti diſſertatione colligi poteſt, &
in ſpecie edocuere Dom. Reg. Revert.
in cauſa nobilis Petri Moccia, hujus
fideliſſimæ civitatis Magiſtri Portula-
ni;cujus officij poſſeſsionē, ſeù quaſi,
abſque liberis,ipſo Petro vita functo,
fiſcus vigore cit.cap.ex præſumptuoſa
ſibi decernendam curavit,ut in deciſ.
manuſcript.deciſ.365. 4.vol. & juxtà
ordinem Dom.Reg.de Marin.dec.364.
nu.1.lib.1. Dom. Reg. Rovit.deciſ.72.
60 nu.73.Horat.Montan.licèt acerrimus
aliàs contrà fiſcum pugnator de rega-
libus offic.nu.10.præſertìm verſ.quod
ſi creditores, ac D.Reg.Capyc.Gal.(ne
61 aliena quamvìs digniſsima tranſcri-
bamus,)id ex verbis ejuſdem capituli
ex præſumptuoſæ, ac rationis confor-
mitate,rerumque judicatarum autho-
ritate confirmans cit.reſp.12.n.387.
cum ſeq.& propriè nu.416.cum pluri-
bus ſeq.

Tertiò. Ex quo in Regalibus hiſce fiſco
62 tùm ſequeſtratio, tùm eſt addicenda
poſſeſsio; non ex eo dumtaxat,quod
jus ipſi aſſiſtat, ac nunquam in ijs ſine
poſſeſsione Princeps litiget ſpolia-
tus Boer. in Cōſuet.Bitur.tit.de feud.
§.14.col.2.Rebuff.tom.3.in tit.de ma-
ter.poſſeſs.art.2.gloſ.2.num.26.27.&
28.Covarr.var.reſol.lib.unico c.17.n.
6.verſ.primū, Peregrin.de jur.fiſc.lib.
6.tit.8.nu.24.Cancer.var.reſol.lib.3.
cap.14.de manuten.num.42.Octavius
Zobol.inter conſ.Peregrin.cit.conſ.3.
num.109.lib.1. D.Io:de Solorzan.de
Indiar.jur. lib.2.cap.28. nu.28.verſ.
& nunquam to.2.Lud. Sacca conſil. 1.
num.29.& conſ.5.num.104.ex Rol. à
Valle, Guidon.Pap.Franc.Marc.Aloyſ.
de Leo,Menoch.Io:Bapt.Cæſar.Salazar.
alijſq; Dom.Larrea alleg.fiſcal.5.nu.
15.lib.1.& allegat.109.nu.29.lib.2.
noviſsimè Cæſar.Carena reſol.forenſ.
reſol.112.n.15.& Dom.D.Chriſtoph.
Creſpi de Valdaur.obſer.illuſtr.obſer.
93.num.4.lib.2.

Sed ex civili quoq; poſſeſsione; quæ in
63 regalibus,feudalibuſq;penès Princi-
pē reſidet,etiā feudatario vivente,qui
naturali tamen poſſeſsione potitur,
gloſ.& DD.in l.3.§.è contrario,D.de
acquir.poſſeſſ.Andr.in cap.1. §.ſi vaſ-
ſallus de feudo n.3.in fin.& n.4.Si de
feud.defuncti controverſ. Affl.in præ-
lud.conſtit.q.23.nu.7.& ſeq. Paris de
Put.de reintegr.feud.cap.45.num.13.
& cap.123.num.3.Dom.Reg. de Ponte
dec.40. n.6.& 7.& cōſ.147.n.6.lib.2.
Intrigl.de feud.centur.1.q.69.nu.10.
Octavius Zobol.cit.cōſ.3.inter Peregr.
conſ.num.9. lib.1. quæq; civilis poſ-
64 ſeſsio,mortuo feudatario,ad ſe natu-
ralem quoque attrahit poſſeſsionem;
Bald.communitèr receptus in l.1.nu.
38. D.de rer.diviſ.& in cap. quæ in
Eccleſiarū de conſtit.Curt.jun.de feud.
p.4.nu.155.Dom.Reg.Lanar.conſ.45.
nu.3.Dom.Reg.de Ponte cit.conſ.147.
num.7.lib.2.& d deciſ.40. num.9.&
lect.feud.20.num.24.Octavius Zobol.
loc.cit.num.10.Dom.Præſ.Amat.conſ.
14.num.15.& 16.Ludovicus Sacca in
conſ.1.num.11.& num.24. idq; ſum-
65 mo legis miniſterio effici, ut ſcilicet
civilis Regis poſseſsio, ad ſe attrahat
naturalem,dixit Dom.Præſ.Marcell.de
Mauro alleg.1.num.20.& 21.& ſequi-
tur Dom.Reg. Capyc. Galeot.reſp.fiſc.
12. num.448. adeò ut, directus Do-
66 minus,etiam ignorans naturalis quo-
que poſſeſſor evadat, ut ex Bald. Ti-
raquell.Caldas Pereyra,Gregor.Lopez
alijſque probat elegantèr, non mi-
nùs doctrina, quàm pietatis exemplo
67 ſanè admirabilis R.P.D.Cajetanus de
Afflicto controv.jur. cap.9. num.7. ita
ut quiſquis poſt feudatarij funus,ſine
Principis placito, penès quem civilis
68 manſit poſseſsio,feudi poſſeſsionem
ingrediatur, clandeſtinæ, turbatio-
nis vitium nequeat evitare, ex Bart.
& Bald.monuit D.Reg.Rovit.conſ.98.
num.13.lib.2. & proſequitur R. P. de
Affl.cit.cap.9.num.3.& 30.quìquè ex
his, aperto ob feudatarij fatum, feu-
do,

69 do, directo Domino manutentionis
etiam remedium competere, ex *Tira-
quell.* & *Caſſaneo* perbellè tradidit *cit.
cap.9.num. 29.*

Sat Senatus itàque blandè rem egit, qui
dum poſseſsionem, ex obitu Ducis
D. Florentiæ matris, apud Regiam
Curiam plenè (ex deſuper traditis)
exiſtentem, fiſco, vel ab initio conce-
dere poterat, ſequeſtrationem eidem
ſolummodò moderatiſſimè decre-
uit.

Quæ verò, de citationis defectu amplifi-
cantur; ex facto itidem reſolvuntur;
licet etenìm occupati officij denũcia-
tio, ac demãdata illius ſequeſtratio à
principio ipſius tantummodò Ducis
conductoribus fuerit notificata; ipſe
tamen Dux, propriam præveniens ci-
tationẽ ad judicium vltro venit, pro-
curatorẽq; in cauſa conſtituit, & jura
(nulla quãquã ex parte vim haben-
tia) deduxit, quamobrẽ prima citatio,
70 & ſi nulla forsàn fuiſset, per ejuſdem
Ducis nihilominùs præsẽtiã vires ex-
ſerviſset *Bald. Iaſon, Falin. & Alex.*
penès *Card. Tuſch. comm. cõcluſ. lit.* C.
concluſ.246. num.1. ex *Roman. Franc.
Vbald. Paleot. Coccin.* & alijs *Borrell.
in ſumm. deciſ. tit. de ſent. nu.177. &
179.* ex *Verall. Mynſinger. & Gail. D.
Reg. Sãfel. in prax. judiciar. ſect.6. n.6.*
& ſancitur *Regia lege prag.2. de ordin.
Iudic.* ibi. *Et citatio aliter facta non
valeat niſi reus comparverit; quo caſu
habetur pro ſolemnitèr citato;* & ratio-
nem DD. afferunt; quoniàm Rei præ-
71 ſentia citationis ſuppletur defectus,
ex *Bart. Bald.* & alijs *Ripoll. var. reſol.
cap.3. de citat. nu.118. & ſeq.* ex *Abb.
Falin. Io: Andr. Archidiac. Vant. Rot.
Rom.* cæteriſq; *Gratian. diſcept. forenſ.
cap.738. num.20. & cap.797. num.1.
tom.4.* ex *Caſſan. Tuſch. Durãd. Farin.
Tepat. Cavall. Aſin. Ricc.* & alijs *Fran-
ciſc. Baron. de cit. lib.1. q.18. n.13. D.*
Reg. *Capyc. Lat. deciſ.165. n.34. lib.2.*
72 atque ideò, eũ, qui pręsẽs eſt, denuò
citari nõ oportet *Cardinal. Cavaler.
deciſ.117. num.1.* Ricc. *collect.* 2412.

verſ. ego autem Baronius *d. q.18. n.12.
Dom.* Reg. Capyc. *Latro cit. deciſ.165.
num.33. lib.2.*

Ex quarta, & quinta nullitate, irritum
quoque judicatum exiſtimant; nàm
ſinè inducijs incorporatio, & Por-
tu laniæ vẽditio decretæ fuere, cõtra
pragm.7. de ord. judic. ex qua, ipſo ure
terminus, (vt praxi deferamus, dãdus
erat; & eo magis quia pro eodẽ apud
acta Ducis nomine, inſtatũ fuerat ex
traditis à *Dominis Præſide de Franch.
deciſ.221. num.12.* Reg. *de Ponte conſ.
59. num 1. & ſeq.* & Reg. Capyc. *Latro
deciſ.189. nu.2.* Ac demum, quoniàm
contrà pacificum, juſtumq; poſseſso-
rem Ducem, titulum allegantem, poſ-
ſeſsorio, & petitorio inſimùl termina-
to, ad fructuum quoq; reſtitutionem
condemnatio protracta fuit, contrà
relatas *ab Vrſill.* definitiones *in addit.
ad Afflict. deciſ.269.*

Licet autem hæc argumenta apertiſsimè
in 1. *diſſertat.* latiſsimèq; obſervẽtur
enervata, non modò ex celeri expe-
ditione, quam ſimiles fiſcales cauſæ
expoſtulant, ut *nu.57. & ſeq.* verum
etiã ex receptiſſima præſertim ſenten-
tia, qua habetur; in regalibus in qui-
bus Principũ firmiter fundata eſt intẽ-
tio, legitimum, ſtatim titulum non
exhibentes, à poſseſsione deijciendos
eſse, ut *num.79.* cum *plurib ſeq.* Atta-
men, ut undique etiam extrà hujus
generis, tantiſque privilegijs munitas
res, hanc propoſitionem, neque tu-
tam, nec undequaque veram de-
monſtremus, meminiſse fas erit: di-
lationes in *d. pragm.7. de ordine judi-
cior.* impartiri ſancitas in cauſis or-
73 dinarijs, ac in facto conſiſtentibus in-
telligi debere; in quibus teſtium pręc-
cipuè ſunt probationes recipiendæ, ut
in eadem ſanctione, *verſ. quod partes,*
& ex antecedentibus, ac ſubſequen-
tibus quoque *pragmaticis* elicitur, vt
in ſpecie tradiderunt ijdem *Domini,*
ex adverſo, allegati, *Pręſ. de Franch.*
Reg. *de Ponte, & Capyc. Latro loc. cit.*
At in omnibus cauſis indiſcriminatim
aſserere

Digitized by Google

id aſſerere, vti contra eadẽ paritèr Regni jura, futilitatis eſſet arguendum.
Multa etenim ſunt, apud nos præſertìm, judicia, quæ, non modò nõ deſiderãt dilationes; ſed paratam poſtulant exequutionem, ut puta obligatio, fiſci fa-
74 vore celebrata, ut in Rit. M.C. Vicariæ juxta ordinem Caravitæ 127. D. Conſ. Carlev. de judic. to. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 8. nu. 12. & nos ſuperiùs diſſert 1. nu. 62.
Iudicialis quoq; obligatio, vel (ut ajunt)
75 penès acta ſtipulata, quę ſine libello, ac Partis citatione paratiſſimã cõſequitur exequutionẽ, ut in Ritu 128. ibiq; Caravit. nu. 1 Affl. deciſ. 30. nu. 2. & 387. n. 1. Dom. Prçſ. de Frãch. deciſ. 118. nu. 7. deciſ. 200. nu. 22. deciſ. 480. nu. 7. & deciſ. 656. nu. 3. Theſaur. deciſ. 26. num. 13. Caſtill. deciſ. 108. nu. 8. lib. 2. D. Reg. Rovit. in pragm. 2. de juriſd. ad invic. non turban. nu. 9. Muſcatell. in prax. lib. 2. p. 1. gloſ. ſentẽtia nu. 89. Dom. Epiſcop. Ricc. collect. 187. lib. 1. ex innumeris recolẽdæ ſemper
76 memoriæ compater meus Dom. Io. Dominic. Gait. veridicus, ac doctus I.C. cedro digna locutus in ſuo tract. de cred. cap. 3. tit. 2. num. 4. cum ſequentibus, Gallupp. in prax. part. 2. cap. 22. num. 32. Dom. Conſilar. Scipio Theodorus alleg. 39. nu. 1. Dom. Conſiliar. Carleval. de Iudic. d. tom. 2. tit. 2. diſp. 8. ſub n. 12. ante eum Thor. lib. 1. compendij deciſ. Regni verb. obligatio Iurata, Borrell. in ſumma deciſ. tit. 19. de inſtrument. liquidat. nu. 174. vol. 2. & in conſ. 11. num. 9. & conſ. 38, nu. 1. D. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 102. num. 21. lib. 1. & deciſ. 138. n. 25. lib. 2. D. Reg. Merlin. contr. forenſ. cap. 66. nu. 2. cent. 2. cæ-
77 teros noviſſimè congerit D. D. Carolus Petra, Baro Vaſti girardi I.C. perſpicaciſſimus, ac MC.V. Iudex meritiſſimus in comment. ad eumdem Rit. 128. nu. 1. cum ſequ. tom. 1.
78 Litteræ, quas dicimus ſignificatoriales contrà univerſitatum debitores directæ ex Prag. 5. §. 21. de adminiſtrat. Vniverſit. Dom. Præſ. de Franch. deciſ. 347. n 1. Muſcatell. in Prax. cit. lib. 2. Gloſſ. ſententia nu. 173 & 174. Dom. Reg. Rovit. in ead. pragm. 5. de adminiſtrat. Vniverſit. num. 46. & ſequ. Dom. Conſil. Carleval. loc. cit. nu. 27. Io: Maria Novar. in collect. ad eandem pragm. 5. de adminiſtrat. Vniverſ. num. 264.
79 Publica inſtrumenta, municipalium jurium ſolennitatibus roborata, quæque proindè à Pragmaticis guarentigiata dicſitur, vt ex Regni Conſtitut. Inſtrumentorum robur ex Rit. 166. cum ſequ. & pragm. 3 ſub tit. de inſtrument. liquidatione, præſertim prag. 8. latè Caravit. Troys. & Scagl. in Ritib. præſcriptis D. Reg. Tap. lib. 3. jur. Regni rubr. 45. in principio pagina, & ad prædict. Ritum 166. pag. 235. Dom. Reg. Rovit. in rubr. de inſtrument. liquidat. ex nu. 3. poſt cæteros Dom. Conſil. Carleval. d. tit. 2. diſp. 8. nu. 28.
80 Apochas itidem nũmulariæ menſæ directas, promptiſſimã ſibi exequutionẽ vindicare cũctis equidẽ innoteſcit ex pragm. 63. nu. 2. & 6. de offic. Procur. Cæſar. Dom. Reg. Rovit. ibidem nu. 32. cum ſequent. Gaitus de cred. cap. 2. tit. 9. ex num. 3219. D. Conſil. Carlev. d. n. 28. in fin. Dom. Conſiliar. Arias de Meſa var. reſol. cap. 45. nu. 11. lib. 3. Dom. Reg. Capyc. Latro deciſ. 111. ante nu. 1. tom. 1.
81 Ac tandem, (cæteris poſthabitis) uſualia mercatorum chirographa, quas cambij vocant litteras, parata exequutione gaudere, (quicquid etiã de jure communi ſenſerit Gaitus infra citandus) Regiæ Pragmaticæ ſanctiones edicunt ſub tit. de litteris cãbij, & propriè pragm. 3. § 9. & poſt Maſtrill. Scacc. Dom. Reg. Rovit. Dom. Conſil. Paſchal. alioſquè tradidit Gaitus de cred. cap. 2. tit. 7. numer. 2483. 2488. & propriè num. 2485. cum ſequ. Borrel. in ſumma deciſ. tit. 23. de apoch. litt. alijſque nu. 130. tom. 2.
Eſt & alia quoquè ſpecies, in qua, licet judi-

judicium ex ſe non ſit exequutiuum, ſinè dilationibus tamèn, ad pronunciationẽ diffinitivi decreti deveni-
82 ri poteſt, ut putà quoties in mera juris quæſtione verſamur cap. ſapè 42. de appellat. Innoc. & alij in cap. cũ inter de elect. Bald in cap. conſtituit verſic. Nota quod qui petit eod. tit. de election. Anna ſing. 470. in princ. Dom. Reg. Capyc. Galeota controv. Illuſtr. contr. 43. num. 15. lib. 1. & controv. 44. n. 17. lib. 1. D. Reg. Merlin. contr. forenſ. cap. 2. n. 10. cent. 2. Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 17. num. 2. lib. 1. Dom. Reg. de Marin. reſol. jur. cap. 66. nu. 6. lib. 1. ijdemque Auctores in nullitate adverſus fiſcum allegati, nẽpè D. Praſ. de Franch. deciſ. 221. nu. 12. & 226. circà finem. Dom. Reg. de Ponte conſ. 59. n. 1. lib. 1. Dom. Reg. Capyc. Latro deciſ. 189. nu. 3. lib. 2. id, quod à præſenti cauſa non abhorret, dum Reus Principis titulum, (qui per teſtes in hac ſpecie rite probari nequit,) non exhibens: an ab horum regalium poſſeſſione expelli debeat, in pura juris controverſia librorumque dumtaxat revulſione conſiſtit.

De poſſeſſorio, poſtmodum, ac petitorio inſimùl actum eſſe: à juris principijs nequaquàm alienũ dicimus; quin profectò inſitum, poſſeſſoria etenim
83 quæ commiſtam cauſſam proprietatis habent, ante cauſsæ principalis merita diſcuti non debent; ſed principalis negotij finis eſt expectandus: Dũ nunquã unũ ſine altero, neq; tractare nequè terminare fas eſt Bald. in l. appellatione nu. 4. C. de appellation. Francus in cap. non ſolum num. 6. verſ. 30. limit. eod. tit. de appellat. Capyc. deciſ. 72. in fin. Langellott. de attentatis p. 3. cap. 24. quæſt. 19. nu. 4. Seraphin. deciſ. 1278. num. 4. lib. 2. Farinac. in deciſ. recent. 423. nu. 7. par. 2. Oliver. Beltramin. in addit. ad deciſ. Sum. Pontif. Ludoviſ. 283. nu. 8. Io. Bapt. Marcheſ. in Praxi Commiſſ. par. 1. §. 2. deciſ. 43. num. 3. pagin. 1054. & deciſ. 46. nu. 3. pag. 1062. & par. 2. §. unic. pag. 488. nu. 3. Poſt. in tract. de manuten. obſerv. 43. num. 1. & in deciſ. poſt cit. tract. de manutent. deciſ. 9. num. 31. deciſ. 68. num. 5. deciſ. 390 num. 11. deciſ. 510. numer. 3. deciſ. 579. numer. 2. deciſ. 621. num. 1. & deciſ. 645. nu. 2. Rubeus deciſ. nouiſ. 250. nu. 3. par. 2.

Ideoquè manutentio, à tituli firmitate dependens, minimè conceditur, niſi
84 primum de ipſius tituli validitate apparuerit S. P. Gregor. XV deciſ. 283. num. 5. Poſt. cit. obſervat. 43. numer. 7. Sicuti nec manutentio conce-
85 ditur in ijs, in quibus jus commune reſiſtit, ſed quæſtio in proprietatis cauſa diffinitur Cardinal. Seraphin in deciſ. 1463. n. 2. Poſt. d. tom. 2. obſervat. 43. nu. 8.

Et in ſpecie, in hujuſmodi regalibus, ac juriſdictione decoratis, quæ non niſi ex Principis largitate poſſideri poſsũt, & in quibus contra detentores, juris, vel vehemẽs urget repugnãtia: poſseſſoriũ judiciũ proprietatis cauſã com-
86 mixtam habere, nec à petitorio ſeparari poſse ex l. 2. §. quadam D. de interdict. ſeu extraord. actionibus, ibique Gloſ. in verbo privato, & in l. 3. §. hoc autem à ſuperiore verbo competere D. de itinere actuquè privat. docuerunt Bellamer. in deciſ. 17. nu. 2. deciſ. 49. & deciſ. 433. nu. 1. Io. Anton. Rubei conſ. ult. nu. 2. Colleg. Patavin. inter conſil. Peregr. cit. conſ. 2. num. 2. vol. 1. Contard. in l. unic. limit. 2. §. 7. num. 30. & ſequ. C. ſi de moment. poſſeſs. Valaſc. de jure emphiteut. cit. quæſt. 8. nu. 27. verſ. facit, Menoch. conſil. 307. nu. 6. lib. 4. ex Petro, Cyn. Fabr. Angel. Soccin. Alex. Iaſ. Alberic. Abbat. Ancharan. Put. Cardin. Pariſ. Rota Roman. & alijs innumeris, Ludov. Sacca cit. conſ. 1. nu. 8. & conſ. 2. num. 83. & ſequ. & 73. & 74. Dom. Reg. Rovit. conſ. 58. n. 6. & 7. lib. 1. Niger, Cyriac. controverſ. forenſ. cit. controverſ. 178. nu. 33. lib. 1.

Vt idcircò, non modò quod obiectum eſt evaneſcat; ac de jure aliter fieri non

non potuiſſe, palàm fiat; ſed nec durũ adverſario debeat videri, quod hujuſce officij addictio, ac venditio inſimul fiſco judicatæ fuerint; quid quæſo diſcuſſo jam negotio, tàm reſpectu poſſeſsorij judicij, quàm petitorij, (ut par, juſtumque fuit,) amplius præſtolandum erat, quam detecta iam occupatoris injuſtitia, cum poſſeſſione deiicere, officij incorporationem fiſco adſcribere, ac pro illius commodo ejuſdem decernere venditionem? prout in cauſa Ill. D. Mariæ
87 Ruffo, Dom. Ducis Nuceriæ vxoris; quæ manuteneri in Filogaſij ſtatus poſſeſſione contendebat retentionis, & crediti ui, ex quam pluribus etiam poſſeſſionum actibus ſuam fouens juſtitiam; Quia verò feuda, ob Ducis obitum fiſco fuerant aperta, ac vtile, directo Dominio conſolidatum, naturaliſq; poſſeſſio à civili, penes potentiſſimum Regem noſtrum reſidente, fuerat attracta; communi omnium R. C. Conſenatorum calculo, ſupèr poſſeſſorio, ac proprietate pridie ante Kalendas Auguſti anni M. DC. XLIX. pronunciatum fuit, eſſe nempe *procedendum ad venditionem omniũ bonorũ feudalium, etiam Baronia Filogaſij, & interim ad illorum locationẽ*. penès actuarium Io: *Baptiſtam Conſtantinum*, egregium nunc fiſci à ratiocinijs, teſtaturq; *Reu. P. Afflict. contr. Iuris cit. cap. 9. in fine*.

Quæ demùm, de fructuum decreta reſtitutione obijciuntur, ſuo corruũt pondere; quod etenim ad illorum liquidam declarationẽ attinet, fuit deliberatio pro quantitate, ac tẽpore reſervata, & in ipſa declaratione injunctũ; vt Illuſtr. Dux Conuentus audiatur; vt propterea quod ad ipsã iuſtæ quãtitatis metam pertinet, nil eſt, in quo Dux grauatum ſe ſe poſſit aſſeuerare, cum in illo judicio cuncta, quæ ſibi conducere videntur de more valeat afferre; Quo verò ad ipſam condemnationem ſpectat; ut officij; ſcilicet incorporatio, vnà cum fructibus diffinita ſit, extrà omnem ambiguitatem putari debet; porrò non niſi cum fructuum reſtitutione, demãdari oportuerat; non modò quia fructus
88 dominium, dominumque ſequuntur, *l. fructuũ 34. & l. & ex diverſo 36. D. de reivindicat.* poſt *Rolãd. Hondcd. Riminald. Eugen. Cephal. Tiraquell. Menoch. Turrett. Rimin. Iun. Vinc. de Anna, Burſat. Surd.* ac *Rotã Roman. Dom. Reg. Valenz. conſ. 55. num. 91. lib. 1. & conſil. 156. nu. 26. cum ſeq. lib. 2. Giurb. in conſuet. Meſſan. cap. 10. gloſ. 7 par. 1. n. 11. Viu. deciſ. 262. n. 28. lib. 2. Fontanell. deciſ. 64. num. 11. deciſ. 66. num. 21. deciſ. 72. num. 3. deciſ. 73. num. 4. deciſ. 86. nu. 5. deciſ. 99. num. 16. & 17. deciſ. 208. nu. 4, lib. 1. Dom. Reg. Capyc. Gàlcot. controverſ. Illuſtr.*
89 *contr. 20. num, 52. & 53. lib. 2.* vti ad proprietatem acceſſorij, *l. indebiti 15. D. de condit. indebiti l. 1. C. eod. Anton. Fabr. in ſuo C. lib. 8. tit. 38. diffinit. 15. num. 2. in allegat. ex Roland. à Valle, Cephal. Flamin. Pariſ.* & alijs *Dom. Reg. Valenz.* in ſpecie de emolumentis officij verba faciens, *conſ. 73. n. 57. & 58. lib. 1.* Ideòq; ex re mea perce-
90 pti, mei quoq; cenſentur *Dom. Præſ. de Franch. deciſ. 642, num. 11.* atque in meo fundo nati, mei pariter eſſe dicuntur *Antibol. Ioan. Anton. de Nigr. Frecc. Covarr. & Io. Choppen.* penès *Dom. Reg. Capyc. Latr. Conſult. 83, n. 6. lib. 2.*

Sed quoniam, in qualibet rei reſtitutio-
91 ne, & fructus ipſi ſuaptè natura cõprænhenduntur, *l. reſtituere 35. D. de verbor. ſignif. l. in cõdemnatione 134. D. de regul. Iur. cap. Gravis 11. de reſtit. ſpol. Marſil. ſingul. 17. Menoch. de recuper. poſs. in præludijs nu. 6. Surd. deciſ. 212. nu. 11. Gratian. diſcept. forẽſ. cap. 770. num. 4. lib. 4. Dom. Io. Baptiſt. Larr. in deciſ. Granat. 5. nu. 5. circa princip. lib. 1.*

Qua de re; quamlibet rei damnationem
92 neceſsariò ſecum fructuum trahere reſtitutionem, colligunt ex *l. videamus 38. §. id faciant, D. de vſuris*, Bald. *in rubric.*

rubric.C.de fruct.& lit. expenſ. Iaſon. in l.Gallus,§.& quid ſi tantum nu. 23. D.de liber.& poſth. in d.l.ait prætor,§. Si petitor n.10.verſ.Secundo & notabilius, D.de jur. iurand. & in §. omniũ inſtit.de action.n.181. Covar.*variar. reſol.lib.1.cap.3.num.1. Surd.d.deciſ. 212.n.12. Gratian.cit.cap.770.nu.6. lib.4. Marius Cutell.deciſ.24.num.12.*
Id*verſ.1.lib.2.*
q; in concipiendis ſententiarũ formu-
93 lis ex more, ſeù ſtylo, etiam adverſus
bonæ fidei poſſeſſorẽ recipi docuit *D. Praſ. de* Franch.*deciſ.687.* per tot.

Hæc ſunt, quæ in re alioquin pro fiſco lucidiſsima, colligere valuimus;(quãquam ſat eſſe debuiſset, in Regalibus tamq; altæ ſpeciei, nos verſari,)& in qua, poſt tres fermè exactos annos titulus,(qui in noſtra ſaltèm Cancellaria ſi adeſset ſeruaretur,) hucùſq; exhibitus nõ apparet: ex Aduerſo cæterũ allegata, vſurpationem retegere veriùs, quam cõtegere videntur,& quãdo infandum de Iure oſtendimus eſse, priuatum in Iudicio, tam ſuavitèr ex ſui Domini parte conventum, perniciosè(præaliorũ exẽplo) juriſdictione honeſtatũ officium, ſinè vllo conceſſionis aſylo audacter detinere; cum, & cauſarum quoque Patronis cõtra-
94 riũ poſtulantibus, hoc juſtiſſimè interdicatur, atq; audiẽtia prorsùs denegetur, vt ex vi *text.in l.moris eſt 9.D. de pænis*, in ſpecie tradiderunt *Boer.dec.8 n.2.& ſeq. Auendan. de exequend.mãd. lib.1.cap.1.nu. 27. Valaſc. de jur. emphit. d.q.8.num.21. Azeued. tom. 2. noue recopilat.lib.4. tit. 1. in l.1.n.16 circ.fin. verſic.Neq; debet audiri. Georgi. de Gabed. deciſ.9.ſub nu.3. part.2. V.kalendas Martij M.DC.LV*II.

Fuit itidem ſecundum allegata diffinitum.

Super diſcuſsione Nullitatum, &c.

Die 8. Martij 1657.

Viſis actis, ac facta de prædictis omnibus relatione in Reg. Ca*mera per Dom.Militem V.I.D.Io: Baptiſtam Amendola,*
95 Regium Conſiliarium dictæ RegiæCameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſsarium coram Ill.Milite V. I. D. Regente D. Gaſpare de Sobremõte Supremi Conſilij Regalis Suæ Majeſtatis, & dictæ Regiæ Cameræ Locumtenente aliiſque Dominis Præſidentibus illius, audito Domino Regij Fiſci Patrono, & Magnifico Advocato Ill.Ducis Beliſguardi, fuit per ipſam Regiam Cameram proviſum, & decretum prout præſenti decreto decernitur, & providetur, nullitates propoſitas pro parte dicti Ill. Ducis Beliſguardi non obſtare, & proindè depoſitum liberetur Regiæ Curiæ. Hoc ſuum, &c.

Idem Franciſcus Antonius Pepe Actuarius.

SVMMAE.

1 *Indicatum dici nequit, quod non eſt diſcuſſum.*

2 *Quid fieri debeat, ſpectandum eſt.*

3 *Exemplis minimè judicandum.*

4 *. . eaque tunc amplectenda, cùm digna ſunt, ac ratione referta.*

5 *Officia, ſine ſpeciali Principis placito per ſubſtitutum nequeunt exerceri.*

6 *. . . quamvis cum clauſula prout tui prædeceſſores tenuerũt, (quique ea pollebãt,) fuerit conceſſio celebrata.*

7 *Sereniſſimi Philippi Secundi memoria debitis celebratur encomijs.*

8 *Sicuti Potentiſſimi Monarchæ Philippi Quarti.*

9 *Officia ex Regijs juſſibus nequeunt per ſubſtitutum adminiſtrari.*

10 *Lex, licet dura, ſervanda eſt.*

11 *Subſtitutio in officijs damnum multoties infert.*

12 *Specialia duo, circà idem ac principaliter, concurrere nequeunt.*

13 *Principis conceſſio, ſinè certa ejus ſcientia, præcipuè inhabilitatis perſonæ, non eſt extendenda.*

14 *. . . diſpenſatio ſine certa ſcientia, jurium dicitur diſſipatio.*

15 *Minor, ſi ab infantia ad officium vocaretur, ferè duplici vitæ ſpatio perfrueretur.*

16 *L. hæreditatũ in computatione 68. D. ad leg. falcid. pro vitæ taxatione, cũctis in actibus attenditur.*

17 *Cenſus vitalitij Iuſtitia, ex creditoris eſt præſertim ætate dimetienda.*

18 *Minori, durante ætate, per ſubſtitutum exercendi facultas, compẽdij ſolutione peti poteſt.*

19 *Princeps, ſiuè eius Vicarius, officiarij minori ætate perdurante, ſibi eligit ſubſtitutos.*

20 *Conſuetudo ut inducatur, varia exquiruntur.*

21 *... Ex difformibus actibus, nullatenus ſuſtinetur.*

22 *Dom. Conſil. Io: Baptiſt. Melior comendatur.*

23 *Exceptio, regulam in contrarium firmat.*

24 *Regia Camera, ob minoris ætatẽ, etiam antiquitus, ſubſtitutos elegit.*

25 *Conſuetudo, ex unius actus difformitate evaneſcit,*

26 *. . Vt vigeat requirit pluriès, ſecundùm eam judicatum eſſe.*

27 *. . . ex quatuor ſcilicet conformibus ſententijs.*

28 *. . . Vel ex tribus ad minus, ſimiliter conformibus.*

29 *. . . ac dummodò Iudex in contradictorio iudicio, eam dixerit adeſſe.*

30 *. . . ſpecificè probari debet.*

31 *. . . ob ſui mutabilitatem difficillimæ probationis exiſtimatur.*

32 *. . . eius magna eſt auctoritas.*

33 *. . . nec rationem, nec legem vincere valet.*

34 *. . . Contrà ius non ſeruanda.*

35 *. . . ac invalida putatur.*

36 *Lex ubi ſcripta eſt, de conſuetudine non curatur.*

37 *Conſuetudo, contra Ius commune ſine ratione præſumitur.*

38 *. . . & ſi fortè immemorabilis diceretur.*

39 *. . . contra jus, corruptela dicitur, ideoq; extirpanda.*

40 *Princeps regulariter conſuetudine nõ ligatur.*

41 *Conſuetudo, Principis conſenſu, approbationevè opus habet.*

42 *. . . præſertìm, cum de regalibus juribus tractatur!*

43 *. . . in quibus, ut recipiatur, tempus, requiritur immemorabile.*

44 *Immemorabile tempus in diſcontinuis rebus expoſcitur.*

45 *Conſuetudo circà homines vertitur, eorumq; reſpicit mores.*

46 *. . . eſt jus ſcriptum, tota, vel majori Populi parte receptum, & vim legis habens.*

47 *. . . ac ut inducatur voluntas ad eam in ſpecie introducendam requiritur.*

48 *. . . ſubditi eam, ſinè ſui Principis auctoritate, inducere non poſſunt.*

49 *Subditi, ſicùt non valent expreſſè per leges ſtatuere; ità ſinè Principis auctoritate, nec tacitè per conſuetudines.*

50 *Legem auferre poteſt, qui eam ferre valet.*

51 *D. Oratius Poſſedonius commendatur.*

52 *Conſuetudo extrà, vel præter legem introduci, ſine auctoritate an poſſit.*

53 *Tribunalis vſus, ſtylus propriè, non autem conſuetudo nuncupatur.*

54 *Stylus, eſt Curiæ praxis, vſu confirmata.*

55 *. . ſiuè inſtitutio, quam ad Acta ſententiaſq; ſtruendas Iudices adhibent.*

56 *. . reſpectu conſuetudinis, eſt tanquam ſpecies ad genus.*

57 *. . . ad Iuris declarationem, non autem correctionem induci poteſt.*

58 *Iudices, siuè Magiſtratus, legibus derogandi, aut ſtatuta formandi carēt poteſtate.*

59 *. . . idque notatu dignum putat Dom. Consil. Carleval.*

60 *Stylus, à Magiſtratibus inductus nil operatur, niſi à* Principe, *in vim cōſtitutionis confirmetur.*

61 *Principis ordinatio, non autem Stylus attenditur.*

62 *Stylum Senatus, contrà* Principis *conſtitutiones in diffiniēdo præſertim nec conſtituere, nec ſecundum eum Ius dicere valet.*

63 *Conſuetudo, contra* Principis *conſtitutionem inefficax reputatur.*

64 *D. Io. Antonius ab Eccleſia laudibus refertur.*

65 *Conſuetudo contrà principis conſtitutionem inefficax cenſetur.*

66 *D. Præs. Reg. Cameræ Agnellùs de Amato extollitur.*

67 *Stylus varius non eſt ſeruandus.*

68 *Dom.* Præſ. *D. Carolus de Ardia commendatur.*

ARGVMENTVM.

Iudicatum, quando dici quid valeat; ac præjudicia, ſiuè exēpla, quando itidèm amplexanda: Officia, abſque Principis placito, per ſubſtitutum exerceri non poſſe, minores quanquàm ſint, qui in eis ſucceſſere: Conſuetudinem demùm, Principe non auctorāte, inductam, Regalium præſertim Iurium perpenſa ratione, nauci æſtimandam; prout & morē, ſtylumvè (ut aiūt) ſi quis in re hac valeat allegari, reijciendum omninò, brevibus demonſtratur.

PRO REGIO FISCO

CVM

Magnifica Victoria Bruno, uti Matre, ac Tutrice Gaetani Sances.

Diſſertatio IV.

ACutiſſimi Ingenij Vir BALDVS rectiſsimè ſuam hanc, ex theoricis ſententijs propoſitionem, mēti inſculpendā admonuit; vt quod, ſcilicet non eſt diſcuſsū
1 judicialiter diffinitum dici non valeat, in *l. receptitia* 5. *C. de conſtitut. pecun.* eumq; præcæteris ſequuti ſunt *Dom. Præſ. de Franch. deciſ.* 278. *nu.* 6. *deciſ.* 367. *num.* 14. *& deciſ.* 510. *num.* 8. *Io: Petr. Fontanell. deciſ.* 126. *num.* 32. *lib.* 2. *Dom.* Præſ. *Merlin. controv. forenſ.*

*cap.86.num.17.centur.1.& cap.72.
nu.20.centur.2.D.Conſ.Prat.controv.
forenſ.cap.7.num.21.lib.1.* Ea prop-
ter, & ſi aduersùs Fiſcum Victoria
Bruno, vti Caetani Sances mater, ac
tutrix pervetuſtam fermè conſuetu-
dinem laudet; vt ſcilicet, quoties in
officijs, ampliationum virtute mino-
res ſuccedunt illorum minori perdu-
rante ætate, per ſubſtitutum valeant
exercere; attamèn, (quicquid ſit de
amplificato hoc vſu, de quo inferiùs,)
eundem in Supremis Prætorijs nul-
lius exiſtimandum momenti cẽſemus;
2 non modò; quia nõ id quod forſan ge-
ſtũ; ſed quod fieri convenit, ſpectan-
dum eſt, *l.ſed licet 12. D.de offic.Preſ.*
3 *cap.cum cauſam 2. de elect.* in jure præ-
ſertim dicundo, *l.nemo Iudex 13.C. de
ſentent.& interloquut.Cardin.Tuſch.
practicar. concluſ.lit.F.tom.3.con-
cluſ.24.Dom.Conſil.Carlev.de judic.
tom.1.diſput.2.quæſt.7.num.697.* &
4 exempla, ni decora rationibuſque di-
tata, ſectanda planè non ſunt, vt ex
*Gell.lib.10.noct.actic.cap.19.& Diuo
Auguſtin.de Ciuit.Dei cap.23.* admo-
nuit idem *Dom.Conſil.Carleval.loc.cit.*
ſequiturq; *Dom.Reg.Capyc.Latro de-
ciſ.91.num.14.lib.1.* & nos latius in
*diſsert.adversùs D.Benedictum Vaaz
num.69.& ſeq.* Verùm etiam quia in
judicij arenam quæſtio hæc cùm inje-
cta nõ fuerit; ullo ſane pacto judicata
dici nequibit.

Nunc verò temporis, quo res hæc
ſigillatim decernẽda proponitur, noſ-
què primi in Aſtreæ trutina quæſtio-
nis veritatem duximus examinandam,
noſtræ pro fiſco inſtantiæ deferendũ
fore putamus; vt pręfato, videlicet
Cajetano Sances nullatenùs, ſine ſpe-
ciali Principis licentia, per ſubſti-
5 tutum exercere indulgeatur: Idque
cõmuni iure extrà omnẽ cernitur cõ-
troverſiã, ex *l.nullus 60.C.de Decu-
rion.lib.10.§.nulli quoque Iudici Au-
th.vt Iudic.sine quoque ſuffrag.fiant,
§.eos autem Auth.de mandat.Princip.
cum concord.gloſ.Bart.Io.de Platea*
& Luc.de Penna in cit.l.nullus, & ibi-
dem *Dom.Amaya n.1.Maſtrill.de Ma-
giſtrat.lib.1.c.29.fere per tot.tom.1.*
ex alijs *Mar.Giurba deciſ.9.num.1.&
conſ.36.n.1.cum ſeq.*

Sicuti ex Regni juribus paritèr nõ dubiũ,
colligitur, *ex Conſtit.officia quę perſo-
nis, & conſtitut.Diram,& duram,&
pragm.1.& 2.de adminiſtrat.& quod
ipsimet ſeruiant.& non per ſubſtitut.*
tradideruntque noſtrates, præſertim
*Capyc,deciſ.151.nu.1.& 6.Dom.Reg.
de Ponte deciſ.28.num.45.& 46.Dom.
Reg.Fulv.Conſtant.in cit.l.nullus n.9.
C.de Decurion.lib.10.Domin.Reg.Ro-
vit.in rubr.cit.pragm.1.de adminiſtr.
&c.Dom.Reg.Capyc.Galeot.reſp.fiſcal.
12.n.174.175.189.& 191.*

Id quod adeò verùm eſt; vt ſi alicui of-
ficium concedatur, clauſula adiecta,
*proùt melius habuerunt, & tenuerunt
ejus prædeceſſores*, quiq; in officio ſub-
6 ſtituendi facultate pollebant; ſi ex-
preſsis verbis, denuò huic ſecundo
officiario conceſſa eadem facultas nõ
fuerit; allegata clauſula ei parum, aut
certè nihil opitularetur; ut doctè, de
more fundat *Dom.Reg.de Ponte*, præ-
7 ſertim ex Regaliũ epiſtolarum ui præ-
clariſsimæ ſemper memoriæ maximi
illius Regis PHILIPPI II. *de poteſt.Pro-
reg.tit.10.de diuerſ.prouiſion.Rubr.de
poteſt.ſubſtit.in offic.n.2.*

Quibus ſi noviſſimæ addantur litteræ Po-
tentiſsimi Monarchæ PHILIPPI IV.
cujus immẽſa pietas, ſinè exemplo cle-
mentia, ac ſuprà omnes Religio præ-
fulgebunt in ęuum; nec mors Inuida,
quæq; tãto Rege orbavit orbẽ, æterni-
tati eum rapere valebit, vt in *cap.128.
in princ.131.& 132.novę reformat.*
quibus lucidiſsimè reſcriptum eſt,
ejus tantummodo Sereniſſimæ pote-
ſtati, ſimilem per ſubſtitutum officia
exercendi, facultatem ſervatam eſſe,
ibi; *Eſtando eſto à MI SOLO reſervado,*
& ſubtus *sin diſpenſaçion particular
MIA,* & inferius, *ò al ſubſtituto hauiẽ-
do Expreſſa diſpenſacion MIA para
ello,* quaſq; nouiſſimè *Do.Reg.de Ma-
rin.*

rin. poſt hæc exarata, in lucem edi-
tus, ad rem ſpecialitèr exornat in ob-
ſervat.ad deciſ. Domin. Reg.Reuerter.
390. num.4.lib.2. Cauſa omninò red-
ditur in claris, & lex, licet dura ali-
quibus videatur, ſeruanda tamen, &
adamuſſim erit, l.proſpexit 12. D. qui
& à quibus Roland. à Valle conſ. 99.
num.47. lib.2. Cravett.conſ.46.nu.2.
in ſpecie D. Io:de Salorzan.de Indiarũ
Iure tom.2. lib.5. cap.vnic. num.111.
in fin. & 112.

At aſpera nequaquam lex hæc, ſed ſatis
juſta,æqua ſatis cenſeri debet; nõ mo-
dò quia,tot juribus roborata, quibus
regularitèr nemini per ſubſtitutum of-
ficia gerere permittendum ſancitur,
ut in d.l.nullus 60 C.de Decurion. lib.
10.cũ concord.ſup.cit. ac in cit.Reg.ju-
11 ribus,ſed ob quamplurima, quæ vi-
tantur damna,ex ſubſtitutorum accep-
tione, quotidiè oriri ſueta Domin.
D.Io:de Solorzan. loc.cit.& Do.Io:Bapt.
Larrea allegat.86. nu.28. to.2.

Et quoniàm duorum ſpecialium,in eadẽ
re, ac directò,ſeù principalitèr contrà
omnem juris regulam, concurſus ad-
mitteretur; primum ſcilicet, ut mino-
res perſonæ alioquin inhabiles,ut in
præcitatis præſertim capitulis noua re-
formationis 138. 131. & 132. admit-
terẽtur; alterum ut ejuſdem,ſinè pecu-
liari Principis indulgentia ſubſtituen-
12 di facultas conceſſa præſumeretur; à
quo, & jura, noſtriq: maximè abhor-
rent, l.cum poſt 70.§.gener, ibiq;gloſ.
de jur.dot. l.1. C. de dotis promiſſ. Ol-
drad. conſ.79. in princ. & conſil. 325.
num.4. verſ. Item promiſſio,Surd. conſ.
34. num.46. Menoch. lib. 1. præſumpt.
quæſt.21.num.3.tom.1. Gratian.diſce-
ptation.forenſ.cap.520. num.10. 537.
n.36. lib.3.cap 910.n.25. & cap.947.
num.10. lib.5.& ex alijs, Barboſ.axio-
mat.11.num.1.& ſeq. & in ſpecie Do-
min. Larrea cit. alleg. 86. numer. 42.
lib. 2.

Ac tandem, quia, dum ab officij ſucceſ-
ſione minor non excluditur; ſi eidem
ſubſtituendi facultas citrà Regis per-
miſsũ ineſse cenſeretur,ſumma id ini-
quitate ſcateret: Principis etenim im-
13 pertitio,ſinè certa eius ſcientia præſer-
tim inhabilitatis perſonæ, ad alia non
excogitata porrigeretur,ut ex Oldrad.
Felin.Caldas,Anton. Gabr. Tiraquell.
alijſq;firmat egregiè Iacob.Menoch. de
præſumption.lib.1.præſumpt.20. nu.3.
& ſeq.tom.1. Quinimò,ejuſdem Prin-
14 cipis reſpectu,nullatenùs, ſupèr inha-
bilitatẽ indulgentia, ni mavis diſpen-
ſatio. ſed proprij juris potiùs dicere-
tur diſſipatio,ad tex.in cap.ex tenore 4.
de temporum ordinat.Curt.Iun.cõſ.19.
num.2. verſ.agredior, ex alijs Menoch.
loc.prox.cit.nu.6. cum, pro vnius vitæ
15 largitione, minores, qui ab infantia
ſæpè ſæpiùs officiorum ſucceſſiones
ſortiuntur, duplicis ferè vitæ emolu-
mento perfruerentur ad reg. tex. in l.
hereditatum in computatione 68. D.
16 ad leg.falcid.cujus legis diſpoſitionẽ,
dum,de hominis taxanda vita pertra-
ctatur, in cunctis actibus, controver-
ſijſq; locum ſibi vindicare inquiunt,
gloſs. in l.cum hi 8. §. modus autem
in verb. cum Iuvene,D.de tranſaction.
Alciat.de præſumpt.præſumpt.44. reg.
1. Covarr.lib.3.variar.reſol.cap.9 n.8,
ex Roland. Cordub. Ario Pinell.Rode-
ric.& alijs Surd. de Aliment. titul. 9.
quæſt.11. num.26. cum ſeq. ſequitur,
Gratian.diſcept.forenſ.cap.756. n.28.
cum ſeq.tom.4. ideòq; pro cenſus ad
vitam juſtitia perpendenda,creditoris
17 pręcipuè ætatem conſiderandam eſſe,
non ignoramus, cum minoris cenſus
æſtimetur,ſi ad ſenis,quã ſi ad Adulti,
Iuueniſque vitam comparetur, vt per
belle docent. Nauarr. lib. 3. tit. de
Emption.& vendit. conſil.20. ſub n.
2. & 4. Molin. de contract. diſput.288.
nu.6. verſ. illud verò, Grauè ad Andr.
Gaill. obſervat. lib. 2. concluſ.8.nu.8,
Cẽc.de cẽſibus art 3.d.q.10. n.27.poſt
Salon. in tract. de contract. & com-
merc.human. tit.de cenſibus artic. 5.
contr. vnic. nu. 2, verſic. ſed quamvis
in fin. Surd. de aliment. d. quæſt. 11.
tit.9. num. 20 Scacc. de commerc. &
cambi.

Digitized by Google

camb: §. 1. *quaſt*. 11. *nu*.298. *verſic. & quod emens*, *Alvar.Valaſc.conſult.* 66. *nu*. 24. *Honorat. Leotard. de vſuris quaſt*. 49. *num*.6. quod perbellè *Vlpian*. explicuit *in cit. l.cum hi* 8.§. *modus autem*, *D. de tranſact. modus autem* inquiẽs *pro atate eius,qui tranſigit arbitrandus eſt, & valetudine; nam aliter cum puero, alitèr cum juvene, alitèr cum ſene tranſigi palàm eſt.*

Inane autem, atque eluſorium nèc eſſe
dicatur,minorem ad ſucceſſionem ad-
18 mittere, eidemque ſubſtituendi fa-
cultatem non facere; namque ex ſu-
pra allegatis reſponſio patet; nè ete-
nim longiſſimo, duplicisvè ferè vitæ
ſpatio, minor, vel contrà, vel præter
ſaltèm concedentis mentẽ officio per-
fruatur; ſivè minor ipſe ſubſtituendi
facultatem à Principe conſequetur, ut
fundat *D. Io. Solorzan. cit. cap. vnic. lib*.5. *tom*. 2. *de Indiar.jur. num*.111.
ſive à Principe, cjuſque Vicario ſub-
ſtitutus interim in officio deſtinabitur
D. Reg. de Ponte deciſ. 27. *num*. 12.
Amicang. de regal. offic. quaſt. 12. *nu*.
14. quodque reſpõdiſſe *Vulpianus* vi-
detur, tum *in l.quidam cõſulebant* 57.
in prima part. D. *de re judicat*.tùm,&
expreſſiùs *in l. ad rem publicam* 8. *D. de muneribus*, *& honoribus*, dum mi-
nores magiſtratus creatos, ætate mi-
nore effluente,ad ſuffragandum non
admitti, hiſce verbis edixit; *mino-
res denique nec decuriones creantur, nec creati ſuffragium in Curia fe-
runt*.Ideòque ipſos publici officij cum
adminiſtratione incapaces, dixit D.
Reg. Revert. *deciſ*.437. *nu*.2. *in prin-
cip. lib*. 2. & in cauſa ibidem relata, id
Tribunal diffiniviſſe obſervatur, cum
etenim Matthæus Pellegrinus ſecreti
officio Scalex oppidi,in filij impuberis
commodum ſe abdicaſſet, iſteque per
ſubſtitutum illud exercuiſſet, ſubſtitu-
tuſque integrè conſuetũ ſibi ſalariũ à
RegiaCuria petijſſet exſolui,ac genera
lis Theſauri Cuſtos: eo quod officij
Collationis tempore, de minore filij
ætate nil Principi renunciatum fuit,
ſatis renuiſſet facere; Senatus objectũ
approbans, quod laboris dumtaxat
ratione ſubſtituto deberi decens eſſet,
non autem proprietarij ſtipendiũ per-
19 ſolvendum decreuit, *cit. deciſ*. 437.
juxta ſeriem D. *Reg. de Marin. par*.2.

Laudata denique ab exordio, quæ hu-
cuſque viguit conſuetudo, non ſolùm
20 ex ſuperiùs firmatis corruere videtur;
ſed quoniam ſolemnia, quæ ad eam
formandam expoſcuntur, non con-
tinet: quadraginta ſcilicet annorũ præ-
ſcriptionem, tacitum ſaltem Principis
conſenſum, inſitã veræ rationis æqui-
tatem,ac cætera ab *Aretin*.*Felin*.*Duaren Cravett. Gaill.Coler. Cardin. Seraphin*. alijſque perpenſa, de quibus
videndi ſunt, *Gratian. diſcept. forenſ. cap*. 79. *num*. 4. *cum ſequ. lib*. 1. *cap*. 561. *nu*. 23. *&* 740. *num*. 22. *&* 23. *lib*. 4. *ac* D. *Reg. Galeat. contr. Illuſtr. cent*. 17. *nu*. 45. *lib*. 1. & præſertim
21 geſtorum conformitatem; alioqui ex
non conformibus actibus, vſuque di-
verſo nequaquam induci dixere ex
cap. ex parte 18. *de cenſibus*, Bart. *in l*. 2. *nu*.22. *D.ſol.matrim.& in l.ſi certis annis nu*. 21. *C. de pact. Rot. Rom. deciſ*. 19. *num*. 6. *par*. 2. *diverſor*. & apud *Ludoviſ. deciſ*.162.*num*.8. *Menoch. de præſumpt. lib*. 4. *præſumpt*. 31. *nu*. 8. *& conſ*. 8. *num*. 17. *lib*. 1. *Mynſinger. practic. obſervat. centur*.6. *obſervat*.42. *num*. 3. *Surd. conſ*. 254. *nu*. 29. *lib* 2. *& conſil*. 449. *nu*.7. *lib*. 3. *Gratia. cit. diſcep. forenſ. cap*.79. *n*. 9. *lib*. 1. *& cap*. 561. *num*. 26. *lib*.3. *& cap*. 779. *nu*. 12. *lib*. 4. *Petr. de Salazar de vſu, & conſuet. cap*. 5. *nu*. 4. *Camill. de Medic. conſ*. 152. *num*.86. *Maſtrill. deciſ*.121. *nu*.31. *lib*.2. Dom. *Reg. de Marin. reſol.*Iur. *lib*. 1. *cap*. 81. *num*.4. *&* 10. *Dom. Conſil. Io:*Baptiſta *Melior*. eximij ingenij *I.C. in alleg*.45.
22 *nu*. 20. inter noviſſimè *à Dom. Reg. de Marin*. congeſtas *reſol. jur. lib*.3. ex
alijs *Borrell. in ſumm. deciſ. lib*.1. *tit*. 14. *de conſuet. & ſtylo num*. 38. *Dom. Reg. Rovit. conſ*. 66. *num*.19. *lib*.2. *Io. Gadda. conſ. Marpurg*. 24. *n*.160. *vol*.1.

Dom.

Digitized by Google

Dom. Larr. allegat. fiſcal. 94. *num.* 9.
tom. 2. *Dom.* Con*ſil. Staiban.cit. reſo-
lut.* 98. *num.* 88. *Dom.Conſil.Hodier-
na controverſ. forenſ.cap.*28.*n.*61.D.
C*onſ.Prat.cit. cap.*36. *n.*14. *&* 16.
Prout in hujuſce generis cauſis ſervatum
meminimus,nã multoties ab Supremo
Coll. Conſilio obtenta eſt licentia,
23 quæ ex *vulgaribus* regulam firmat
in contrarium *l. quæſitum* 12. §. *deni-
que,D.de fund. Inſtr.*Bart.*Dec.Cagnol.*
& alij in *l.* 1. *D. de Reg.* I*ur. Everard.
in topic. legal. loc.* 3. aliquando
24 hu⁹ inſitæ ſubſtituẽdi facultatis aſſer-
tione rejecta,Senatus ſubſtitutos de-
legit, ut in officio Portulani Fortoris
ſub anno M.DC.XXVII. penes *Ci-
prianum* nunc *Actorum Magiſtrum.*
Vt propterea ex his non modo varietas
colligatur, quæ omnẽ deſtruit (ut di-
25 ximus) conſuetudinem, & ſi ipſa ex
unico dumtaxat contrarietatis actu
oriatur C*rauett. conſ.* 462. *num.* 14.
lib. 3. Ber*o. conſ.* 5.*num.* 23. *vol.* 1.
Surd.conſ. 393. *incip. propoſitæ num.*
23. *&* 24.*lib.*3.*Gratian. cit. cap.* 79.
nu. 9. *lib.* 1. *Maſtrill. cit. deciſ.* 121.
*num.*32. *Dom.Conſil. Staiban. reſolut.
forenſ. reſolut.* 98. *nu.* 137. *&* 138.
*lib.*1.ante eum *Ludoviſ.cit. deciſ.*162.
num. 9. *Schrader. de feud. par.* 10.*ſe-
ction.* 20. *nu.* 157. Beltramin. *in ad-
dit. ad cit. deciſ.* 162. *Ludoviſ. nu.*15.
Dom. Con*ſil. Prat. d. cap.* 36. *nu.*18.
lib. 1. ſed illud quoquè, & expetitum
26 omninò fundamentum deſit,ut ſecun-
dum aſſumptam nempè conſuetudinẽ
ſit ſcite,frequenterq; judicatum *l. nam
Imperator.*38.*D.de legib.*vbi *Calliſtra-
tum I.C.* ita reſpondit, *in ambiguitati-
bus, quæ ex legibus proficiſcuntur con-
ſuetudinem, aut rerum perpetuò ſimili-
ter judicatarum authoritatem, vim le-
gum obtinere debere,* probantque *gloſ.
in d. l. nemo Iudex in verſ. Magiſtra-
tus circa mediũ,C.de ſentẽt. & interlo-
quut. omn. Iudic. Grat. diſcept. forenſ.
cap.* 460. *num.* 22. *lib.* 3. *& cap.*745.
num. 20. *lib.* 4. *Dom. Conſil. Staiban.
cit. reſolut.* 98. *num.* 149.*lib.*1. *& re-
ſolut.* 187. *num.* 9. *&* 11. *lib.* 2.
Id quod ex quatuor conformibus ſentẽ-
27 tijs ſuſtinendum putat *ex gloſ.* alijſ-
que *Dom.*Con*ſil.Staiban. cit.reſol.*98.
numer. 147. *centur.* 1. vel ad minus
28 ex tribus pariter conſonis, ut placuit
*Garſia de benefic. par.*3. *cap.*2.*nu.*194.
ad med.verſ.ſecũda ſuper dict.& 195.
poſt med. & ſequitur *Gratian.* ſic per
S. R.Rotam terminatum referens *di-
ſcept. forenſ. cap.* 441. *num.*24. *lib.*3.
idemque ſectatur. *Dom.*C*onſil. Staib.
cit. reſol.*98. *nu.* 145. *lib.*1. ac dum-
modo in contradictorio eam Iudicio
29 comprobaverit Iudex, vel adeſſe pro-
nunciaverit,*ex gloſ.Alex.& Curt. jun.
Staib. cit. reſolut.*98. *nu.*148. ante eũ
Carolus Antonius Puteus in cõſil unic.
poſt *conſil. Sforz. Odd. num.* 93. quod
nec latuit *Dom. Reg. Capyc. Galeot.cit.
controv.* 17. *ſub nu.* 45. *lib.*1. id quo-
que ex alijs comprobātẽ *ſub n.*49. ſed
clariùs nobis reſpondiſſe videtur, *Vl-
pianus in l. cum de conſuetudine* 34.
D. *de legibus* ijs verbis *cũ de conſue-
tudine* C*ivitatis, vel Provinciæ conſi-
dere quis videtur, primum quidem il-
lud explorandum arbitror, an etiam
contradictorio aliquando judicio con-
ſuetudo firmata ſit.*
Præterea animadvertendum erit, ſimilẽ
30 conſuetudinem, ſi fortè conſiſteret,&
ſpecificè probata foret, prout de jure
expoſcitur *l.* 1. *C. quæ ſit longa conſue-
tud.* Bart. *in l.* 2. *C. eod. num.* 8. *& l.
de quibus n.* 22. *verſ.* 2. *probata* D. *de
legibus* Cyn. *in d. l.* 2.*C. quæ ſit long.
conſuet. poſt num.* 20. *verſ. Item dicit
Aymon. Crauett. conſil.* 96. *num.* 4.
lib. 1. *Alex. conſ.* 6. *num.* 1. *circa fin.
lib.* 5. & ibidem *Natta in addit. verſ.
in huiuſmodi, Surd. deciſion.* 131.
numer. 11. ex cæteris *Maſcard. de
probat. concluſ.* 423. *num.* 19. *&* 20.
lib. 1. Gra*tian. diſcept. forenſ. d. cap.*
79. *num.* 10. Io: *Cadda inter conſil.
Marpurg.* 24.*num.*159. *vol.* 1. *Caſtill.*
B*uadill.polit.tom.* 1.*lib* 2.*cap.*10.*n.*50.
*Dom.*Reg.*Capyc.Galeot.controv.* I*lluſt.
controv. cit.* 17.*num.*45.*lib.*1.eo præ-
ſertim

ſertim quod ob ejus varietatẽ difficil-
31 lima eſt probatu Decius conſ.472. nu.
16.lib.2. D. Amat.cit.conſ.48.n.12.
verſ. idemque difficilis D.Conſil. Stajb.
d.reſolut. 98. nu. 113. ex innumeris
ante eum Menoch. cit. conſil. 8. nu. 16.
lib.1. & de præſumpt.lib. 2. præſumpt.
8. nu. 8. Maſcard. de probation. concl.
423. nu. 1. cum ſequ. lib.1. Hermann.
Vultejus conſil. Marpurg. 33. num. 34.
vol. 1. alijſque debitis polleret ſo-
lemnitatibus, nullatenus quoq; in hac
ſpecie admitti poſſet, quandoquidem
32 contra jus tum commune, & muni-
cipale, tum Regium eſſet, ut ſupra
num. 5.6. & 7. Qua in re, licet conſue-
33 tudinis, non vilis auctoritas ſit, ut
Conſtantinus inquit in l. 2. C. quæ ſit
longa conſuet. vnde Cic. Tuſcul. quæſt.
lib. 2.35. conſuetudinis, ait, magna vis
eſt, & de Amicitia 60. vetuſtatis, & cō-
ſuetudinis vis maxima, ac Ovid. de
art. lib. 2.

Fac tibi cōſueſcat: nil conſuetudine majus.

ac ex fragmentis publij Syrij de con-
ſuetudine, ac experientia dignum id
quoque excerpitur adagium.

Graviſſimū eſt Imperium conſuetudinis.

Ferendum tamen non eſt, ut ea, aut ratio-
nem, aut legem vincat, ut Imperator
idem Conſtantinus reſcripſit in cit. l.
2. C. quæ ſit long. conſuetud. ibique
præ cæteris gloſ. Bald. Salicet. pro-
batque Anton. Faber in ſuo C. lib. 9.
tit. 3. de muner. patrim. diffin. 14. in
allegat. num. 5. Salzedo de leg. politic.
lib. 1. cap. 8. num. 44. in princip.
Quodque his verbis expreſſerat Papi-
nianus in l. 1. D. de uſur. ita tamen,
ut legem non offendat, ut & Cujac. mo-
nuit lib. 2. qq. Papin. ad cit. l. 1. de
uſur. colum. 2. lit. B. tom. 4. & quam-
vis longiſſimè illa quoque viguerit
ut Hunnius refert Encycopled. par.
1. art. 4. cap. 2. atquè ideo quāquam
34 probata fuiſſet, eā tamen ſi contra jus
foret, ſervari non debere, edocuit
idem Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 1.
tit. 2. de Sacroſanct. Eccleſ. diffin. 45.
verſic. quæ ſanè conſuetudo, & in alleg.
num. 20. ac uti invalidam, improban-
35 dam Summi Pontifices ſtatuere in
cap. Clerici 8. de judic. cap. cæterum 5.
de juram. calumn. cap. ad noſtram 3.
cap. cum inter 5. & cap. cum venera-
bilis 7. de conſuet. Io. Cephal. conſil. 299.
num. 18. lib. 2. Dom. Reg. Valenzuol.
36 conſil. 34. num. 137. lib. 1. ubi enim
lex ſcripta eſt, conſuetudinis nullam
rationem habendam, ex cap. ſi Epiſco-
pus ibique gloſ. de pænit. & remiſſ. in
6. alijſque firmat idem Dom. Reg. Va-
73 lenz. cit. conſil. 34. num. 136. Ac
proinde in dubio ſi contrà commune
jus allegetur, ratione præſumitur ca-
rere DD. in cap. fin. de conſuetud. ex
Franch. Aretin. Cravett. Rebuff. Aven-
dan. Menoch. Azeved. cæteriſque Dom.
Reg. Valenz. cit. conſil. 34. num. 138.
lib. 1. & ſequitur D. Conſil. Prat. cit.
cap. 36. num. 12. lib. 1. & ſi imme-
38 morabili fulciretur tempore, juxta
ſenſum D. Conſil. Staiban. reſolut. fo-
renſ. cit. reſolut. 98. num. 66. lib. 1.
39 Contra jus etenim corruptela potiùs,
quam conſuetudo exiſtimatur, & id-
circò penitùs extirpanda cap. cum ve-
nerabilis, in fine de conſuet. cap. quod
ſuper 5. de conſanguinit. & affinit. can.
mala conſuetudo 8. diſtinct. Dom. Reg.
Rovit. conſ. 58. num. 11. lib. 1. D.
Conſil. Staiban. cit. reſol. 98. num. 69.
ante eos ex Divis Cyprian. Auguſt.
Symanc. Plat. Par. de Puteo, & Menoch.
Caſtill. Bovadill. politic. lib. 1. cap. 5.
num. 10. tom. 1. ac tanquam inutilis,
inviſaque filix urenda, ut Oratius cō-
cinnè inquiebat Satyrarū lib. 1. ſat. 3.

——————— Denique te ipſum
Concute: numqua tibi vitiorum in-
ſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala.
namque.
Neglectis urēda filix innaſcitur agris.

Et præſertim, ſi contra Proprium Princi-
pem aſſumeretur, qui neque conſue-
40 tudine, ſicuti neque lege, quæ major
eſt, regulariter alligatur, ex Baldo,
Cardin. Florent. Falin. & Roce. de
Curte, Tiraquell. de retract. Lignagier.
§. 1. gloſ.

§. 1. *gloſ.* 13. *num.* 38. & poſt *Roland.*
à Valle de lucr. dotis quaſt. 83. *nu.* 8. *&*
9. *tract. tom.* 9. *Gratian. diſcept. fo-*
renſ. cap. 801. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 5.
Eoque magis, ſi cõſuetudo, ipſomet Prin-
cipe inſcio, ortum habuiſſet; ejus ete-
41 nim conſenſum, probationemvè ad
eam inducẽdam neceſſariam eſſe, cen-
ſuere *Bald. in l.* 2. *num.* 8. *verſ.* Ideo, *C.*
quæ ſit longa conſuet. Oldrad. conſ. 237.
incip. perlectis col. 1. *verſ. verum. Alex.*
dict. conſ. 6. *num.* 2. *lib.* 5. & ex com-
muni *DD.* ſententia *Suarez de legib.*
lib. 7. *cap.* 13. *numer.* 6. *Gratian. di-*
ſcept. forenſ. cit. cap. 79. *num.* 5. *lib.* 1.
Camill. de Medic. conſ. 87. *num.* 9.
Salzed. de lege politic. lib. 1. *cap.* 8.
num. 45. *Dom. Conſil. Staiban. cit. re-*
ſolut. 98. *num.* 122. *Dom. Larr. alleg.*
fiſc. 23. *num.* 41. *lib.* 1. & quicquid
ſibi contra communem opinionem, à
ſe cognitã dixerit *Anguian. de leg. lib.*
2. *contr.* 1. *in fin.* relatus à *Dom. Reg.*
Capyc. Latr. deciſ. 181. *nu.* 23. *lib.* 2.
comprobat hoc idem egregiè ex *Azon.*
Accurſ. Angel. Luc. de Penna. Inno-
cent. alijſque *Petr. Auguſtin. Morlà.*
in Empor. utriuſque jur. tit. 1. *de*
legib. num. 24. *& ſequ.*
42 Et ſigillatim, cum de hujuſcemodi
ſervatis regalijs pertractatur, ex *Bart.*
in l. ſi Publicanus §. *in omnibus nu.* 1.
D. de publican. & vectig. gloſ. in cap.
penult. de fil. presbyter. tradidit *Bor-*
rel. in ſumma deciſ. tit. 14. *de conſue-*
tud. & ſtyl. num. 15. *lib.* 1. & in qui-
bus pro conſuetudine firmanda, (quã-
43 vis per multi quoque id negent) im-
memorabile tẽpus requiri ſenſerunt,
Anton. de Butr. Imol. Felin. Caſtrenſ.
Alex. Alberic. Dec. Cravett. Curt.
jun. Roland. à Valle, & Covar. à Maſ-
card. congeſti *de probation. concl.* 424.
numer. 40. *&* 43. *circa finem lib.* 1.
cõprobatque *Salazar. de uſu, & Con-*
ſuet. cit. cap. 50. *num.* 1. *verſ. modo*
44 *tamen*; ſicuti generaliter, regalis etiam
poſthabitis, cum res diſcontinuam
cauſam continet, ad conſuetudinem
inducendam immemorabile tempus
exquiri ex *l. hoc Iure* 3. §. *ductus aquæ,*
D. de aqua quotidian. & æſtiu. gloſ. &
Innoc. amplexãtur *Alex. cõſ.* 173. *viſo,*
& diligenter nu. 1. *in fin. lib.* 6. *& conſ.*
136. *in cauſa, & lite lib.* 2. *Dec. conſ.*
483. *num.* 26. *lib.* 2. ex cæteris *Ma-*
ſcard. de probat. concl. 424. *num.* 43.
lib. 1. *Dom. Praſ. Amat. conſ.* 48.
num. 11.
His accedat, impropriè conſuetudinis ef-
45 ficaciam hac in re allegari, quippè
quæ circa hominum verſetur mores
Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. Illuſtr.
controv. 2. *nu.* 76. *lib.* 2. *&* Dom. *Reg.*
Capyc. Latro conſult. 3. *nu.* 87. *lib.* 1.
46 ac reſpectu totius ferè populi, locum
ſibi vindicet; cum jus nõ ſcriptum, ſit
totius, aut majoris populi partis con-
ſenſu rectè introductum, receptũque
vim legis obtinens, *l. de quibus* 32. D.
de legib. §. *ex non ſcripto Inſtit. de*
jur. natur. gent. & civil. ibique DD.
& in *cit. l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet.*
præcipuè Cyn. *& Bart. num.* 4. *Sala-*
zar de vſu, & conſuet. cap. 70. *num.* 3.
& 4. *D. Praſ. Amat. conſ.* 48. *n.* 10. vnde
perbellè Cic. *de invent.* ajebat, *con-*
ſuetudinis jus eſt, quod voluntate omniũ
ſine lege vetuſtas comprobavit. Eaque
47 geſtum voluntate, ut ex eo conſuetu-
do ipſa efferatur, *gloſ.* 1. *in* Can. *con-*
ſuetudo 1. *diſtinct. in can. fruſtra circa*
med. 8. *diſtinct.* Dec. *conſ.* 214. *nu.* 4.
& conſil. 402. *nu.* 15. *verſ. & pro iſta,*
ſequitur *D. Praſ. Am. cit. cõſ.* 48. *n.* 12.
Regiſque ſcientia, (ut diximus,) atque
auctoritate refertum; Populus nãque
48 ex ſe dumtaxat, vbi Regia reſidet po-
teſtas, ſicut leges ſtatuendi, ita con-
ſuetudines efformandi caret auctori-
tate Bald. in *cit. l.* 2. *nu.* 1. *&* præcipuè
verſ. aut non apparet C. *quæ ſit long.*
49 *conſuet.* quia expreſsè, qui ſtatuere
non valet, (ut puta ſubditus Populus)
poſt *Bart. Iaſon,* Caccialup. *& Crot.*
Menoch. conſil. 351. *num.* 19. *in prin-*
cip. lib. 4. tacitè id nequibit effi-
cere, cõſuetudinẽ ſcilicet ſine ſui prin-
cipis auctoritate introducens *Aymon*
Cravetta *conſil.* 134. *nu.* 25. *vol.* 1.

Gratian. diſcept. forenſ. cap. 973. nu.
38. lib. 5. Rota Roman. in poſthum. Fa-
rinac. deciſ. 491. num. 2. tom. 2. Dom.
Reg. Valenz. citat. conſ. 34. nu. 147.
Dom. Reg. Tap. lib. 4. Iur. Regni ſub
tit. de jure Prothomiſeos nu. 29. pag. 37.
Dom. Conſil. Staiban. cit. reſol. 98.
num. 87. lib. 1. Dom. Conſil. Prat. d.
cap. 36. num. 3. cum ſequent. Cujus
etenim eſt legem ferre, ejus pariter eſt
abrogare, ut in ſpecie ex Div. Thom.
50 Gloſ. Bald. Cardin. Tuſch. Farinac.
alijſque eruditè quidem monuit D.
51 Horatius Poſſidon. in tract. de empt. &
locat. lib. 1. dub. 12. ſub numer. 116.
52 contrarios, in conſuetudine præter,
aut extra leges introducta, intelligen-
dos oſtendens; non autem in ea, quæ
leges communes, aut municipales in-
fringeret, vti hae in re peculiares quo-
que regias aboleret, cit. dubio 12. nu.
117.

Enarrata idcireò, conſuetudinis inſtitu-
ta, ad hanc cauſam profectò minimè
aptātur; cum in ea de Tribunalis tan-
tummodo vſu agatur, erga quem pro-
grediendi, aut juris dicendi vſurpata
praxis, ſtylus ſanè, (ut Pragmatici in-
53 quiunt) non conſuetudo nuncupatur
Affl. deciſ. 79. num. 3. & deciſ. 135.
num. 3. & deciſ. 253. num. 4. & 5.
Caſtill. Bovadill. Politic. tom. 1. lib. 2.
54 cap. 10. num. 49. quique Curiæ pra-
xis dicitur, vſu confirmata Bald. in
l. fin. num. 1. verſ. item quod colligi-
tur C. qua ſit longa conſuet. ex Io. An-
drea Falin. Lap. Cardinal. & alijs D.
55 Conſil. Prat. practic. obſervat. obſer-
vat. 44. nu. 6. ſive inſtitutio, qua ad
acta ſententiaſque ordinandas, jus di-
centes utuntur, DD. in l. 1. C. de Sa-
croſ. Eccleſ. & in l. 2. §. ſed, & ſi C.
de veter. Iur. enuclean. Angel. Dec. Re-
buff. Caſan. Ozaſc. Tiraquell. & An-
ton. Sol. penès Io. Anton. ab Eccleſ. ob-
ſervat. forenſ. obſervat. 1. num. 2. 3.
56 & 4. habetque ſe ſtylus ipſe ad con-
ſuetudinem, tamquam ſpecies ad ſuũ
genus Io. Anton. ab Eccleſ. loc. cit. nu. 7.
57 atque ad Communis juris declaratio-
nem, non autem correctionem indu-
ctus Alex. conſ. 36. nu. 9. lib. 2. Are-
tin. conſ. 95. num. 6. Roland. à Valle
conſ. 3. nu. 36. lib. 3. Natt. conſ. 242.
nu. 6. quos nominatim ſequitur idem
D. Io. Anton. ab Eccleſ. cit. obſervat.
58 forenſ. 1. num. 12. cum Magiſtratus
ad jus reddendum creati, legibus de-
rogandi, aut ſtatuta condendi poteſta-
tẽ non habeant l. formam 2. C. de offic.
Præfec. Prætor. cap. fin. de hæretic. in
6. DD. in l. omnes Populi D. de juſt. &
jur. in l. 1. D. quod quiſque jur. & in
cap. fin. de offic. Archidiac. Alex. cit.
conſ. 36. num. 10. volum. 2. Menoc h.
de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 8. nu. 10.
Ozaſc. deciſ. 22. num. 4. in princip.
Sanchez de matrim. lib. 6. diſput. 4.
n. 8. verſ. nec obſtat tõ. 1. Gregor. Lopez
in l. 9. tit. 2. par. 3. gloſ. 9. circa finẽ.
59 & veriſſimam doctrinam, notatu di-
gnam, memoriaque colendam fatetur
Dom. Conſil. Carlev. de judic. tom. 2.
tit. 3. diſput. 25. ſub nu. 16. verſ. di-
ces Magiſtratus.

60 Niſi à Principe ſtylus is in conſtitu-
tionis vim confirmetur, ex Felin. Boer.
alijſq; Ozaſc. cit. deciſ. 22. nu. 4. & Io.
Anton. ab Eccleſ. cit. obſervat. 1.
num. 17.

61 Alioquin, ſi ſtylus, aut juri, aut Princi-
pis iuſſui obſtaret, Principis ordinatio,
non autẽ ſtylus attẽderetur D. Epiſc.
Ricc. collect. dec. p. 7. collect. 1608. verſ.
intellige in princ. & ſequitur D. Io. An-
ton. ab Eccleſ. cit. obſervat. forenſ. 1. n.
62 13. Et in cauſis decernendis, vel, ut
ajunt, in deciſorijs præſertim, nõ poſ-
ſe Senatũ contra formã à principali-
bus conſtitutionibus præſcriptã ſtylũ
63 inducere, & ſecundum eum judicare
diffinitum refert à Sabaudiæ Senatu
idem D. Io. Anton. ab Eccleſ. ſpecta-
64 tiſſimus I. C. obſervat. forenſ. obſer-
vat. 2. ſub n. 12. & 13. antè eũ D. Reg.
Galeot. contr. illuſt. contr. 17. n. 8. lib 1.

65 Idque etiam reſpectu ipſiuſmet cõ-
ſuetudinis, ut ea ſcilicet, contra legem,
Principiſque conſtitutiones inducta
in litibus terminandis nullius ſit ro-
boris,

Digitized by Google

boris, & efficaciæ ex *Andr. in prælud. Conſtit. col. 6. verſ. dicit ergo, & gloſ. in cap. 1. in princ. num. 2. verſ. ſi ſic de feud. cognit.* tradidit ingenio, ac
66 doctrina præſtantiſſimus *Dom. Præſ. Amat. cit. conſil.* 48. *num.* 14.
Quamobrē cū ſtylus hic, ſi fortè vigeret, (quod ex facto, jureque deductis affirmari equidem non valet,) uti adverſus commune Romanorum, Regiumque jus receptus, nullius momenti eſſet, ac uti varius nequaquam
67 aſſervandus, ex *Felin. Nevizan. & Affl. Dom. Capyc. Galeot. controv. Illuſtr. contr.* 12 *nu.* 12. *lib.* 2. præſens profectò juris quæſtio, (ut oratio eò unde orta eſt revertatur,) non solùm non judicata, aut diſcuſſa; ſed neque vel minimū cernitur penſitata; ut hinc nulla ex parte Gaetano Sances minori per ſubſtitutum munus exercendi, locum eſſe, jure quidem optimo diffiniendum petamus. Idibus Octobris M.DC.LVI.

68 *Senatus ad relationem* Domini *Præſidentis* D. *Caroli Ardia digniſsimi Collegæ ſecundum ſuperius firmata ſic pronunciavit.*

Die 31. Octobris 1656.

Non eſſe, nempè *locum ſerviendi per ſubſtitutum.*

Franciſcus Antonius Pepi Actuarius.

A quo decreto licet Victoria mater, ac minoris, impuberiſque filij tutrix ſupplicaſſet, & in integrum reſtitui poſtulaſſet, tandē quæſtionis veritate ex peritiorum conſilio, ut fertur, agnita, liti ceſſit; ac pro ſubſtituendi facultate Senatus conſultationem petijt, obtinuitque, & ex ea ab Excellentiſſimo tunc Prorege Dom. Comite Caſtrilli à Sereniſſima noſtri Regis Majeſtate impartiendi poteſtatem habente, licentiam conſequuta fuit, emolumentoque exinde quinque ſcilicet pro ſingulis centenis exoluto, aſſuetas literas eidem fieri debere ſubſequenti decreto, (pro exemplo in poſterùm deprompto,) demandatum fuit.

Die 18. Menſis Martij 1658. Neap.

Super liquidatione quinque per centum pretij officij magiſtri domus Infirmariæ carcerum M. C. V. pro facultate ſubſtituendi in dicto officio petita per Victoriam Bruno matrem, & tutricem Caetani Sances poſſeſſoris officij prædicti, vigore Conſultationis Regiæ Cameræ exequutoriatæ per S. E. prout in actis.

L 2 *Viſis*

Digitized by Google

Viſis actis per Dom.*Militē V.I.*D.*Io. Dominicum Aſtutū Regiæ Cameræ Summ. Præſidentē, & cauſæ Commiſſarium, factaque per eundē relatione in Reg.*Cam. *coram alijs Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam conſenſu proviſum, & decretū, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, quod exequatur ordo S.E. & Regij* Collateralis *Conſilij ,virtute* Conſultationis *Regiæ Cameræ pro cujus exequutione liquidetur. facultas ſubſtituēdi in officio prædicto in ducatis centum, & ſtante ſolutione illorum in beneficium Regiæ Curiæ in Regia Arca Militari, gaudeat ſubſtitutione prædicta, & fiant debitæ expeditiones in forma, & infra octo menſes adeant S.M. pro confirmatione,hoc ſuum.*

Idem Actuarius Franciſcus Antonius Pepe.

Sed videnda equidem ſunt, quæ latiori calamo adverſus D. Silviam Barrile Principem S. Archangeli,Caiuanique Ducē. inferius pro Fiſco exaravimus.

S V M M Æ.

1 *Contagionis aſperrimæ memoria eſt, ejuſque lacrymabiles recenſentur effectus.*
2 . . . *qui ſuperſtites ei fuere tot miracula æſtimari poſſunt.*
3 . . . *divinus gladius reputatur.*
4 . . . *ac propter peccata decretus,*
5 *Avaritia malorum omnium dicitur radix.*
6 *Officium in ampliatione contētum, eſt omninò diverſum ab eo, quod per prius, nominans exercebat.*
7 *D. Reg. Io.* Camillus *Cacacius commendatur.*
8 *Argumentum ab vſufructu ad officium validè uſurpatur.*
9 *Vſufructus reſidens penès filium, diverſus eſt ab eo, quo pater perfruebatur.*
10 *Officia perſonæ cohærent.*
11 . . . *morte officiarij juxta ſui rectam naturam extinguntur.*
12 . . . *ad hæredes non tranſmittuntur, ac perſonaliſſima judicantur.*
13 *Nominatus in officio nullatenùs id à nominãte,ſed à Rege dicitur habere.*
14 *Nominans in officio,* Regis *putatur exequutor.*
15 . . . *ac declaratoris loco.*
16 . . . *nuduſque Miniſter.*
17 . . . *ac de Domini re diſponens.*
18 . . . *ipſiuſque miniſterio* Dominus *nominare cenſetur.*
19 . . . *ideoque non ipſius, ſed Domini dicitur donum.*
20 . . . *ipſius tamen nominantis organo completum,*
21 Principum *conceſsiones firmas decet, ac ſtabiles eſſe.*
22 . . . *proprium eſt conceſſa non infirmare, ſed confirmare.*
23 . . . *præſertim cum ea oneroſam cauſam continent, nam tunc ad omnimodam cuſtodiam, prout cæteri privati,*Principes *ipſi obſtringuntur.*
24 . . . *& in officijs præcipuè, quæ pretio comparantur,ut per multi ſectati fuere, ſed vide num. 27.*
25 *Nominãdi materia ſat difficilis exiſtimatur.*

26 Prin-

26 *Principes debere privilegia ſuſtinere, ſuis contractibus alligari, quomodo, & quando de jure intelligatur, remiſſiuè*

27 *Officia gratuitò obtenta, an à pretio emptis diſtinguantur, remiſſiuè.*

28 *Nominandi incertum de incertis facultatem habens, ſi inter viuos, nominationem fecerit, difficiliter iterum poterit nominare.*

29 *Nominandi certam perſonam poteſtatem habens, ſi ipſum ex irrevocabili contractu nominaverit, denuò nominare non poterit.*

30 *. . . quod tamen reſtringendum, ſi incertum de certis in morte eligere deberet; nam tunc uſque ad mortem reiterare nominationem valebit.*

31 *. . . nominandi tam in vita, quàm in morte facultate pollens, teſtamento nominans, ſicuti pluries teſtamenta facere, ſic poterit itidem, & nominare.*

32 *Nominatio facta in teſtamento nullo, iterum, provt teſtamentum, & ipſa fieri poteris.*

33 *. . . niſi præteritionis cauſa id emerſerit, ad regulam Auth. ex cauſa C. de liber. præteritis.*

34 *. . . in actu tamen irrevocabili inter vivos coram nominato celebrata, irrevocabilis, & ipſa quoque cenſetur.*

35 *Nullum quod eſt, ac ſi nunquam fuiſſet reputatur.*

36 *Actus nullus, ac ſi non eſſet reiterari poteſt.*

37 *Nominatio, & electio futiliter geſta, reiterari poſſunt.*

38 *Nominanti ſi nominatus prædeceſſerit nominans iterum poteris nominare.*

39 *Voluntas poſt mortem nulla conſiderari valet.*

40 *. . . uſque ad vltimum vitæ afflatum dicitur ambulatoria.*

41 *Teſtamentum ejuſque diſpoſitio, morte confirmatur.*

42 *Nominatio uſque ad nominantis obitum variari poteſt.*

43 *. . . poſt mortem autem mutari nequit, imò eadem confirmatur.*

44 *Voluntas Teſtatoris ex ipſius dictis, factiſque; non autem hæredis declaratur.*

45 *. . . vnius, ab alio num valeat explicari.*

46 *. . . Teſtatoris, diuerſa eſt ab hæredis voluntate.*

47 *. . . & proindè non poteſt ab hærede enucleari.*

48 *. . . licet hæres, filius, & ſuus fuerit.*

49 *Nominandi facultas uti perſonaliſſima, ad hæredes nullatenus tranſmittitur.*

50 *Officij ampliatio electi primogeniti, morte ſtatim extinguitur, conſumiturque.*

51 *Electio poſt ſe exequutionem trahens, nequit amplius variari, diciturque conſumpta, præſertim ſi in vltimis tabulis facta reperiatur.*

52 *Annaus Robertus celebratur.*

ARGVMENTVM.

Horrida, atque luctifica contagionis, quæ anno MDC.LVI. graſſata, Neapolitanos eſt depaſta Ciues, memoria recenſita: officia prorogata, ſeu ampliatione comprehenſa, à priſtina cōceſſione ſejuncta exiſtimanda; Adeoque in ea nominatum, à Principe electum cenſendum: Tum, nominandi facultate luculentiſſimè examinata, ampliationem ipſam in filio nominato, poſt eligentis, ſive nominātis genitoris obitum: ſtatim decedente, expletam, atque conſumptam dijudicandam, nova auctor

auctor tradit methodo, enucleatque.

PRO REGIO FISCO
CVM
Magnifico Dominico Cæſareo.

Diſſertatio V.

LNarrandæ rei hujus cauſa, mens exhorreſcit infandam peſtilentię memoriam renovare: quippe quæ peritiſſimos vocavit viros, amicos ſuſtulit, propinquos devellit, ac feraciſſimam hanc hominum urbem, noſtrãq; nobilisſimã Patriã civibus fermè viduavit, potiorem Regni partem depopulata, ut cum *Livio Hiſtor. lib.4. ab Vrbe condita* dici equidẽ tunc potuerit *peſtilentia fœda homini, fœda pęcori, vaſtati agri ſunt, urbs aſſiduis exhauſta funeribus, multa, & clara lugubres Domus*, cũ vivi pares non fuerimus mortuis ſepeliendis, ut ex *Zonar. de Græcor. peſte*, notat *Iuſtus Lipſius tom. 2. lib. 2. de Conſtantia cap. 23.* atque eorum, qui moriebantur ſtrages, per omnes vias inſepultorum eſſet, nè *ipſiuſmet Livij* verborũ obliviſcamur, quodque *Ovid. Metamorph. lib. 7.* his carminibus expreſſit.

Ante ſacros vidi projecta cadavera poſtes.

Et inferius.

Corpora miſſa neci, nullis de more feruntur
Funeribus, neque enim capiebant funera portæ.

Horridique mortis caſus, quos nos vidimus, lugubreſque vates viſi ſunt olìm cecinitſe, ut *Lucretius Carus de rerum natur. lib. 6. circa fin.*

Languebant, penituſque caſis contruſa jacebant
Corpora, paupertate, & morbo dedita Morti.
Exanimis pueris ſuper exanimata parentum
Corpora non nunquam poſſet, retroque videre
Matribus, & patribus natos ſuper edere vitam.

& Senec. in Oedip. *Act. 1.*

Pars nulla Regni immunis exitio vacat
Et omnis ætas pariter, & ſexus ruit:
Iuveneſque ſenibus jungit, & gnatis patres
Funeſta peſtis.

Adeò conſtantiſſimos etiam animos interturbarunt, ut lacrymæ quoque juſtè ut parentaremus deeſſent: pro ut defecerant qui lacrymarentur, ut piè Ovid. *Metamorph. eit. lib. 7.*

Qui lacrymant deſunt, indefletaque vagantur.
Natorum, matrumque animæ juvenumque, ſenumque.

Quamobrem tunc ſuperſtites inter vivos nos connumerandos credidimus, cũ ſine numero mortui, vivorum oculis ſubtraherentur, nàm ut *Sulmonenſis idem loc. cit.* ajebat.

Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

& Senec. *eod. act. 1. in Oedip.*

Non oſſa tumuli ſanta diſcreti tegunt:
Arſiſſe ſatis eſt: pars quota in cineres abit?
Deeſt terra tumulis, jam rogos ſilva negant.

2 Vt re vera, (quod ſæpius tunc dicebamus,) fateri modo poſſimus, quotquot vivimus, tot vivi Dei ſumus miracula.

At cum infeſtiſſimæ hæc contagionis labes gladius ſit Divinus, Deique pro-
3 inde bellum nuncupatum *Exod. cap.*
9. Regum *2. cap. 24. Ezechielis cap.*
6. & cap. 14. ex noſtris *Bartol. in l.*
naturali num. 24. D. de uſucapion. ibi-
que aſſeclæ *Abb. Panormitan. Anto-*
nius de Butri, *& Felin. in cap. ex tranſ-*
miſſa

Digitized by Google

miſſa de præſcription. ex alijs *Ioannes Franciſcus Ripa de peſte cap.1.in princip.procedam nn.9. Philibertus Marchinus de* Bello *Divino,ſivè de peſtilen. in princip. in explicat. tituli peſtis cur*
4 *Divinum bellum, verſ. exitialis*, obque noſtra peccata immiſſum *Levit. cap. 26. Deuteronom. cap. 28. Samuel cap. 24. Paralip. cap. 21.* admirandũ meherclè habitum fuit, ut adhuc horrenda ea ſæviẽte lue, à peccatis quoque non ceſſaretur. Avaritia præſer-
5 tim, quæ uti malorum omnium radix *Div. Paul. Epiſt. 1.ad Timot. cap.6. Iuſtinianus in* §.1. *Auth.ut judic.ſine quoque ſuffr.* ex *Laert. Auleo Gell. & Ariſtot. Tiraquel. ad legem connub. l.9. num. 156. Petr. Gregor. Syntag. jur. par.3. lib.20.cap.1. nn.4.* ex *Divo Auguſtino Caſſiodor. Annæo Seneca, & Iſidor. Pelnſio, D.Ioann. de Solorzan in ſuis emblemat.emblemat.39.nn.3. cum ſequ.*ante eum *Io. Coraſ. in comment. ad tit. Dig. de offic. Præſidis in l. illicitas 6.§. Præſes num. 6.* Ita reliquorum animos devinxit, ut flagitia quotidiè ex eadem oriri obſervarentur.

Prout, dũ, adverſus Regni Provinciales peſte tunc conflagrantes, ne Civitatẽ hanc denuò lues appeteret, in ejuſdẽ porta *P*lagæ appellata excubias ageremus, agnovimus eveniſſe; nunciatũ etenim ibidem nobis fuit, Magnificum Annibalem Cæſareum Sacri Neapolitani Conſilij à ſecretis, Pridie Idus Auguſti, eodẽ morbo oppreſſum, Antonium ſuum primogenitum ſibi hæredem inſtituiſſe, eumque pariter in præfato Secretarij officio, cujus ampliationem obtinuerat nominaſſe: ob cujus, obitũ (Patris enim funus, fuit ferè illicò ſubſequutus;) Dominicũ ſecundogenitũ avaritia excæcatum non levia meditari facinora, teſtamenti ſcilicet tabulas occulere, fratremque primogenitum parenti prædeceſſiſſe falſis ad hoc inductis teſtibus ſimulando vocatum ſe ad ampliationem velle ab inteſtato aſſeverare: Aut ſi iſtud nequeat, ijſdẽ ſe tabulis, nõ primogenitũ nominatũ, falſo quoque deſcribendum curare.

Quibus; ut occurri celeri præventione poſſet, à Notario Io. Petro de Martino teſtamenti exemplum, & juſſu, & dexteritate fideliter pro certo obtinuimus, ex cujus exhibitione penſitatæ machinationes evanuere; ex eò etenim, primogeniti tunc exſiſtẽtia, & in ejus perſonam nominatio appoſitiſſimè cõſtitere; ut idcircò, ob Primogeniti poſt modũ fatũ, officiũ in Curiæ commodũ vacaſſe nõ imperitè cenſuerimus, prout nunc decerni rectiſſimè inſtamus.

Quod autem juſtiſſimè ſic diffiniri debeat, probatur ni fallimur apertiſſimè, & primum, quoniam officium in am-
6 pliatione contentum, omnimodò à primævo ſeparatum dicitur, ac diverſum: nominatione, etenim facta, in electi perſona novum, ſejunctumque ab eo, quod prius nominans exercebat officium dijudicatur, *Frecc. de ſubfeud. lib.2.auctor. 1. quæſt. 50. nu. 4. Franciſcus de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. verſ. natura etiam col. 2. pag. 61. Maſtrill. in addit. ad Petrum Gregorium de conceſſ.feud. par. 3.quæſt.7.verſ.& ratio, & in tract. de Magiſt. lib. 1. cap. 28. nn. 35. cum ſeqn. Dom. Reg. Revert. juxta ordinẽ D. Reg. de Marin. dec.516. num. 2. tom.2. Dom. Conſil. de Georg. in repetit. feud. cap. 64. nu.78. in princ. Dom. Reg. Revit. conſ. 104. num.2. lib. 2. Montan. de regalibus offic. nu. 43. Dom. Reg. Camill. Cacacius* vir equidem integerrimus, juris prudentia, cæteriſque
7 ſcientijs præſtantiſſimus *inter conſilia ejuſdem Dom. Reg. Revit. 105. nu.14. & 16. circa finem, & nu.21 d. lib.2. Amicangel. de regalibus officijs quæſt. 14. num. 18. Dom.* Reg. *Capyc. Latro deciſ. 6. num. 21. in fin. lib. 1. & deciſ. 182. num. 9. in fine lib. 2. Dom.* Cõſil. *Arias de Meſa variar. reſolut. lib. 3. cap. 49. numer. 26.* vſusfructus
8 inſtar, à quo ad officium validum præ alijs putant argumentum, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap.28. num.22. Dom.*

Reg.

Digitized by Google

Reg. Revert. *deciſ. 70. num. 2. lib. 1.*
9 qui diverſus in filio, ab eo qui penès
Patrem reſidebat exiſtimatur *Gloſ. in
l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſi quis, D. de
verborum oblig. Bart. Alex. Angel. Alber.* & alij relati *à Maſtrill. loco cit. n.*
24. *Dom. Conſil. de Georg. cit. cap.* 54.
nu. 79. *ac Dom. Reg. Rovit. cit. conſ.*
104. *num.* 2. *Dom. Reg. Capyc. Latro
d. deciſ. 6. nu. 22. lib. 1. Dom. Conſil.
Arias de Meſa loc. mox cit.*
10 Sed comperti quidē juris eſt officiū
perſonæ omninò cohærens eſſe, *Petrus* Barboſ. *in l. tale pactum nu.* 78.
verſ. ex hoc, D. ſolut. matrim. Amicangel. *de regalibus offic. cap. 4. n. 13.
in fine.*
Primogeniti igitur perſonæ officium de
quò agitur tanquam in proprio ſubjecto, ſtatim nominationis virtute cohæſit, cujus poſtmodū obitu, quāvis
ſtatim is interceſſerit, ex ſui inſita proprietate inſimul cum ejuſdem extremo primogeniti halitu ex piravit; porrò citra omnem repugnantiam firmavimus, cuncta officia, ſecundum pro-
11 priam, rectamque eorum naturam,
officiarij morte extingui pariter, ac finiri, *l. cujus bonis 9. D. de Curat. furioſ. l. 1. D. de fidejuſſor tutor l. curatoris 17. C. de negotijs geſt. l. 1. C. ſi
quis ignorans rem minoris eſſe, Afflict.*
Frāciſc. *Marc. Greg. Lopez* Pet. *& Aug.*
Barboſ. *Frecc. DD. RR. Revert. Rovit.*
Capyc. *Galeot.* Capyc. *Latr.* Marin.
cum alijs ſuperius laudatis *diſſert. 1.
num.* 14.
Secundo, firmiſſimo quoque argumento
hoc idem cōprobatur; ſi enim invictiſsimus Rex noſter huic primogenito immediatè munus hoc contuliſſet,
iſque poſt regalem conceſsionem
confeſtim obijſſet; nulli dubium foret
12 quin officium, ſecundum propriam,
rectamque ſui rationem ad hæredes,
(ex ſuperius firmatis) non tranſmiſſile, ac vti perſonaliſsimum *Cap. fin.*
§. *cæterum* ibique *DD. de Offic. deleg.*
Dom. *Reg.* Revert. Fran. *de* Amic. *Dom.
Reg. Capyc. Latr. Amicangel.* cū cæteris
nominatim adductis *in cit. diſſert. 1.
nu.* 18. ad Sereniſſimum concedentem
reversū diceretur: pari igitur ratione
per Patris nominationem collatum,
electi primogeniti morte, ad Regiam
Curiam reverſum dici oportet; cum
nominatus nequaquam à nominante;
13 ſed à Rege officium profectò obtinere, ex juris conſultorum reſponſis eliciatur, & primum Pauli *in l. item eorum 6. §. 1. D. quod cujuſque univerſit. nom.* inibi, *Parum enim refert
ipſe ordo eligat, an cui ordo negotium
dedit*, et Modeſtini in *l. ſi conſentiente 16. D. de manumiſſ.* verba facientis de filio patris aſſenſu ſervum
manumittente, *Patris* inquit *faciet libertum, & vacabit cauſa probatio, &
valet manumiſsio ad patris conſenſum*
ejuſdemque Pauli, & efficacius in
l. pater ex Provincia 22. D. de manumiſſ. vindict. ibi; *ſolùm enim electionē
filio conceſſit, Cæterum ipſe manumiſit.*
conſonāt *tex, in l. 1. §. ſed neque, verſ.
omnia C. de Veter.* Iur. *enucleand.* ibi,
*omnia enim meritò noſtra facimus,
quia ex nobis omnis eis impartitur auctoritas*, & in *l. filiofamilias* 4. ibique
Bald. Alex. aliique *C. de jur. deliber.*
& in ſpecie deinde id tradiderunt,
*Andreas in cap. 1. ſub num. 50. de pac.
jur. firmand. Freccia de ſubfeud. lib. 2.
quaſt. 43. num. 4. & quaſt. 53. ſub
nu. 3.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4.
num. 5. Menoch. lib. 2. de arbitrar. jud.
caſ. 200. num. 9. Caldas de jur emphiteut. de poteſt. elig. & nomin. lib. 3.
cap. 4. num. 3. Maſtrill. de Magiſtratibus d. lib. 1. cap. 28. num. 35. & 36.*
Dom. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.
tit. 7. de aſſenſib. regijs* §. *2. nu. 50.
& conſil. 109. numer. 4. 5. 8. & 23.
vol. 2.* Dom. *Reg. Revert. deciſ. 5. 16.
num. 2. lib. 2.* juxta ordinem Dom.
*Reg. de Marin. Dom. Rēg. Conſil. de
Georg. in repetit. feudal. cit. cap. 54.
num. 77. Dom. Reg. Valenzuol. conſil.
63. nu. 65. & 66. lib. 1. & 155. nu. 14.
lib. 2. Montan. de regalibus offic. num.
39. Marius Giurb. obſerv. 5. deciſ. obſer.
40. nu. 14.*

40. num. 14. Dom. Reg. Rovit. conſ.
104. num. 3. lib. 2. Dom. Reg. Cacac. in
ſubſeq. conſ. 105. num. 5. verſ. quæ
deciſio Dom. Conſil. Marcian. conſ. 43.
ſub num. 6. lib. 1. Dom. Reg. Capyc.
Latr. deciſ. 6. num. 21. lib. 1. Dom. Reg.
Conſil. Staib. reſol. forenſ. reſol. 59.
nu. 62. lib. 1. Nominans enim Pater
14 E. G. in futuro officij Adminiſtrato-
re eligēdo, Regis cōſtituitur exequu-
tor, Montanus de regalibus officijs cit.
num. 39. verſ. hoc enim Amicang. eod.
tract. de reg. offic. quæſt. 16. num. 35.
15 ac declaratoris fungitur officio Cald.
de jure emphit. de poteſt. elig. & no-
min. d. lib. 3. cap. 5. n. 5. in fin. nuduſq;
16 dicitur Miniſter, conceſſamque à Do-
mino facultatem in exercitium, de-
ducens D. Reg. de Ponte de poteſt. Pro-
reg. citat. tit. 7. §. 2. num. 50. Cald.
citat. cap. 4. nu. 3. Coſta de ration. ratæ
quæſt. 133. num. 9. Giurba cit. obſerv.
17 40. num. 14. in fin. nec de re ſua, ſed
Domini, nominatione diſponēs, Mon-
tan. citat. tract. de regalib. offic. num.
55. verſ. quia nominando; Cum verè
18 ipſius tamen nominantis miniſterio,
Rex, non ipſe, (ut dicebamus) nomi-
nare putetur Dom. Reg. de Ponte cit.
conſil. 109. numer. 7. & 10. lib. 2.
Modeſtin. Piſtor. quæſt. illuſtr. quæſt.
73. num. 5. par. 4. & denuò compro-
bat Montan. loc. cit. num. 46. verſ.
19 Regem autem, ac proindè Regis Do-
num nuncupetur Dom. Reg. Rovit.
20 cit. conſ. 104. num. 4. paternæ vocis
nominantis organo expletum Mon-
tan. loc. cit. nu. 43. verſ. facta autem.
Neque in contrarium afferre fortaſſis
poterit, de Principum largitionibus
agi, in quibus ab his perſpicaciis ab-
ſtinendum æquius videtur; quippe,
quæ ſtabiles, inviolatæque cuſtodien-
21 dæ ſemper ſunt, Anaſtaſio Cæſare ſic
jubente in l. hac ſaluberrima 2. C. de
præpoſ. Agent. in rebus lib. 12. ibi ita
tamen, ut privilegia, &c. jam per diſpo-
ſitiones principales impertita, & nunc
uſque obſervata eſſe noſcuntur intacta,
inviolataque cuſtodiuntur, cum per ab-
ſurdum, perque temerarium ſit hanc
noſtræ liberalitatem pietatis, quemquā
aſtuta interpretatione, nō ad augmen-
tum anteriorum privilegiorum, ſed di-
minutionē convertere concedi. Quam-
obrem Iuſtinianus in §. illud Auth. Cō-
ſtit. quæ dignit. ſic ſubdit ut nihil ho-
rū, quæ ab Imperio conferūtur eis deeſſe
videatur, quoniam omne bonum jure à
Deo acquiritur hominibus, ſivè ab Im-
perio ſequente Deum debet eſſe manſu-
rum, & omnis malitiæ, ac diminutio-
nis extraneū. Ac decet, inquiebat S. P.
Bonifacius VIII. in reg. 16. conceſſum
à Principe beneficium eſſe manſurum.
22 Cum proprium Imperialis Majeſta-
tis ſit conceſſa non auferre, ſed fir-
mare, ut idem Iuſtinianus fatetur in
§. præterea autem de referēdarijs, nō ut
quæ ſūt, inquiēs, auferamus eis cōceſſa,
nec enim Imperialis, hoc eſt, Majeſtatis,
concordant Tex. in l. jubemus 19. §.
Cuncta C. de Advocat. diverſ. judic. §.
quæcumque, Auth. ut de cæter. commu-
tat. Eccleſ. Bald. conſil. 327. num. 4.
vol. 1. Gaill. practic. obſerv. lib. 2. ob-
ſerv. 55. n. 1. Tiraquell. de nobilit. cap.
20. num. 24. Dom. Reg. de Ponte conſ.
1. num. 48. lib. 1. Borrell. de præſtan-
tia Regis Catholici cap. 64. num. 64.
Dom. Præſ. Amatus conſ. 99. num. 1.
cum ſequ. in ſpecie Maſtrill. de Ma-
giſtr. lib. 1. cap. 27. numer. 16. Dom.
Præſ. Io. Anton. Bellon. de jure accreſ.
lib. 1. cap. 6. quæſt. 36. num. 26. An-
tonius Perez in tit. 21. C. de præpoſ.
agen. in rebus lib. 12. num. 7. Dom.
Chriſtoph. Creſp. de Valdaur. obſervat.
illuſtr. obſervat. 110. num. 3. lib. 2.
Eo præſertim, quod Principum munifi-
23 centiæ, quæ pretio redimuntur, cauſ-
ſam oneroſam continere dicuntur;
qua in rē Princeps privatorum jure
uſus, & quæ tribuit, quæque pepigit
non revocat, ſed ad promiſſam ſervā-
dam fidem juſtiſſimè alligatur l. 3. C.
de teſtam. l. ſi quis Imperatorē 6. & l. cū
hæredes 7. C. qui teſtam. fac. poſſ. Bald.
in l. Donationes 26. num. 2. C. de
donat. inter vir. & uxor. & in l. qui ſe

Patris nu.34. C. unde liberi Dom.Praſ.
Io. de Philipp. reſp.22.nu.20. Peregr.
de jur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 44.&
lib. 6. tit. 1. num. 8. & 9. D. Praſ.
de Franch. deciſ. 673. nu. 4. D. Larr.
alleg. fiſc. 3. nu. 1. 2.& 3. lib.1. ante
eum Redin. de Majeſt. Princip. pagin.
74. num. 18. & ſequ. Ramirez de ab-
ſolut. Princip. poteſt. §. 30. num. 41.
& 42. Renat. Coppin. de juriſd. Ande-
gavenſ. lib.1. tit. 1. ſub num. 4. verſ.
privilegia enim Dom. Reg. Tap. in re-
petit. l. fin. D. de Conſtit. princip. par.
2. cap. 9. num. 1. cum ſequ. & deciſ.
Suprem.Conſil.Italia 5.nu.34.& 35.Io.
Vvameſ.reſponſ.civil.cētur.1.reſponſ.
1. num. 2. & 3. Dom. Reg. Merlin.
controverſ. forenſ. cap. 53. numer. 7.
centur. 1.

Proùt in ſpecie officia non gratuitò, ſed
pretio obtenta maximopere officiarijs
24 cuſtodienda eſſe, auctoritate Aymo-
nis, Cravett conſ. 6. num. 108. verſ.
ego etiam, & num. 109. lib. 1. tradi-
derunt Roland. à Vall. conſ. 18. nu.
19. & 21. lib. 3. Hieronym. Gabriel
conſ. 171. num. 4. lib. 2. Dom. Camill
de Medicis conſ. 143. num. 7. Dom.
Reg. de Ponte deciſ. 7. num. 12. Dom.
Reg. Rovit. citat. conſ. 104. num. 6.
ac Dom.Reg. Cacacius ſubſequenti cōſ.
105. nu. 17. cum ſequent. lib. 2. Dom.
Larrea alleg. fiſc. 119. num. 13. lib. 2.
Dom. Reg. Capye. Latro conſult. 33.
num. 36. & conſult. 34. nu. 48. & 49.
lib. 1.

Ac obijcere tandem poſſunt, alienum
ab jure non eſſe, nè nominandi facul-
tas eluſoria reddatur, pluries nomi-
nationem efformari poſſe: vel ſaltèm
hæredi hoc in euētu eam tranſmiſſam
cenſeri; nè alioquin abſurditas quo-
dammodo permittatur; ut pretio con-
ceſſa ampliatio, breviſſimo dierum,
horarumve curriculo, contra omnem
ferè æquitatem aſſumi videatur.

Nam reſpondetur, & primum, diſſonum
à juris veritate non videndum, ſi in-
25 genij acumine præſens res pertra-
ctetur; cum ex ſe nominandi faculta-
tis principia ſubtiliſſima pendantur,
ac ſalebroſa, ut præ alijs monuit Ami-
cang. de regalib. officijs quaſt. 16. n. 1.

Deinde præſentis non eſſe ſpeculationis
quo pacto Princeps privilegia ſer-
vare teneatur; ſuiſque contractibus,
ac ſponſionibus quomodo obligetur,
26 atque ab ijs, quibus ex cauſis ei rece-
dere fas ſit, de quibus poſt cæteros
conſulendi ſunt Dom. Reg. Capye. Ga-
leot. reſponſ. fiſc. reſponſ. 23. per tot.
Franc. Salern. acerrimus contradi-
ctor conſ. 9. per tot. Dom. Larr. cit.
alleg. fiſc. 3. num. 1.2. & 3. & nu.8.
cum ſequ. lib. 1. & alleg. 119. num.6.
cum ſequ. par. 2. Nec ſi inter officium
27 gratuitò conceſſum, pretioque com-
paratum diſcriminis ratio intercedat,
qua de re videndi ſunt Dom. Reg. de
Ponte deciſ. 7. num. 33. & de poteſt.
Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. num. 3.
ac Dom. Reg. Rovit. cit. conſ. 104. nu.
6. & 14. lib. 2. Dom. Larrea cit. alleg.
119. num. 11. 12. & 13. lib. 2. Dom.
Reg. Conſil. Staib. reſol. forenſ. reſol.
100. num. 1. 145. cum ſequ. 170. 172.
& 173. lib. 1. & latius nobis diſſerre
libuit diſſert. potiſſimum 14. numer.
19. cum pluribus ſequ.

Cum his quoque in contrarium inductis
regulariter admiſſis, neq; regale pri-
vilegium, neque in eodem contentam
ampliationem in aliquo, (vt decet) in-
ficiemur; quinimo privilegium exe-
quutionem obtinuiſſe, conceſſamque
ampliationem in primogeniti perſo-
nam poſt Patris fatum, vita functi,
impletam fuiſſe contendamus; Ideo-
que vacuum nunc, ſine noviſſima lar-
gitione exiſtens officium, Regiæ Cu-
riæ fore addicendum.

Ad ea verò, quæ de nominatione iterū
facienda, vel de nominandi facultate
ad hæredes transferenda, & de illicò
extincta ampliatione, piè potiùs, quā
juridicè circumferuntur, ut reſpōdea-
mus; infraſcripta prænotare non pi-
gebit.

Primum ſcilicet; ei, cui incertū de incer-
28 tis nominādi fuit tributa facultas, nō
tam

tam facilè ſi inter vivos nominaverit,
iterùm nominare permiſſum eſſe, ut
annuit *Cald. Pereyr. de jure emphit.
lib. 3. cap. 2. num. 23.*

Sicuti quoties certam, determinatamque
perſonam nominare quis tenetur, pu-
ta, ſi de fideicommiſſi reſtitutione,
Cajo nempè facienda ageretur; nàm,
29 tunc, quoniam nominantis tantum-
modo verſatur intereſſe, ſemel facta
ex irrevocabili contractu electio, re-
vocari nequibit, & ſi in mortis tempus
reſtitutio ſit collata *l. poſt mortem 12.
C. de fideicommiſſ.* ex *Bald. Iaſon, ali-
jſque Ludovic. Molin. de primog. lib. 2.
cap. 4. num. 25. & 26.*

Quod tamen ſecus erit, ſi incertum de
certis eligere eidem, cum moreretur
30 demandatum fuerit; tunc etenim plu-
ries, ac uſque ad ejus obitum nomi-
nationem reiterare is poterit, nè alio-
quin præjudicium ijs irrogetur, qui
ſuæ mortis tempore ſuperſtites exti-
terint, *l. unum ex familia 69. D. de leg.
2. l. cum Pater 79. §. filia D. eodem
tit. gloſ. in d. l. unum ex familia ver-
bo mutetur*, ibique *Bart. & Imol. cate-
rique, & in d. §. filia*, Molin. *loc. cit.
num. 23. & 24.*

Rursùs, ſi nominandi facultatem, tam in
vita, quàm in morte explicare cuipiã
datum fuerit, (prout hæ officiorum
prorogationes concipi cõſueverunt.)
aliæ proponendæ ſunt diſtinctiones,
aut enim in teſtamento facta eſt ele-
31 ctio, & cum ipſo Teſtamenti revoca-
bili jure renovari, & quidem pluries,
poterit nominatio; Quæ poſt eligen-
tis mortem effectum ſortietur. *DD. in
d. l. unum ex familia, & d. §. filia, l. cum
Pater 79. D. de leg. 2. & l. poſt mortem
12. C. de fideicomm. Molin. de primog.
d. lib. 2. cap. 4. num 66. verſ. ſi in
ultima Cald. in d. tract. de jur. em-
phiteut. lib. 3. cap. 8. nu. 1. & 4. verſ.
quod autem Rever. P. Ludovic. Molin.
de juſt. & jur. tom. 2. diſp. 483. nu. 2.
Valaſc. conſult. 102. ſub nu. 15. Rever.
P. Io. Bapt.* Fragoſa *de regim. Chriſtian.
Reipub. lib. 6. diſp. 9. §. 23. num. 12.
tom. 3. Florez. Diez de Mena var. re-
ſol. lib. 3. quæſt. 22. num. 6. 7. & 8.
Caſtill. quotid. controverſ. lib. 5. cap. 80.
ſub nu. 2.* prout ſi ex ſe teſtamentum
32 nullum fuerit, nulla quoque nomi-
natione cenſita denuò nominandi fa-
cultas exſurgit *arg. l. filio præterito 17.
D. de injuſto rup. irr. fact. teſt.* ibi *ne-
que libertates competunt, neque legata
præſtantur, Cald. cit. cap. 8. nu. 1. Rev.
P.* Fragoſa *d. lib. 6. diſput. 9. §. 23.
numer. 8. tom. 3.* niſi præteritione
33 teſtamentum fortè infirmaretur; nam
tũc hæredis excepta inſtitutione quē-
admodum legata, cæteraque *Authẽti-
ca ex cauſa C. de lib. præt.* beneficio,
ità paritèr, & ipſa nominatio firma re-
manebit; In ſpecie auctoritate *Anto-
nij Gomez. ad leg. Taur. l. 24. num. 5.*
firmavit *Cald. loc. prox. cit. num. 7. in
princ.* & quicquid ex Regio jure ſcrip-
ſerit *Alvar. Valaſc. conſult. 61.* com-
probant *Rev. Pater Ludovic. Molin. de
Iuſtit. & jur. lib. 1. diſp. 175. num. 10.
verſ. non obſtante, & diſp. 483. num. 2.
tom. 2. R. P.* Fragoſ. *cit. diſp. 9. §. 23.
num. 10. tom. 3.*

Aut inter vivos electio ſolemnitèr, corã
nominato expleta fuit, & ex eodem
inter vivos actu vim capeſſit, fitque
34 irrevocabilis, ad inter vivos dona-
tionis exemplum, quæ poſtquam fue-
rit celebrata, ſi Donatarij conſenſus
non acceſſerit, neque modum, neque
conditionem, modificationemvè re-
cipere valet *l. perfecta 4. C. de donat.
quæ ſub mod. cum concordant.* relatis
*ab Antonio Gomez. ad leg. Taur. l. 17.
num. 22.* in ſpecie *Cald. d. lib. 3. cap.
5. num. 7. Alvar. Valaſc. cit. controv.
102. ſub num. 15. verſ. aut verò, Florez
Diez de Mena, & Caſtill. loc. cit.*

Dummodo nominatio ipſa inter vivos,
inutilitèr quoque emiſſa non fuerit;
35 eo enim eventu, quia quod nullũ eſt,
ac ſi nũquã fuiſſet exiſtimatur *l. 4. §.
condemnatum D. de re judic.* cum vul-
garibus penès *Auguſt. Barboſ. axiom.
164. num. 1. & ſequ.* nullumque de
jure præſtat impedimentum *cap. conſi-*

deravimus 10. de electiõn. cap. non
36 praſtat 52. de reg. jur. in 6. Barboſ.
axiom. 115. Iterum actum reiterari
poſſe colligitur ex l. 2. & l. optione
16. D. de option. leg. l. hac conditio
19. D. de condition. & demonſtrat. l.
qui hæres 19. in princip. D. de acqui-
ren. hæredit. cap. ſi electio 26. de elect.
in 6. Tiraquell. alios ſectatus in re-
petit. l. boves §. hoc ſermone limitatio-
ne 1. num. 1. & ſequ. D. de verborum
ſignif. poſt cæteros in ſpecie electio-
nis, ac nominationis firmarunt Iacob.
37 Anton. Maur. allog. 75. num. 5. Pe-
laez de majorat. par. 1. quæſt. 48. ſub
num. 45. Cald. Pereyr. de jur. emphit.
cit. cap. 50. lib. 3. num. 8. Barboſ. de
jur. Ecclеſ. lib. 1. cap. 19. num. 238.
Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 149. in fine
lib. 1. Amicangel. de regalib. offic. quæſt.
16. num. 30. Dom. Ferdinand. Matut.
de Azeved. diſq. 4. n. 15. 16. & 17. Dom.
Reg. Merlin. contr. 50. n. 3. & ſequ. cẽt. 1.
Illa inſimul ſubdiſtinctione præhabita,
ut ſi nominanti, qui poſt ſuos dies no-
minationem in effectum duci volue-
38 rit, nominatus prædecedat, iterum, &
ipſe valeat eligere, nè nominandi, alio-
quin tributa facultas, inefficax, futiliſ-
que reddatur d. cap. ſi electio 26. de
electione in 6. ibique, gloſ. Archid.
Geminian. Ioannes Andr. Anchar. Butr.
Monac. & Franc. Tiraquel. in repetit.
d. l. boves §. hoc ſermone num. 4. &
ſequ. D. de verbor. ſignific. Ludovic.
Molin. de primogen. d. lib. 2. cap. 4.
num. 38. Vivian. in ration. lib. 1. pag.
187. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 3.
cap. 28. quæſt. 17. Gonzal. ad reg. 8.
Cancell. gloſ. 45. §. 3. num. 6. Cald.
d. lib. 3. cap. 9. num. 1. Molin. de In-
ſtit. & Iure tom. 2. d. diſput. 483. nu. 2.
verſ. item quando, Maſtrill. de Magi-
ſtrat. cit. cap. 28. lib. 1. num. 41. Bar-
boſ. in collect. ad cap. ſi electio nu. 1. &
de jur. Eccleſ. d. lib. 1. cap. 19. n. 238.
Montan. de Regalib. offic. nu. 46. verſ.
concurro, Fragoſ. §. 22. nu. 6. diſput. 9.
tom. 3. Dom. Reg. Merlin. loc. cit. nu. 7.
His deguſtatis facilis oppoſitorum cer-
nitur reſolutio: ex ſuperius namque
examinatis principijs, hanc nominan-
di facultatẽ in Hannibalis Patris per-
ſona reſidentem ex clauſulis, præſer-
tim in Regio diplomate contentis, tũ
in vita, tùm in morte explicari potuiſ-
ſe concedimus; ac pluries ſi antè no-
minantis obitum nominatus præde-
ceſſiſſet; cum autem in hac re poſt eli-
gentem Genitorem, nominatus filius
deceſſerit; nominationem inſtitui ite-
rùm non poſſe, conſumptamque pro-
inde ampliationem cenſendam opi-
namur.
Nominationem autem iterari in hac ſpe-
cie nõ poſse, ipſa præcipuè facti enar-
ratio ſuadet; nam teſtamento, quam-
vis facta nominatio, revocabilẽ ejuſ-
dem (ut diximus) naturam aſsumat,
id locum ſibi vindicabit, quoties ſu-
per vivens nominans iterum teſtamẽ-
to condito nominandi facultatẽ exer-
ceret; at cum poſt vltimas tabulas is
mortem objerit, nil ſanè agendum re-
manet; non modo quia poſt nominã-
tis mortem voluntas, ipſius nomina-
39 tionis organum, ac fundamẽtum am-
plius non extat, l. locatio 4. D. locati
ibi velle morte ejus, qui locavit, aut de-
dit tollitur, l. Centeſimis 46. §. fin.
de verbor. oblig. ſi antequam conſti-
tuas moriaris, l. 1. C. de Sacr. Sanct.
Eccleſ. nihil enim eſt, quod magis ho-
minibus debeatur, quam ut ſuprema
voluntatis, poſtquam jam aliud velle
non poſſunt, Cap. ſi gratiosè de re-
ſcriptis in 6. huiuſmodi gratia per ejus
obitum per quem ipſius beneplacitum
omninò extinguitur, eo ipſo expirat,
ibique gloſ. verbo extinguitur Covarr.
var. reſolut. lib. 3. cap. 15. ſub num. 1.
& 3. Petr. Surdus deciſ. 66. num. 21.
DD. in d. l. centeſimis §. fin. D. de ver-
bor. oblig. præcipuè Bart. num. 9. &
Iaſon num. 2. ex cæteris Menoch. de
40 arbitr. jud. quæſt. 69. num. 1. & ſequ.
Franciſcus Did. Spin. in ſpecul. teſt. gloſ.
33. numer. 80. Molin. de ritu nuptiar.
quæſt. 14. num. 7. & 8. ſed quoniam
ultimum velle, uſque ad vitæ ſupre-
mum

mum exitum cum ſit ambulatorium,
ut Vlpianus reſpondit in l. quod ſi 4.
D. de adimend. leg. & in l. cum hic
ſtatus 33. §. oratio D. de donat. inter
vir. & vxor. Cardinal Zabarell. conſ.
60. nu. 5. Guttierez de juram. confir-
mat par. 2. cap. 1. num. 1. Arias Pi-
nell. in rubr. C. de reſtin. vendit. par.
1. cap. 3. num. 24. Pichard. in §. po-
ſteriore num. 9. Inſtitut. quibus modis
teſt. infirm. Rot. Roman. apud Card.
44 Seraphin. deciſ. 296. numer. 4. & ex
ipſamet morte, diſpoſitum perfectio-
nem quoque recipiat, juxta illud Divi
Pauli ad Hebræos cap. 9. ubi enim te-
ſtamentum eſt, mors neceſſe eſt inter-
cedat teſtatoris, teſtamentum enim in
mortuis confirmatum eſt; alioquin non
dum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt,
ac ex eo edixit egregiè Innocentius
III. in cap. cum Martha 6. §. ſi tunc
de celebrat. miſſar. his verbis noviſſi-
mum enim hominis teſtamentum im-
mobile perſeverat, quia teſtatoris obi-
tu confirmatur, juxta quod Apoſtolus
teſtamentum in morte aſſerit confirma-
tum, & elicitur ex Modeſtino in l. 1.
D. de teſtam. ibique DD. & ex l. 1. C.
de Sacroſanct. Eccleſ. notaruntque
Cardin. Tuſch. practic. cõcluſ. lit. I. con-
cluſ. 134. num. 4. Menoch. conſil. 97.
num. 6. Io. Vincentius de Anna alleg.
139. num. 1. & 2. lib. 2. Dom. Reg.
Conſil. Franciſc. Maria Pratus diſcept.
forenſ. cap. 9. num. 16. & cap. 33. nu.
43. lib. 1. nil amplius modo, neque
pro nominatione perficienda, neque
42 à nominante explendum deſidera-
tur; unde in ſpecie, & uſque ad mor-
tem nõ ultra, nominandi variationem
permitti, licet vel frẽdens dẽtibus faſ-
ſus fuit idem Io. Vincẽtius de Anna cit.
alleg. 139. numer. 28. in fin. lib. 2. ac
43 nominationem, alias revocabilem
nominãtis obitu confirmari ex tex. in
d. l. cum pater §. à filia D. de legat. 2.
ibique DD. poſt Rip. Gomez, & Peralt.
tradidit Cald. de jur. emphit. d. lib. 3.
cap. 2. num. 19. & 21. & cap. 3. num.
26. circ. finem.

Ad hæredem autem hanc nominãdi po-
teſtatem tranſijſſe, juris prudentiæ at-
tentis inſtitutis, dici equidem non va-
let; non modo, quia ex facto hæc cor-
ruit inſtantia, cum jam Pater faculta-
te vſus nominationem teſtamento ex-
plicuerit, quæque, vt traditũ eſt mor-
44 te confirmata remanſit, & quoniam
alioquin Teſtatoris voluntas ex ijs,
quæ ipſe dixit, fecitque declaratur,
non autem ab hærede fortaſſis geren-
45 dis, explicandiſvè l. mandatum 57. D.
mandat. cũ unius voluntas ab alio ne-
46 queat declarari, l. ſi quis arbitratu
43. D. de verbor. oblig. diverſum enim
teſtatoris, ab hæredis velle putatur
Petr. Surd. cit. deciſ. 66. nu. 18. & id-
47 circò ab hærede, defuncti voluntatẽ
explanari nõ poſſe, edocuerunt gloſ.
parva in l. idem Pomponius ſcribit §.
fin. D. de rei vindicat. ibique Bartol.
ac Bald. Innocent. in cap. cum dilectus
de ſucceſſ. ab inteſtato, poſt antiquio-
res Tiraquel. in repetit. l. ſi unquam
verb. revertatur num. 302. C. de revo-
cand. donat. Beccius conſ. 70. num. 19.
tom. 1. Surd. d. deciſ. 66. numer. 20.
Fuſar. de fideicommiſſ. quæſt. 402. nu.
80. Noalis de tranſmiſſion. caſ. 16. nu.
1. 2. & 3. & ſi hæres filius, ſuuſque
48 fuerit ex §. ſed cum factum Inſtitut de
ſtip. ſervor. Iaſon in l. apud Iulianum
§. ſi quis alicui num. 2. D. de leg. 1.
Ripa in l. naturaliter §. nihil cõmune n.
140. verſ. amplia modo D. de acquir.
poſſeſſ. Bolognin. in l. edita, ſub num. 9.
C. de edendo Noalis citat. caſu 16.
numer. 8.

Sed quoniam nominandi ex ſe facultas
perſonalis, imò perſonaliſſima exiſti-
49 matur, neque ad hæredes proinde
tranſmiſſilis, idque multifariã com-
probatur, & primò, quia ampliatio-
nis verba, quæ de Hãnibale Patre lo-
quuntur, perſonalia eſſe noſcuntur.

Secundò, quia ab hærede nominatus ve-
rè, & realitèr à defuncto nominatus
dici nequiret; ſed per juris fictionem
dũtaxat admitteretur, quod permul-
tùm ab hujuſcemodi largitionibus ab-
errat. Ter-

Tertiò, nàm nominandi, facultas Patris perſonæ cohærens poteſtativè inſidens, conditionalis habetur, ſi vellet, vel nè nominare; atque ideò ad hæredes non tranſmittitur.

Quartò, quoniam facultas ad Hannibalē officij exercitorem dirigitur, ſicque ad hæredem, non officiarium extendi non valet.

Quintò, ex quo Potentiſſimus Rex noſter de Hānibale Secretario confidit, non autem de ejus hærede, quem Rex ipſe ignorabat.

Sextò, quia electa in hac re perſonæ induſtria omnimodo cenſetur.

Septimò, quoniam de re ad hæredes minimè tranſitoria peragitur; Ideoque in ſpecie ex his, alijſque rationibus ſigillatim relatis, nominandi facultatem perſonalem eſse, ad hæredem non tranſmitti, nominantis morte extingui, juribus, ac auctoritatibus, (nè plagiū commiſiſse videamur,) firmarūt *Frec. de ſubfeud. lib. 2. quaſt.* 44. *Annaus Robert. rer. judicat. lib.* 4. *cap.* 4. *pag.* 760. *Dom. Praſ. de Franch. dec.* 600. *num.* 2. ex *Bart. & Iaſon, Dom. Praſ. Amatus conſil.* 8. *num.* 21. *Montan. de regalib. offic. num.* 44. *Dom.* Reg. *de Marin. in obſervat. ad deciſ. Dom. Reg. Revert.* 411. *num.* 1.

Exornari tamen iſthæc quoque poterūt, firmiſſima illa nimirum ratione; ut cū nominādi nēpè facultas in animo reſideat, iſque (voluntatis inſtar, quæ ipſiuſmet animi, vis, ac facultas eſt) minimè ad hæredes natura tranſire poſſit *arg. text. in l. fin. D. de ſolut. l. mandatū* 15. *C. mandati* §. *rectè verſic. item ſi adhuc Inſtit. eod. tit.* aliorumq; *à Gomez.* inductorum *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. *poſt Bald. & Cuman. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. lit. E. concluſ.* 372. *nu.* 13. ita & ipſum animum declarandi poteſtas, ad hæredes nequeat pertrāſire, ut ſpeciatim firmarunt *Gomez. & Tuſch. loc. ſupra cit. ac Menoch. de arbitr. jud. quaſt.* 168. *n.* 29. *&* 31. *Mattienz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 1. *gloſ.* 16. *ſub num.* 15. *Cancer. var. reſolut. par.* 3. *cap.* 21. *num.* 254. ex pluribus *D. Io. de Ayllon in addit. ad Gomez. cit. cap.* 9. *num.* 5.

Officij denique ampliationem, extincti
primogeniti morte conſumptam fuiſ-
ſe, ſuperius firmata palā facerent: Sed
50 nè in hoc paritèr deficiat auctoritas,
celebrè primum Iuliani perpēdimus
reſponſum, *in l. huiuſmodi* 86. §. *Sti-
chum D. de leg.* 1. quo loci cum Teſta-
tor optionem hæredi tribuiſset, ut Sti-
chum, aut Pamphilum Titio daret, Sti-
chi electione peracta, licet is mortuus
fuerit, iterum electionem hæres, nec
facere obſtringi, nec variare poterit,
ibi *Stichum, aut Pamphilum utrum hæ-
res meus volet Titio dato, ſi dixerit hæ-
res Stichum ſe velle dare, Sticho mor-
tuo liberatur, cum autem ſemel dixerit
hæres utrum dare velit,* MVTARE
ſententiā non poterit.

Deinde quoniam hac in re, poſt Patris
eligentis funus, electio de præſenti nō
niſi poſt ſe exequutionem merebatur
51 *Labeonis* adducimus ſententiam, qua
variationi locum non eſse diffinitur
in l. apud Aufidium 20. *D. de optione
legata,* vbi ſemel facta electione, va-
riatio, non permittitur, ipſaque con-
ſumpta exiſtimatur, ibi, *quia omne jus
legati prima teſtatione, qua ſumere ſe
dixiſſet,* CONSVMPSIT. concordat,
tex. in l. ſi is qui 66. *D. de procurator.*
ubi ex electione jam facta actus con-
ſumptus dicitur, ibi, & ſtipulationem
CONSVMAT, & *in l. ſi is cui* 19. D.
de leg. 2. ibi *amplius* MVTANDÆ
vindicationis jus non habet. Quam-
obrem generaliter, ubi electio exe-
quutionem ſecum trahit, variationem
denegari, poſt D*yn. Bart. Franch. Are-
tin. Angel.* ſenſit *Tiraquell. in repetit.
d. l. ſi unquam verbo revertatur num.*
308. *C. de revocand. donat.* & in ſpe-
cie, in vltima voluntate expletā nomi-
nationem variari non poſse, cenſeri-
que conſumptam ex *d. l. hujuſmodi*
§. *Stichum D. de leg.* 1. *& l. apud Au-
fidium* 20. *de optione leg.* alijſque do-
ctè fundat ex noſtris *Amicangel. de*

regalib.

regalib. offic. quaeſt. 15. *num.* 28. Sed
52 ante eum egregiè de more edocuerat conſultiſsimus ille vir *Annaeus* Robert. *rer. judicat. lib.* 4. *cit. cap.* 4. *pag.* 760. Sic ad rem inquiens, *Teſtator fidem, judicium, induſtriam, & voluntatem exequutorum elegit, eiſque non haeredibus optionem commiſit; ideoque exequutorum morte* CONSVMPTA EST OMNIS ELECTIO.

Quæ cum ita ſint, eaque Fiſcus blandiſſimè agens ſolidè Senatui detexit, fas profectò foret, ut tantæ juris veritati Dominicus Secundogenitus manus daret, & cum ultorem criminis gladium hucuſque evaſerit, officij è converſo in Ærarij commodum addictionem injuſtis litibus haud implicaret XVII. Kalendas Decembris, M.DC.LVI.

Cauſæ exitum in ſequenti Diſſertatione inſpicito.

SVMMAE.

1 *Fidem privati quoque homines ſervare debent.*
2 . . *ſed egregiùs Principes.*
3 . . *in Principibus magis ſplendeſcere, ſummo probatur teſtimonio, & auctoritate num.* 6.
4 *Principes propriis contractibus, ut cæteri obligantur.*
5 *Fides eſt, ex Seneca, ſanctiſſimum bonum,*
7 . . *eam non cuſtodire Principibus indignum.*
8 . . *imperij eſt firmamentum*
9 . . *Romani eam colentes rem per maximè auxerunt.*
10 *Attilij Reguli facinus recenſetur.*
11 *Fides etiam hoſtibus adſervanda.*
12 . . *præſertim ſi obligata fuerit.*
13 . . *infido quoque cuſtodienda.*
14 . . *eam fallere grave eſt.*
15 . . *juſtitiæ eſt fundamentum.*
16 . . *à Iudice etiam poteſtate carente expromiſſa ſervanda eſt.*
17 . . *in Capitolio Iovi proxima repoſita Romæ fuit.*
18 . . *extenſio de perſona ad perſonam difficillimè conceditur,*
19 . . *idque præſertim in officÿ nominatione judicatum.*
20 *Teſtamentum, inteſtati cauſam ſuperat.*
21 *Filius Patris vox dicitur.*
22 . . . *ac pars paterni corporis.*
23 . . . *ipſius genitoris caro ancta.*
24 . . . *ſanguis.*
25 . . . *viſcera.*
26 . . . *natura, cum Patre eadem ferè perſona.*
27 . . . *Dominus in vita Patris, quodammodo cenſetur.*
28 . . . *Imperatoris, vivente quoque patre dicitur Auguſtus.*
29 . . . *prout Regis vocatur Rex.*
30 . . . *ac Ducis pariter, & Marchioni ſic itidem vocatur.*
31 . . . *quemadmodum cæterorum feuda tenentium.*
32 . . . *in patris exiſtens poteſtate, ipſo jure, ac ſi facto adiret abſq; aditione, ſive immiſtione hæres efficitur.*
33 . . . *licet invitus, & ignorans.*
34 . . . *ac illicò poſt genitoris mortem hæres exiſtit.*
35 . . . *idque juris civilis auctoritate*
36 . . . *ſive lege, pro eo paternam adeunte hæreditatem.*
37 . . . *paternum dicitur dominium continuare.*
38 . . . *ipſius reſpectu, Patris hæreditas nunquam jacens habetur.*
39 . . . *paternam hæreditatem non capit ut quærendam, ſed ut quæſitam.*
40 . . . *utpote ſibi jure debitam.*
41 . . . *ut retinere eam magis, quàm adipiſci dicatur,*
42 . . . *adeout paternarum rerum adminiſtratione, ſolùm conſequi videatur.*
43 *Officÿ ampliatio in filio ſuccedente, abſque illius immiſtione expleta exiſtimatur.*
44 . . . *licet paucis exactis diebus, filius objerit.*

45 *Equa-*

45 *Æqualitatis ratione, actor, ac reus ad imparia non judicantur.*

46 . . *pro ea ſervanda à juris regulis, ſermoniſque proprietate receditur.*

47 . . *fit de ſpecie ad ſpeciem extenſio.*

48 *Incertitudinis ratione multa conceduntur, quæ alias regulariter vetarentur.*

49 *D. Philippus de Dura Eques Neapolitanus, acerrimus Patritius contagionis tempore.*

ARGVMENTVM.

Fides, ut in Principibus potiſſimum præclariſſima, ita adamuſſim ab eis eſt adſervanda, hoſti licet, atque infido ſit ex pactione promiſſa. Filius qui Patris vox, portio, ſanguis, viſcera, ac natura fermè, eadẽ dicitur perſona, & in ejuſdem Genitoris vita, Regali, Imperialivè quāvis dignitate præfulgentis, quaſi Dominus cẽſetur, & illius poſt fatum ſtatim hæres, juris efficitur auctoritate; ut dominium magis continuare, quàm de novo quærere putetur; atque ideò ad paternum officium prorogationis virtute, ita efficaciter evocatur, ut aditione, immiſtionevè aliqua non indigeat; ac, quemadmodum, longæva ſi viueret ætate, eodem diù frueretur munere; ſic ad æqualitatem, quoque ſervandam, ſi illicò poſt patrem pereat, & extinctum officium, & conſumpta cenſebitur ampliatio.

PRO REGIO FISCO

In eadem cauſa.

Diſſertatio VI.

CVm Senatui, argumẽti id genus, in hac cauſa vim facere potiſsimum videretur, quod REGIS in ampliationis privilegia promiſſa, integrè, inviolatèque non cu-
1 ſtodiri dici poſset; quodque ſi privatos dedecet homines, ut Imperator Leo reſcripſit *Novell. conſtit. 19. circ. finem, at qui* (ajens) *ſi aliquid aliud hoc certè hominem decet, ut verbis ſuis* FIDEM *præſtet*, ab Principum affatibus omninò alienum eſse oportet; nã-
2 que Xenoph. *orat. de Ageſilao magnam*, inquit, *ac perpulcram rem eſſe, quem alijs omnibus, tum viro principi fas* FIDMEQVE *ſervare*. Vnde Alphonſus Rex noſter ſcientiſsimus ſæpènumero dicere conſueverat, æquipollere AD FIDEM ſervandam Principũ unicum verbum, aliorumque juſjurandum; quà de re *Panormit. lib.* 1. *de dict. & fact. Alphonſi apophtheg.* 58. *turpiſſimũ enim eſt* FIDEM *fallere, in Regibus verò longè turpius.* NIL *eſt*
3 *enim* ut S. Pontifex Io. Iuſtinianũ monebat, *quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta* FIDES *in Principe*, in *Epiſtol. inter claras* 5. *C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* notaruntque præ alijs *Zaſius conſil.* 15. *n.* 143. *lib.* 1. *Hieronym. Giarchar. conſil.* 2. *numer.* 40. Franc. Zipæus Iudex *Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 16. *de fid. ſervand. num.* 1. *Henning. Arniſ. de jur. Majeſt. lib.* 1. *cap.*
4 7. *num.* 8. adeò ut, quemadmodum cæteri homines, non modo ſuis con-

tra-

tractibus, Principes alligari traditum
5 fuerit in ſuperiori diſſertat. num. 23.
ſed ſanctiſſimum hoc humani pectoris
bonum, ut FIDEM Seneca dixit Epiſt.
88. ad Lucill. n.40. notaruntque Iuſtus
Lipſius lib. 2. politic. capite 14. lit. D.
Petrus Gregor. de Republic. lib.8. nu.2.
Amaya in tit. Cod. ne fiſcus rem, quam
vendidit evincat, num. 12. verſic. fides
6 enim in ipſorum pectoribus magis,
quam cæterorum deceat ſplendeſcere
Innocent. in cap. ad Apoſtolica num. 4.
verſ. & Princeps de re judicat. Dom. Reg.
Revert. deciſ. 187. ſub nu.4. lib. 1. Dom.
Reg. Merlin. contr. forenſ. cap. 53. nu.
1. 2. & 3. centur. 1. Henning. Arniſ.
loco mox citat. quodque his verbis
ad Populum Romanũ ſcribens Theo-
dahadus Rex explicuit, FIDE vobis
conſtringimur, qui vel ſolo verbo pro-
miſſa ſervare ſacris lectionibus admo-
nemur, penès Caſſiodor. lib. 10. Epiſt. 17.
circ. finem, unde Eumenes Rex itidẽ, ſe
vitam potius poſiturum, quam FIDEM
ajebat, teſte Plutarcho in ejuſdẽ vit. &
7 Guicciardin. lib. 1. Hiſtoriar. adnotavit,
nihil Principe, aut Reipublica indi-
gnius, quam FIDEM datã non ſervare;
ita ut fidem Regnis præponendam Si-
lius Italicus cecinerit lib. 2. de bell. pu-
nic. in fin.

(Audite ò gentes, neù rumpite fœdera
pacis,
Nec Regnis poſtferte FIDEM.

8 Et rationem Cic. reddidit 3. officior.
quoniam nec ulla res vehementius Rẽ-
publicam continet, quam FIDES, quod-
que Livius agnoſcens lib. 3. inquit,
niſi in FIDE ſtet Reſpublica, opibus non
ſtaturam; cum FIDES ſtabile, æter-
numque faciat Imperium Q. Curt.
de geſtis Alex. lib. 8. Ideòque Populũ
Romanum in omnibus quidem virtutũ
9 generibus ſe exercendo; ſed omnium
maximè, ac potiſſimum fidem colendo
ad tantam rerum amplitudinem perve-
niſse, Gellius retulit noct. attic. lib. 20.
cap. 1. hiſce verbis, omnibus quidem
virtutum generibus exercendis, colen-
diſque Populus Romanus è parva origi-
ne in tanta amplitudinis inſtar enituit;
ſed omnium maximè, atque præcipuè
FIDEM coluit, Sanctamque habuit, tam
privatim, quàm publicè; cæteriſq; miſſis
exemplis, quæque videri poſſunt pe-
nès Petrum Gregor. loc. cit. Scriban. po-
litic. Chriſtian. lib. 1. cap. 15. Chokier.
10 lib. 2. politic. cap. 12. & 13. ATTILII
Reguli decantata fides digniſſimũ ſat
eſſe debet monumentum; qui dirum
malum in eorundem Carthaginẽſium
manu ſubire delegit: quã datã FIDEM
non reditu violare, Cic. lib. 1. de officiis,
Valer. Maxim. lib. 9. cap. 21. Aul.
Gell. noct. atticar. lib. 6. cap. 4. Div.
Auguſtin. lib. 3. cap. 18. de Civit. Dei.
Vndè incertus Auctor apud Laurentiũ
Beyerlink tom. 7. verb. virtut.

Regulus ad lybicas iterũ FIDE navigat
arces.
Impavidumque caput, gravia ad tormen-
ta reportat.

11 Vt idcircò, & Hoſti ſervandam
fidem capiamus ex traditis præcipuè
à Majolo dier. Canicular. tom. 4. in fin.
pagin. 778. col. 2. lit. A. expreſsiſque
per Silium itidem lib. 14.

——————————optimus ille
Militia, cui poſtremum eſt, primumque
tueri.
Inter bella FIDEM.

Quodque Divus Auguſtinus tali pacto
edixit, FIDES enim quãdo promittitur,
etiam hoſti ſervanda eſt, relatus in Can.
noli. 13. 23. quæſt. 1. docuitq; D. Thomas
2. 2. quæſt. 71. art. 3. in fin. atque
ad ſolutionẽ text. in l. 1. §. non fuit D.
de dolo noſtri firmarunt, præſertim, cũ
12 ipſius cuſtodiendæ fidei pactum inter-
cedit, gloſ. in cit. §. non fuit, verb.
hoſtem, Decius in l. ea natura num. 8.
D. de regul. jur. & ibidem Cagnol. num.
20. cæteros congerunt Plaza in Epit.
delictor. cap. 37. num. 6. Decian. in
tract. criminal. lib. 7. cap. 16. num. 3.
tom. 2. Fachin. contr. jur. lib. 9. cap.
58. Farinac. quæſt. 29. num. 7. Petrus
Gregor. de Republic. lib. 11. cap. 16. nu.
4. Sperell. deciſ. 148. nu. 2. quæſt. 47.
lib. 2. Franciſcus Zipæus vatio id com-

probans ſpecimine in *cit. tract. Iudex Magiſtr. lib. 4. cap. 10. num. 2. 3. 4. & 5. cum ſeq.* Livij quoque fretus auctoritate, ſic inquientis, FIDE *ubi fœdere pacto, juramento tranſigitur, jus gentium, jus publicum, jus divinum prævalere oportet cit. cap. 10. ſub num. 6.* idque Vlpianus nobilibus ijs verbis expreſſit, *quid enim, tam congruum*
13 *eſt humanæ fidei, quàm ea, quæ inter eos placuerint ſervare in l. 1. D. de pactis.*

14 Atque perfido quoque (quidquid
ſenſerit *Cic. lib 3. de officijs*) FIDEM
non violandam piè docet *Divus Ambroſius 2. de officijs ut in Can. Innocens 23. 22. quæſt. 4. circ. finem*, rationem
15 referens, *ne, dum alienam perfidiam redargueret, ſuam* FIDEM *ſolveret*, quod gravè ſanè putavit *Vlpianus* idē *in l. 1. D. de Cōſtit. pecun. quoniā*, inquiens, *gravè eſt* FIDEM *fallere*. Ideòque etiam facinoroſo homini expromiſſam, eſſe cuſtodiendam, ijdem DD. tradiderunt; nè alioquin juſtitia ipſa corruat, cujus, FIDES dicitur fundamentum *Can. ubi ſana fides 29. 24. quæſt. 1.* Farinac. *cit. quæſt. 29. ſub num. 5. Peguer. deciſ. criminal. 39. nu. 2. Moron. de fid. treg. & pace quæſt. 16. 17. & 18. Sperell. cit. deciſ. 148. nu. 43.* quodque Cicero nos erudiviſſe
16 videtur ijs verbis, *Fundamentum autē juſtitiæ eſt* FIDES *d. lib. 1. de offic. ſub verſic. de tribus.* quapropter etiam à Iudice, Principis nomine datam ſecuritatem, quamvis dandi in eo defecerit poteſtas, adhuc tamen Reo ob publicam ipſius FIDEI dignitatem, ſervandam eſſe, receptiſſima in præſentiarū ſententia eſt, ut plenè poſt innumeros probant *Dom. Præſes de Franch. deciſ. 258. ſub num. 1. in fin. & deciſ. 415. num. 2.* Dom. *Reg. Tapia lib. 4. juris Regni ſuper Rit. M. Curiæ 287. tit. de morat. & ſalv. conduct. num. 9. verſ. ſed nunc videamus, Dom. Reg. Rovit. in pragm. 1. de guidatic. num. 3. Dom. Cōſiliar. Paſchal. de virib. patriæ poteſt. par. 4. cap. 3. num. 37. Giurb. conſil. criminal. conſil. 80. num. 13. Dom. Reg. Merlin. contr. forenſ. contr. 53. per tot. centur. 1. Dom.* Reg. *de Marin. in obſervat. ad deciſ. Dom.* Reg. *Revert. deciſ. 187. num. 2. tom. 1.*

17 Vndè nec immeritò in Capitolio vicinam Iovis optimi maximi Romanimet ipſi fidem eſſe voluerunt, ut præcitatos non præterit auctores, notavitque præ alijs *Iuſtus Lipſius politic. lib. 2. cap. 14. lit. D.* ex eodem *Silio* ad FIDEM hæc recitans carmina.

Ante Iovem generata, decus, divumque hominumque.
Quà ſine non tellus pacem, non æquora norunt.
Iuſtitiæ conſors, tacitumque in pectore numen.

AD objectum hoc propterea confutandum, nec ineptè, inſudavimus; ex facto præſertim, iſthæc non vigere inquientes; cum regale privilegium nequaquam nos oppugnare manifeſtum fecerimus; ſed ut fas erat veneratos, illud exequutionem jam diximus obtinuiſſe, atque impertitam proindè officij prorogationem in primogeniti perſonam, poſt genitorem perempti, fuiſſe impletam. Cumque Senatus hac inducta ratione, aliiſque ſuperius diſſertis jam ſuaſus, juſtiſſimā Fiſco ſententiam dicturus foret: duriorem offendimus ſcopulum; Excogitatum nāque fuit adverſarium opponere, ac ſubtilitèr quoque poſſe, in hac cauſa de mortui primogeniti paternæ hæreditati immiſtione nil apparere, ex qua officiū, ab eo agnitum, ex ejuſdem poſtmodum obitu conſumptum dici valeret. Ideòque his deficientibus, nuſquam in ejuſdem primogeniti perſonā radices emiſiſſe, ac ſecundogenito proindè; (nè regia inanis ſit cōceſſio) ſucceſſioni locum factum eſſe.

Sed quam longè ab officiorum inſtitutis hæc diſtent, (licet in ſequenti diſſertatione latè tradendum ſit;) attamen ad hanc noviſſimam, in hac facti ſpecie excitatam quæſtionem elidendam, atque ut fiſcalis inſtantia firmiſſima permaneat,

Digitized by Google

maneat, duplici modo duximus reſ-
pondendum.
Primò; ſecundogenito actionem prorſus
deeſſe, qua ex fiſco officium poſtulet;
Aut enim ex parentis teſtamẽto id ex-
petit, & in eo Antonius primogenitus
inſtitutus legitur, ac nominatus, nec
18 his eventibus de perſona ad perſonã
permittitur extenſio *l. quia tale 14. D.
ſolut. matrim. §. planè Inſtitut. de jur.
natural. gent. & civil. cap. ſanè 9. de
privilegijs cap. petiiſti 17. 7. quaſt. 1.
Aretin. in l. Gallus §. & quid ſi tantum
n. 18. verſ. ſecundo adde D. de liber. &
poſthum. Decius in l. illam num. 11. C.
de collat. & conſ. 211. num. 5. conſ. 218.
num. 9. conſ. 377. num. 3. conſ. 394.
num. 8. conſ. 465. nu. 16. & conſ. 697.
num. 13. Marian. Soccin. junior conſ.*
108. *num. 36. & 37. lib. 2. Roland.
à Valle conſ. 94. num. 2. lib. 2. Cra-
vett. conſ. 161. num. 11. vol. 1. Cephal.
conſ. 107. num. 19. vol. 1. & conſ. 210.
num. 49. vol. 2. Menoch. in addit. ad
Decium in d. l. illam C. de collat. lit. E.
& F. & conſ. 97. num. 91. lib. 1.* & ne-
gare non valuit, *Io. Vincent. de Anna
cit. alleg. 139. nu. 4. tom. 2.* pronun-
19 ciatumque fuit per noſtrum Regiæ
Cameræ Senatum in celebri illa cau-
ſa officii Secretarii Regiæ Audientiæ
Hidrunti: in qua, cũ Adriana tertioge-
nita ſibi illud decerni petijſſet, ob obi-
tum Camillæ ſecundogenitæ, à Ro-
berto Muſcettula communi patre in
eodem officio nominatæ, eo quod hæc
Patri prædeceſſerat, & mortis exindè
tempore ſecundogenitæ locum occu-
pare Adriana contenderet; quia ta-
men electio fuit nominatim ipſius Ca-
millæ, licet appellativa ſecundogeni-
tæ adjuncta qualitate, habita proindè
ratione ſpecificæ nominationis ipſius
Camillæ, quam attendi oportebat; prò
fiſco, etiam in reclamationis gradu,
adverſus ipſam Adrianam (pro qua
ſtrenuè allegarunt Dom. Reg. *Lanar.
conſ. 59. nu. 1. & Io. Vincentius Anna
cit. alleg. 139. num. 1. tom. 1.* res fuit
diffinita, ut penès *Dom.* Reg. *Revert.
deciſ. 551. par. 2.* ſecundum ordinem
Dom. Reg. de Marinis.
20 Aut ab inteſtato officium appetit,
& ſibi ſanè teſtamenti vis obeſt, quæ
inteſtati cauſſam proſternat neceſſe
eſt, *l. quandiù 39. D. de acquir. heredit.
l. quandiù 90. D. de reg. jur. l. ante-
quam 8. C. communia de ſucceſſionib.
Surdus conſ. 268. n. 46. lib. 2. Dom. Reg.
de Marin. reſol. jur. lib. 2. cap. 219. ſub
n. 14. Dom. Reg. Capyc. Latro conſul. 77.
ſub nu. 3. & conſul. 86. n. 9. lib. 2. Dom.
Conſil. Hodierna cõtr. forenſ. cap. 8. n. 1.*
Secundò, (quique elegantior, ac poten-
tior eſt,) de filio in Patris ſacris con-
21 ſtituto in hac re ſcilicet agi, cujus
vox, patris vox dicitur §. *ei vero In-
22 ſtitut. de inutilib. ſtipulat.* quique
paterni corporis quodammodo pars
putatur *Ariſtot. lib. 5. Ethicor. cap. 5.
l. cũ ſcimus 21. ante finem, C. de agricol.
& cenſit. lib. 11.* ibiq; *Luc. de Penna,*
ſive ut *Paulus de Caſtro* rectè ajebat
conſil. 164. ſub num. 3. vol. 2. geni-
23 toris aucta caro; unde ſui participem,
pater filium nuncupabat, apud *Teren-
tium in Heautontimorument.* ac Patris
ſãguinem *Maximus jure Conſultus in l.
24 non eſt enim 4. D. de inofficioſ. teſta-
ment.* & viſcera *Divus Hieronym. in
25 Epiſt. Divi Pauli ad Philemonem cap.
afferte mihi gladium 2. de præſumpt.*
unde eãdem perſonam patrem, gna-
26 tumque natura penè cenſendos *Iuſti-
nianus* inquit *in l. fin. circ. fin. C. de
Inſtit. & ſubſtit.* cætera prænotarunt,
*Tiraquell. in repetit. l. ſi unquam in
præfat. nu. 15. C. de revocand. donat.
Annæus Robert. rerum judicatar. lib. 2.
cap. 12. pag. 469. Anton. Faber juris
prudent. Papin. tit. 8. par. 7. in prin-
cip. Ianus Langl. in Octo ſemeſtr. lib. 7.
cap. 2. pag. 290. Henning. Arniſ. de
republic. lib. 1. cap. 4. ſect. 2. numer.
27. & 28.*
27 Quamobrem, (rem arctius perſtrin-
gẽtes) etiam vivo patre filius pater-
næ ſubſtantiæ ferè DOMINVS exiſti-
matur *l. in ſuis heredib. 11. D. de liber.
& poſth. & §. ſui autem, verſic. ſed ſi*

quidem Inſtit. de hæred. qualit. & different. Chriſtoph. Portius in §. 1. Inſtit. eod. tit. de hæredit. qualit. & different. num. 6. Iulius Pacius in annotat. ad cit. §. ſui autem lit. C. Hubert. Ghiphan. ibidem, verſic. unde etiam ſi quis Egquinar. Baro ad eundem tit. in comment. part. prior. verſic. hic enim, Frãciſcus Broeus in eod. §. ſui autem n. 1. Ioann. Harprecth. in comment. ſuper citat. §. ſui autem verſ. cæterum Gerard. Thumingh. ibid. verſ. vivo Patre Vivian. in rationalibus Inſtit. d. §. ſui autem in princip. Angelus. de Perigl. in tract. de ſuitate quæſt. 5. ſub num. 8. tractat. tom. 8. pagin. 139. Tiraquell. in repetit. l. ſi unquam in præfat. num. 19. C. de revocand. donat. Donel. Comment. jur. civil. lib. 7. cap. 2. circ. princ. verſ. id eſt, Ianus Lãglaus in Ocio ſemeſtr. lib. 7. cap. 2. verſ. in quibus pag. 290. Viv. dec. 347. num. 2. in fin. lib. 2. Menoch. conſ. 1. num 487. lib. 1. Dom. Præſ. de Curtis in alleg. penès Dom. Reg. Rovit. ſuper pragm. 1. de bonis prodit. num. 102. Fuſar. de fideic. quæſt. 393. nu. 35. & 58. Dom. Conſil. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 1. nu. 5. Nicolaus Noalis de tranſmiſſ. cap. 8. num. 21. verſ. itaue Sac. Rom. Rota apud Clement. Merlin. deciſ. 193. num. 16. par. 1. Dom. Reg. Merlin. controv. forenſ. cap. 1. num. 5. & ſub num. 8. cent. 1. Petrus Gudelin. de jur. noviſſ. lib. 2. cap. 18. num. 8. verſ. alij, unde illud Auſonij Galli edilio 4. cujus memores fuere Oſuald. Illig. & D. Ioſeph. Vela loc. infra citand.

Iuſta quidem ſeries Patri ſuccedere, verum
Eſſe ſimul DOMINOS, gratior ordo pÿt.

28 Ideòque Imperatoris natum genitore paritèr vivente AVGVSTVM quoque dici, inquiunt, gloſ. in Canon. Hadrianus diſtinct. 63. verbo Auguſtos Gulielm. Benedict. in repetie. cap. Raynutius de teſtam. verſ. mortuo Teſtatore p. 2. nu. 48. quod enucleat, Tiraquell. in repetit. l. ſi unquam C. de revocand. donat. in præfat. num. 21. & de jure primog. quæſt. 33. numer. 3. & elicitur ex Vlpiani reſponſo in l. cum vero 26. §. cum quidam, verſic. Imperator noſter cum patre reſcripſit, & §. ſubſequenti Idem Imperator cum Patre reſcripſit D. de fideicommiſſar. libert.

29 Regiſque filium, licet Regnum actu non habeat REGEM itidem nuncupari poſſe, notabilitèr tradit gloſ. in can. capie fin. verbo Rex 24. quæſt. 1. eamque probant Gulıel. Benedict. loc. prox. cit. Dom. Reg. Loffred. conſ. 17. num. 39. Ruin. conſ. 19. num. 2. lib. 1. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. cap. incip. pluribus limit. 23. numer. 71. pag. 166. Maſtrill. de Magiſtrat. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 1. & ſequen. Dom. Conſil. Paſchal. cit. par. 4. cap. 1. nu. 5. ante hos ex quã pluribus eruditè, Tiraquel. in cit. repet. l. ſi unquam in præfat. nu. 21. & de jur. primog. cit. quæſt. 33. num. 1. 2. & num. 6. & ſequitur ex aliis Antoninus de Amat. var. reſolut. lib. 1. reſol. 2. nu. 47. undè illud Maronis, de Aſcanio viventis Eneæ filio canentis, ut ibidem teſtantur Servius, Fabrinus, Malateſta, & Vennius.

Ipſe Comes Niſo graditur, REGEMQVE requirunt.

Id quod ad COMITVM, MARCHIONVM, DVCVMQVE primogeni-
30 tum extendere poſt alios Maſtrill. de Magiſtr. tom. 2. lib. 4. cap. 13. nu. 139. Tiraquell. de jur. primog. cit. quæſt. 33. num. 3. ac Molin. de primog. lib. 3. cap 6. num. 18. Dom. Conſil. Paſchal. de virib. patriæ poteſt. cit. par. 4. cap. 1. nu. 53. ac ad cujuſvis etiam FEVDATA-
31 RII filium protraxere ex Andr. Afflict. Frecc. & Molin. loc. cit. Ann. Pater ſing. 219. ibique Dom. Conſil. filius in addit. & in Conſtit. Terminum vitæ, Pater ſcilicet n. 24. & filius nu. 26. cũ ſequ. ac laborioſus Doctor Horatius Viſcont. in ſuis utriuſque jur. concl. in verbo filius Regis pag. 79. comprobant ex multis Michael ab Aguirr. in reſponſ. de ſucceſſ. Regni Portugalliæ par. 3. num. 98. Andrea Knichen. in tract. de veſtitur. pact. par. 1. cap. 2. nu. 309.

ac Dom.

ac Dom. *Conſil. Paſchal. loc. proximè
citat.*

Quamobrem obeunte poſtmodum Pa-
32 tre, uti SVVS ipſo jure, abſq; ulla alia
aditione, immiſtionevè patris hæres ef-
ficitur, ut *Herēnius Modeſtinus* ijs ver-
bis reſpondit, *in ſuis haredibus aditio
non eſt neceſſaria, quia ſtatim ipſo jure
haredes exiſtunt l. in ſuis* 14. *D. de ſuis
& legit.* & ſanciendo repetit *Iuſtinia-
nus in* §. *ſui autem Inſtit. hæred. qualit.
& differ.* & Divus Paulus *ad Galatas
cap.* 4. *circa princip.* QVOD SI FI-
LIVS, ET HÆRES, notaruntque
*Portius in tit. Inſtit. de hared. qualit.
& differ. num.* 7. *in princip. verſ. nec
ſit*, & ibidem *in Commentar. Egquinar.
Baro in comm. ad partic. prior. verſic.
igitur, Iaſon in l.* 3. *in princip.* C. *de
jur. delib. & ibi Donnell. in Comment.
lib.* 6. C. *tit.* 30. *in d. ead. l.* 3. *num.* 1.
*verſ. reſcriptum Cujac. in comment.
ad appendic. l. ſi infanti C. eod. tit. de
jur. deliber. lit. B. verſ. quia ſuo haredi,
Anton.* Faber *in ſuo Cod. lib.* 6. *tit.* 12.
de repud. vel abſtinenda hared. diffin.
2. *nu.* 8. *in alleg. & diffin.* 3. *in princ. &
lib.* 14. *conjecturar. cap.* 1. *nu.* 2. *Oſuald.
Illig. in comment. ad eundem Donell.
lib.* 7. *cap.* 2. *lit. C. verſ. haredes circ.
fin. Surd. conſ.* 458. *num.* 4. *&* 13. *&
conſ.* 541. *num.* 19. *lib.* 4. *Gomez var.
reſolut. cap.* 9. *de tranſmiſſ. haredit.
ſub nu.* 7. *Robles de repraſent. lib.* 2.
cap. 2. *num.* 40. *Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap.* 732. *nu.* 34. 51. *&* 71. *lib.* 4.
Dom. Praſ. de Curte loc. cit. num. 101.
Vivius deciſ. 347. *num.* 2. *lib.* 2. *Noalis
de tranſmiſſ. d. cap.* 8. *num.* 21. *verſ.
hinc orta, Dom. Conſ. Hodierna controv.
forenſ. cap.* 50. *num.* 9. *&* 10. *Rev. P.
Gibalin. de univerſ. negot. tom.* 1. *lib.*
3. *cap.* 4. *art.* 2. §. 2. *num.* 10. *verſ.
ſibi ipſis igitur, D. Ioſeph Altograd. con-
trov. forenſ. contr.* 13. *num.* 2. haud
aliter, ac ſi re ipſa, factoque adiviſſet,
ut verba repetamus Iacobi Schultes
ex *gloſ. Cyn. Bald. Iaſon, Duar.* & alijs
in addit. ad Modeſt. Piſtor. quaſt. 131.
num. 17. *p.* 4. *Petrus Gudelin. de jur.
noviſſ. citat. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 8. &
33 ſalvo abſtenſionis beneficio, & ſi invi-
tus, neſciuſque ipſe filius fuerit, §. *ſui
autē Inſtit. de haredibus ab inteſt. veni-
ent.* ibique *Aretin. & alij*, docuitque
Raphael Fulgoſ. *in cit. l.* 3. *Cod. de jure
deliber. num.* 3. *verſ. cum enim*, firma-
runtque Anton. *Gomez citat. cap.* 9. *de
tranſmiſſ. lib.* 1. *num.* 17. *Anton.* Faber
de error. pragmat. tom. 2. *decade* 34.
Error. 10. *num.* 14. *verſ quod ipſum
& in Codic. lib.* 3. *tit.* 25. *diffin.* 5. *nu.*
1. *in alleg. Petr. Greg. Syntagm. jur.
par.* 3. *lib.* 46. *cap.* 2. *num.* 19. *Donell.
comment. jur. civil. lib.* 7. *cap.* 2. *verſ.
qui liber. & cap.* 5. *verſic. notandum
Harprecth. cit.* §. *ſui autem verſ ratio
Cheſius interpetr. jur. cap.* 7. *nu.* 3. *verſ.*
2. *Antonius* Perez *in ſuis pralection. ad
Codic. lib.* 6. *tit.* 30. *de jur. deliberan.
num.* 21. *verſ. quod maximè Chriſtin.
deciſ. Belgic.* 18. *num.* 2 *tom.* 4. *Robles
ubi ſupra, Dom.* Reg. *Marcian. diſp.
forenſ. diſput.* 99. *num.* 29. *lib.* 2. &
34 nō modò ipſo jure, ſed ſtatim, & illicò
ut colligitur ex *cit. l. in ſuis* 14. *D. de
ſuis, & legit. & l.* 1. §. *qui ſunt D. ſi
quis omiſſ. cauſ. teſtament. & cit. l.* 3.
Cod. de jur. deliberand. & præ alijs mo-
nuere *Iacobus* Cujacius *in append. ad
Comment. d. l.* 3. *verſ. & ait ſtatim,
& Anton. Perez loc. prox. cit. verſ. ve-
35 rum ſtatim*, cum nullo inter parentis
obitum, filijque acquiſitionem ad-
miſſo medio, immiſtio juris civilis fiat
auctoritate, ut ſubtiliſſimè de more
docuit *Bald. in eadem l.* 3. *nu.* 7. *Cod. de
jur. deliber.* id quod his verbis expli-
36 cuit Fulgoſ. *quia* LEX *adit pro eo, &
facit eum haredem in cit. l.* 3. *num.* 3.
*verſ. cum enim C. de jur. deliber. &
Oſuald. Illiger. ad Donellum lib.* 7.
cap. 2. *in not. ſub lit. P.* ibi *quem enim*
LEX *facit haredē*, & *Fulgoſio* nō citato
verbis ferè ſimilibus comprobant. *No-
alis cit. tract. de tranſmiſſ. cap.* 8. *nu.*
21. *verſ. & cōſequēter Doctor Marta de
ſucceſſ. leg. par.* 1. *quaſt.* 24. *art.* 1. *nu.* 2.
Don Ioſeph Vela cit. diſſert. 11. *nu.* 30.
in princip. D. Reg. de Marin. *in obſerv.*

ad

ad deciſ. Dom. Reg. Revert. 551. ſub nu. 3. verſ. eſt enim.

37 Vndè paternum Dominiũ in SVIS ſine aliquo medio dicitur continuari, d. l. in ſuis 14. D. de liber. & poſth. cit. §. ſui autem, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. l. cum miles 30. ibique gloſ. in verbo conjunctim D. ex quibus cau. major. l. cõditione 2. in ſſui ſubtili illatione D. de conditione furtiv. prout, l. ſi exhæredatus 10. D. ad Senat. Conſult. Syllan. Bald. in d. l. 3. nu. 4. C. de jur. deliber. Io. Bapt. Seur. in cit. §. ſui autẽ verſ. 2. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. & ibidem Franciſcus Broeus num. 1. in fine, Gerard. Tuning. in verſ. vivo Patre, Pichard. num. 8 Vivian. circa princip. verſic. in his. Vivius d. deciſ. 347. in princip. Angel. de Perigl. in tract. de ſuitate quæſt. 1. n. 2. & quæſt. 5. num. 8. tract. tom. 8. pag. 139. Tiraquell. in præfat. l. ſi unquam nu. 19. C. de revoc. donat. Ianus Langlæus cit. lib. 7. cap. 2. verſ. in quibus, Oſuald. Illig. ad Donell. d. lib. 7. cap. 2. in not. lit. P. verſ. nulla neceſſitas, Rev. P. Ludovicus Molin. de juſtit. & jur. lib. 1. tract. 2. diſput. 180. n. 2. verſ. quoniam & num. 3. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. capit. 377. num. 7. & 8. D. Conſ. Paſchal. cit. par. 4. cap. 1. num. 6. Nicolaus Noalis de tranſmiſſ. d. cap. 8. num. 21. verſ. itaut Rot. Rom. penès Merlin. deciſ. 193. num. 16. par. 1. D. Ioſeph Vela cit. diſſert. 11. num, 32. Rev. P. Cibalin. loc. cit. verſ. & non tam Rev. Fr. Hieronymus Nicolins lucubrat. utriuſq; jur. cit. tit. de hæred. qualitat. & differ. §. ſui autẽ tom. 3. verſ. ſecundus.

38 Vt non modo paterna hæreditas reſpectu filij, etiam non immiſcentis jacens non reputetur, gloſ. cõmuniter recepta in l. cum hæreditas 9. verbo ſucceſſeritis, C. depoſiti Gulielm. Benedict. in cit. repetit. cap. Raynutius verſ. mortuo Teſtatore par. 2. nu. 47. de Teſtam. Anton. Gomez var. reſol. lib. 1. cap. 9. n. 17. Franciſcus Vivius deciſ. 347. num. 1. & 2. Franciſcus Marc. deciſ. 491. num. 2. lib. 2. Graſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas quæſt. 2. nu. 6. D. Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. creatione lib. 3. §. 21. limit. 10. nu. 246. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 732. nu. 51. lib. 4. Dom. Praſ. de Curt. in cit. allegat. apud Dom. Reg. Rovit. in pragm. 1. de bonis prodit. num. 103. Dom. Conſ. Paſchal. cit. par. 4. cap. 1. num. 6. Ariſmin. Tepat. ſenten. jur. lib. 3. tit. 548. cap. 13. verſ. exiſtentia ex alijs D. Ioſeph Vela diſſert 11. num. 31. lib. 1.

39 Sed eam filius nequaquam, vti noviter quærendam, ſed ut quæſitam capeſſat gloſ. in cap. 1. §. fin. de feud. cognit. cujus loquendi modum pulcrum, ac lepidum, mentique adſervãdum, ait Bald. ibid. verſ. in gloſ. fin. & poſt eum Caſſan. conſ. 23. numer. 27. Tiraquell. in præfat. cit. l. ſi unquam num. 20. C. de revocand. donationib. Coraſ. Miſcell. jur. lib. 6. cap. 12. ſub num. 4. & 6. Hieronym. Schurph. conſ. 32. num. 4. & conſ. 34. num. 3. cent. 2. & conſ. 36. num. 7. cent. 3. cæteros congerit Aroſcuth. de feud. lib. 1. cap. 7. ſub num. 5. & in allegat. lit. B.

40 Ac uti rem ſuam, ſibique debitam ad text in l. cum ratio, ibi, vel ut ad debitam ſucceſſionem eos vocando D. de portionibus, quæ liber. damnat. conceduntur, quæque vulgò allegatur ſub tit. D. de bonis damnator. Bald. in l. ventre D. de acquirend. hæred. ſub nu. 2. Raphael Fulgoſ. in l. unic. C. de his qui ante apertas tabul. num. 1 Ianus Langlæus etiam ex Plutarch. & Plinio loc. cit. verſ. nec gratias, Fuſar. de fideicomm. quæſt. 393. num. 35. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 9. diffin. 4. num. 5. in allegat. Rot. Roman. penès S. P. Ludoviſ. deciſ. 326. num. 22. Rev. P. Ioſeph Giballin. cit. tom. 1. lib. 3. cap. 4. art. 2. §. 2. nu. 10. verſ. magiſque,

41 ut eam retinere potius, quàm conſequi cenſeatur, l. ſi patronus 12. §. fin. D. de oper. liber. Brocus in cit. §. ſui autẽ ſub num. 2. illud Ovidij carmen recitans.

Et res hæredem repetit illa ſuum.

& com-

& comprobant *Tuming. in eodem §. ſui autem, verbo vivo Patre verſ. hinc eſt. Vivian. ibid. loc. cit. verſ. huc quoque & Iacobus Cujacius in notis Inſtit. cit. tit. de hared. qualit. & differ. ſub verſ. quia domeſtici.*

42 Sibique demum filius liberam dũtaxat eorumdem bonorum adminiſtrationem, vivo Patre deficientẽ, ſuſcipere putetur, *Bald. in d. l. in ſuis nu. 1. D. de liber. & poſth. Chriſtophorus Portius in cit. tit. Inſtit. de hared. qualit. & different. num. 6. verſ. ex quo Franciſcus Duaren. in tit. de acquiren. hared. cap. 5. ſub verſ. ac in primis oper. tom. 1.* Ianus *Langlaus loc. cit. pag. 291. Tuming. loco etiam cit. verſ. itaq; Vivian. ibid. citat. §. ſui autẽ, verſ. itaque Vivius d. deciſ. 347. num. 2. in fin. par. 2. Tiraquell. de jur. primog. quaſt. 33. num. 1. verſ. jam enim, Io. Baptiſt. de* Barbob. *de filijs famil. quaſt. 1. nu. 36. Antonin. de Amato var. reſol. cap. 84. num. 46. lib. 2. Dom. Conſil. Hodierna in addit. ad deciſ. Surd. 138. num. 12. Michael ab Aguirre de ſucceſſ.* Portugallia *par. 2. num. 98. Petrus Gudelin. cit. cap. 18. lib. 2. de jure noviſſimo ſub num. 8. Vvilhel. Luduvell. de ultim. volunt. par. 2. ad lib. 6. Cod. tit. 54. de ſuis, & legitim. ad l. apud hoſtes 8. verſ. itaus poſt mortem pag. 467.* ac notatu digniſſimam præbuit rationem *Athalaricus* Rex Senatui ſcribens Romano, ut *Caſſiodor. var. Epiſt. lib. 2. Epiſt. 2* refert *quia dilatatum, quam mutatum videtur Imperium, cum tranſit ad poſteros; nam quodammodo ipſe putatur vivere, cujus nobis progenies cognoſcitur imperare.*

Quàdere; ſi Antonius filius, uti ſuus neceſſario Patri extitit hæres, ipſoque jure in eundem officium tranſijt, fuitque teſtamento in eo inſtitutus, ac nominatus; neque aditione immiſtionevè ex juris deſuper recenſitis effectibus pro illo nanciſcendo opus erat? Conſequens eſt, ut idem officium Antonio jam quæſitum, cum ejuſdẽ ſimiliter vita finitum, extinctumque fuiſſe decernatur.

Nec denique refert, Antoniũ ipſum primogenitum, ferè illicò poſt Patrem,
43 officio nè tantillum quidem delibato perijſſe; id enim materialiter, (ut Philoſophi inquiunt) ſe habet, nec proindè juris vim, & efficaciam immutat, aut præpedit, ut utrumque mirabiliter ad rem noſtram *Gordianus* ſanxit *in l. fratris 3. C. de jur. deliber.* è qua non modo colligitur, ex ſuitatis potentia filium, ſine expreſſa immiſtione hæredem effici; ſed etiam ejuſdẽ poſt Patris fatum confeſtim, qui evenit obitum, nil novi in cauſa induxiſſe; aut juridicæ diſpoſitioni, ut hæres exiſteret obfuiſſe: cũ inquit, (de filio ſub paternis ſacris exiſtente verba faciens Imperator,) *ſtatim ſuus ei heres extitit, nec eapropter, quod intra* PAUCOS DIES *mortis Patris ſui conceſſit in fatum, ad ejuſdẽ fratris tui potes accedere ſucceſſionem.* Prout nec notatu quoq; dignum habitum, fuit in præallegata cauſa officij Secretarij Regiæ Hydruntinæ Audientiæ, quod Beatrix Muſcettula primogenita, in cujus perſonam officium conſumptum fuiſſe judicatum fuit, breve poſt Patris funus, tempus ſupervixerit, *ut cit. deciſ.* D. *Reg. Revert. 551. par. 2. & alleg. Io. Vincent. Ann. 239. lib. 2. &* Dom. Reg. *Lanar. cit. conſ. 59.*

Præterea, ſicuti Antonius primogenitus ex divina ordinatione, poſt Hannibalẽ Patrem dies ſuos clauſit breviſſimè; ſic pariter, ſi eidem ſupremæ placuiſſet providentiæ, longævam ei vitam
44 impartiri, quamplurimis poterat is annis, nec fiſco inviſus ſupervivere. Ratione igitur hujus altrinſecus recipiendæ æqualitatis, ac incertitudinis, (quando ſuperius luculentèr elaborata, ſat, ſatiſque non eſſent,) ſeſe ſecundogenitus compeſcere deberet; æqualitatis enim ſervandæ gratia
45 Actor, & Reus minimè ad imparia judicantur, *l. cum Pater 79. §. evictis* D. *de leg. 2. l. cum oportet 6. C. de bonis, qua liber. l. petenda 6. C. de temporibus*

ribus in integr. reſtit. l. fin. C. de fru-
ctibus, & lit. expenſ. l. fin. C. de Cu-
preſſ. lib. 11. Becc. conſ. 43. num. 18.
in fin. lib. 1. Peregrin. conſ. 93. num.
21. vol. 1. Hieronymus Gabriel conſ. 90.
num. 21. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. Can-
cell. gloſ. 6. num. 164. & ſequ. Dom.
46 Praeſ. de Franch. deciſ. 420. num. 2.
Dom. Reg. Capyc. Latro dec. 59. num. 2.
lib. 1. & à juris regulis ſæpè ſæpius,
ſermoniſque proprietate receditur l.
quaſitum 12. §. ſed & ipſe D. de fund.
instruct. l. fin. C. communia utriuſque
Iudicij, Cephal. conſ. 545. num 15.
lib. 4. Cardin. Tuſch. practic. concl. lit. E.
concl. 306. num. 1. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 103. num. 2. lib. 1. & 531.
num. 16. lib. 3. David Doring. in Be-
blioth. Iuriſconſultor. in ver. aqua-
47 litas num. 10. ac etiam de ſpecie ad
ſpeciem extenſio non inhibetur §. il-
lud Inſtit. de ſociet. d. l. fin. C. de fru-
ctibus, & litium expenſ. Aymon conſ.
133. num. 8. lib. 1.
Prout eventus ambiguitas plurima ferre
48 ſolet; quæ alioquin de jure impro-
barentur; læſiones namque enervat,
illicitumque ſæpiſſimè licitum effi-
cit, ac ſubſequentia præiudicia,
tanquam caſu obventa reſpuit, ac
parvipendit, ut ex l. de fideicommiſſo
11. C. de tranſact. l. ſi Pater puella
12. C. de inoffic. teſtam. l. ſi ea lege
17. l. olei 23. C. de vſur. probaruntq;
varijs ſub ſpeciebus Oldrad. Cyn. Bald.
Caſtrenſ. Alex. Iaſon, Io. Andr. Anchar.
Abb. Geminian. Ioan. de Anan. Decius,
& alij, quos ſectantur Lupus in cap.
Naviganti de vſur. Caſu 3. §. 4. nu.
96. Decian. conſ. 39. num. 112. cum
ſequ. lib. 2. Menoch. conſ. 37. nu. 152.
conſ. 156. num. 37. & conſ. 196. nu.
18. Boer. deciſ. 44. num. 37. & deciſ.
62. num. 8. & 11. Annaus Robert. rer.
judic. lib. 4. cap. 18. pagin. 871. in
princ. Surdus de alimentis tit. 9. quaeſt.
11. num. 7. & 8. Tiraquell. in repetit.
l. ſi unquam verbo donatione largitus
num. 128. C. de revocand. donat. &
de jur. primog. quaeſt. 6. nu. 4. & quaeſt.
17. opin. 1. num. 1. Rodriquez de ann.
reddit. lib. 1. quaeſt. 5. nu. 5. Gayll. pract.
concluſ. lib. 2. cap. 8. & ibi Gran. nu. 1.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 756. nu. 8.
& 9. lib. 4.

Ex his igitur pro juſtitia, & veritate, ac
ad ſedādos Dominorum Conſenato-
rum animos congeſtis, Dominico æ-
ſario ſecundogenito nullum jus com-
petere arbitramur, & idcircò ad offi-
cij diſtractionem aſſuetis ſolemnitati-
bus in fiſci commodum fore deve-
niendum. XXVII. Kalendas Decem-
bris M. DC. LVI.

*Dominicus ſecundogenitus, ſive rei fortaſsis detecta conſcientia, ſive
fiſci juſtitia, qua ſibi, ejuſque Conſultoribus, ex allegatis innotuit
ſummoperè perterritus, veritati manus dedit; nec officij amplia-
tionē exhibere, nec litē inſtituere auſus fuit. quāobrē, & ad id mu-
nus exercēdū Regij Erarij nomine virū Senatus elegit, & ſub mēſe
Ianuario anni M.DC.LVII. pro illius officij venditione praconia
iuſsit demandari, prout pravijs demū ſolemnibus XII. Kalendas
Decēbris M.DC.LVIII. pro oblato pretio aureorum ſex mille, &
quatuor centū venundatum fuit D. Philippo de Dura meritiſsimo
49 Equiti, qui in teterrima contagionis calamitate, ut Patria non
deeſſet, publica ſaluti in terrifico Xenodochio propria vita ſacra-*

vit

Digitized by Google

vit diſcrimen;eumque poſtmodum idem D. Philippus de Dura *officij prorogationẽ,illudque per ſubſtitutum gerendi facultatem cupiviſſet; tertia primi pretij parte pro ampliatione, ac quinque in ſingula centena aureis pro ſubſtituendi facultate exſolutis, utrumque de more impetravit, illudque exindè per egregium ejus ſubſtitutum* V. I. D. Didacum de Mercato, *licet non diù feliciter,adminiſtravit.*

Acta ſunt penes Franciſcum Antonium Pepi.

In hac nobiliſſima juris controverſia,ſequentes Diſſertationes obſervandas quoque omnimodò cenſemus; cũ in ijs res in contradictorijs judicijs, & diligentiſſimè examinatæ, & juſtiſſimè paritèr Fiſco fuerint judicatæ.

SVMMAE.

1 *Mulieres per multi commendant.*
2 . . . *damnant quamplures.*
3 . . . *cunctos decipiunt.*
4 . . . *avaritia ſcatent.*
5 . . . *Tumida,ſuperbaque ſunt*
6 . . . *ac inflexbilis cervicis.*
7 . . . *litigioſa.*
8 . . . *Rixoſa.*
9 . . . *vſque ad mortem.*
10 . . . *ac etiam poſt fatum.*
11 *Nominatio fieri ſolet ſpecialibus verbis, E.G.* Titium *nominando,*
12 . . . *ſicuti Titio officium donando, ſivè ex legato relinquendo.*
13 *Hæres,nominatim inſtitui debet,ſicuti quoque exhæres fieri.*
14 . . . *expreſſum ſpecialiter cenſetur, quod exprimitur generaliter.*
15 *Diſpoſitio generalis in ſuo genere, id operatur,quod ſpecialis in ſua efficit ſpecie.*
16 *Diſponendi facultatem habens, in hæredem ſcriptum,eam præſumitur explicaſſe.*
17 *Hæres generaliter inſtitutus, in officiũ quoque nominatus putatur.*
18 *Succedentes ab inteſtato, ex defuncti voluntate creduntur ad legitimam ſucceſſionem vocari, at quo pacto nu. 27. cum ſequ.*
19 . . . *ad portionem in donatione rereſervatam,ſecundum crebriorem ſententiam,idcircò admittuntur.*
20 . . . *& in rebus,in quibus quis diſponendi facultatem habet,ſi inteſtatus obierit.*
21 . . . *ſicuti, & in officijs nominati regulariter exiſtimantur.*
22 . . . *dummodò,(prout in feudis recipitur) in gradu ſucceſſibili exiſtant, & num. 26.*
23 *Nominatio de jure expreſsè fieri debet, & num. 30.*
24 *Inveſtitura,feudalis præſertim,etiam contra feudales conſuetudines, conſtitutioneſvè, eſt attendenda.*
25 *Fratres,ſororeſque in* Regno, *non obſtante inveſtitura pro ſe, & hæredibus ex corpore, ex conceſſis gratijs, ad feudalem ſucceſſionem evocantur.*
27 *Ab inteſtato veniens,nullatenùs à defuncto,ſed à lege,nec diſpoſitiuè,ſed permiſſivè, dicitur vocatus.*
28 *Hominis diſpoſitio, juxta naturalem*

veritatem, verborum attenta proprietate, intelligi debet.

29 *Ab inteſtato veniens, non ex defuncti diſpoſitione, ſed ex legis fictione præſumitur vocatus.*

30 *Nominationem in officijs, expreſſa nominantis voluntate, de jure eſſe oportet, non autem ex legis fictione.*

31 *Ab inteſtato veniens, non ex præceſſoris expreſſa, ſed tacita voluntate admitti exiſtimatur.*

32 . . . *ideoque ex legitima ſucceſſione vocari dicitur.*

33 . . . *& legis, non hominis titulum habere.*

34 *Nominatio, conditionem in ſe continet, ut à nominante expleatur.*

35 *Conditio, in ſpecifica forma impleri debet.*

36 . . . *& expreſsè, ac diſpoſitivè, non tacitè, aut præſumptivè.*

37 *Princeps nominandi poteſtatem concedens, de nominante dicitur confidere.*

38 . . . *non ſic autem de ejus hærede.*

39 *Nominandi facultatem habens, ſi in vita non nominaverit, ſuæ id adſcribitur negligentiæ.*

40 . . . *ac proindè ad Fiſcum nominandi jus mero jure devolvitur.*

41 *Auctor, quid in præſenti quæſtione praxi receptum ſit, æquo agnoſcit animo.*

42 *Filius ab inteſtato, etiam in ſeveriori ſententia, in officio dicitur nominatus.*

43 *Officij ampliationem obtinentes, cautiùs apponi curant, ut nulla facta nominatione, ab inteſtato hæres nominatus cenſeatur.*

44 *Filius ipſo jure, abſque ulla paternæ hæreditatis immiſtione, ad officij ampliationem vocatur, eaque, & in ſui perſonam impleri, & morte extingui dicitur, ad præcedentis controverſiæ ornatum.*

45 *Dom. Præſidens Io. Dominicus Aſtutus commendatur.*

ARGVMENTVM.

Fœminæ crebriùs damnantur, uti fallaces, tumidæ, duræ cervicis, ac etiam poſt mortem litigioſæ. In officijs, vigore obtentæ prorogationis, nominatio multipliciter expletur; etiã ſecundum probatã nunc ſententiam, in perſonas, ab inteſtato ad legitimam ſucceſſionem venientes; dummodò in recepto ſucceſſionis gradu, ſecundum ſubjectam regaliũ rationem, contineantur: inter quas, uti præcipuus filius recenſetur; quique ut ſuus pluribus ab jure privilegijs inſignitur, ac præſertim, ut ſine ullo aditionis, immiſtioniſvè actu, ſtatim Patris hæres efficiatur: Idcircò officij ampliationẽ, momento licet is temporis Patri ſupervixerit, & in ſui perſonam completam, ac ſuaptè officiorum natura, ejuſdem obitu extinctã poſtmodũ cenſendam eſſe, prout in ſuperioribus firmatum fuit, & in præſenti Diſſertatione noviſſima demum, atq; inſigni Senatus diffinitione illuſtratur.

PRO

PRO REGIO FISCO

CVM

Antonia, & Victoria Battimello ſororibus.

Diſſertatio VII.

MVlierum genus cõmendant quamplures, plurimi damnant; primi vel ex ſacris litteris id depromunt. ut de Sara *Geneſ. c.* 21. Rebecca *cap.* 24. obſtetricibus *Exod. cap.* 1 Pharaonis filia *cap.* 2. Rahab. *Ioſ.* 2. Ruth *Ruth. c.* 1. Noemi *ibid. c.* 3. Sunamitide 3. *Reg. c.* 1. Debora *Iudic. cap.* 4. Iudit. *Iudit. c.* 13. Michel, *Samuel cap.* 1. Eſther, *Eſther. cap.* 5. de ſeptem filiorum matre, *Machabaeor. cap.* 7. *aliiſque*, vel ex veterum monumentis, ut eruditiſſimus *Andreas Tiraquell.* qui meritarũ quoque mulierum, nomina poſteritati ſtuduit demandare, *ad leges connubiales l.* 11. *poſt num.* 30. ac *Annaeus Robert. rer. iudic. lib.* 2. *cap.* 4. *pagin.* 350. *&* 351.

Qui verò ab Mulierum abhorrentes moribus, eas exprobare nõ deſinunt, id pariter ex ſacra pagina contexuere,
2 *Geneſ. cap.* 3. *&* 16. *&* 18. *&* 30. *Iudic.* 14. *Samuel.* 6. *Reg. cap.* 3. *Tobia cap.* 2. *Eſther. cap.* 5. *Iob cap.* 2. ubi de patientiſſimi Iobi uxore res agitur, in quã uti in maximo flagellorum compendio, ſuum Dæmon propugnaculum repoſuerat, ut noviſſimè his carminibus cecinisse reperimus *Io. Ouvenum in ſuis Epigramm. lib.* 3. *numer.* 199. *pagin.* 69.

Divitias Iobo, ſobolemque, ipſamque ſalutem
Abſtulit, (hoc Domino non prohibente) Satan.
Omnibus ablatis miſero, tamen una ſuperſtes,
Quæ magis afflictum redderet VXOR erat.

ex ſacris Scriptoribus, Divis nempè *Hieronymo, Auguſtino, Io. Chryſoſt. Ambroſ. Hugon. aliiſque*, ac Philoſophis, Hiſtoricis Poetiſque, tum græcis, tum latinis, luculentiùs, atque acerrimè, & firmare, & monere defatigati ſunt *Tiraquell. ad præfatas leges connubiales, l.* 9. *nu.* 15. *cũ ſequent. Io. Croter, & Ioſeph Lancius in polyant. Laurentius Beyberlink in Theatr. vita human. noviſſimo tom.* 5. *verbo mulier. lit. A cum ſequ. Rev. P. Fr. Io. de Cartagen. homiliar. Cathol. tom.* 2. *lib.* 6. *homil.* 8. *pagin.* 510. *& ſequ. & lib.* 11. *Homil.* 2. *tom.* 3. ubi illud non aſpernandum
3 diſtichon recitat.

Adã, Sãpſonẽ, Petrũ, Davidẽ, Salomonẽ,
Decepit mulier, quis modo tutus erit.

At nos, qui nobiliſſimi hujus ſexus obrectatores, eſſe, (nam genius præcipuè vetat,) nunquam conſuevimus; di-
4 riſſimæ licet eum taxaverit avaritiæ *Dom. Reg. Merlin. controverſ. forenſ. cap.* 92. *num.* 22. *cent.* 2. & ante eum *Tiraquell. ad cit. l. connub.* 9. *num.* 43. *& n.* 24. 141. *&* 156. *ac Maſcard. de probat. lib.* 2. *concluſ.* 181. *num.* 29.
5 *cum ſequ.* & ſuaptè natura ſuperbi, tumidique, ac elati animi eſſe ex innumeris dixerit *Dom. Reg. Capyc. Galeot. contr. illuſtr. contr.* 61. *num.* 36. *lib.* 2. Ipſarum ſanè laudes ſtudioſè conquirere inſudaremus; niſi Antoniæ, ac Victoriæ Battimello Sororum durities, ac jurgia ſtomachũ facerent, quippeque litigioſæ, ſuperiùs præſertim probatis in cauſa Dominici de Cęſareo pro officio S. Cõſilij à ſecretis, acquieſcere nolint, & cum pejorem foveant cauſam, duriùs inferunt certamen; ne fortè earũ inſitæ ſexui deſint pertina-
6 ciæ, qua ex vulgari *Pogij* Hiſtoria, mori potiùs malũt, quã ab ſentẽtia decedere, ut idcircò *Iuſtinus rectè lib.* 26. *hiſtor.*

O 2

hiſtor. ſcripſerit, fœminarum protinus animos contumaces eſſe, vndè *Euripides* apud *Stobeum ſerm.* 71. ajebat.

Aliarum porrò rerum omnium, inexpugnabiliſſima eſt mulier.

Quod eorūdē quoq; cōtentioni adſcrip-
7 ſit *Tiraquell. cit. l. connubial. 9. num. 39. & 40.* Sed mirum id eſſe non debet, cum res adeò lucida præcogitari nequeat, quam litibus fœmina obumbrare non valeat, juxta illud *Iuvenalis ſatyr. 6.*

Nulla fortè cauſa eſt, in qua non fœmina LITEM.
Moverit.

Imò litigium præcipua mulieris dos recenſetur, *ut Ovid. lib. 2. de arte amandi.*

Dos eſt uxoria LITES.

8 Miraculū ut denique putetur, ſi vxor inveniatur, quæ rixoſa, litigioſaque non ſit, ut ex ſepulcrali Romano lapide tradidit *Tiraquell. in cit. l. 9. cōnub. num.* 192. cujus primum liceat carmen afferre.

Heus viator, miraculum, hic VIR, & VXOR non litigant.

& ſanè monſtrum cenſeri debet; licèt
9 enim turbulenta mulier, ut in ſepulcro tandem tumētes iras frangeret fas eſſet, juxta Epitaphium illud à *Io. Iacobo Speidelio in ſpecul. Iurid. Hiſtor.* recitatum *pag. 281. ſub nu. 76.*

Quæ ſexaginta vixit, ſed & amplius annos.
Irrequieta diem, quo requieſcat habet.

10 Attamen revera, adhuc extincta, vivere litigio videtur uxor, ut idcircò adverſo amne à viro demerſam conjugem exquirendam ex *Frigio* deduxerit *Gabriel Faernus pag. 41.* ibi.

Vir merſæ uxoris rapido torrentem cadaver.
Adverſa quærebat aqua, quem turba monere
Inſtitit accurrens, ut quæreret amne ſecundo.
Nequoquam ille inquit: mea dum viveret VXOR.
Tam moroſa fuit, tam aliorum ſemper abhorrens
Moribus, ac factis, ut tunc quoque mortua labi
Debeat, haud aliter, quam adverſa fluminis vnda.

Pro incautorum hominum dein monitu, ſubdens.

Moroſa, & diſcors, vel mortua litigat VXOR.

quod mutato tantùm carminū metro tranſcripſit *Hieronymus Arconatus in delit.* Poetar. *German. lib. 1. pagin. 386.*

Quidam maritus conjugem audiens ſuam.
In amne vicino perijſſe; protinus
Erumpit, adverſique currit fluminis
Ripa, queat ſi eam fluentem cernere.
Cur non ſecundo currat amnis gurgite.
Rogatus, inquit viva CONIVX *omnia*
Præpoſterè fecit: reor quod mortua
Faciat idem, nec defluat, ſed refluat.

Quod autem litigioſarū ſorores de Battimello hāc mereātur notā, quodvè debiliorem agant cauſam, & ex facto colligitur, evidentiuſque jure firmatur. Antonius etenim earum ex utroq; parente Frater cum Campionis officio, apud nos Regiæ Siclæ monetarum, vivens potiretur, ac ampliationem quoque conſequutus, poſt ſe aliū nominandi facultate polleret; à contagione arreptus abijt inteſtatus, Ioſepho filio primogenito V.I.D. præſertim relicto, qui paucos poſt dies patris ſequutus funus perijt, ut ex integræ, fidei teſtibus, in actis id probari, non parvo curavimus labore.

Vt idcircò, dùm Victoria, & Antonia ſorores, hæredeſque Antonij fratris, officium, ampliationis virtute ſibi, ſivè ipſarum alteri, deſcribendum expoſtulāt, reſcire profectò diſſimulant, illud in perſonam Ioſephi primogeniti, poſt Antonij Genitoris fatum, illicò translatum, ipſius poſtmodum morte extinctum ſimiliter remanſiſſe; atque hoc idem, (ſi à litibus abhorrerent) in fortiori ſpecie, in ſuperiori cauſa illo-

rum

rum de Cæſario, citrà demum controverſiam, tùm ab ampliſſimo Senatu, tum à litigatoribus, & habitum, & receptum fuiſſe; dum Dominicus ſecundogenitus ab Hannibale Patre obtentam ampliationem, in perſonam Antonij primogeniti, illicò poſt Patrem vita functi expletam, conſumptamque fuiſſe, vel invitus aſſenſit; ut obſervata, Fiſci juſtitia, nec litigium, (ut diximus) facere auſus fuerit.

Quod verò fortior illa Dominici Cæſarei aduerſus fiſcum; infirmior præſens facti ſit contingentia; eò elucefcit, quod ibi, Pater in ultimis tabulis, Regia facultate uſus, nominationem in Antonium primogenitum explicuit; hic verò ab inteſtato genitor decedés, ullū neminem nominavit; ut caproptet juris quæſtio, ſit priore loco diſcutienda: an nominandi ſcilicet facultas, uti, ab eam implendi poteſtatem habente non exercita, neque ad alios tranſmiſsilis, fiſco ad cujuſvis excluſionē, ipſiuſmet etiā Ioſephi primogeniti, ſi ſupereſſet, fuerit devoluta.

Vlteriùs, iterum confirmandum erit; quod, & ſi admiſerimus Ioſephum primogenitum ab inteſtato nominatū cenſeri poſſe, pronunciandum nihilominus eſſe, ob illius obitum, officium uti in ipſius perſona licet breviſſimè ſupervixerit conſumptum; præcedentis controverſiæ inſtar, ad Regium Ærarium reverſum fuiſſe.

Nominandi autem facultatem, (ut ad priorem quæſtionem revertamur) inſimul cum Antonio Patre, qui eam adeptus fuerat extinctam fuiſſe, ac fiſco caducam effectam, juris prudentiæ nos monent principia; quibus erudimur, nominationem primò explicari, ac ſecuriùs poſſe, ſpecialibus, certiſque verbis, puta ſi Titius eligendi facultatem habens, ſivè ex actibus inter vivos, ſivè ex poſtrema voluntate, Mevium expreſsè nominaverit, *cap. in electionibus 2. ibique gloſ. & DD. de electione in 6. & in l. vnum ex familia, D. de legat. 2. Ioſue Amicangel. de regal. officijs quæſt. 16. num. 6. verſic. ſolet enim.*

11 Deindè, nominandi quoque jus impleri poſſe, quamvis ſpecialibus verbis Titius ad emphiteuſim, vel officium Mevium non elegerit; ſed ſivè ex contractu, ſivè ex ultima voluntate eidē emphyteuſim, officiumvè donaverit, aut reliquerit; tunc etenim, uti ex ſpeciali nominatione, ad ea

12 Mevium admitti, ac donationem, legatumque, electionis vim habere, nominationiſvè fungi viee ex eit. Conſulti Reſponſo *in l. vnum ex familia 69. §. ſed ſi fundum, D. de legat. 2.* collegere *Cyn. Bart. Paul. de Caſtro, Florian.* & alij, quos ſectatur *Caldas Peryer. de jur. emphit. lib. 2. quæſt. 1. num. 8. & 9. & quæſt. 10. num. 2. eod. lib. 2.*

Quemadmodum expreſſam quoque nominationem putandam noſtri tradidere; ſi verbis generalibus, ut puta per univerſalis hæredis inſtitutionem illa concipiatur, licèt enim, hæredem, aut

13 exhæredem nominatim facere oporteat *l. 1. & 2. D. de liber. & poſth. l. nominatim* 88. *D. de leg. 3. l. ſi nominatim* 34. *D. de condit. & demonſtrat.* & arguit ex *gloſ. Abb. Iaſon*, & alijs *Marin. Freccia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 45. nu. 1. & 2. Dom. Reg. Revert. deciſ. 411. num. 2.* juxta ſeriem *Dom. Reg. de*

14 *Marin. tom. 2.* quia tamen expreſſum id habetur, quod in genere expromitur, *l. Prætor ait 20. D. de operis novi nūciat, l. ſed an ultro 11. in princip. D. de negot. geſt. Frecc. cit. quæſt. 45. ſub n. 3.* ſivè ſub verborum generalitate continetur, *l. Lucius 45. D. de vulgari, & pupill. ſubſtit. Bart. in d. l. Prætor ait in princip. num. 1. Curtius jun. in rub. C. de collat. num. 9. Brunor. à Sole in locis communibus verbo expreſſum num. 4. Surd. conſ. 181. num. 42. lib. 2. Riminald. jun. conſ. 21. nu. 68. Becch. conſ. 14. num. 15. Petroch. conſ. 16. num. 13. Peguer. deciſ. 107. nu. 5. Thomat. deciſ. 50. num. 188. Lelius Altograd. conſ. 76. num. 21. & nu. 70. conſ. 83. num. 69. & conſ. 92. nu. 38. lib. 1.*

Digitized by Google

lib. 1. *& conſ.* 55. *num.* 26. *lib.*2. ge-
neraliſque diſpoſitio illud idem in
15 ſuo genere, quam ſpecialis in ſua ſpe-
cie operatur, *l. ſi Chorus* 77. *D. de leg.*
3. *Bald. conſ.* 1. *num.* 5. *lib.* 3. *Alex.*
conſ. 233. *num.* 16. *lib.* 6. ex *Cardin.*
Tuſch. pract. concluſ. lib. 2. *concluſ.* 29.
Peregr. de fideicom. art. 40. *num.* 55.
Vndè nonnullorum bonorũ diſponen-
di facultatẽ habens, licet ſpecialiter de
eis diſpoſitionẽ nõ fecerit, ſuũ ſcriptũ
hæredem ad ea vocaſſe, & in ejus com-
16 modum facultatem explevisſe, cen-
ſendus erit, *l. peto* 71. §. *fratre, D. de*
legat. 2. ibi, *vel extero harede instituto*
deceſſerit, & dilucidiùs *Iuſtinian. in l.*
ſi quis prioris 8. §. *certum*, *Cod. de ſe-*
cund. nup. ibi *certum, eſſe ſancimus,*
quod etiam illa de catero videbitur, ea-
rundem fuiſſe rerum alienatio, qua in
teſtamento Genitoris, vel Genitricis,
vel ſpecialiter relinquendo, vel genera-
liter haredem inſtituẽdo facta ſit, pro-
baruntque *Alex. conſil.* 189. *num.* 10.
& 11. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 72. *num.* 60.
lib. 3. *Gabriel conſ.* 125. *nu.* 16. *lib.* 1.
Pancirol. conſ. 59. *num.* 80. *Menoch.*
conſ. 87. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 323.
num. 33. *lib.* 4. *& conſ.* 1130. *num.* 15.
& ſequ. lib. 12. *Surd. conſ.* 357. *nu.* 30.
conſ. 430. *ferè per tot. lib.* 3. *& conſ.*
572. *nu.* 67. *& ſequ. lib.* 4. *Dom. Praſes*
Amat. conſ. 8. *num.* 10. *Peregr. de fi-*
deicom. cit. art. 40. *num* 57. *Fonta-*
nell. de pactis nupt. clauſ. 4. *gloſ.* 5. *nu.*
63. *&* 64. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. fo-*
renſ. cap. 221. *nu.* 5. *&* 6. *tom.* 2. *An-*
tonin. de Amat. var. reſolut. 76 *num.*
11. *cum ſequ. lib.* 2. *Ozaſc. deciſ.* 85.
num. 3. *Surd. deciſ.* 272. *nu.* 36. *verſ.*
& non reſiſtit. diffinitumque referunt,
Rot. Rom. in. deciſ. Noviſſ. diverſ. de-
ciſ. 262. *ſub n.* 8. *cum ſequ. par.* 1. *Sera-*
phin. eamdem ſequutus, *deciſ.* 569. *nu.*
21. *lib.* 1. *Hieronymus de Leo deciſ. Va-*
lent. 58. *per tot. lib.* 1. *& Seſ. deciſ.*
Arag. 48. *num.* 8. *& ſequ. lib.* 1.
17 Idcircò in ſpecie, ut qui univerſa-
lis eſt hæres inſtitutus, in officio pari-
tèr nominatus cenſeatur ex *cit. l. unũ*
ex familia 69. §. *ſi quis duos, D. de leg.*
2. firmarunt *Frecc.* (de feudis verba
faciens) *de ſubfeudis lib.* 2. *quaſt.* 45.
ſub num. 3. *cum ſequ. Montan. de regal.*
offic. num. 50. *Amicangel. eod. tract.*
d. quaſt. 16. *nu.* 8. *Dom. Reg. de Marin.*
in obſerv. ad deciſ. Dom. Reg. Revert.
411. *num.* 2. *tom.* 2.

Fuitque à Senatu pronunciatum Idibus
Maij anno M.DLI. in cauſa Magnifi-
ci Scipionis de Baſtarijs, uti hæredis
inſtituti à magnifica Eleonora Sperã-
deo, cum Regio Fiſco, ut in *Decretis*
generalibus à Dom. *Reg. de Marin.*
ſpeciali ſtudio collectis *Decret.* 125.
poſt deciſ. Dom. Reg. Revert. tom. 2.

AT quoties, nominandi poteſtate prædi-
tus, nec ſpecificè, (ut deſuper diſsere-
bamus,) nec genericè ex hæredis in-
ſtitutione, facultate quodãmodò abu-
ſus inteſtatus, ut in hac ſpecie, obiicit;
Ardua meherclè, mero jure eſt quæ-
ſtio, an ab inteſtato veniens nomina-
tus ad officium exiſtimetur; quamvis
enim affirmativam ſententiam ample-
ctendam putarunt, ex vulgato *Pauli*,
reſponſo *in l. conficiuntur* 8. *D. de jur.*
18 *Codicill.* quo edocemur, ab inteſtato
ſuccedentes, ex defuncti voluntate ad
legitimam ſucceſſionem dici vocatos,
quoniam (ut Conſultus ait) *creditur*
Paterfamilias ſpontè ſua his relinque-
re legitimam hareditatem, concordat
tex. in l. ſi quis 3. ibique *gloſ. in ver-*
bo rupiſſet, D. eod. tit. & in l. 1. §. *toties*
verſic. vel maximè, verbo meruit, & ibi
Bart. D. de collat. bonor. & *in l. non ju-*
ſta in verbo repetitũ in fine, C. ad Senat.
Conſult. Trebell. Iaſon conſ. 202. *nu.* 24.
lib. 2. *Curtius junior conſ.* 4. *num.* 15.
verſ. ex pramiſſis par. 1. *Menoch. de adi-*
piſc. poſſeſſ. remed. 4. *num.* 72. *& de*
praſumpt. lib. 1. *quaſt.* 46. *num.* 20. *&*
conſ. 101. *num.* 37. *lib.* 1. *Peregr. conſ.*
99. *num.* 132. *lib.* 6. *Antonius Faber*
de errorib. prag. decad. 33. *error.* 16.
num. 3. *tom.* 2. *Cancer. var. reſol. lib.* 1.
cap. 8. *num.* 221. *Surd. deciſ.* 272. *nu.*
9. *Seſ. deciſ. Aragon.* 55. *num.* 9. *lib.*
1. *Dom. Reg. Capyc. Latro deciſ.* 8. *nu.*
10. *lib.* 1.

Ideò-

Digitized by Google

Ideòque in portione à donatore reſer-
19 vata, nulla facta poſtmodum diſpoſi-
tione, nequaquam Donatarium, ſed
ab inteſtato venientes, ex ejuſdem do-
nantis voluntate admitti, diffinitum
refert, (quicquid diſſenſerint *Theſaur.
deciſ. 97. nu. 3. Intrigliol. ſingul.* 113.
& Caball. caſ. crim. 207. *num.* 14. *&
ſequ.*) *Dom. Praſ. de* Franch. *deciſ.* 45.
num. 1. *&* 2. *& deciſ.* 600. *num.* 1.
ſubſcribuntque *Surd. cit. deciſ.* 272. *n.*
9. *cum ſequ. & in fine* Borgnin. *Cavalc.
deciſ.* 12. *num.* 18. *par.* 4. *Seſe deciſ.
Aragon.* 48. *num.* 2. 3. *&* 5. *cum ſequ.
lib.* 1. *Thorus in compend. deciſ. Regni
verbo diſponēdi facultas lib.* 1. *Maſtrill.
deciſ.* 272. *num.* 15. *lib.* 3. *Maynardus
deciſ.* 194. *lib.* 2. *Caſtill. deciſ.* 142.
num. 1. *Muta deciſ.* 49. *num.* 1. 6. 7.
& 14. *Anton. Monac. deciſ. Bonon.* 71.
part. 2. *num.* 81. *Larr. deciſ.* 40. *num.*
30. *&* 32. *lib.* 1. *Molfeſ. ad Conſuet.
Neap. par.* 2. *tit. de bonis, quaſt.* 22. *in
fin. & in addit. num.* 1. Fontanell. *de
pactis nupeialibus clauſul.* 4. *gloſ.* 23.
numer. 9. 10. *&* 11. *lib.* 1. *Giurba ad
Conſuet. Meſſan. cap.* 5. *gloſ.* 4. *à num.*
7. *Dom. Conſ. de Anna conſ.* 116. *num.*
15. *lib.* 2. *Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.*
8. *num.* 196. *Anton. de Amat. variar.
reſol. lib.* 2. *cap.* 76. *num.* 27. Perbel-
lè ex alijs *Dom. Reg. Conſ. Hodiern. in
addit. ad cit. deciſ.* Surdi 272. *num.* 1.
& 2. *Dom. Conſ. Arias de Meſa var.
reſ. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 24. *Cutell. de
donat. tom.* 1. *diſcur.* 2. *par.* 2. *nu.* 21. *&
ſequ. Salgad. in labyrint. Credit. cap.* 2.
diſcur. 2. *par.* 18. *num.* 56. *Ioſeph Ur-
ceolus contr. forenſ. cap.* 16. *nu.* 22.

Ex quo generaliter traditum eſt, ut ſi
20 quis, de re aliqua diſponendi pote-
ſtatem habens, inteſtatus deceſſerit, in
venientes ab inteſtato diſpoſuiſſe cen-
ſeatur, poſt *Bald. Novell. Curt. junior
cit. conſ.* 4. *numer.* 4. *Natt.* Curtium
præceptorem ſectatus *conſil.* 123. *nu.*
10. *& conſ.* 216. *num.* 9. *in fin. lib.* 1.
Cravete. conſ. 70. *nu.* 13. *& conſ.* 176.
num. 8. *in fin. lib.* 1. *Burſat. conſ.* 266.
num. 1. *vol.* 3. *Peregrin. de fideicom.
cit. art.* 40. *numer.* 59. & poſt *Pinell.
in l.* 2. *numer.* 11. *verſic. ab inteſtato
etiam, C. de bonis matern. Cephal. conſ.*
152. *num.* 82. *lib.* 2. *Gratian. diſceptat.
forenſ. cap.* 558. *num.* 41. *&* 42. *tom.*
3. ut hinc in officiorum ſpecie, ab in-
21 teſtato venientem, nominatum puta-
ri, fundarint *Io Vincent. Anna ſingul.*
391. *in princ. & in repetit. rubric. de
Vaſſal. decrepit. ætatis num.* 320. *Iaco-
bus Antonius* Maur. *alleg.* 43. *nu.* 4. *&
alleg.* 75. *ante num.* 1. *Maſtrill. de
Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 28. *numer.* 53.
Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. *cap.*
221. *num.* 8. *Dom. Reg. Cacacius inter
conſ. Dom.* Reg. *Rovit. conſ.* 105. *num.*
15. *lib.* 1. *& Dom. Reg.* Rovit. *ſub ſequ.
conſil.* 106. *num.* 11. ubi ſic Regiam
Cameram decreviſſe refert, & com-
probant *Dom. Reg. Conſil.* Paulus *Stai-
ban. reſol. forenſ. reſol.* 68. *nu.* 1. *cent.*
1. *Dom. Reg. de Marin. in obſervat. ad
cit. deciſ. Dom. Reg.* Revert. 411. *nu.*
2. *circ. finem lib.* 2.

22 Attamen hæc, priore loco prudenti
ſunt cũ moderamine accipienda, ut in
allodijs nempè facillimè admittantur,
non autem in feudis, in quibus ſanè
hæc legalis, ſeù tacita nominatio, (ut
inferius) ſibi partes vindicabit, cum
ab inteſtato veniens, ſivè ex linea
graduvè, ſivè ex feudalis ſucceſſio-
nis inveſtitura capax dignoſcatur; nã
alitèr, niſi facultatem habens manife-
ſtè ejus in burgenſaticis, alioquin hæ-
redem nuncupaverit, ab inteſtato ſuc-
cedere in feudis nullatenus valebit,
uti à ſupremis Regiæ Cameræ, Colla-
teraliſque Conſilij Senatoribus, etiam
in reclamationis, ordine pro fiſco
adverſus Magnificam Lucretiam Ca-
racciolo judicatum fuit, quæ, cum
in Terra Lauriani ab inteſtato, ſe taci-
tè, ſaltim nominatam à Cornelio fra-
tre, ex diſpoſitione *cit. l. conficiuntur,
D. de jur. Codicill. cum concord.* autu-
maſſet, virtute facultatis nominandi,
23 quà Cornelius potiebatur; quia verò
nominatio expreſsè facienda erat, *ad
tex. in cit. l.* 1. *&* 2. *D. de lib. & poſt.*

cum

Digitized by Google

cum cæteris ſuperadductis, & cōceſsa
facultas diſpēſationem (ut ajunt) con-
tinebat, ac proindè, reſtringenda cap.
1. & 2. de filijs presbyt. in 6. Surd.
deciſ. 268. num. 20. Niger Cyriac. con-
trov. forenſ. controv. 257. num. 40. &
24 controv. 223. num. 38. lib. 2. ipſaque
Lucretia excludebatur ex inveſtitu-
ræ tenore, quæ ipſiuſmet Cōnſtitutio-
nis, ut ſucceſſionibus vim ſuperat, ut
ſingillatim præ alijs teſtatur Dom. Reg.
de Ponte de poteſt. Prereg. tit. 9. §. 1.
num. 8. Dom. Reg. Lanar. in cap. 1. de
ſucceſſ. in feud. numer. 5. & 6. Dom.
Præſ. Vrſin. de ſucceſſ. feu. par. 2. quæſt.
2. art. 2. num. 24. comprobatque ex
quampluribus Dom. Reg. Merlin. diſp.
forenſ. diſput. 89. num. 1. & 2. lib. 2.
Prout generaliter ejus TENOR, baſis,
origo, radix, fundamentū, feudique lex,
etiam contra feudales conſuetudines
exiſtimatur cap. 1. ubi Bald. cæterique
de duob. fratrib. à Capitaneo inveſtit.
cap. 1 de feud. non hab. prop. feud. natur.
Andreas in cap. 1. § profectò de lege
Corrad. Afflict. dec. 195. n. 6. & dec. 265.
n. 102. & 103. Curt. jun. par. 1. quæſt. 6.
princip. cap. 7. n. 29. Celſus Vgo conſ.
20. ſub num. 7. Iacob. Thoming. conſ.
7. num. 87. & 94. lib. 1. Dom. Reg.
de Ponte conſ. 3. num. 54. lib. 1. Dom.
Præſ. de Curt. in diverſ. feud. par. 1.
cap. incip. ut igitur, nu. 35. 36. & 37.
pagin. 32. & cap. incip. tenor num. 1.
cum ſequ. & num. 64. & ſequ. pag. 37.
Dom. Reg. Tap. deciſ. Sup. Conſ. Ital.
2. num. 133. Dom. Conſil. Theodor. al-
leg. 50. num. 27. & alleg. 83. num. 8.
Dom. Reg. Capyc. Galeot. controv. illuſtr.
controv. 31. num. 28. lib. 1. & controv.
33. num. 7. & controv. 51. num. 36.
lib. 2. ex innumeris Giurba de ſucceſſ.
feud. præl ud. 4. num. 57. & ſequ. Dom.
Reg. Merlin. controv. forenſ. cap. 32.
num. 26. & 27. centur. 1. Dom. Præſ.
Lanar. in allegat. pro Regio Fiſco inter
recollectas à Dom. Reg. de Marin. re-
ſol. ut jur. tom. 3. alleg. 92. num. 76.
& 77. Dom. Reg. Capyc. Latr. conſult.
80. num. 62. & conſult. 82. num. 5. &
8. & conſult. 131. nu. 45. lib. 2. Dom.
Reg. Mareian. diſput. forenſ. loc. cit.
num. 1. in princip. Rot. Rom. in deciſ.
relat. à Dom. Reg. Capyc. Latr. poſt con-
ſult. 75. numer. 280. & 281. & 308.
& ſequ. lib. 1. Nec enim tunc temporis
gratiæ extabant, quæ nil refragante
aſſueta inveſtiturarum clauſula pro ſe,
& hæredibus, ex corpore, fratres, ſoro-
25 reſque ad ſucceſſionem invitarent, ut
in pragm. 18. & 22. de feud. Dom.
Conſil. Theod. alleg. 100. nu. 38. ac Dom.
Reg. de Marinis infra citandus, fuit id-
26 circò Lucretia; (quamvis famigerati
I. Cōſulti Io. Antonius Maurus, & Reg.
Lanarius patrocinium eidem præſti-
tiſſent, alter alleg. 43. alter conſ. 85.) à
fraterna ſucceſſione excluſa, ut apud
Dom. Reg. Revert. deciſ. 411. tom. 2,
& ibidem Dom. Reg. de Marin. in ob-
ſerv. in princip. & ante eos pro Fiſco
diſſertiſſimè quæſtionem abſolverat,
Conſ. Marin. Freccia lib. 2. de ſubfeudis
quæſt. 43. per tot.

Quemadmodum, & in officijs, cum ab in-
teſtato veniens nominatum ſe diceret,
feudorum inſtar, ex gradu pariter oſ-
tendere ſucceſſionis ſe capacem eſſe,
latiùs inferiùs firmavimus in diſſert.
pro Regio Fiſco cum Victoria Lengua.

PRÆTEREA, arctiuſq; ad rē: juris hanc
tacitam nominationem in officijs ſatis
non eſſe, atque ideò nominandi facul-
tatem nón exercitā inſimul cum offi-
cio ad Curiam devolui, ingenioſiſſimè
27 noſtri tradidere, hiſce præſertim ratio-
nibus, & primum quia cum ab inteſta-
to veniens à defuncto nequaquam
nominatus dici poſſit, ſed ſolummodò
legis (ut ajunt) virtute vocatus, nec
diſpoſitivè, ſed permiſſivè, ut ex Bald.
in l. ſi emancipati, 8. oppoſit. num. 11.
C. de collat. probarunt Alex. conſ. 44.
in fin. lib. 5. Caldas lib. 2. de nominat.
emphit. quæſt. 13. num. 19. Antonin.
de Amat. cit. reſolut. 76. num. 16. lib. 2.
Dom. Conſil. Hodiern. in addit. ad cit.
deciſ. Surd. 272. num. 2.

Nominandi idcircò facultas, uti ab eo
non expleta, qui eam explicandi po-
teſtatem

teſtatem ſibi vindicabat, ad curiam re-
vertetur.
28 Rurſus hominis nominatio conceſſio-
nem, diſpoſitionemvè in ſe continet,
quæ ſecundum naturalem veritatem,
verborumque proprietate attenta in-
telligi oportet, ex *Bald. Decio, & Di-*
daco Covarr. Amicang. de regalibus of-
ficijs quæſt. 16. num. 11. verſic. ſed ho-
minis.
Sed ab inteſtato veniens non ex homi-
29 nis diſpoſitione, cuique eligendi tri-
buta poteſtas eſt, ſed ex quadam legis
fictione vocatur, *Marcus Antonius*
Natta in addit. ad conſ. Alex. 44. in
fin. lib. 5. Frecc. de ſubfeud. lib. 2.
cit. quæſt. 43. num. 5. in fin. & num. 6.
Menoch. lib. 4. præſumpt. 86. num. 7.
30 *in princip. Burſat. conſ. 266. num. 4.*
lib. 3. Nominatoris igitur voluntas
apertis verbis exprimenda, ſimili non
impletur fictione *Amicangel. de rega-*
libus offic. cit. quæſt. 16. nu. 11. verſic.
dum ergo. Cuique id ſimiliter condu-
cit, quod ex *Gloſ. Bald. Alex. Alberic.*
& Iaſon. notat *Dom. Reg. Revert.* vt
nominatio nempè, quæ expreſſis ver-
bis, vel ſcripto perficienda eſt, in ve-
31 niẽtem ab inteſtato minimè complea-
tur, quippe qui non expreſſa; ſed ex
tacita defuncti evocari creditur volũ-
tate *cit. deciſ. 411. num. 4. tom. 2.* ante
eum *Raphael Cuman. in d. l. conficiun-*
tur col. 1. D. *de jur. codicill. Alexan.*
d. conſ. 44. in fin. lib. 5. Surdus cit. deciſ.
272. nu. 9. Menoch. cit. præſumpt. 46. n.
20. & d. præſumpt. 86. n. 6. lib. 4. & cit.
conſ. 101. n. 37 lib. 1. Iaſon. Curt. Pere-
grin. alijque *ſuperiùs allegati num. 20.*
cum re vera ab inteſtato ſuccedens,
ex legitima, non autem hominis ſuc-
32 ceſſione admictatur, *l. lege obvenire*
130. D. *de verborum ſignificat.* ibique
DD. præſertim *Alciat. l. ea verò 3. §.*
de illo D. pro ſocio Menoch. d. quæſt. 46.
nu. 21. lib. 1. & quoniam lex eſt, quæ
immediatè, ac uti proxima cauſa ſuc-
ceſſionem defert, *Bart. in d. l. 3. §. de*
illo D. *pro ſocio Ruin. in* Rubric. *D. ſo-*
lut. matrim. num. 216. Menoch. de
præſumpt. lib. 1. cit. quæſt. 46. num. 21.
LEGIS, ideo is titulum, non autem
HOMINIS dicitur habere, *gloſ. in l.*
33 *Lucius 85. verbo liberis,* D. *de hæredi-*
bus Inſtit. Bald. in d. l. ſi emancipati
8. oppoſit. num. 11. C. de Collat. Alex.
cit. conſil. 44. in fin. lib. 5. Zanch. in
l. hæredes mei §. cum ita n. 310. D. ad
Trebell. Menoch. cit. præſumptione
86. num. 7. in fin. d. lib. 4. Burſat. eod.
conſ. 266. num. 14. lib. 3. ex cæteris
Antonin. de Amat. cit. reſol. 76. num.
16. verſic. & ideo lib. 2.
34 His accedat ipſam nominandi po-
teſtatem conditionem in ſe continere,
ut ſcilicet à nominante dũtaxat exer-
ceatur, *l. ſi ita expreſſũ 68. D. de condit.*
& demonſtrat. ubi in legato ſi volue-
rit ità Cajus reſpondit, *non autem ad*
hæredem legatarij pertinere, quia con-
ditio perſonæ injuncta videtur, & poſt
Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram
num. 5. D. de verbor. oblig. Alex. conſil.
232. num. 4. vol. 6. Decius conſil. 39.
num. 6. alioſque Paris. Conſil. 38. nu. 5.
lib. 3. in ſpecie tradidit *Caldas de no-*
min. emphit. lib. 2. cap. 7. nu. 6. & ſeqq.
Giurba obſervat. deciſ. obſerv. 40. par.
1. nu. 11. eaque non dum in ſpecifica
35 forma adimplenda pro certo eſt, *l.*
qui hæredi. 44. & l. Mavius 54. D. de cõ-
dit. & demonſtrat. Surd. deciſ. 209. nu.
3. de Alimentis tit. 5. quæſt. 3. nu. 16.
Valaſc. practic. concl. tom. 2. lit. C. con-
cluſ. 595. Cevall. comm. contra com-
munes quæſt. 900. num. 56. tom. 4. Fu-
ſarius de fideicomm. quæſt. 246. ſub
num. 16. Marius Anton. variar. reſol.
lib. 1. reſol. 56. num. 2. Caſtill. con-
troverſ. jur. par. 2. lib. 5. cap. 119. nu.
6. Sed expreſſim, & diſpoſitivè, non
36 autem tacitè, aut præſumptivè perfi-
cienda, *l. ſi ita legatum 68. §. illi,*
ſi volet D. de leg. 1. ibi, *aliud enim*
juris eſt, ſi quid tacitè continetur, aliud
ſi verbis exprimatur, l. eum, qui 138. §.
unico D. *de verbor. obligat.* ibi, *quia*
diverſa cauſa eſt voluntatis expreſſæ,
& ejus, quæ ineſt. Amicangel. in ſpecie
cit. quæſt. 16. de regalibus offic. nu. 10.

Eamdemque facultatem ab eo, cui Rex
37 confidit eſſe explicandam, Nominan-
tis enim perſonæ gnarus, eiuſdem
Princeps legit, induſtriã, ac de illius
fiſus probitate Idoneum Adminiſtra-
torem ſibi eligendum penſitavit, *Mon-
tan.* ut præ alijs annotavit in tract. *de
regalib. offic. num. 52. verſic. ac in re*, &
38 (*fortè* inquiebat *Freccia*) *Rex non ſic
confidit de veniente ab inteſtato, ſicu-
ti de hærede nominando cit. quæſt.* 43.
39 *lib.* 2. *de ſubfeudo numer.* 5. Sibique
ipſi tandem, (ſi fiſco caduca efficitur
poteſtas,) nominandi facultatem ha-
bens, cur non eligerit imputare debet,
ſuæque adſcribere negligẽtiæ, ut per-
bellè monuit *idem Frecc. loc. cit nu.* 4.
Quàmobrem, ex his alijſque, Eruditio-
ribus hanc ſententiã; ut non facta ſci-
40 licet nominatione, nullatenus ab in-
teſtato hæres nominatus præſumatur;
ſed ad Regem nominandi facultas de-
volvatur, firmarunt, *Freccia cit. quæſt.*
43. *lib.* 2. *de ſubfeud. verſic. ego autem
num.* 3. *cum ſequ. uſque ad fin. Caldas
de jur. emphit. lib.* 2. *de nominat. em-
phit. quæſt.* 7. *nu.* 6. alios adducens, &
quæſt. 13. *num.* 19. *Montan. loc. cit. de
regalib. offic. num.* 5. *Giurba deciſ. ob-
ſervat. lib.* 1. *obſervat.* 40. *num.* 12.
& 13. *Amicangel. eodẽ. tract. quæſt.* 16.
num. 9. *verſic. ſed verior cum ſequen.*
ante eum *Dom. Reg. de Ponte* ſic plu-
ries à noſtro Cameræ Senatu diffi-
nitum tradens *conſil.* 109. *num.* 20.
lib. 2.
Atqui quæſtionem hanc qui ſuſcepimus
41 enucleandam, non ut litem in ea ſo-
roribus de Battimello inſtitueremus,
& quæ litigioſæ duritiei in ipſas eaſ-
dem jecimus, in nos propterea retor-
querentur Iacula; ſed ut palam fieret,
quã durã eas ingredi ſpartã oportuiſ-
ſet, ſi ex mero, ſtrictoque jure in hoc
eſſet reſpondendum: bonam itaque
fidem, (Deo ſemper Duce) agnoſcen-
tes in hac cauſa priorem adverſus fi-
ſcum ſententiam amplectendam fa-
temur; non modò ex inſita Senatui
æquitate, ob prætij præſertim exolu-
ſionẽ; ſed quoniam de filio ſucceſſore
tractatur, qua in re has ceſſare amaritu-
42 dines nervosè tradiderũt, *Frecc. d. lib.*
2. *de ſubfeud. quæſt.* 43. & *Amicàngel.
cit. quæſt.* 16. *nu.* 14. *verſic. ego autem*
ac tandem, multoque magis; quia in
ſpecie ex privilegio petitum, conceſ-
ſumque cernitur, ut nulla facta no-
43 minatione ab inteſtato hæres in offi-
cio ampliationis virtute ſuccederet; ſi-
cuti ad quæſtionem deſuper exami-
natam removendam faciendum con-
ſuluit, *Io. Vincent. de Anna cit. ſing.*
391. noſtrique paſſim ſubſcripſere,
præcipuè, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2.
quæſt. 44. in illa quæſtione, an poteſtas
nominandi tranſeat ad hæredes *nu.* 6.
Dom. Reg. Rovit. conſil. 104. *in prin-
cip. verſic. ita ut lib.* 2. *Dom. Reg. La-
narius conſ.* 59. *num.* 32. *verſic. tertio
ſatis Montan. de regalib. offic. num.* 51.
*circ. finem verſic. unde in Praxi Ma-
rius Giurba cit. obſervat.* 40. *nu.* 21.
Amicangel. cit. quæſt. 16. *n.* 12. *verſic.
& ideo. Cãmarata Reſp.* 5. *nu.* 15. *lib.* 2.
Manifeſtum iam fecimus, ob bonam a fi-
ſco agnitam fidem, ſorores de Batti-
mello, duriſſimam alioqui propoſitæ
primæ quæſtionis ſupereſſe Provin-
ciam, ut ex eo, quod præfati ſumus
innoteſcar, difficiliorem eas cauſam in
Senatu affectaſſe. Reliquum nunc eſſet,
(ad ſecundam partem devenientes)
oſtendere, nihil vtilitatis id eiſdem ſo-
roribus equidem afferre; eo enim, quo
ab inteſtato tacitè Ioſephum filium
nominatum fatemur, officij ampliatio-
nem in ſui perſona impletam, extin-
ctãque ex adverſo ſorores ipſæ dicere
impelluntur; in ſuperioribus namque
diſſertationibus adverſus Dominicũ
Cæſareum congeſta, ſatis, ſuperque
demonſtrant, eſſe ſcilicet officium in
ampliatione comprehensũ per ſe ſub-
ſiſtens, ac omnimodò a priori diſtin-
ctum, à Rege nominatoris organo ob-
tentum dici, uti perſonaliſſimum no-
minatam perſonam ſequi, & cum ejus
44 vita paritèr extingui; nec nominati
filij aditionem, ſiuè immiſtionem ex-
quiri

quiri, quippe qui Patris hæres ipſo jure his poſthabitis ſolemnitatibus efficiatur. Neque intereſſe, quod poſt Genitoris mortem filius quoque continuò ceſſerit fato, cum id juris non immutet principia, quinimò, quia longevam is poterat vitã ducere, incertitudinis ratione æquiſſimè ſuſtinetur, ut non ineptè in ea cauſa credimus diſſerviſſe; cujus dum ſcripta laudamus, ſimilem quoque, ac Fiſco feliciſſimum, ex ampliſſimi Senatus ſententia exitum ſperamus. VII. Kalendas Ianuarij M. DC. LVII.

Senatus inſignis controverſiæ novitate non parum oblectatus, ad relationem tandem eximij, atque expertiſſimi I. C. Dom. Præſiden-
45 tis Io. Dominici Aſtuti juſtiſſimam noſtram his verbis cenſuit inſtantiam.

Die *6. Februarij Anno M.* DC. *LVII.*

*Viſa informatione, per D. Militem V.I.*D. Dominicum *Aſtutum, Regia* Camera *Summaria Præſidentem, & commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia* Camera *coram Spectabile Regente D. Gaſparre de Sobramonte Locumtenente, alijſque* Dominis *Præſidentibus ipſius, per dictam Regiam* Cameram *declaratum fuit, officium* Campionis *Regiæ Siclæ ponderum & menſurarum, & Regiæ Siclæ monetarum, fuiſſe, & eſſe reverſum ad Regiam* Curiam; *& proindè renoventur banna pro venditione officij prædicti, hoc ſuum.*

SVMMAE.

1 *Fortunam novam tentare non improbatur.*
2 *Sententia inter caſus fortuitos enumeratur, ſed quo pacto num.7.*
3 *Virtus in arduis fit validior.*
4 *Sententia regulariter juris ſibi præſumptionem præferunt.*
5 . . . *& ſi ab eis fuerit appellatum.*
6 . . . *in dubio confirmanda.*
7 . . . *juſtè lata nentiquam inter fortuitos caſus recenſentur.*
8 *Suitas dicitur ſuavitas.*
9 . . . *pro aditione, ſivè immiſtione exiſtimatur.*
10 . . . *ex ipſius potentia filius ad quoſcumque hæredes, extraneos etiam nõ aditã Patris tranſmittit hæreditatem.*
11 *Auctor pro veriori eruenda ſententia non modo cauſæ, ſed poſteris ſtuduit deſudare.*
12 *D. Ferdinandus Arias de Meſa extollitur.*
13 *Filius ſuus paternam hæreditatem, non ut adeundam tranſmittit, ſed ut quæſitam.*
14 *Tranſmiſſarius non ex primi defuncti, ſed ex tranſmittentis perſona ad tranſmiſſã ſibi admittitur hæreditatem.*
15 . . . *tranſmittentis id circò hæres eſſe debet.*
16 . . . *in tranſmittentis locum ſubrogatur.*

P 2 71. il-

17 . . . illiuſque perſonam repræſentat.

18 . . . quæque acquirit in tranſmictentis hæreditate dicitur adinveniſſe.

19 . . . ideòque in tranſmictentis inventario deſcribit.

20 . . . ac vti tranſmictẽtis illius creditoribus, legatariiſque conſervat.

21 Hæres ſemel,is ſemper hæres.

22 Hæreditas adita non eſt amplius defuncti, ſed adeuntis efficitur patrimonium.

23 Filia ad paterna bona, quibus renunciavit, uti fraterna poſtmodum effecta, admicti poteſt.

24 . . . etiam ex fraterna tranſmiſſionis jure.

25 Vincentius Maria Perronus commendatur.

26 Text. in l. fratris 3. C. de jure deliberand. dennò, vt ſpecificè ad cauſam conducens, expenditur.

27 Filius licet continuò poſt Patris obitum decedat, hæreditatem nihilominus ad quoſcunque traſmictit hæredes.

28 L. 1. C. de his, qui ante apertas tabulas, non vigere ab inteſtato quibuſdam placuit; ſed de veritate. n. 48.

29 Ratio eadem, ubi ineſt, eadem juris debet eſſe diſpoſitio.

30 . . . & comprehenſivè.

31 Cauſa eadem uniformes ſibi parit effectus.

32 Filius ſuus, ſivè ex teſtamento, ſivè ab inteſtato, ſtatim Patris efficitur hæres.

33 . . . ideoque tam ex teſtamento, quã ab inteſtato ad quoſcunque paternã tranſmictit hæreditatem.

34 In l. apud hoſtes 8. C. de ſuis, & legitim. ſuitatis potentia, non autem maternus favor perpenſus fuit.

35 Tranſmiſſio ex l. 1. C. de his, qui ante apertas tabulas, non ſuitatis, ſed ſanguinis competit ratione.

36 Iacobi Cujacij ſententia circa tranſmiſſionem ex ſuitatis potentia tributa improbatur.

37 Tranſmiſsio jure ſanguinis ad ſolos porrigitur deſcendentes.

38 Suitatis, patriæque poteſtatis jus quo ad ſucceſſionem oſtenditur ſublatum.

39 Sui ad quoſcunque hæredes, etiam ſe non immiſcentes, emancipati non niſi adeuntes ad quoſcunque hæredes, vel ad deſcendentes ex ſanguinis jure hæreditatem tranſmictunt.

40 Illatio non fit ex diverſis.

41 Antonius Faber ad intelligentiam l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul. contra communem reſpondit ſententiam.

42 Senſus non litera attenditur.

43 Verbum ex legibus quomodo accipiendum ſit.

44 Legum non verba, ſed vis ſpectatur, ac poteſtas.

45 A verbis ob ſenſum quandoque recedendum.

46 Lex interpetranda, ut voluntas ſervetur.

47 Verbis nemo creditur exprimere, quod non mente cogitavit.

48 Lex rebus non verbis dicitur impoſita.

49 Cor imperat linguæ,

50 Mens radix verborum eſt, ac ſubſtantia prima.

51 . . legis anima, verba corpus exiſtimantur.

52 . . & illius declaratio potius, quam extentio.

53 Verba deſerviunt voluntati, non autem ſunt impedimento.

54 . . ipſorum cura, rerum autem ſollicitudo eſt habenda.

55 D. Octavius Boldonius Epiſcopus Theanenſis celebratur.

56 Legis 1. C. de his, qui ant. apert. tabul. conſtitutionẽ etiam ab inteſtato vigere, ex communi opinione probatur.

57 Dom. Reg. de Marinis in obſervat. ad DD. Reg. Revert. huiuſmet cauſæ mentionem peregit.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Virtus fit ex arduis validior. ſententia juſtè prolata, juris ſibi mancipat præſūptionem: ſuitatis iterum recenſita potentia, ex ejuſdem vi impertitæ tranſmiſſionis oſtenditur efficacia, cum ex ea filius ſuus abſque immiſtione aliqua, & ſi quā breviſſimè Patris ſupervixerit funeri, paternam hæreditatem ad quoſcunq; etiā extraneos transferat hæredes, qui vti ipſius tranſmictentis, non autē primi defuncti Patris hæredes in cunctis omnibus reputantur. Ex beneficio autem Theodoſianæ conſtitutionis l. primæ C. de his, qui ante apertas Tabulas tranſmiſſio, licet emancipatis quoque filijs ſanguinis jure concedatur, deſcendentes ſolummodo dicitur comprehendere; quamvis utraque, tam ſuitatis, quā ſanguinis tranſmiſſio, tum ex teſtamento, cum ab inteſtato vigere, ex receptiori ſententia demonſtretur. Hinc officij ampliationem tāquam vnius hæredis perſonā ſuaptè natura non egredientem, in filio ſuo licet illicò perempto, & de cujus non appareat immiſtione, effectum habuiſſe, neque ad ejus hæredes porrigi confirmatur, quippe qui non niſi tranſmiſſionis jure, ac uti ipſiuſmet filij, hæredes ad idem officium illius aſſumptum vita, obituque extinctum admicti valerent,

PRO REGIO FISCO

In eadem cauſa ſororum de Battimello.

Diſſertatio VIII.

PArcendū ſanè ſororibus de Battimello eſt, ſi adverſus ſententiā, in fiſci commodum latam duxerint ſupplicādum; non modo etenim ad id patrandum inflexibilis eas proprij ſexus impulit ratio; ſed in nouiſſima quæſtione hucuſque non diſceptata, juxta quoquè *Cæſaris.* monitum *lib.3. de Bello civili*, novam itidem tentare
1 fortunam, id prudentiæ adſcribi poſſe; fertur namque ex Adagio,

Tentando ad Trojam venere Pelaſgi.

2 Præſertim cum non deſint, qui ſententias inter fortuitos caſus crediderint receenſendas *Dom. Conſil. Staiban. reſolut. forenſ. reſolut.* 119. *num.* 3. & 5. *centur.* 2. *R. P. de Afflict. controv. reſolut. jur. cap* 50. *num.* 8.

Ex adverſo tamen id noſtrum excitavit
3 ingeniū, ut ſi quæ in nobis VIRTVS ineſt efficacior exurgat, in adverſis enim mentis robur ſeſe aperit egregius, ut VIRTVTI contraria opponas neceſſe ſit; cum in arduis, ac malis,

Digitized by Google

lis VIRTVS ipſa, & validior, & potē-
tior efficiatur, qua de rè *Divus Paulus
ad Corint. Cap.* 12. VIRTVS *in infir-
tate perficitur*, & Sāctus Hieronymus
*ad Eliod. Epiſt. 6. lib. 2. Nemo Athle-
ta ſine ſudore coronatur*, & Divus
*Cyprian, de mortal. NISI praceſſerit pu-
gna non poteſt eſſe victoria, cū fuerit in
pugna congreſſione victoria tunc datur
vincentibus, & corona; Gubernator in
tempeſtate dignoſcitur, in acie miles
probatur*, & Senec. *lib. 2. de benefic. cap.*
18. OMNE *honeſtum in arduo eſt*, &
Silic. Italic. lib. 1.

*Et fractis rebus violentior ultima
VIRTVS.*

Ac *Ovid. 4. Triſtium eleg. 3.*

*Ardua per praceps, gloria vadit iter,
Hectora quis noſſet, felix ſi Troja fu-
iſſet,
Publica VIRTVTIS, per mala facta via
eſt.*

Et *eod. lib. & eleg.*

*Qua latet inque bonis ceſſat non co-
gnita rebus.
Apparet VIRTVS, arguiturque malis.*

Ac *de Ponto lib. 2. eleg. 2.*

*Difficile eſt fateor, ſed tendit in ardua
VIRTVS.*

Et *Ioachim Camerar. emblem. centur. 1.
emblem. 11.*

*Major in adverſis, VIRTVTIS gloria
vera eſt.
Vberior ventis, myrra agitata fluit.*

Quamobrem licet ſuperius adducta, ad
Senatus pronunciationem confirman-
dam ſatis eſſe dignoſcantur; non mo-
4 do quia pro eximij Prætorij ſententijs
ob jus dicentium exploratam fidem,
officijque magnitudinem præſumen-
dam ſemper fore ex *l. Herennius 63.
§. Caja D. de eviction. l. unic. C. de
offic. prafect. Prætor.* prudentes colle-
gere præſertim *Alciat. de praſumpt.
regul. 3 praſumpt. 9. nu. 2. Grammatic.
deciſ. 24. n. 5. & ſequ. Gabriel commun.
concluſ. lib. 2. concluſ. 6. de ſentent.
num. 1. tom. 1. Menoch. de arbitr. lib.
2. caſ. 4. num. 6. & de praſumpt. lib. 2.
præſumpt. 67. num. 2. Borell.* cæteros
5 afferens, *in ſumma deciſ. lib. 2. de ſen-
tent. diffinitiv. tit. 30. nu.* 322. quam-
vis ab eis provocatum quoque fuerit,
ex celebri *Vlpiani* reſponſo *in l. ſi in-
ſtituta 26. §. de in officioſo 2. D. de in
officioſo teſtamen.* temperatè putarunt,
*Bald. Paul. de Caſtr. Immol. Abb. Dec.
Borrell.* alijque à *Maſcardo* recenſiti
de probation. lib. 3. concluſ. 1302. nu.
6 3. & 4. ut propterea ad eas in dubio
confirmandas appellationis Iudices
proclives eſſe oportere dixerint *Ful-
goſ. conſil. 156. circ. finem verſic. ſe-
cundum Alciat. cit. praſumpt. 9. nu. 8.
Cæphal. conſil. 25. num. 52. vol. 1. Maſ-
card. cit. concluſ. 1302. ſub numer. 4.
Verall. deciſ. 132. nu. 1. par. 3. Doctor*
Marta *digeſt. noviſſ. tit. de ſentent.
diffinit. cap. 122. Spiegell. Syllog. quaſt.
verb. ſententia pagin.* 1185.

Verum etiam, quia adverſus firmiſſima
ibidem inſtituta principia nihil hucuſ-
que adverſarios reſpondiſſe obſerva-
mus, ac ineptè idcircò exiſtimaſse in-
ſignē judicati vim, fortunæ everti poſ-
ſe inconſtantia; quippe quod ampli-
ficatum dicterium illud, ut ſententiæ
7 caſus fortuiti dicantur, nequaquam
in rectè, juſtèque, ſed iniquè, atque
injuſtè pronunciatis ſibi vindicet locū
poſt *Bart. Decium, ac Angel. Dec. conſil.
7. num. 2. verſic. nobis*, ex *Cyn. Alex.
Abb. alijſque Sebaſtian. Medic. de for-
tuit, caſ. par. 2. quaſt. 12. num. 2.*

At quoniam ex dura hac contrariarum
oppoſitione ingenium, (ut dicebamus)
comprimere addecens fuit, novum fi-
ſco proindè, ex Patriæ quoque pote-
ſtatis fonte derivans, nec vulgare ge-
nus eruimus defenſionis; Ex eodem
8 etenim Patriæ, SVITATIS, jure, quod-
que SVAVITATIS, appellat Xto-
phar. Port. *in tit. Inſtit. de hared. qua-
lit. & differ. num. 6.* non modo agno-
vimus in filium ſuum, uti in Patris vi-
ta Dominum quodamodo cenſitum,
dominium cōtinuari, eumque ipſo ju-
re, ac ſtatim ejuſdem parentis hære-
dem effici, omni additionis, ſivè immi-
ſtionis ope poſthabita; quoniam (ul-
tra

tra in ſuperiori Diſſertatione annota-
ta,) ipſamet SVITAS pro aditione,
9 Immiſtioneque habetur, ut præſertim
Petro Surdo, & Stephano Gratiano ex-
pertiſſimis I. C. placuit, alteri. conſil.
458. num. 4. lib. 4. alteri diſcept. forenſ.
cap. 732. num. 52. tom. 4.
Sed paritèr obſeruare nunc libet, poſt
Patris fatum eumdem filium delatam
10 ſibi hæreditatem, nec dum aditam,
neque agnitam, ex eadem SVITATIS
potentia ad quoſcunque ſibi hæredes
etiam extraneos tranſmittere l. ſi quis
filiam 7. §. 1. & l. ventre 83. verſic.
ſed ſi vacuo de acquirend. hæredit. l.
qui duos 10. §. cũ in bello & §. ſi Lucius
fin. D. de rebus dubijs l. ſi fratris. 3. C.
de iur. deliber. l. apud hoſtes 8. C. de ſuis
& legit. cum alijs juribus à DD. Indu-
ctis Cyn. in d. l. 3. verſ. tamen ſuus hæ-
res C. de jur. deliber. Bart. ibid. in prin-
cip. & num. 2. Bald in ſummario, &
num. 4. verſ. ſuus hæres, quo loci hanc
opinionem omnes Italos teſtatur ſe-
ctatos, eſſeque eam veritatem ipſam,
Raphael. Cuman. num. 2. Alex. nu. 2.
in princip. Iaſon. in princip. & num. 2.
Dionifius Gothofred. ibid. lib. 6. Cod. tit.
3. in notis. l. 1. verbo, ſeù cum emanci-
patus, & Alexand. de Nevo in Syſtem.
num. 1. ac Antonius Perez ſub nu. 21.
verſ. amplius. Idem Bartol. in l. ſi In-
fanti num. 10. C. eod. tit. de jur. deliber.
his ingenuis uſus verbis omiſſis truffis
ego conſului infinitis vicibus, & in Ci-
vitate iſta ſic judicatur per omnes, & ſic
fuit collegialitèr in Collegio iſto deter-
minatum, quod hæreditas Patris non
adita indiſtinctè tranſmicttitur per fi-
11 lium in poteſtate. Comprobant hoc
idem, (ut in re tam gravi, & in qua
præſentis controverſiæ Cardo reſide-
re comperitur, & fiſco, & poſteritati
noſtro de ſtudio conſulamus,) Vgo
Donell. Comment. jur. lib. 7. cap. 4.
ſub verſ. quod ſi hæres Franciſcus Duar.
in tit. de acquirend. vel Omict. hæredit.
cap. 5. ſub verſ. ac inprimis, & verſ.
ego igitur. oper. tom. 1. Gregor. Lopes
in l. 2. num. 8. verſ. deſcendiſſe da la
linea derecha tit. 6. partit. 6. Emanuel
Coſta in repet. cap. ſi Pater par. 1. verbo
habens nu. 17. verſ. nam licet, & nu.
18. Angel. de Perigl. in tract. de ſuitat.
quæſt. 7. ſub nu. 8. tract. tom. 8. pagin.
140. Michael Graß. de ſucceſſ. lib. 2.
artic. trãſmiſſio quæſt. 23. & 24. Anton.
Gomez variar. reſol. cit. cap. 9. de tran-
ſmiſſ. num. 7. & 23. tom. 1. Card. Man-
tic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 5.
tit. 5. num. 14. Andr. Gaill. practic.
obſervat. lib. 2. obſerv. 31. num. 6. &
7. Petr. Gregor. Syntag. Iur. par. 3. lib.
42. cap. 13. num. 1. verſ. 1. in ſuitate
& lib. 46. cap. 2. num. 19. Tiraquel.
in tract. le mort. ſaiſit levit 2. par.
declar. 5. num. 22. Anton. Faber lib.
15. conjectur cap. 1. num. 1. & ſequ.
& de error. pragmat. tom. 2. decad. 34.
ſub num. 14. Vaſquius Menchac. de ſuc-
ceſſ. creat. lib. 3. §. 21. limit. 10. num.
266. & 268. verſ. ſed contrarium, Di-
dac. Spino in ſpecul. teſtament. gloſ. 33.
de adit. hæredit. num. 86. Cancer. var.
reſol. lib. 3. cap. 21. de tranſmiſſ. n. 4.
Aſcan. Clement. de patr. poteſt. effect.
13. nu. 3. cum ſequ. R. P. Ludovic. Molin.
de Iuſtit. & jur. tom. 4. tract. 2. diſput.
180. num. 2. & 3. D. Franc. de Barri
de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 12. de tran-
ſmiſſ. hæredit. num. 2. uſque ad num. 8.
Grat. diſcept. forenſ. cap. 732. num. 53.
Ariſmin. Tepat. var. ſentent. tit. 612.
de his, qui ante apert, tabul. tom. 2. pag.
1199. verbo filius in poteſtate Mart.
de ſucceſſ. legal. tom. 1. qu. 24. artic. 1.
ſub nu. 2. & n. 4. 5. 6. & 10. Rev. P. Tho-
mas Sanchez in præcept. decalog. tom. 1.
lib. 2. cap. 14. num. 49. Noalis de tran-
12 ſmiſſ. cap. 8. num. 7. cum ſequ. & num.
30. & 47. Dom. Conſil. D. Ferdinand.
Arias de Meſa. I. C. Ingenio, ac Do-
ctrina præclariſſimus, variar. reſolut.
lib. 3. cap. 4. nu. 14. & 16. Alex. conſil.
20. num. 1. & 2. lib. 1. & conſil. 86.
num. 3. vol. 3. Dec. conſ. 150. num. 1.
& ſequ. & conſ. 331. numer. 5. lib. 1.
Cephal. conſ. 54. num. 4. lib. 1. Menoch.
conſil. 1. nu. 491. lib. 1. Decian. conſ.
10. num. 30. lib. 5. Boniſac. Roger.
conſ. 47.

Digitized by Google

conſ.47. num. 17.vol. 1.Burſat.conſ. 61. num. 4. lib. 1.Dom.Reg. de Ponte conſ. 19. num. 43.lib.1.Dom. Conſil. Fabius de *Anna conſil. 1.num.5.& 6, vol. 1.Dom.Reg.Valenzuol. conſ. 17. num.22.& 23.conſil. 138.num.1.vol. 1. Dom.* Lalius *Altograd.conſ.*82. *nu.* 35. *& 36. & conſ.* 83. *num.* 2. *lib.*1. *Ozaſc.deciſ.*58, *num.*2.*Theſaur.deciſ.* 88. *num.* 1. *in fin.& nu.*2. *Surd.deciſ.* 138. *nu.*9.*ibique in addit.Dom.*Conſ. *Hodiern.num.*10.*cum ſequ.Muta deciſ. Sicil.*49. *num.* 23. *&* 27. *Dom. Epiſc. Ricc. Collect. deciſ.* 1095. *verſ. ſupradictum,& in addit. ad deciſ.Dom.Præſiden. de* Franch. 32. *verſ. ſecundo D.* I*oſeph Vela diſſertat.* 11. *n.* 27. *&* 28. *& n.* 58. *cum ſequ. Adamas Keller. de ſucceſſ. ab inteſtato tit.* 32. *numer.* 10. *David. Doring. in Bibliotec.*I. *C.verbo aditio num.*316. *& poſt Sabell. variar. reſol. cap.*89. *num.*48. *D. Ioſeph Altograd.de* communi,magiſque communi *controv. forenſ. controv.* 3. *n.*2.*&* 38.

Quodque adeò verum eſt, ipſo ſcilicet
jure,abſque alia immiſtione ex ſuita-
13 tis efficacia filium, invitum etiam, at-
que inſcium hæredem fieri, ut pater-
nam hæreditatem, quam ad quoſcun-
que hæredes (ut deſuper) defert, non
ut quærendam, ſed uti jam quæſitam
tranſmictere ex receptiori ſententia
dijudicetur, expendereque ad id no-
ſtri ſolent *tex. in l. de hæreditate* 19.
*D. de Caſtrenſ.pecul. l. ex militari,in
fin. cum duobus ll. ſequentibus D. de
milit.teſt.* ſed magis nobis arridet *tex.
in l.ſi infanti* 18. §. 1.*C. de jur. deli-
berand.* in illis verbis,*quaſi jam infanti
QVÆSITA capere,* firmantque *Socci-
nus ſenior conſ.* 153. *ſub nu.*18.*tom.*2.
*Raphael Cuman. conſ.*74.*ſub numer.*2.
*verſic. non palã,Duaren. in tit.de vulg.
cap.*10.*etiam tit. de acqrirend. hæred.
cap.* 5. *Oſuald. Illig. in notis ad Don-
nellum lib.*7.*cap.*4. *lit. E verſic. potiùs,
Surd. deciſ.* 138.*nu.* 18. *Anton.*Faber.
*de error.pragmat.lib.*2.*decad.*34.*error.*
10. *nu.* 14.Caſtill. *quotid. controv.lib.*
3.*cap.* 13.*num.*36. *verſic. ut vero Pe-
trus Gudel. de jure noviſ.lib.*2.*cap.*18.
*num.*8.*in fine Anton.*Perez *in prælect.
Codic. lib.* 6.*tit.* 30.*de jur.deliber.nu.*
21.*verſ. quia ex illis,*D. *Ioſeph Vela*
latiſſimè eam tutatus *cit. diſſert.* 11.
num. 36. *cum plur. ſequ, Dom. Conſil.*
Ferdinand. *Arias de Meſa var. reſol.d.
lib.* 3.*cap.*42. *num.* 15.*Blaſius Robles
Salzed. de repreſent. lib.*2.*cap.*2.*num.*
41. *Noalis de tranſmiſſ. cit. cap.*8. *ſub
num.* 21. *verſ. hinc orta,& numer.*22.
*circa finem verſ. ſed poteſt. & num.*39.
*verſ.minus obſtat. Dom.*Reg.*de Marin.*
in hac ſpecie *in obſervat.ad Dom.Reg.
Revert. deciſ.* 551. *num.* 3. *verſ. vel
ad hæredem lib.*2.

Atque ex eo paritèr etiã probatur, quo-
niam tranſmiſſarius neutiquam ad
14 tranſmiſſam hæreditatem tamquam
primi defuncti ſucceſſor, ſivè ex pro-
prio nomine; ſed ex tranſmictentis
perſona, ac uti ipſius hæres aſpirare
tantummodò poteſt, ex *gloſ.* Bart. *&
Alex. Carolus* Ruin. *conſ.* 22. *num.*16.
*lib.*3. Franciſc. *Niger Cyriac. controv.
forenſ. lib.* 4. *controv.* 615. *numer.* 9.
Dom. Reg. *Capyc. Latr.deciſ.* 1. *num.*
83. *lib.*1. unde ſolidum illud juris de-
ſcendit Axioma, tranſmiſſionis nem-
15 pè ex capite ſuccedentem, tranſmi-
ctentis hæredem eſſe prorſus oporte-
re, *d. l. ſi infanti* 18. §. 1. *C. de jur.
delib. & ex l. qui ſe Patris,* C. *unde li-
beri* notant, *Paulus de Caſtro in l. ſi
quis filium col.*3. *in prima oppoſit.C.de
Inoffic. teſt. & ibid. Iaſon. num.*3. *in
fin. verſ. ſexto limita,* Ripa *in l.hære-
des mei* §. *cum ita num.* 63.*D. ad ſen.
conſ. Trebell.ac ibid.Hieronym.Zauch.*
4.*par.nu.*108.*&* 109.*Aymon.Cravett.
in l. cum filio* 2.*par. num.* 340. *de leg.*
1. *idem Caſtrenſ. conſ.* 254. *numer.*1.
verſ. in punto vero lib. 1. *Bart. Soccin.
conſ.* 61. *num.* 13. *lib.* 1.*conſil.*67.*nu.*
14. *lib.*4. *Carolus Ruin. cit. conſ.* 22.
num. 16. *lib.*3. *Cardin.Pariſ. conſ.*32.
num. 2. *lib.*3. Peregr. *de fideicom.art.*
31. *nu.*12. *Phanut. de inventar.quæſt.*
243. *nu.* 70. *&* 87. *in fin. Ferdinand.
Vaſqu. de ſucceſſ. reſolut. lib.*2. §. 14.
nu. 22.

Digitized by Google

nu. 22. *tom.* 2. *Fuſar. de ſubſtit. quaſt.*
490. *num.* 74. *Cancer. variar. reſolut.*
par. 3. *cap.* 21. *nu.* 154. *& ſequ. Noal.*
d. tract. de tranſmiſſ. in praelud. nu. 4.
& ſequ. Dom. Creſp. de Valdaur. obſerv.
20 *num.* 99. *tom.* 1. cum in defuncti
16 tranſmictentis locum, gradumq; ſub-
rogetur. *Menoch. conſ.* 954. *incip. de-*
monſtraui numer. 15. *verſ. accedit Io:*
Anton. Bellon. de jur. accreſcend. cap. 7.
quaſt. 41. *num.* 8. *tom.* 2. ex *Soccin.*
Aretin. Angel. Surd. aliiſque Noalis cit.
17 *cap.* 8. *nu.* 179. ipſiuſque perſonam
penitùs repreſentet *ex gloſ. Bart. &*
Alex. cit. conſ. 22. *num.* 16. *lib.* 3. ex
alijs *Noalis de tranſmiſſ. d. cap.* 8. *num.*
134. ſequitur *Niger. Cyriac. cit. con-*
troverſ. 615. *num.* 9. *lib.* 4.

Vt hinc quæ tranſmictuntur haud in te-
18 ſtantis; ſed in tranſmictentis hæredi-
tate propriè eſſe dicantur, *ex l. fin. C.*
de hared. inſtit. gloſ. Bart. *& Alex.*
Ruin. cit. conſ. 22. *nu.* 16. *lib.* 3. *Hie-*
ronym. Zanch. in dict. §. *cum ita par.* 4.
num. 114. *& num.* 433. *verſ. hoc au-*
tem Surd. deciſ. 140. *nu.* 16. ex *Soccin.*
Riminald. Burſat. aliiſque Noalis. loc.
19 *prox. cit. num.* 3. ac uti tranſmicten-
tis bona, in illius inuentario à trãſmiſ-
ſario eſſe equidẽ deſcribenda ex *Bald.*
Hieronym. Zanch. locis cit. Noal. loc.
paritèr cit. num. 7. tranſmictentiſque
20 Creditoribus, ac legatarijs id circò ob-
noxia perbellè concludit ex *Torniell.*
& Zanch. Noalis idẽ locis alleg. n. 6. &
ſequitur, *Dom. Reg. de Marin. in obſerv.*
ad dict. deciſ. Dom. Reg. Revert. 551.
num. 3. *verſ. addit quod poſtquam.*

Quod ſi Ioſephus Battimello in Patris
repoſitus ſacris, uti ſuus ſtatim, ipſoq;
jure, & abſque ulla immiſtione illius
extitit hæres; & licet illicò is poſtmo-
dum objerit, hæreditatem etiam non
agnitam, tanquam quæſitam ad liti-
gantes ſorores ejus amitas tranſmiſit,
eæque uti ejuſdem ex fratre nepo-
tis hæredes ad ſucceſſionem admicti
tantummodo valent: nulli dubium pro
certo erit, ipſaſmet ſorores officium in
hæreditate contentum, non niſi ut
Ioſephi nepotis hæredes appetere
poſſe; de ſucceſſione etenim Antonij
earum fratris, Ioſephiq; parentis, agi
equidem in præſentiarum non poteſt;
Nam cum illius SVITATIS potentia,
(vt prædiximus) ſtatim hæres Ioſeph
21 filius fuerit effectus; nemo alius ejuſ-
dem de cætero hæres poterit exiſtere,
ut liquidè Cajus reſpondit *in l. ſi ei,*
qui ſolvendo 88. *D. de hared. inſtit.*
neque Antonij paritèr ampliùs nũcu-
pari valet hæreditas, adita enim, non
22 ampliùs defuncti, ſed adeuntis patri-
monium eſt, *l. ſi plures* 10. §. *filio D. de*
vulgar. & pupillar. l. 1. §. *veteres, &*
ibi gloſ. in verb. per vnum D. de acqui-
rend. poſſeſſ. §. 1. *in fin. Inſtitut. qui-*
bus ex cauſ. manumitt. non licet; Gu-
glielm. Benedict. in cap. Rainutius,
verb. mortuo itaque teſtatore par. 2. *n.*
81. *in fin. Craſſ. in* §. *hareditas quaſt.*
2. *num.* 20. *Brun. de Statut. exclud. fa-*
minar. artic. 8. *quaſt.* 18. *numer.* 76.
tractat. tom. 2. *pag.* 202. *Menoch. de*
arbitrar. Iudic. lib. 2. *caſ.* 256. *num.* 9.
centur. 3. *Andreas* Knichen *de veſtit.*
paction. par. 1. *cap* 5. *nu.* 114. *&* 115.
Gutierez in repetit. l. nemo poteſt nu.
76. *D. de legat.* 1. *poſt Canon. quaſt.*
pag. 18. *Eugen. conſil.* 88. *num.* 81.
vol. 1. *Dom.* Reg. *Valenzuol. conſil.*
138. *ſub num.* 10. *lib.* 2. *Giurba de*
ſucceſſ. feud. praelud. 4. *nu.* 44. *in fin.*
Acacius *Ripoll. variar. reſolut. cap.*
13. *numer.* 259. *Ioſeph Altograd. con-*
troverſ. forenſ. controv. 5. *numer.* 12.
ante hos *Dom. Praſid. de* Franch. *deciſ.*
92. *num.* 4. *deciſ.* 307. *nu.* 3. *& deciſ.*
696. *num.* 5. *in fin. Magon. deciſ.* Flo-
rent. 148. *num.* 12. *Rota Roman. deciſ.*
47. *num.* 4. *part.* 2. *diverſ.* & penès
Ludoviſ. deciſ. 219. *num.* 6. *& ibidem*
Beltramin. num. 8.

Vt belliſſimè his conducere videantur,
quæ in ea ſpecie à noſtris erudimur,
quà filia, quamvis paternis bonis am-
23 pliſſimè renunciaverit, ad illorum ta-
men admictitur ſucceſſionem; cum ſci-
licet poſt Patris obitum, bona ipſa ad
filium, Patris effectum hæredem per

vènerint; tunc etenim temporis, cum
non ampliùs defuncti Patris, ſed ade-
untis, ſivè immiſcentis filij bona eſſe
dicâtur, renunciatione prætermiſſa ad
renunciata bona, non ut paterna, ſed
ut fraterna, ex crebriori ſententia fi-
liam ipſam evocari, dixerunt egregiè
Bart. Angel. Alex. *Roman. Aretin. Phi-
lipp. Corn. Benedict. Capr.* alijque pæ-
nès *Decium conſil.* 433. *viſa copia nu.*
3. *& ſequ. lib.* 2. & ſequuntur *Cæ-
ſar. Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ.*
178. *num.* 3. *&* 4. Albert. *Brun. de
ſtat. loc. prox. cit. numer.* 74 *& ſequ.
Capella Tholaſana deciſ.* 458. *Guid.
Pape deciſ.* 231. ibique *noviſſimi ad-
dentes Marc.* Anton. *Eug. conſil.* 88. *nu.*
80. *lib.* 1. *Robert. Maranta conſil.* 43.
& propriè num. 3. *&* 4. probatque in
ſpecie *Dom. Reg. de Marin. in obſerv.
ad cit. deciſ. Dom. Reg. Revert.* 551.
ſub num. 3.

Idque (ad rem) partes ſibi obtinet, & ſi
filia ad fraternam poſtmodum hære-
ditatem, ex tranſmiſſionis quoque jure
24 aſpiraverit, nec de ipſius fratris adi-
tione, immiſtionevè conſtiterit; forſi-
tan quia minimo temporis momento
Patri ſupervixerit, ut in ſpecie, & diſ-
ſertè quidem firmaſſe ex quam pluri-
25 bus nuperrimè reperimus *Vincentium
Mariã Perrone* inter jure Conſultos a
Domino Regente de Mrinis recen-
ſitos, *lib.* 3. *reſolut. jur. alleg.* 118. *ferè
per tot. & propriè num.* 14. *& ſequ.*

Vt proindè ſi ſorores de Battimello offi-
cium non uti Antonij fratris, ſed ut Io-
ſephi nepotis hæredes tranſmiſſionis
jure, (ſi alterata forſan ipſius muneris
natura, perpetuæ conceſſionis forma
inſignitum foret,) poſtulate tantum-
modo queirent; in hac igitur ſpecie,
qua in ſui recta ratione officiũ per-
manens, ad unius ſolummodo hære-
dis vitam prorogatum fuit: & perſo-
naliſſimũ id, (ut pluries explicuimus)
eſt cenſendũ, ac ut ſuaptè eius quoque
natura primi cõceſſionarij morte ter-
minetur; atq; ideo, & cum ipſius Io-
ſephi primi hæredis deceſſu extinctũ
remanſiſſe, & in ejuſdem vita amplia-
tionem integrè fuiſſe expletũm, firmi-
tèr erit, intrepideq; concludendum.

Diximus ſanè firmitèr, ac intrepidè; nam
cuncta, quæ deſuper nos alacri ſtudio
diſſervimus, non modo judicata, ve-
rum etiam, & mirificè, ac ſpeciatim
ſancita conſpiciuntur in ſæpiùs lauda-
26 ta, *l. ſi fratris* 3. *C. de jur. deliberand.*
ubi non ſolum palam fit, (quidquid
alitèr in emancipato filio in ſecunda
ejuſdem ſanctionis parte diſpoſitum
fuit) filium SVVM ſtatim, ipſoque jure,
Patris hæredem fieri; ſed paternam
quoque hæreditatem ab ipſo, quam-
vis illicò perempto, ad patrui etiam
excluſionem ejus hæredibus tranſmi-
ctere; neque ex eo id immutari, quod
continuò poſt paternum deceſſerit fu-
27 nus; namque, (præter in ſuperiori Diſ-
ſertatione allegata,) ſat eſſe cenſitum
fuit, quod temporis momento deſun-
cto Patri ſuperſtes fuerit, ut accuratè
monuit, *Emanuel Coſta in repetit. l. qui
duos §. cum in bello verb. bona vindi-
care num.* 3. *verſic. non eſt igitur.*

Et probaverat inſignitèr *Decius* in ea
ſpecie verba faciens, qua filius cæſo
matris ventre vivus fuit extractus, li-
cet brevi temporis ſpatio etiam voce
non omiſſa obijſſet, *conſil.* 623. *num.* 1.
& ſequ. lib. 2. confirmatque *Perronius
dict. allegat.* 118. *numer.* 15. Verba *at
citatæ legis* 3. ad rem de qua agimus
aureo profectò ſignanda lapillo, hæc
ſunt SI FRATRIS TVI FILIVS
MORTIS TEMPORE IN PATRIS
SVI FVIT POTESTATE, SIVE
EX ASSE HÆRES INSTITVTVS
EST, ETIAM CLAVSIS TABV-
LIS, HÆRES POTVIT EXISTERE,
SIVE EX PARTE, NIHILOMI-
NVS STATIM SVVS EI HÆRES
EXTITIT, NEC EA PROPTER,
QVOD INTRA PAVCOS DIES
MORTIS PATRIS SVI CONCES-
SIT IN FATVM, TV AD EIVS-
DEM FRATRIS TVI POTES AC-
CEDERE SVCCESSIONEM.

His autem nouiſſima, quæ circumfertur
effice-

Digitized by Google

officere nequibit oppoſitio; vigere ſcilicet ſuperiùs diſserta in ſucceſſionibus ex teſtamento delatis, pro ut præcedentis Dominici Cæſarei ſpecies fuit, & in expenſa Conſtitutione, *cit. l. ſi fratris 3. C. de jur. deliberand.* Gor-
28 dianus reſcripſit; ſecùs in ſucceſſione ab inteſtato, pro ut in hac cauſa verſamur, Argumento Theodoſianæ Sanctionis, de qua in *l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas*, quæ transmiſſionẽ, ante etiam apertas tabulas ſanguinis jure filijs ad deſcendentium præbuit favorem; quod tamen ijſdem ab inteſtato vetitum, non nulli ex eruditioribus tradidere, *Antonius* videlicet *Faber de error. pragm. tom. 2. cit. decad. 34. error. 10. per tot. Hubert. Ciphan. in ead. lit. I. C. de his qui ante apertas tabulas col. mihi 4. verſic. quaritur ante hac lex Cujac. in paratlit. C. eod. tit. de his qui ante apert. tabul. Bolognet ibidem num. 32. Anton.* Piechard. *in tit. de vulgar. ſubſtit. num. 38. in princip.* ſequũtur *Robles de repreſentat. lib. 2. cap. 2. nu. 39. & lib. 3. cap. 7. nu. 39.* & eruditus I.C. *Decher. Diſſertat. jur. lib. 2. Diſſert. 9. nu. 10.*

Licet enim dubitatio hæc, natura tantum Duce, diſsolui poſset juxta illud *Iuvenali Satyr. 14.*

Nunquam aliud natura, aliud Sapientia dicet.

Non enim diſpar dignoſci poteſt ratio, cur SVITATIS potentia, quæ ex teſtamento tam fortiter urget, ab inteſtato paritèr vigere non debeat; ut propterea par quoque juris debeat
29 eſse diſpoſitio vulgatis legibus *illud 32. D. ad leg.* Aquil. *ſi poſtulalaverit 27. §. 2. D. ad l. Iuliam. de adult.*
30 *cum ſimilib.* quodque comprehenſivè ut dicimus, non autem extenſivè effici, *ex l. item veniunt 22. §. ait Senatus D. de petit. hared. l. his ſolis 7. verſ. ſatis etiam C. de revocand. don. Surd. decis. 276. nu. 8. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 918. nu. 66. vol. 5. Giurb. ad conſuet.* Meſſanenſ. *cap. 6. gloſ. 1. num. 13. & cap. 9. gloſ. 8. num. 3.* à juris profectò principijs abhorrer, ut
31 vna, eademque ſuitatis cauſa diverſos ſibi, ac ipſamet quoque præexiſtente ratione, effectus gignere videatur, *ad tex. in l. quod labeo 13. ibique Bart. D. de compenſat. l. qui hominem 34. §. fin. D. de ſolut. l. meminerint 6. C. unde vi*, cum cæteris congeſtis *à Cardinal. Tuſch pract. concluſ. tom. 3. lit. E. concl. 54. num. 1. & Epiſcop. Vngentin. Barboſ. de* Axiom. *jur.* Axiom. *80. n. 6.*

Sed nè vulgaribus uti, & certiſſimã hanc juris veritatem mẽdicare quodadmodo videamur, in utroque capite apertiſsima jura id idem ab inteſtato diſponentia liceat afferre: pro prima igitur
32 parte, ut SVVS videlicet ſtatim hæres tam ex teſtamento, quam ab inteſtato velit, nolit, hæres efficiatur tex. præcipuus eſt, *in l. 1. §. qui ſunt in poteſtate D. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* ibi, *qui sũt in poteſtate ſtatim haredes ſunt, ſeù* AB INTESTATO, *ſeù ex teſtamento, nec quod ſe abſtinere, poſſunt quidquam facit*, ſanxijtque enixiùs *Iuſtinian. in §. neceſſarij Inſtit de hared. qualit. & differ.* ibi *neceſſarij verò ideò dicuntur, quia omninò, ſivè velint, ſivè nolint tam* ABINTESTATO, *quàm ex teſtamẽto, & lege duodecim tabularũ haredes fiunt*; probantque *Alex. cit. conſ. 20. num. 4. & ſequ. lib. 1.* Raphael *Cuman. d. conſ. 73. ſub nu. 2. Anton. Gomez var. reſol. cit. cap. 9. de traſmiſſ. n. 19. verſ. Octano infero lib. 1. Emanuel Coſta in repet. l. qui duos §. cum in bello cit. verſ. bona vendicaret nu. 3. verſ. nõ eſt igitur* Ant. Faber *in ſuo* Cod. *lib. 6. tit. 12. de abſtinend. vel repud. hæredit. Diffinit. 3. Io. Harprect. in Comment. ſuper Inſtit. tom. 1. par. 1. diſp. 26. aſſert. 1. in §. ſui autem verſ. neceſſarij de hared. qualit. & differ. Iacob Schult. in addit. ad Modeſtin. piſtor. quaſt. juris par. 4. quaſt. 131. nu. 68. & 69. Cancer. var. reſol. lib. 3. cit. cap. 21. de tranſmiſſ. num. 4. D.* Ioſeph *Vela alleg. Diſsert. 11. num. 27. Dom. Reg. de Marin. in d. obſerv. ad deciſ. Dom. Reg. Revert. 551. ſub numer. 3.*

verſ. ſivè ad proximiorem.
Pro TRANSMISSIONE paritèr, ut ex
33 ea nempè filiùs, ob ipsãmet SVITA-
TIS virtutèm, ab inteſtato etiam ſibi
delatam hæreditatem ad quoſcunque
tranſmictat hæredes, *Diocletiani, Ma-
ximianique*, Cæſarum clariſſima extat
Sanctio, *in l. apud hoſtes 8. C. de ſuis, &
legit.* ubi filia defuncti apud hoſtes
genitoris, ſicque ab inteſtato ſibi de-
latam hæreditatem, ignorans quoque
ad ejus genitricem, uti legitimum hæ-
redem tranſmictere comperitur, ibi
*apud hoſtes patre defuncto filia commu-
nis vobis, quo caſu mortis ſcientia non
poſtulatur hæres extitit SVA, & ad te
TRANSMISIT ſucceſſionem*; Nec quid-
34 quam ibi maternum favorem inter-
ceſsiſſe, ſed SVITATIS tantummodo
potentiam id effeciſse egregiè poſt
*Bart. Cyn. Iacob. Butrig. Iacob de Ra-
venn. Iacob de Arctin. Bald. Alberic.
Alex.* cæteroſque de communi teſta-
tur. *Anton. Gomez d. cap. 9. de tranſ-
miſſ. ſub nu. 19. cit. verſ. octavo in-
fero*, firmatque *D. Ioſeph Vela cit. Diſ-
ſert. 11. nu. 27.* & noviſsimè *Vuilhelm.
Ludovell. in tract. de ultim. volunt.
in commentar. ad lib. 6. Cod. tit. 54. de
ſuis, & legitim. ſuper hac eadem l. apud
hoſtes verſ. ſui igitur.*
Vt Argumentum propterea quod ex
Theodoſiana Conſtitutione, *l. prima
C. de his, qui ante apertas tabulas*, ſu-
ſcipitur, jam everſum juris auctoritate
dignoſcatur; quod ratione paritèr, ac
triplicitèr dilui quoque poſse puta-
mus, & primum, quoniam multum eſt
35 diſcriminis inter tranſmiſſionem ſui-
tatis potentia impertitã, de qua noſter
eſt ſermo, & eam quæ in *cit. l. 1. C.
de his, qui ante apert. tabul.* indulge-
tur; cum prior ſolum SVIS competat,
hæc verò ſanguinis ratione emancipa-
cipatis etiam liberis, ob ſuitatis præ-
ſertim defectum, ſumma juris æquita-
te tribuitur, ut poſt antiquiores in ci-
tatis juribus obſervari poterit apud,
*Angel, de Perigl. Franc. Duaren. Me-
noch. Didac. Spin. Vaſqu. Michael Craſſ.
Anton. Gomez Caſtill.* Ioſeph Vela, cæ-
teroſque *loc. ſup. cit.* & præcipuè *Ni-
colaum Noalem de tranſmiſſ. d. cap. 8. n.
92. & ſequ. & nu. 102. cum ſequ.*
Rurſus ob SVITATIS potentiã filios in
poteſtate exiſtentes non aditam hæ-
36 reditatem, non modo ad eorum de-
ſcendentes; verũ etiam ad ẽxtraneos
quoſcunque tranſmictere, ex recep-
tiſsima annotavimus ſententia *nu. 10.*
quidquid contra ſenſerit, *Cujac. tract.
4. ad African. in explicat. l. ſi filius
16. D. de liber. & poſthum. lit.* B. *C. &
D. oper. to. 2. pag. 1916.* quem juſtè
cæteri improbant, ac præſertim *Illi-
ger. & Ludovell. mox citandi*, quod
tamen ex beneficio cit. Theodoſianæ
Conſtitutionis minimè permictitur;
cum, & ſi ſanguinis jure, etiam ante
apertas tabulas liberi non aditã tranſ-
37 mictant hæreditatem, id reſpectu eo-
rum deſcendentium, non autem ex-
traneorum, & ibidem diſpoſitum ob-
ſervatur, & communi calculo recep-
tum inquiunt, *Antonius Gomeſius* in-
numeros ex ſenioribus ſequutus, *var.
reſol. lib. 1. cit. cap. 9. num. 24. verſ.
& in expreſſo, & numer. 41. Stephan.
Forcatul. in Nechomant. juris dialog.
88. num. 4. & 5. Theodor. Piſo variar.
reſolut. lib. 6. cap. 2. num. 4. & ſequ.
Noalis de tranſmiſs. d. cap. 8. num. 87.
& 97. Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap.
21. de tranſmiſs. num. 6. Illiger. ad
Donell. lib. 7. cap. 4. in notis lit. E.
verſic. quod intellige, Vuilhelm. Ludo-
vell. in cit. l. apud hoſtes lib. 6. Cod. tit.
54. de ſuis, & legitim. verſic. ſui igitur*,
cæteros congerunt *Vela cit. Diſsert.
11. num. 81. Ayllon ad Gomeſ. cit. cap.
9. num. 24. & 37.* quamvis etenim,
38 nec vulgares quoq; juris peritos præ-
tereat, Iuſtinianeo jure ſuitatis, atque
emancipationis differentiam ſublatam
eſse, *§. ſi verò verſic. neq; nullã Auth ẽt.
de hæredibus ab inteſtato venient. No-
vell. 118. l. meminimus 15. §. cum
igitur* C. *de legitim. hæredib.* id tamen,
quo ad ſucceſsionem intelligi opor-
tet, ut emancipati æquè, ac ſui jure ci-
vili

vili ad hæreditatem admictantur, non
verò quo ad ſuccedendi modum, hæ-
reditatemque tranſmictendi facul ta-
tem; Nam in ſui primevo robore SVI-
TATIS, atque emancipationis jura in
39 hoc permanſere; ita ut SVI hæredi-
tatem etiam non aditam morientes ad
quoſcunque tranſmictant; emancipati
verò non alitèr, quam ſi vel eam adi-
verint, vel ſanguinis jure ad ſuos
tantummodò transferant deſcenden-
tes *Antonius Gomez cit. cap. 9. nu. 24.*
Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 7.
num. 6. tom. 2. Noal. cap. 8. num. 88.
Adamus Keller. de ſucceſſ. ab inteſtato
tit. 32. num. 10. & poſt *Conrad. Rit-*
terſ. ad Nov. par. 7. cap. 4. in fin.
Vuilhelm. Ludvvell. ad cit. l. apud ho-
ſtes 8. lib. 6. C. de ſuis, & legitimis
in fin.

Vt ex his innoteſcat, quod quamvis, tum
noſtra Gordiani Conſtitutio legis 3.
C. *de jur. deliberand.* quam Theodoſij
in *l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul.* de
filijs, liberiſvè diſpoſuerint: quo ad
cæteras tranſmictendi qualitates val-
dè inter ſe differant; atque ideò ſi ex
teſtamento tantum, non ab inteſtato
Theodoſij ſanctio vigeret, nequaquã
Gordianæ ſanctioni indiſcriminatim
reſcriptæ equidem obeſſet; cum com-
pertiſſimi juris ſit, ex diverſis vetitam
non fieri illationem, *ad text. in l. Pa-*
40 *pinianus exuli 21. D. de minor. cum*
concordant à Simone Vaaz relatis *prin-*
cip. & loc. commun. lit. I. num. 6.

Poſtremo reſpondetur *Antonium* Fabrũ,
ſalva tanti conſulti pace, ejuſque per
41 paucos aſſeclas, non verò pragmati-
cos, (inter quos Faber ipſe juris pru-
dentiæ lumina connumerat,) aber-
raſſe, cum Theodoſij ſanctionem *d. l.*
1. *de C. de his qui ante apert. tabul.*
contra communem præceptorum ſen-
ſum, ut ipſemet *Faber.* fatetur *citata*
decad. 34. tom. 2. de error. pragma-
ticor. error. 10. in princip. ab inteſtato
minimè inquiant admictendam; nam
quidquid ex Conſtitutionis littera ar-
guatur, contrarium tamen, ex illius
colligitur ſenſu, quique ſemper ſpe-
42 ctandus eſt, juxtà Apoſtoli monitum
ad Corint. lib. 2. cap. 3. lit. B. *litera*
enim occidit, ſpiritus autem vivificat,
quodque juris prudentiam maximo-
pere delectat; licet enim verbum, *ex*
43 *legibus* (Vlpianus inquiebat) *ſic ac-*
cipiendum eſt, tam ex legum ſententia,
quam ex verbis l. nominis 6. verſic.
verbum D. de verbor. ſignificat. Atta-
44 men *Celſus lib. 27. Digeſtorum* digna
ea protulit verba, *ſcire leges non eſt*
earum verba tenere, ſed vim, ac pote-
ſtatem, ut in *l. ſcire 17. D. de legibus,*
45 cum etenim non alitèr diſponens ſen-
ſiſſe comperitur, etiam à verborum ſi-
46 gnificatione recedendum *Marcellus*
explicuit, *in l. non alitèr 69. D. de le-*
gat. 3. benignius namque leges in-
terpetrandæ ſunt, *quo voluntas earum*
conſervatur Celſus idem ſubdit *loc.*
cit. ut *in l. benignius 18. D. de legibus*
47 *NAM vocis miniſterio utimur.* Cæte-
rum nemo exiſtimandus eſt dixiſſe,
quod non mente cogitaverit, Celſus
met ipſe amplificat, *in l. labeo 7. §.*
id Tubero, D. de ſuppellet. legat.
48 quoniã *REBVS*, non *VERBIS* fuiſſe le-
ges impoſitas, ſæpè Iuſtinianus re-
ſcripſit, *in l. fin. C. de vſur. & l. õne ver-*
bum 2. in fin. C. *commun. de legat.*

Hinc noſtri in iſthæc juris ivere adagia;
COR nempè LINGVÆ Imperato-
49 rem eſſe, eamque ſub ſua ditione, ut
mancipium habere *Bald. in cap. man-*
datum ſub num. 1. verſic. item alia de
reſpript. Roland. à Valle conſil. 99. nu.
50. *lib. 4. MENTEM, VERBORVM*
50 radicem eſſe, ac ſubſtantiam primam,
Bald. ipſe loc. cit. Roland. à Valle eod.
conſil. 99. num. 49, legis ſenſum, men-
temque ANIMAM, verba CORPVS
51 dijudicanda, *Decian. conſil. 13. nu. 13.*
in fin. & 14. lib. 1. Tiraquell. in re-
petit. l. ſi unquam. verſ. libertis nu. 48.
C. *de revocand. donat. Gratian. diſcept.*
forenſ. cap. 755. nu. 23. lib. 4. Magon.
deciſ. florent. 4 nu. 17. & 18. Gonzalez
52 *ad regul.* 8. *Cancell. 48. nu. 56.* MEN-
TEMQVE denique ipſam rei magis
enu-

Digitized by Google

enucleationem, quam extentionem præferre, *gloſſ. in l. Caſar.* 15. *D. de publican. & vectigal. Tiraquell. de retract. Lignagier.* §. 20. *gloſ.* 1. *num.* 3. *Intrigliol. ſingular. lib.* 1. *ſingular.* 332. *num.* 3. *Dom. Praſes Amat. conſil.* 1. *num.* 121. cætera, nec abſimilia congerunt, *Cardinal Tuſch. practic. concluſ. lit. V. concluſ.* 93. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 75. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 22. *nu.* 1. & 2. *Maſcard. de probation. concluſ.* 1415. *num.* 24. *cum ſequ. Tiraquell. in cit. l. ſi unquam verb. libertis num.* 47. *Peregrin. de fidei commiſſ. artic.* 11. *num.* 1. *cum ſequ. Cardinal Mantic. de Conjectur. ultimar. voluntat. lib* 3. *tit.* 3. *num.* 9. & *tit.* 4. *Simon de Petris de interpetrat. ultim. volunt. lib.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 1. *numer.* 215. & 280. *Gonzales loc. cit. n.* 55. *Caſtill. contr. juris lib.* 5. *par.* 1. *cap.* 107. *num.* 2. *Guilelm. Anthon. de freundeberg. de reſcript. morator. concluſ.* 63. *num.* 38. & 39. & *n.* 65. *cum ſequ. Dom. Conſil. Carleval. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 35. *nu.* 45. & quæ nos retulimus pro *Ioſepho, & Claudia Balſano*, ut apud *Thorum in ſupplem. compend. deciſ. Regn. in verb. ſubſtitutio facta a patre pagin.* 616. & 617. quæque cuncta his verbis amplexũ *Ciceronem* oſtẽdimus in oratione pro Cecinna, *non*
53 *ex VERBIS pendere debet jus, ſed VERBA ſervire debent hominum conſilijs, VOLVNTAS enim prædominari debet, quaſi tacitis nobis intelligi poſſet verbis, non uteremur; ſed quia id fieri non poteſt, VERBA reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent VOLVNTATEM*; quodque *Quintilianus* perpaucisſimis his expreſſit,
54 *CVRAM ERGO VERBORVM; RERVM VOLO* ESSE *SOLLICITVDINEM*; eumque ſequitur, exornatque
55 præclariſſimæ eruditionis Præſul *D. Octavius Boldonius in epigraphica, ſivè elogic. inſcript. lib.* 6. *monit.* 3. *pag.* 358.
56 Quà de re in ſpecie ex rationis uni-

rate, ſenſuſque vi *in eadem l.* 1. *C. de his, qui ante apert. tabul.* Conſtitutione inſitis, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato illius diſpoſitionem ex receptiori ſententent ia vigere edocuerunt.

Gloſ. in cit. l. 1. *C. de his, qui ante apert. tabul. in verbo in liberos in fin.*
Io: Butrig. ibidem circ. fin. verſ. item quæro
Odofred. tom. 3. *verſic. ſed nos.*
Petr. de bel. pert. ſub verſic. ſed numquid,
Cyn. num. 7.
Bart. *num.* 3. ubi id omnes tenere inquit
Salicet. ſub num. 3. *verſic. quæro quarto.*
Raphael Fulgoſ. ſub num. 4. *verſic. veruntamen*
Alex. in l. emancipata, ſub num. 5. *verſic. facit, quod notat gloſ.* C. *qui admitti.*
Iaſon in eadem l. ſi emancipata ſub n. 18.
Aleiat. in l. ventre num. 36. *D. de acquirend. hæredit.*
Franciſcus Duarenus in cit. tit. de acquirend. hæredit. verb. ſextus caſus, verſ. quæri ſolet.
Guglielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, verb. mortuo itaque teſtatore* 2. *par. num.* 158. *verſic. & ita loquitur de teſtamentis.*
Barthol. *Soccin. conſil.* 67. *num.* 3. *vol.* 4.
Anton. Corſetus *in ſuis ſingularibus ſingul.* 142. *alias* 106. *verbo ingratitudo circa finem verſ. & ad hoc.*
Rev. P. Ludovic. Molin. de Iuſt. & Iur. tom. 1. *tract.* 2. *diſp.* 180. *numer.* 17. *verſ. quamvis autem* ubi communem DD. hanc ait eſſe ſententiam.
Vaſquius Mechacẽs de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 6. *num.* 41. *tom.* 2.
Anton. Gomez de Tranſmiſſ. cit. cap. 9. *num.* 41. *in princip.*
Didac. Spina de teſtam. gloſ. 33. *princip. num.* 101.
Petrus Barboſ. *gloſ.* anteſignanam approbans *in l. ſi conſtante* 25. *in princip. n.* 104. *verſ. & facit.*
Cavallos *Com. contr. communes quæſt.* 206 *num.* 3.
Franciſcus *Anton.* Bellon. *de jur. accreſcen. cap.* 7. *quæſt.* 41. *num.* 42. *lib.* 2. ubi etiam de communi teſtatur.

Camil-

Camillus Gallitius de verbor. ſignific. lib. 7. cap. 3. num. 6.
D. Franciſcus de Barris de ſucceſſ. ab inteſtato lib. 2. tit. 12. de tranſmiſſ. num. 11.
Franciſcus Caldas pereyra in rubric. Inſtit. de inoffic. teſt. num. 81.
Iacobus Schultes in addit. ad Modeſt. piſt. lib. 4. quæſt. jur. quæſt. 131. nu. 135.
D. Ioſeph Vela latè receptiſſimam hanc defendens ſententiam *cit. diſſert. 11. num. 88. cum pluribus ſequ.*
Adverſo igitur Argumento undique exoluto, integra à nobis diſſerta manet propoſitio, ſorores hàs ſcilicet de Battimello non niſi uti Ioſephi noviſſimè vita functi hæredes, tranſmiſſioniſque virtute ad illius hæreditatem admicti poſſe; cumque officium in ea comprehenſum, ex perſonali eidem inſita natura, nec ad hæredes tranſmiſſile, in ipſiuſmet Ioſephi hæredis perſona, & ortũ habuerit, & licet quã breviſſimè occaſum: earundem id circo ſororum præces juſtiſſimè petimus rejiciendas. VII. Idus Aprilis, M. DC. LVII.

*R*e ſolemnitèr denuò diſcuſſa, juxta deſuper elaborata fuit fiſco diffinitio confirmata; quemadmodum hujuſmet cauſæ non imme-
57 mor præmonuit, Typiſque ante nos demandavit *Dom. Reg. de Marin. in obſerv. ad cit. deciſ. Dom. Reg. Revert. 551. nu. 3. circ. fin.*

Propria verò iſtiuſmodi ſunt decreti verba.

Die *2. Maij 1657. Neapoli.*

Super devolutione officij Regij Campionis Regiæ Siclæ, ponderum, & menſurarum, & Regiæ Siclæ monetarum ad beneficium Regij Fiſci, ob mortem Antonij Battimello, prout in actis.
Viſis actis per Dominum militem V. I. D. *Io. Dominicum Aſtutum Regiæ Cameræ Summariæ Preſidentem, & Commiſſarium, factaq per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram ſpectabile Domino locumtenente, aliiſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito* Domino *Fiſci Patrono fuit per Cameram ipſam Conſ. proviſum, & decretum, prout in præſenti Decreto decernitur, & providetur, benè fuiſſe proviſum per Regiam Cameram ſub die 6. Februarij 1657. hoc ſuum.*

Hoc deinceps jure in cæteris cauſis uſi ſumus, ſed potiſsimum in ea magnificæ Antoniæ Magdalena, cujus pater Franc. Antonius (regijs poſtmodũ à ratiocinijs) cũ ab Sereniſsimo noſtro Rege officiorum actorum Regij Navalis, ac literarum Curiæ prorogationem pro duobus gradatim hæredibus, ſivè ut vulgo dicimus, pro duabus ſucceſsivè vitis obtinuiſſet, & miſerri-

mo

mo quoque peſtilentiæ occubuiſſet tempore, atque Antonia ejus ſuperſtes filia, hæreſque ampliationis exequutionem pro prima ſolummodò vita, in ipſius perſonam poſtulaſſet, ac ut fœminæ licuiſſet ſibi per ſuſtitutum paritèr exercere; vtrique preci oppugnationem nos fecimus; primæ ſcilicet, quia cum poſt fatum Franciſci Antonij Patris ſuperſtes quoque fuerit Fabritius filius, quamvis continuò ex eadē lue perierit; ex ſuperiùs SVITATIS, TRANSMISSIONISQVE jactis, probatiſque à Senatu principijs, primam ampliationem, ſeù primæ vitæ conceſsionem in ipſius Fabritij filij perſonam, de illius licet immiſtione nil appareret, expletam fuiſſe, ac morte extinctam, judicandum juſtetimus; ſicuti ſolemni ſanè decreto VI. Kalendas Septembris ejuſdem anni M. DC. LVII. pronunciatum fuit; cū dempta primi hæredis vita, alterius, ſivè unius dumtaxat vitæ beneficium fuerit Antoniæ impertitum. Quemadmodum ſecundæ oppoſitioni ex deductis *in IV. Diſſertatione* ſimilitèr fuit delatum; cum à petito per ſuſtitutum exercendi jure, Antoniam Senatus penitùs cenſuerit arcendam; Adeout, & ſuſtituendi facultatem ſueto in fiſcum ſoluto compendio, ab tunc Regni Prorege concedendi poteſtate pollente, petere coacta fuerit, prout obtinuit; ac pro alio poſt ſe ſucceſsorem relinquendo, ampliationem inſimul impetrare neceſsum habuerit, ut ex eiſdem infrà deſignandis actis lubet obſervare.

Decreti porrò verba curavimus referre, cum ex eo, quæ à quarta ad præſentem, uſque *VIII.* Diſſertationem ſunt exarata, maximopere illuſtrentur.

Die 27. Auguſti 1657. Neap.

Super inteſtatione officij Actuariatus Regij Arſenalis, & literarum, & mandatorum Curiæ in perſonam Antoniæ Magdalenæ pro una vita tantum, vigore ampliationis cōceſſæ per ſuam Majeſtatē quondam Rationali Franciſco Antonio Magdalenæ eius Patri poſſeſſori dicti officij, ut in actis.

Viſis actis, ac Reali privilegio ſuæ Majeſtatis per Dominum Militē V.I.D. Io. Dominicum *Aſtutum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram Spectabile Domino Locum Tenente, alijſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam Conſ. proviſum, & decretum, pro ut præſenti decreto decernitur, & providetur, quod inteſtentur officia Actuariatus Regij Arſenalis, & literarum, &* man-

mandatorum Curia in perſonam Antonia Magdalena pro vna vita tantum, vigore ampliationis obtenta à Sua Catholica Majeſtate per quondā Rationalē Franciſcū Antoniū Magdalenam; & pro facultate ſubſtituēdi adeat Suā Excellentiā, juxta inſtātiā Regij Fiſci, & interim exerceantur officia prædicta per Hieronymum Salvio, cum aſsiſtentia Salvatoris de Martino, hoc ſuum.

Idem Franciſcus Antonius Pepe Actuarius.

S V M M AE.

1 *Stratagemata ſunt ſæpiſſimè militibus in uſu.*
2 . . . *Romanis ut, & pleriſque nationibus uſurpata.*
3 *D. Simon Majolus commendatur;*
4 *Stratagemata jure non improbantur.*
5 . . . *dummodò, nec inſidiosè, nec contrà promiſſam fidem, adhibeantur.*
6 *Advocati, juſta tamen in cauſa, adverſaſque ad removendas calumnias, ſtratagemate uti valent.*
7 *D. Nicolaus Rodriquez* Fermoſinus *celebratur.*
8 *Militia armata, togataque inter ſeſe æquantur.*
9 *Belli Duces prudentes addecet eſſe.*
10 *Advocatos, etiam juſta in cauſa, futilia allegare poſſe, eo quod Iudices ex ijs aliquando moveantur, non ſemper admictendum.*
11 . . . *præſertim coràm Senatoribus, ſapientia pollentibus.*
12 *Domini Præſidentes Regiæ Cameræ, doctiſſimi ſemper, ac præclariſſimi I.C. fuere.*
13 . . . *etiam, ex Serenimi Ferdinandi primi Regis teſtimonio.*
13 *Dom.* Comes *Montis Regij Regni Prorex commendatur.*
15 *Extraneus in jure quiſque dicitur, præterquam filius in patris exiſtens poteſtate.*
16 . . . *ſine aditione, hæreditatem quærere nequit.*
17 . . . *neque ante aditam hæreditatem, hæres valet nominari.*
18 *Aditio, non inſtitutio facit hæredes.*
19 . . . *ſpecies dicitur obligationis.*
20 . . . *ex quaſi contractu ortum habentis.*
21 . . . *plenè probari debet.*
22 . . . *Hæreditariorum bonorum dominium, in hæredem transfert.*
23 . . *etiam, ſine aliquo traditionis actu.*
24 *Doctor Iulius Caponus commendatur.*
25 *Extranei hæreditatem non aditam, ad eorum hæredes minimè tranſmittunt.*
26 *Dom. Reg. de Marin. doctrina adverſus fiſcū in hac cauſa expenditur, ſed ex jure, factoque reſoluitur.*
27 *filius maſculus, prout in feudis, in officiorum quoque ſucceſſione fœminæ in Regno præfertur.*
28 *Præambuli decretum, pro legitimanda, ſeù hæredis perſona declaranda, à M.C.V. interponitur.*
29 . . . *ac multoties, partis contradictione ceſſante, abſq; illius citatione.*
30 . . . *ſecus in præſentiarū, cum in conjunctorum hæreditatibus, etiam collateralium primi gradus, prævia per edictum citatione conficiatur.*
31 . . . *nec judicium proindè, neque litis pendentiam importat.*
32 *Dom. Reg. Conſ.* Franciſcus Maria *Pratus cōmendatur, præſertim quia poſteris ſcribens, à ſententia pro ſua cauſa firmata receſſit.*
33 *Decretum preambuli, partibus non citatis*

ſatis interpoſitum, nec in poſſeſſorio, neque in petitorio præjudicium affert.

34 Cauſæ fiſcales abſque fiſci Advocati præſentia, inutilitèr pertractantur.

35 Clauſula, ſalvo jure cujuslibet, æqualitèr, tàm Eccleſiaſtici, quam ſecularis Iudicis proſpicit juriſdictioni.

36 . . . Iudici eam apponenti juriſdictionem conſervat.

37 . . . exemplo domum conſtruentis enucleatur.

38 Doct. Io. Leonar. Rodoer. cōmendatur.

39 Prout Doctor Blaſius Altimare.

40 Dom. Reg. Conſil. Andreas Provenzalis, debitis laudibus extollitur.

41 Clauſula, ſalvo jure cujuslibet litigatoribus, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio jus reſervat.

42 Aditio ſola hæredis perficitur voluntate.

43 In hæredis eſt voluntate, ac poteſtate, velit nec nè adire.

44 Hæreditatem animo ſolummodo adiri, innumeri tradiderunt.

45 . . . animo tantum non adiri, niſi verbis, factiſq;is exprimatur, quam plures quoque ſenſere.

46 . . . ſed conciliatione oſtenditur, in idem diſſidentes has opiniones coire, ut ſub numer. 47. & 48. & propriè num. 49.

47 . . . ſine animo, generalitèr adiri non poſſe firmatur.

48 Deus ſolus, humana ſerutatur corda.

50 Aditio quibus modis, verbis inducatur.

51 . . & quibus ex factis præſumatur.

52 . . ſine ſcientia delata ſibi hæreditatis, dari non poteſt.

53 . . in hæreditate damnoſa nunquam præſumitur.

54 . . ſecùs in lucroſa hæreditate, ſed contra num. 49. conciliatio num. 50.

55 D. Præſes Vincentius de Franchis celeberrimus fuit I.C.

56 . . ejus deciſio 60. circa aditionem, etiàm lucroſæ hæreditatis non affirmandam, commendatur.

57 Præſumptio aditionis in lucroſa hæreditate, licet ſimplicitèr non admictatur, cū alijs ſimul juncta faciliùs recipitur.

58 Hæredis animus verbis, & operibus, qualitercumque declaratus, pro aditione ſufficiens putatur.

59 Aditio, ex negativis etiam actibus, ſiuè ex non facto conijcitur, & numeris ſequ.

60 Hæres ſi infrà ſibi adeundi, vel repudiandi præfiſſum tempus non adierit, vel repudiaverit, dicitur adiviſſe.

61 . . proùt, ſi creditori ſucceſſerit, & debitum ſtatuto promiſſionis die hæredibus, ipſo repudiante ſuccedentibus, non ſolverit.

62 Aditio in conjunctis faciliùs præſumitur.

63 Filius, ergo hæres, in matris ſucceſſione locum ſibi non vindicas.

64 . . . ſed qui contrarium affirmarint.

65 Frater dicitur ferè alter.

66 . . ſummoque amore, fratri conjungitur.

67 Fraternitas diviſus, intèr fratres ſpiritus cenſetur. & ſub num. 69

68 . . . auri indigna fame quandoq; conturbatur.

69 . . . terribiliq; comprobetur exemplo.

70 Michalor. in tract. de fratribus laudatur.

71 Aditio in Catholico viro præſumi deberet.

72 . . . pro ut in pio, ac religioſo.

73 . . . quēadmodum ex hæreditariarum ſcripturarum retentione.

74 . . . exemplo hæredis mercatoris, rationum libros penès ſe retinentis.

75 Argumentum de minori ad majus, in jure validiſſimum.

76 Hæreditas viventis minimè datur.

77 D. Ioſeph Altogradus commendatur.

78 Aditio hæreditatis viventis, jure non admittitur.

79 . . . ipſius, vèl repudiationis actus, tempore habili, delata ſcilicet hæreditatis, attenduntur.

80 Hæreditatis, ſeù ejus corporum poſſeſſio, ſine actuali apprehenſione, in hæ-

redem

redem non transfertur.

81 *Hæredi, ut poſſidere valeat adire nõ ſufficit, niſi re vera poſſeſſionẽ nãciſcatur.*

82 . . . *licet, ſuus hæres fuerit.*

83 *Text. in l. raptores 41. C. de Epiſcopis, & Clericis nova illuſtratur eruditione.*

84 *Lex, etiam ſine actuali apprehenſione, poſſeſſionem in alium poteſt transferre.*

85 *Statutum paritèr ſinè apprehenſione, poſſeſſionem in hæredem, & continuari, transferrique diſponere valet.*

86 *Didacus Covarr. extollitur.*

87 *Rex, eſt animata lex.*

88 *Ipſius voluntas, ſivè placitum, pro lege reputatur.*

89 . *prout ejuſdem contractus, pro lege exiſtimatur.*

90 . *ipſiuſq; privilegia, quæ ex onerosa cauſa emanant, in vim contractus tranſeunt.*

91 . . *lex viva dicitur, & mortua, ſivè inanimata lege potentior.*

92 . *in ſuis conceſſionibus, prout lex, & ſtatutum decernere valet, ut non modò dominium; ſed & poſſeſſio ſimilitèr, ſine apprehenſione in conceſſionarium transferatur.*

93 . *ejuſmodi conceſſionario interdictum non ſolùm adipiſcendæ poſſeſſionis competit, ſed recuperandæ.*

94 *Hæres, in quem ex ſtatuto defuncti poſſeſſio continuatur, recuperandæ quoque poſſeſſionis remedio pollet.*

95 . *prout etiam retinendæ.*

96 *Nominatus in officio, poſt nominantis obitum, ex clauſulis in conceſſione apponi ſolitis, ſine alia apprehenſione poſſeſſionem, ſeù quaſi ejuſdem officij, ipſo jure, conſequitur.*

97 *Marius Giurba commendatur.*

98 *Nominato in officio conceſſionis virtute, ſine alia corporali apprehenſione, poſſeſſoria remedia tribuntur.*

99 *Dom. Reg. de Marinis doctrina, in obſervat. ad deciſ. Dom. Reg. Revert. 591. ſub num. 4. vel ex facto eliditur, vel ex jure, refellitur.*

ARGVMENTVM.

Stratagematum uſus, communis eſt militibus, & Advocatis, ſi qua eſt, ut verè eſſe eruditiores quoque conſentiunt inter armatam, atque inermem, licet efferatiorem quandoque, ſivè quàm togatam dicimus militiam analogia. Sed ea tũ modo, & ſolertia, tùm abſque fraude, aut dolo ullo malo exercenda. Præambuli decreta cujus ſint roboris. Quomodo M.C.V. in ijs interloqui aſſueverit non citatis, nùm valeant obeſſe. Clauſula ſalvo jure cujuslibet, quà ſit prædita vi, brevibus enucleatur. Aditio, qua extraneo quæritur hæreditas, ſolo animo; aut animo verbis, rebuſvè ſimul declarato, ut inducatur; aditionis ipſius præſumptionibus aliquot ex facto perpenſis. legibus demùm, ſtatutis, Regumque conceſſionibus fieri poſſe; ut non dominium modò, ſed, & poſſeſſio ſine actuali apprehenſione, aliovè corporali actu in hæredem transferatur, eique poſſeſſionis exinde remedia decernantur, rei judicatæ etiam auctoritate, confirmatur.

PRO REGIO FISCO

CVM

Magnifica Vrſula Ardizzone.

Diſſertatio IX.

MIlitari, complures inquient, nos uſos ſtratagemate; ut cũ in proximis diſſertationibus, ad captandam cauſæ laureolam, prorogatũ officium, in hæredẽ, ſivè ex teſtamento expreſsè, ſivè ab inteſtato tacitè nominatum, ſtatim adeò dixerimus tranſitum facere; ut licet is idem continuò decedat hæres; nil prorſus fiſco obſit, quin, & ampliatio in illius perſonàm impleta, & officium ex inde, ob ejuſdem obitum, extinctum exiſtimetur: FILIATIONIS, SVITATISVE præſertim innixi fuerimus potẽtiæ; Parta nunc nobis, firmataq; in ea quæſtione Victoria, id idem ſuccedente, fratre, cuique ſanè ſuitatis non, ineſt virtus judicandum poſtulemus; militum inſtar, quibus ſtrata-
1 gemata licere comperjtur, & Ioſuæ permiſiſſe Dominus videtur, *cap.* 8. ibi *ponite inſidias poſt Civitatem, nec longius recedatis, & eritis omnes parati*, & inferius *nobis ergo fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidijs, & vaſtabitis Civitatem*, ac de, Heù, & Davide Regibus Iſrael, & de ipſomet Duce Ioſue teſtantur, *Divi Hieronymus in Epiſt. ad Galatas cap.* 2. *Auguſtin. qqu. lib.* 6. *quaſt.* 10. unde ſumpti ſunt canones *utilem* 21. *quaſt.* 2. *& Dominus noſter* 23. *quaſt.* 2. comprobat *Divus Thom.* 2. 2. *quaſt.* 40. *artic.* 7. *num.* 3. *verſic. ſed contra*, & lepidè *Iuſtus lipſius de civil. doctrin. ſivè polit. lib.* 5. *cap.* 17. *tom.* 2. qua de rè *Virgilius* 2. *Æneid.*

Mutemus clipeos, Danaumque inſignia nobis
Aptemus, DOLVS, an VIRTVS, quis in hoſte requirat.

Et Aurel. Prudentius *lib. pſycomachia verſ.* 617.

Fallere fraude aliqua, Martis congreſſibus impar?
NILQVE refert, ARMIS contingat palma, DOLISQVE.

Hinc comendatiſſimi Duces fuere, qui ad ſuum cuſtodiendum milirem, adver-
2 ſumque ſuperandum hoſtem, ac ut imminentia multoties evaderent diſcrimina, arte, aſtuq; dimicando, in repentinis caſibus ſubita adinvenere, ſtratagemata, ut Fabius Maximus, Marcus Cato, Scipio Marius, alijque, quorum meminit *Bucerus de bello, & duell. cap.* 13. *num.* 13. *verſic. feliciter*, ac Lyſander, Themiſtocles, Adathames Cara, Hoſtilius Romanorum Rex, Epaminõdas, Papirius Curſor, Hanibal Cartaginenſis, Fridericus II. Alphonſus Arogoneus, Canis Scaliger. Fridericus Mõtis ferrati Comes, quorum egregia recenſet facinora, militareſque aſtus, non vulgaris quidem
3 eruditionis uir *Dom Epiſcopus Vultarenſis Simon Majolus* hiſce verbis rem commendans; *Et profecto vix quicquã eſt, quod Duci majorem nominis exiſtimationem adferat, vehementioreſque addat ſtimulos militi, & ad adamãdum Principem, & ſeriò juuandum*; prout ſubſequentibus, tali pacto exercituum ad idem moner Imperatores; *Quamobrem maximopere hic deſideratur, vario rerum uſu exercitata ſapientia, ingenijque dexteritas: ut quamvis ipſe, ijs uti nolit, hoſtem tamen, qui fortè ſibi non incommoda duxerat, ANTE VERTAT. dier. canicul. Conſult. & inconſult. colloq.* 2. *pag.* 770. *colum.* 2. *lit. D.*

Quod

4 Quod preclarè quoque Vlpianus
annuiſſe videtur, in l. 1. §. 2. D. de dolo
malo ibi non fuit autem contentus præ-
ter dolum dicere; ſed adiecit MALVM;
quoniam veteres etiam dolum BONVM
dicebant, & pro ſolertia hoc nomen ac-
cipiebant, maximè ſi adverſus HO-
STEM, latronemque quis machinare-
tur; firmaruntque ex noſtris Andr. de
Iſern. in cap. 1. §. ſed nec alia juſtior
ſub nu. 41. quæ ſit prima cauſ. benefic.
amiſſ. Bucer. de bello, & duello d. cap.
13. num. 13. Xamar. de offic. Iudic. &
advocat. par. 2. quæſt. 8. de conſcien.
Advocat. num. 1. Martin. Mager. de
advocatia armat. cap. 11. num. 83. &
84. dummodò contra præſtitam fidẽ
5 id non fiat; inſidiosè etenim tunc ho-
ſtẽ obrui nõ poſſe elicitur ex Can. In-
nocens 22. quæſt. 4. Can. noli exiſti-
mare 23. quæſt. 1. l. 1. D. de pact. l. 1.
in princip. & l. illud. 25. D. de Conſt.
pecun. Divus Thom. loc. prox. cit. Dua-
ren. in d. l. 1. D. de pactis, Covarr.
de matrimon. 2. par. cap. 3. §. 4. num.
13. & 14. ex Hotom. Bronchroſt. Hippol.
à Collib. Machiavell. Kirchner. aliiſq;
Bucer. cit. tract. de bello, & duello d.
cap. 13. nu. 18. quem ſequitur Mager.
de advocat. Armata loc. cit. num. 82.
nec eruditum præterijt, M. Anton. Mu-
ret. var. lect. lib. 18. cap. 4.

Quibus ſanè belligeratoribus, cum to-
gata comparetur militia ut in 2. Diſ-
6 ſert. num. 3. & 4. præfati ſumus, jure
idcircò optimò, cauſarum patronis,
in juſta tamèn, probataque cauſa, ac in
adverſis cohibendis inſidijs, ſimilia
cõcedi ecquis ignorat? ita enim edo-
cuere, Divus Thom. 2. 2. quæſt. 71.
artic. 3. verſic. ad ſecundum, & ex l.
cum pater 77. §. cum Titio D. de legat.
2. Iaſon in l. cum proponas ſub num. 6.
C. de pactis, Paris de Puteo in tract. de
ſindicat. tit. de exceſſibus advocator. nu.
16. Boſſ. in tit. de reſponſ. à reo faciend.
nu. 21. Tiraquell. de utroque retract.
in præfact. n. 71. verſic & idem, Rebuff.
in repetition. l. unica not. 9. C. de
ſententijs quæ pro eo, quod inter. Co-
varruv. variar. reſolut. lib. 1. c p. 2.
num. 1. Parlador. rerum quotidian. lib.
1. cap. 2. num. 17. Xamar de Iudic. &
advocat. cit. quæſt. 8. ſub num. 2. & 3.
Paulus Guazzin. in tract. ad defenſam
animæ lib. 1. defenſ. 3. cap. 1. nu. 2.
& 3. Io. Ægidius Trullench. oper. moral.
tom. 2. lib. 8. cap. 5. dub. 3. num. 8.
noviſſimè, ac viſendus elaboratiſſi-
7 mus I. C. D. Nicolaus Rodriquez Fer-
moſinus de judicijs, & foro competen. ad
lib. 2. decretal. in cap. paſtoralis 14.
quæſt. 7. nu. 7. tom. 1. faceſſitque Ovi-
dianum illud lib. 2. de arte amand.

Iudice me fraus eſt conceſſa, repellere
fraudem.

Et in ſpecie, hac inter armatam, togatã-
que militiam parilitate ducti, egregiè
8 hoc tradiderunt Covarruv. var. reſol.
lib. 1. cit. cap. 2. ſub num. 1. verſic.
quibus verbis, Caſtill. Bovadill. poli-
ticor. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 64.
in fin. Xamar. loc. proxim. cit. nu. 1. &
2. in pripcip. Martin. Mager. de Advo-
cat. armat. cit. cap. 11. nu. 85. & 86.

SED re vera tribuendum noſtræ minimè
erit militari prudentiæ, qua cauſarum
patroni inſigniti eſſe deberent, pro ut
9 belli Duces præditos eſſe oportet Can.
in mandatis 2. verſic. prudenter 43.
diſtinct. Alber. Gentil. lib. 2. de jure
belli cap. 8. Mager. loc. cit. numer. 88.
unde illud Silij.

Belladum eſt ASTV; levior laus in
Duce deſtra.

Cum caſus id potius, excitatæve contro-
verſiæ tempus, quam mentis tulerit
electio. Præterquam quod, ineruditi
Advocati eſſet, (cujus ſcopus juſtæ eſt
cauſæ victoria,) ſi cum efficacibus, ſuf-
ficientibuſque in vna diſputatione
rationibus polleat, eam alterius quæ-
ſtionis ambagibus, atque hæſitationi-
bus implicaret; periti namque exem-
plo Nautæ qui vitare potius ſcopulos
Syrteſque, quam in illos ſatagit in-
cidere; non enim ſemper tutum, vul-
10 gare eſt illud dicterium, Advocatos
nempè juſtam foventes cauſam, etiam
non ſubſiſtentia, ac futilia laudare
poſſe

quippè quod Iudices levibus , ac de-
bilibus argumentis induci quando-
que conſuevere , *Io. Andreas,in cap.*
per tuas num. 7. qui filij ſint legitimi,
Dom.Reg.de Ponte de poteſtat. proreg.
tit.6.de aſſenſ. regijs ſuper dotibus nu.
56. Xamar. de offic. Iudic. & advocat.
lib. 2. cit. quaeſt. 8. num. 8. Ala de
advocat. & cauſidic. Chriſtiano quaeſt.
29. Magon. in tract. de recta patroci-
nand. ratione cap. 4. num. 28.
Id namque locum quandoue ſibi fortaſ-
ſis vindicaverit, cum res coram levi-
11 tèr eruditis,nec juris prudentia orna-
tis Iudicibus ageretur, ut penes eoſ-
dem Auctores obſervare licet , præ-
ſertim, *Dom. Reg. de Ponte, & Paulum*
Xamar. loc. cit. Quod de Supremo
noſtro Senatu ferendum equidem nõ
eſt; cum in eo doctiſſimi,integerrimi-
que nunc conſedeant Senatores,quẽ-
12 admodum, omni ævo,quà doctrina,
qua prudentia ſcientiſſimi, ſolertiſſi-
mique Iuris Conſulti floruere, lo-
cupletiſſimi teſtes ſunt digniſſimi *Re-*
gentes de Ponte de poteſtat. Proregis
tit. 4. de regalib. impoſit §. 8. *nu.* 57.
ac Capyc. Galeot. in reſponſ. unic. de
Reg. Camer. origin. ac dignitat. num.
62. pag. 31.ſequitur *Dom. Conſil.* Pra-
tus practic. obſervat. obſervat. 50. nu.
11. cum ſequ. Atque perpetuum po-
13 ſteritati monumentum, præclariſſima
Ferdinandi primi Regis ſunt verba,
quæ de ejuſdem noſtri Senatus Præ-
ſidentibus fecit in *Pragm.* 37. §. *Fer-*
dinandus, de offic. procurat. Cæſar . ibi
eum iſtius Tribunalis Officiales , ſum-
ma ſcientia,integritate, & rerum ma-
xima experientia praditos eſse ſcia-
mus.
Nil mirum igitur;ſi quæ apta ad favora-
biles fiſco ſententias parturiẽdas exi-
ſtimavimus in præcedentibus cauſis,
elegimus afferre; nunc verò (ab ijſdẽ
non diſcedentes ;) quæ in noviſſima
hac controverſia , victoriam paritèr
præbere poſſunt,novis quoque exci-
tatis principi s breviſſimè referemus.
Ex facto autem ſcire oportet: V. I. D.
Io. Baptiſtam Ardizzone officij ſcri-
bæ à mandatis Supremi Collateralis
Conſilij adminiſtratorem, ſub annum
MD. C. XXXVI. ejuſdem officij pro-
14 rogationis privilegium ab Excellen-
tiſſimo Domino Comite Montis Regij
eximio, ac ſolertiſſimo Regni mode-
ratore, concedendique tunc facultatẽ
habente obtinuiſſe;è Potentiſſimo no-
ſtro poſtmodum Rege , juſta morem
confirm..tum : quo ſibi , vel in vita,
vel in morte ſucceſſorem nominare
aſſuetis clauſulis, conceſſum fuit ; cu-
jus vigore , dum peſtilenti opprime-
tur morbo, publici Tabellionis ſcrip-
tura in officio Ioſephum ſuum ger-
manum fratrẽ ſibi elegiſſe ſucceſſorẽ;
Verum quia Io. Baptiſta nominante
vita functo, paucis ex actis diebus in
luem,fatumque paritèr Ioſeph nomi-
natus frater incidit: ex impleta,conſũ-
taq; id circò dein ob ejus obitum am-
pliatione,ad Regium Ærarium devo-
lutum officium fuiſſe, ex firmatis in
ſuperioribus Diſſertationibus petij-
mus declarari.
Sed in durius certè cum Vrſula Ardiz-
zone primi officiarij Io. Baptiſtæ ſoro-
re ivimus diſcrimen ; quippè quæ
nulla Ioſephi fratris ſecũdogeniti,ma-
ſculique facta mentione Magnam C.
V. adijt , & ejuſdem Ioan. Baptiſtæ
primogeniti ab inteſtato ſe hæredem
declarari poſtulavit , obtinuitque.
Quamobrem SEXVS quidquam non
detrahens DVRITIEI, noviſque ar-
mis induta , & priora ſuſcitavit;& re-
centia hæc, atque ingenioſa ſuperad-
didit argumenta.
Primum ait Io. Baptiſtæ nominandi po-
teſtatem habentis ſe ſororem eſſe, in-
que ſucceſſionis gradu, ex gratijs ſal-
tèm Regno conceſſis feudorum inſtar
comprehenſam; atque illius quoque
ab inteſtato hæredem ex preambuli
decreto declaratam;ac propterea,ſivè
ex tacita legis nominatione , ſivè ex
clauſulis in conceſſione appoſitis,de
quibus latè ſuperius diſſertum eſt, uti
ad officij ſucceſſionem evocatam, in
illud

Digitized by Google

illud exercendi quaſi poſſeſſionem, eſſe admittendam.

Deindè, ad judicatarum rerum, quæ ex præcedentibus diſſertis cauſis promanant auctoritatem vitandam, multùm inter eos, ac præſentem ſpeciem inquit intereſſe; cum præcipuum inibi fundamentum fuerit, de filijs in poteſtate exiſtẽtibus; ſicque de SVIS actũ eſſe, in quibus paternum continuatur dominium, cũ vivo etiam Patre, Domini quodammodò putentur: Et licet volentes, abſtentionis prætoria æquitate, beneficio potiantur: attamen ſi id prætermiſerint Genitore defuncto ipſo jure, ac ſtatim abſque aditione, immiſtionevè aliqua illius hæredes exiſtunt; ita ut, præpeditam adminiſtrationem mage, quam novum bonorum dominium conſequi videantur, ut latè traditum fuit, *Diſſertat. 7. nu. 55. cum pluribus ſequ.* Ac idcircò nil mirum, ſi prorogata officia in filios SVOS continuata dici valuere, atq; ad ipſos, etiam invitos hæredes, abſtenſionis beneficio non uſos, ſtatim tranſitum feciſſe, fuerit pronunciatum: & conſequentèr, uti ad unius hæredis vitam conceſſa, tamquam ſuum ſortita effectum, eorumdem obitu extincta remanſiſſe. Secùs autem, hac in cauſa reſpondendum eſse, inquà nullatenùs de filio ſuo, ſed de extraneo, de fratre nempè peragitur. Cum notiſſimi juris ſit, præter filios in paternis ſacris exiſtentes, emancipatos etiam

15 liberos, extraneos appellari *l. unica §. extraneum* C. *de rei Vxor action. §. ſui autem, & §. Cateri Inſtit. de hared. qualit. & differ. ibique gloſ. & DD. & praſertim Io: Faber. num. 2. Nicolaus de Spinell. ſivè de Neap. in d. §. ſui autem circ. princip. Christophor. Port. in eod. tit. Inſtit. de hared. qualit. & different. num.* 8. Franciſcus *Balduinus* ibidem *verſ. qui in poteſtate, &* Egguinar. Baro *ſub verbo cateri qui verſic. quamobrem pagin.* 255. *Io.* Baptiſta *Baſsetus eod. tit. verſic. cateri pagin.* 214. *Io. Baptiſta Seurus in d. §. ſui autem verſic. ſecundo.* Franciſcus Broeus *in cit. §. cateri num. 2. Gerard. Tuming. in eod. §. verſic. liberi, & verſic. haredes; Vivian. in* Rational. *Inſtit. eod. §. cateri Rev. P. Hieronymus Nicolius ibid. num. 4. Donell. Commen. jur. civil. lib. 7. cap. 2. circ. princip. verſ. poteſtas, Io. Berard. in tract. de ſuit. & extraneit. nu. 17. verſ. quandoque tract. tom. 8. pag.* 154. Anton. Perez *in pralection. Codic. tit. 30. de jur. deliber. nu. 21. in princip. Rev. P. Ioſeph Giballin. de univerſ. rer. human. negotiat. lib. 5. cap. 9. art. 1. de ſuis haredibus nu. 1. & 2.* Quibus, ad ſuo-

16 rum diſcrimen, ſine aditione, hæreditas quæri non poteſt *l. 1. & l. gerit 87. D. de acquir. hared. Dom. Conſil. de Giorg. alleg. 31. num. 40. Dom. Reg. Valenzuol. cit. conſil. 138. num. 10. lib. 2. Giurba obſervat. deciſ. par. 1.*

17 *obſervat. 3. num.* 19. cum neque hæredes, ante aditionem valeant nuncupari ex *l. fin. C. de jur. deliber. Igneus in l. 3. §. ſi conditioni numer. 132. D. ad Senat. Conſul. Syllan. Dom. Reg. Valenzuol. conſil. 65. num. 14. lib. 1. & cit. conſil. 138. num. 17. Giurba cit. obſervat. 3. numer. 19. verſ. nec hares Rev. P. Gaetanus de Afflict. contrv. jur. reſolut. cap. 16. num.* 32. Quoniam,

18 non inſtitutio, ſed aditio hæredes facit *l. ſervus 3. §. ſi quis ita D. de haredib. Inſtitut.* & ibi *Io. de Imola in princip. verſ. nota, Decius conſil.* 445. *num. 53. Peregrin. conſil. 93. num. 1. vol. 3. & de fideicom. art. 32. num. 3. ibique addent circa princip. Dom.* Reg. *Valenzuol. cit. conſil. 138. numer. 16.* Bellon. *de jur. accreſcen. tom. 2. cap. 7. quaſt. 29. num. 22. Marius Giurba cit. obſervat. 3. num. 18. verſ. haredem, Io.* Baptiſta *Groſſ. controv. forenſ. con-*

19 *trov. 24. num. 6.* Quinimò, cum aditio ſpecies ſit obligationis, *l. adulta 6. C. de hared. action. Io. Calvin. in lexicon. verb. aditio hareditatis,* ex quaſi

20 contractu dependentis §. *hares Inſtit. de obligat. qua ex quaſi contract. naſcuntur. gloſ. in l. ex maleficijs §. hares*

verb.

verb. intelligitur D. de action. & obli-
gas. DD. in pracit. §. hares, praſertim
Balduin. Io. Borcholsen. ſub numer. 1.
Georgius Frantzkius num. 1. & 2. Ar-
noldus Vinnius num. 1. factique mini-
21 ſteriũ poſtulet; probatione indiget a-
pertiſſima; Poſt cæteros Maſcard. de
probat. concluſ. 40. num. 9. lib. 1. Me-
noch. de praſumpt. lib. 4. praſumpt. 99.
num. 2. Surd. deciſ. 154. nu. 18. Dom.
Praſ. de Franch. deciſ. 60. num. 3. &
deciſ. 80. num. 8. de Roxas deciſ. Rot.
Rom. 285. nu. 14. Cavagnol. conſult.
61. n. 34. lib. 2. Niger. Cyriac. controv.
forenſ. controv. 244. num. 21. & 23.
Quà propter, cum de Ioſephi fratris, jam
vita functi aditione non conſtet, quæ-
22 que hæreditariorum bonorum domi-
nium, quod penès defunctum reſide-
bat, in ipſum uti extraneum hæredem
de jure tranſtuliſſet, l. hares 37. D. de
acquir. hered. ibique gloſ. & DD. Car-
dinal. Tuſch. practicar. concluſ. tom. 1.
lit. A. concluſ. 187. num. 7. Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 13. nu. 50. Hie-
ronym. Schurph. cõſil. 96. ſub num. 23.
centur. 1. Frideric. Prukman. conſ. 34.
23 num. 102. lib. 1. etiam ſine aliqua
traditione, l. cum haredes 23. D. de
acquir. vel omittend. haredit. ibique
DD. Caldas Pereyr. de nominat. emphit.
lib. 4. quaſt. 16. ſub num. 23. verſic.
ibi tunc demum, Rev. P. Molin. de Iuſt.
& jur. tract. 2. diſp. 3. num. 18. Au-
guſtin. Barboſ. in collect. ad Cod. lib.
2. tit. 3. de pactis in l. traditionib. num.
24 4. ibique in ejus repetit. Iulius Caponus
philoſophiæ, juris prudentiæ, Sacræq;
Theologiæ prout Doctor ſic peritiſ-
ſimus, diù primæ Catedræ præſertim
veſpertinæ moderator, & in palatijs
meritiſſimus I.C. tract. de pactis, & ſti-
pulat. qu. 38. nu. 14. juſtiſſimè id circò
Vrſula prima ſoror, & hæreditatem, &
officium nõ agnitum addici ſibi debe-
re opinatur.
Nec paritèr juvari ex ijs fiſcum poſſe,
quæ de tranſmiſſionis beneficio, ex
ſuitatis quoque potentia ſuis contri-
buta contexuimus, ut ſcilicet ſuus, etiã
non aditam hæreditatem, ad quoſ-
cumque hæredes, nec tamquam de-
functi parentis; ſed uti proprium ip-
ſius patrimonium, tranſmittat; quo ef-
ficitur, ut jam ipſo jure, in filium trã-
fuſum officium, ad ejus hæredem ne-
queat pertranſire, quippè quod in fi-
lij trãſmittentis perſona, licet per bre-
vi ſuperſtitis, extinctum, conſumptũq;
ſuaptè (ut diximus) natura, dijudica-
ri oporteat; namque apud omnes pro-
bata juris regula eſt, extraneos (in qui-
bus verſamur,) non aditam hæredi-
tatem, ad eorum hæredes tranſmittẽ-
25 di poteſtate carere, l. unica §. in no-
viſſimo, ibi hareditatem etenim, niſi
fuerit adita tranſmitti, nec veteres
concedebant, nec nos patimur. C. de Ca-
ducis tollen. l. emancipata 4. C. qui ad-
mitti, l. ſi fratris 3. in 2. reſponſ. l. quo-
niam ſororem 7. ubi de fraterna pera-
gitur ſucceſſione C. de jur. deliber. cum
concordans. Bart. in d. l. 3. num. 1. in
princip. C. de jur. deliber. ibique Bald.
nu. 3. & in l. cum antiquioribus C. eod.
idem Bart. Salicet. Fulgoſ. & Alex. de
Nevo in Syſtem. ad d. l. quoniam ſoro-
rem 7. C. eod. tit. de jur. deliber. Hubert.
Ciphan. in C. lib. 6. tit. 51. l. unica C. de
his qui ante apt. tabbul. Vgo Donell. in
Commens. ad d. l. 3. num. 2. C. de
jur. delib. lib. 6. tit. 30. & in d. l. quoniã
num. 2. Stephan. Forc. in Necyomant.
Iur. dialog. 77. nu. 2. in fin. & num. 3.
Anton. Faber. lib. 14. conjectur. cap. 1.
nu. 1. Marta de ſucceſſ. legal. par. 1.
quaſt. 24. art. 1. ſub num. 3. Farinac.
deciſ. 653. nu. 7. circa fin. lib. 1. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 78. num. 14.
Cancer. var. reſolut. cap. 21. de tranſ-
miſſ. num. 3. lib. 3. Noalis de tranſmiſſ.
cap. 8. num. 1. Dom. Conſil. de Anna
conſ. 1. num. 5. lib. 1. Dom. Reg. Va-
lenzuel. cit. conſ. 138. num. 12. vol. 2.
Gabedo deciſ. 61. nu. 2. par. 2. ex pene
innumeris. D. Ioſephi Vela Diſſert. 11.
nu. 2. & ſeqn. Ludovic. Piſtor. 99. jur.
par. 4. quaſt. 131. num. 1. & ſub nu. 6.
& ibidem Iacobus Schultes in addit.
num. 10. Anton. Perez in pralect. Cod.
ad cit.

ad cit. tit. 30. de jur. deliber. lib. 6. C.
ſub num. 21. Hermann. Veſſellius No-
mognoſticon jur. tom. 1. verbo hæres
ſemper, verſ. hæreditas pag. 615. Dom.
Reg. Capyc. Latr. deciſ. 84. nu. 1. lib. 1.
& deciſ. 137. nu. 3. lib. 2. Dom. Reg.
Marcian. diſp. 99. num. 27. tom. 2. Pe-
trus Gudelin. de jur. noviſſimo lib. 2. cap.
18. num. 3. Ioſeph Altograd. contr. fo-
renſ. controv. 13. numer. 3. prout de-
mum ex his juris principijs, in præſenti
quæſtione contra fiſcum ſenſum ſuum
aperuiſſe conſpicitur, Dom. Reg. de
Marin. in obſerv. ad deciſ. Dom. Reg.
Revert. 551. in fine hiſce verbis & ob
26 id alias ego paritèr dicebam, quod nul-
lum bonum jus fovebat fiſcus, dum præ-
tendebat, fuiſſe officium ad Reg. Curiam
devolutum, ex eò, quod officialis deceſſe-
rat ſuperſtitibus duobus fratribus, cum
primogenitus, ad quem officium pro uno
hærede acquiſitum ſpectabat, è vivis
poſtea deceſſerit, hic enim fratris hære-
ditate non adita obijt, quam certè in
alium etiam filium tranſmittere non
potuit ad tex. l. quoniam ſororem, C. de
jur. deliber. & conſequenter acquiſitio
illa officij pro uno hærede, adhuc ſuum
non ſortita fuit effectum.

Sed hæc Vrſulæ ſorori, ſivè ex facto, ſi-
ve ex jure ſuffragari, non poſſe con-
tendimus, ut ſigillatim ea diſpungen-
do, oſtendemus.

Quod etenim primò ad ſucceſſionis gra-
dũ attinet, eũ nequaquã inficiaremur,
ſi Io. Baptiſtæ priore loco vita functo,
Ioſeph quoque frater non ſupervi-
27 xiſſet, quique tanquam maſculus in
officij ſucceſſione ad feudorum exem-
plar, Vrſulæ ſorori præferretur, ut
idem Dom. Reg. de Marin. negare ſa-
nè non valuit in obſervat. ad deciſ.
Dom. Reg. Revert. 551. præcipuè n. 2. &
nos latiùs excuſſimus Diſſertat. 21. ac
uti expreſsè etiam nominatus, (ut in-
feriùs) eandẽ ſororem, ex hac etiã ra-
tione, ab officij hujuſmodi arceret
petitione.

Neque id elidere ſoror poterit ex præ-
ambuli, (ut deſupèr arguebatur) de-
creto, quò haud Ioſephi, ſed ejuſdem
Ioan. Baptiſtæ primogeniti fuit ſoror,
hæreſque declarata. Namque tripli-
citèr reſpondetur; & primo de
hujuſmodi decreto, nullam habendã
fore rationẽ; quippè quod à M. C. V.
28 pro legitimanda tantummodò, ſeù
hæredis perſona declaranda interpo-
natur, ut ex illius ritibus 178. Incip.
item ſervat ipſa Curia quod ſi debitor,
& 181. itẽ ſervat ipſa Curia, quod ſi fiat
proteſtatio, & 286. item ſervat ipſa
Curia, quod quando, notantque Dom.
Præſes de Franch. deciſ. 204. num. 1. &
Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 198. nu.
18. par. 2. ut ſæpiùs, ſine partium ci-
29 tatione, contradictionevè in illius in-
terpoſitione progrediatur. Afflict. in
Conſtit. eos, qui ſcienter quæſt. 4. nu.
10. Caravit. in d. rit. 181. numer. 5.
Grammat. deciſ. 58. ſub n. 12. Io. Fran-
ciſcus Scaglion. in Ritu M. C. 182. Dom.
Reg. Capyc. Latr. deciſ. 139. num. 20.
& d. deciſ. 198. num. 19. Dom. Reg.
Sanfelic. deciſ. 210. num. 1. par. 2. D.
Io. Franciſcus Marotta diſcept. forenſ.
30 cap. 3. num. 109. (quamvis hodie in
agnatorum, cognatorumque, etiã fra-
trum beneficium, prævia per edictum
citatione explicetur, idem Dom. Reg.
Capyc. Latr. d. deciſ. 198. numer. 20.
Dom. Reg. Sanfelic. d. deciſ. 210. nu. 2.
Dom. Conſil. Prat. diſcept. forenſ. di-
ſcept. 39. num. 1. lib. 3. ex alijs Dom.
Iudex M. C. V. D. Carolus Preta in Cõ-
ment. ad cit. rit. 181. num. 9. verſic.
31 in linea.) ac idcircò neque Iudicium,
neque litis pendentiam inducere fir-
marunt Dom. Reg. Conſil. Theodor. al-
leg. 17. nu. 21. Dom. Reg. Capyc. Latr.
cit. deciſ. 198. nu. 18. in princip. lib. 2.
ante eũ Io. Bap. Thor. ſic per M. C. ſacrũ-
que Conſilium pronunciatum fuiſſe
referens, in cauſa Dom. Franciſci Ma-
32 riæ Prati nunc meritiſſimi Regij Con-
ſiliarii, cum alijs eius gentilibus 2. par.
Compend. verbo præambulum pagin.
475. id quod, licet tunc litigans, ob
ingenij fæcunditatẽ oppugnaſſet, pro
veritate nunc poſteritati ſcribens, am-

S plexus

plexus fuit diſcept. forenſ. lib.1. di-
ſceptat. 13.num.74. ac nullum proin-
de inauditis partibus, (prout in hac
ſpecie fuiſset) præjudicium, neque in
33 poſseſsorio, neque in petitorio judi-
cio, etiam circa eodem præambuli de-
creto contenta, inferre aptum eſse
probarunt Io. Vincent. Anna alleg.
19.num.3.& ſeq.lib.1. ſic per Sacrum,
Collateraleque Conſilium judicatum
tradens cit.alleg.19.circ.finem Robert.
Maranta in ſpecul.aur.ſeù praxi Ciuili
parte 6.verbo rectè cõcipitur citatio nu.
7. & ſequ. D.Conſ. de Giorg. alleg.2.n.
14.tom.2.poſth.Ant.Gaglsard.in tract.
de abſolut. jur. §. 1. num. 2.Thorus in
Compend. decis. Regni par. 1. verbo
præambulum factum pag. 404. Dom.
Epiſcop. Riccius in addit. ad cit. deciſ.
Dom.Præſid. de Franch.404. verſic.ad
ornatum. Dom. Reg. Capyc. Latr. cit.
deciſ. 198. num. 21, lib. 2. Dom.Reg.
Sanfelic. dic. deciſ.110.ſub numer. 3.
verſ. hac quidem lib. 2. Dom. Marotta
d. cap.3. num.110. in fin. Dom. Iudex
D.Carolus Petra cit. Rit.181.n.10.
Secundo reſpõdetur quod, & ſi ordinatũ
Iudicium præambuli interpoſitio im-
portaret, ipſiuſque decretum ſenten-
tiæ vice fungeretur, adhuc abſenti, &
34 non citato fiſco præjudicium nè mi-
nimum peperiſſet; quinimò, quod ge-
ſtum foret nullius roboris, momenti-
que haberetur, l.ſi fiſcus 7.D. de jur.
fiſci l.fin. C. de Advoc.fiſci l.ſi adver-
ſus 2.C.ſi adverſus fiſcum, l.ſi vacan-
tia 5.C, de bonis vacantibus lib. 10.l.
omnes 5.C.de delator.eod. lib. gloſ. &
DD.in l. velamento 4.C.de poſtulando,
præſertim Petrus Gilken. num.2. Pere-
grin. de jur. fiſc. tit. 2. num. 2. & tit.
4. nu. 2. lib. 7. Alfar, de offic. fiſc, gloſ.
18. privileg. 8. num. 15. & gloſ. 34.
num. 229, Dom. Larrea alleg. fiſcal. 1.
num. 28. lib, 1. & alleg. 107. nu. 28.
& alleg. 109. eod. nu, 28. lib.2. Dom.
Reg. Sanfelic. deciſ. 23. lib. 1. Maxi-
milianus Fauſt. Cõſil.pro Ærario claſ.
9. ordin. 762. circa princip.
Tertio Reſpondetur in eodem præam-
buli Decreto clauſulam SALVO IV-
RE CVIVSLIBET appoſitam fuiſse,
quæ quantæ potentiæ ſit, neminem
latet; ipſa etenim Iudici, ſivè laico, ſi-
vè eccleſiaſtico, (ut perbellè adver-
35 ſùs mordaces monuit Dom. Reg.Con-
ſil. Carleval. de judicijs tom. 1. lib.1.
tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſection. 3.
36 num. 953.) à cæteris in eadem cauſa
intereſse habentibus, poſtmodum adi-
to, juris dicundi conſervat facultatem,
ut ex Bald. & Angel. præcipuè, alio-
rumque doctrina, hujus ſententiæ poſt
antiquiores Anteſignanus tradidit,
Marcus Anton. Peregrin. de fideicom.
artic. 48. num. 48. & propriè nu. 62.
uſque ad numer. 70. amplexique ſunt
Rot. Rom. diverſor. lib.3. deciſ. 113.
incip. in eadem, Graſſ. de effectib. Cle-
ric. effect. 1. numer. 947. Paz de
tenut.par. 2. cap. 64. num.3. Gratian.
diſcept. forenſ. cap.41.num. 22. lib. 1.
& cap. 317. num. 31. & ſequ. lib. 2.
Barboſ. clauſ. 139. num.4. idem Dom.
Conſil. Carleval. Capolla, & Surdi
37 auctoritate, ædificium conſtruentis
exemplo uſus, (quod, & nos ex ma-
jorum Senatorum quoque ore per ſæ-
pe libavimus,) qui, ut ædificium ter-
minatum adhùc non eſſe, ac proindè
in ea parte illud complendi jus ſibi
ſupereſse demonſtret: In ædificato
pariete protenſos lapides relinquit;
ut ita paritèr Iudex ex hac cõſervatio-
nis Iurium clauſula, lapides proten-
dendæ juriſdictionis ſibi præſervaſse
cenſeatur, dict. diſp. 2. nu. 950.951.
& 952. ſequitur Anſal. de juriſdict.
par. 3. tit. unic, cap. 16. num. 19. cum
ſequ. Salgad. de Regia protect. par.4.
cap. 14. num. 125. & 126. Novar. de
elect. & variat. fori par. 1. Sect.3. quæſt.
56. num. 1.2. & 3. Noguerol. alleg. 19.
num. 134. Fontanell. deciſ.134. nu.7.
& 8. ubi ſic diffinitum refert Larrea
deciſ. Granatenſ. 6. numer.9. & ſequ.
ita paritèr pronunciatum tradens, nu.
18. tom. 1. Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ.
123. numer. 8. ubi ſic quoque junctis
duabus S.C. aulis judicatum teſtatur,
Dom.

Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 2. *num.* 17.
38 *lib.* 1. ſequuntur noviſſimè *Doctor Io.*
Leonard. Rodoer. ſtudio, & vitæ probi-
tate commendabilis, *in obſervat. ad*
Dom. Reg. de Marin. quotid. reſol. cap.
39 206. *num.* 6. *& Doctor Blaſius Alti-*
mari nõ modicæ lectionis vir *in addit.*
Dom. *Reg. Rovit. deciſ.* 44. *ad num.* 2.
& 9. ante hos nec indoctè *addentes*
ad Peregrin. cit. art. 48. *dub.* 19. *ob-*
ſerv. verſ. ego vero pag. 314. *&* 315.
ubi ita ſimilitèr per Sacrum Conſiliũ
terminatum affert, præſertim ad rela-
40 tionem maximi illius I. C. Regij-
que Cõſiliarij digniſſimi *Andra Pro-*
venzalis, in cauſa Claudiæ Piro cum
RR. Patribus piarum ſcholarum, pro
quibus, licet in reclamationis gradu
de more patrociniũ præſtitiſset. *Dom.*
Reg. Conſil. *Franc.* Mar. *Prat. diſcept.*
forenſ. par. 1. *diſcept.* 43. fretus præ-
ſertim auctoritate Dom. *Reg. Rovit. de-*
ciſ. 44. *&* Dom. *Reg. Sanfelic. deciſ.*
210. *par.* 2. quia tamen in ijs diffi-
nitionibus clauſula SALVO IVRE
CVIVSLIBET nequaquam cerne-
batur appoſita; idcircò RR: PP. ſivè,
ut à litibus præ eorum pietate ab-
ſtinerent, ut piè pepẽdit idem *Dom.*
Conſil. Prat. ſivè quæſtionis arduita-
te perterriti, principali negotio præ-
vio arbitrio finem dedere, ut in *cit. di-*
ſcept. 43. *in fin.* ſicque integrè in hac
quæſtione traditæ vigent, aliorumque
Senatuum, ſacrique noſtri Conſilij
ſentẽtiæ, ut apud *Fontanell. Larr.* Dom.
Reg. Capye. *Latr. & addentes ad Pere-*
grin. loc. cit.

Hæc paritèr clauſula SALVO IVRE
CVIVSLIBET non ſolum Iudici, ut
dicebamus, ſervat juriſdictionem; ſed
41 quod ad rem noſtram pertinet parti-
bus jus ſolidum, illibatumque, tam in
poſseſsorio, quam in petitorio con-
ſervat, *Bald. conſil.* 104. *incip. com-*
paruerunt num. 4. *lib.* 1. *Iaſon in l.*
naturaliter §. *nihil commune nu.* 190.
D. *de acquir. poſſeſſ. Natta conſil.* 653.
num. 5. *tom.* 4. *Berous conſil* 110. *nu.* 4.
lib. 1. *& ex Ioan. Andr.* Federic. *de*
Sen. Soccin. Anton. de butr. Angel.
Alex. & alijs idem *Berovus conſil.* 147.
num. 16. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicom.*
art. 47. *num.* 29. *Novar. de elect. &*
variat. for. lib. 1. *Sect.* 3. *quæſt.* 56.
ſub num. 3. ex pluribus *Poſt. in tractat.*
de manuten. obſervat. 50. *ferè per tot.*

Quod ſi fiſci ius tot ex rationibus indi-
minutum, illibatumque conſiſtit, his,
quæ ex judicij ſolemnibus efferebantur,
ſivè devictis, ſivè poſthabitis: ad
diſcutiẽdas iuſtitiæ propoſitiones ac-
cedimus libentiſſimè, quemadmodum
libentiſſimè quoque, ea, quæ deſuper
tradita ſunt, haud oppugnantes, pro-
bamus; hæreditatem videlicet ab ex-
traneis ſine aditione quæri non poſse;
neque extraneosmet ipſos, eam non
aditam, tranſmittere regularitèr vale-
re; Verum iiſdem innixi principiis, de
aditione in hac ſpecie primũ liquère;
deinde clauſulis in regia conceſſione
appoſitis rectè perpenſis, officium;
(aditionis inſtar) illicò in Ioſephum
nominatum tranſiiſse, & cum ultima
poſtmodum eius vitæ linea, ipſum pa-
ritèr munus, ut perſonaliſſimum ſuos
recepiſse limites, conabimur firma-
re.

Et ſi enim, ſine aditione in extraneis, nec
quæratur, nec tranſmittatur hæredi-
tas: Attamen apertiſſimi quoquè iuris
42 eſt, quia aditio ſola hæredis efficitur
voluntate, § *item extraneus Inſtit. de*
hæred. qualit. & different. Cardinal.
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.
12. *tit.* 14. *num.* 1. *Maſcard. de pro-*
bation. lib. 1. *concluſ.* 40. *nu.* 2. *Mart.*
de ſucceſſ. legal. tom. 2. *par.* 4. *art.* 2.
num. 2. Dom. Reg. Capye. *Galeot. contr.*
Illuſtr. contr. 68. *num.* 6. *lib.* 2. illiuſ-
43 que placito quoque, ac poteſtati ineſt
adire velit, nec nè, *l. pro hærede* 20. *d.*
l. gerit 87. D. *de acquirend. hæredit.*
§. *pro hærede, &* § *ſicut Inſtit. cit. Her-*
man. Vultei. conſil. Marpurg. *conſil.* 28.
num. 292. *vol.* 1. David Doringius *in*
Bibliot. I. C. *verb. aditio numer.* 26.
44 animo tantummodò hæreditatẽ adiri
poſse, fuit crebertimè exiſtimatum.

ex d. l. gerit 87. D. de acquirend.ha-
redit.l.2.& 3.D.de interrogat. action.
l.ſi avia 6. C.de jure deliberand. cit.
§. pro harede, & §. ſicut Inſtit. de ha-
red. qualit. & differ.gloſ.in d. lege pro
harede; in princip. in verb. quam ani-
mi D. de acquirend.hared.Bart.quaſt.
10. nu. 11. & ſequ. Angel. in l.bonorũ
n. 3. C.qui admitti Ioannes Faber.in
d. §. fin. Inſtit. de haredum qualit.&
differ. Salicet. in l.1. num. 31. C.qui
admitti ad bon. poſſ. Alex. conſil. 34.
num. 5. lib. 3. Decius conſil.652.num.
9. lib. 2. Philipp. Corneus conſil. 65.
col. 2. verſic. item pondero lib. 2. &
conſil. 254. nu.2. lib.4. Signor.conſil.
188. col.2. verſic. praterea,Dom.Praſ.
Moroti. reſponſ. 11. num. 15, Pract,
Papienſ. in forma libelli, quo petit. ha-
redit, teſtam. in verb. purè numer. 4.
Andreas Gaillus practic. obſervat. lib.
2. obſervat. 128. num. 9. & obſerv.
131. num. 3. Tiraquell. in tract. la
Mort, Saiſit.par. 7. declarat. 2. num.4.
Montic. de Inventar. cap.9. num.284.
Maſcard.de probationib. lib.1. concluſ.
40. num. 7. Mart.de ſucceſſ. legal.tom.
2. par.4.quaſt.13.artic.2. nu.7. Argel.
de acquirend. poſſeſſ.qu.8. artic. 1.nu.
26.Laurent. Vrſell. conluſ.legal. verb,
aditio hareditatis concluſ. 51. num.1.
& 5. lib. 1, Franciſcus Niger Cyriac.
controverſ. forenſ, cap. 139.num. 45.
lib. 1. Dom. Reg. Capyc, Latr. deciſ,
137. num. 27. lib. 2.
45 Et quamquam animum ſolummodò
ad aditionem inducẽdam ſatis non eſ-
ſe, ni verbis,factiſvè exprimatur, ex
antiquioribus ſectati ſint gloſ. Bart.
Bald. Salicet. Angel. Franciſ. Aretinus
Alex.Brboſ. Raphael Fulgoſ. Guglielm.
Benedict. Aymon Cravetta, & Franci-
ſcus Duarenus, quos nominatim refe-
runt, Tiraquell. in d, tract. la mort.
Saiſit. par.7.d. declarat. 2. num. 5. &
Menoch.praſumpt.lib. 4. praſumpt.99.
num. 6. ubi eruditè hanc ſententiam
tuetur, nu.7. cum ſequ. ac ſe ſubſcrip-
ſere Gregor. Toloſ. Syntagm. juris ci-
vil. lib.46.cap.4.n.14. tom.2.Chriſtin.
dec.belgic. 26.n. 4.vol.4.Io.Coppen. in
obſerv. 130.n.13. Hieronym.Schurfius
conſ.96.n.24.cent.1.Frider.Prukman.
conſ.47. n. 99.& ſequ.lib. 1.Dom.Reg.
Valẽzuol.conſ.138.n. 18.& ſequ.lib.2.
judicatũq;ab Imperiali Camera refert.
David Doring.loc. cit.ſub nu. 86.
46 Quod ad rei tamen ſubſtantiá per-
tinet,in idem id nobis confluere vide-
tur;cum etenim non niſi animo adea-
47 tur hæreditas dicta l. pro harede 20.
D. de acquirend. hared. ibi nam hoc
animo eſſe debet,ut velit hares, eſſe, ex
Decio Io. Caphal. Riminal. Senior. &
Maſcard. Franciſco Nigro Cyriac.con-
troverſ. forenſ. controverſ. 244. n.33.
& 35. lib. 2, ante eum Menoch. lib. 4.
praſumpt. 99. ſub num. 6. verſic. nam
actus,Surd. deciſ. 254. num. 20. ſolo
animo aditionem perfici, primæ ſen-
tentiæ auctores ſenſere. Quia verò
animus, illiuſque deſtinatio in huma-
48 nis reſident internis, quæque prima
fronte ſeſe nobis abdunt,cum ſoli Deo
pateăt,ut primo Reg.cap. 16. lit. B.Do-
minus autẽ intuetur Cor,& in Pſal.7.
ibi ſcrutans corda, & renes Deus, Ie-
rem. capit, 11. lit. D. & cap. 17. lit.
B, & cap. 20. lit. C. ac Div. Paul. ad
Rom. cap.8. lit. E. probatque in ſpecie
Maſcard. cit. concluſ. 40. nu. 2.extrin-
ſecos id circò actus,ſignaq;requiri ex-
teriora, ſivè verbis, ſivè rebus oſten-
ſa,quibus nobis de animi, voluntatiſ-
que deſignatione verò ſimilitèr ſaltim
ac præſũptivè cõſtare poſſit, appoſitiſ-
ſimè quoq; ſecundæ opinionis Aſſe-
clæ tradidere; prout diſſidentes has
49 opiniones ex Bart. in cit.l. gerit n.5.
Ibique Roman. num.4.cæteriſquæ alijs
D. de acquirend. hared. ac Roland. a
Valle conſ. 77. num. 29. & 31. lib.1.
conciliare nixi ſunt Maſcard. de pro-
bation. cit. concluſ. 40. num. 4. lib.1.
& Frideric. Prukman cit. conſ. 47.
50 num.100, & elicitur ex Franc. Aretin.
conſ. 160. num. 3. Cardinal.Zabarell.
conſil. 37. numer. 1. Dom.Reg. Capyc.
Latr. deciſ.117.num.1. lib.1. Rev. P.
Gaetan. de Afflict, contr. juris reſol.
cap. 17.

cap.17.nu, 28.& 29.Ideoque modos
varios,quibus verbis adita præſuma-
tur hæreditas, poſt cæteros recenſet
Cardinal. Mantic. de conjectur.ultim.
volunt.lib.12. tit. 11. per tot.Menoch.
cit. lib. 4.præſumpt.præſumpt.100.per
totam,Maſcardus de probat.cit.concluſ.
40. & 42. David Doring. in bibliot.
juris Conſult. eod. verbo aditio ex qui-
bus verbis à num. 100. uſque ad num.
111. quibuſvè rebus, factiſvè, ijdem
51 Menoch. cit. lib. 4. præſumpt. 101.
Card. Mant. de cõjectur.ultim.volunt.
dic. lib. 12. tit. 12. Maſcard. concluſ.
42. uſque ad concluſ.52.& David Do-
ring.loc.cit. verſic.ex quibus factis in-
telligatur adita hæreditas à num.111.
uſque ad nu. 206. & latiſſimè quoque
ante eum rem exornarunt. Cardinal.
Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. lit. A.
verb. aditio concluſ. 190. cum duabus
ſequentibus,Marta de ſucceſſion. legali
tom. 2. cit. par. 4. quæſt. 14. artic.2.
per tot. Laurent. Vrſell. legalium con-
cluſ.cit. verbo aditio hæreditatis con-
cluſ. 51. num. 5. uſque ad numer. 98.
lib. 1. Franc. Niger. Cyriac. d. con-
troverſ. 244. num. 5. cum pluribus ſe-
quentibus,
Ad ſpeciem igitur noſtram accedentes,
data hæredis ſciẽtia,prout in Ioſepho
nominato certa, enixaque fuit; quæ-
52 que ad aditionem præſumendam uti
neceſſarium antecedens expoſcitur,l.
ſi is ad quem 22.l.hæres inſtitutus 32.
D. de acquirend. hæredit. Cardinal.
Mantic. de conjectur. ultim. volunt. d.
lib.12. tit. 12. nu.1. Maſcard. de pro-
bation. concluſ. 45. nu.47. lib.1.Mart.
de ſucceſſ. legal. tom.2. p. 4. quæſt.14.
artic. 2. num. 4. quatuor potiſſimum
pro aditione conjectanda in hac re
vrgere videntur.
Primum nequaquam hic de damnoſa
ag hæreditate,à qua omnis aditionis præ-
53 ſumptio abhorret, Argument. l. 1. D.
ſolut. matrim. Bart. in d. l. gerit D.de
acquirend. hæred. Cravetta conſil.33.
nu. 12. in fin. lib. 1. Natta conſil.448.
num. 20. lib. 2. Cardinal. Zabarell.
conſil. 37. ſub nu. 1. verſic. finge enim
Cardinal.Tuſch.tom. 1.practicar.con-
cluſ.lit.A verbo aditio concluſ.186.nu.
22. verſic.ſi verò damnoſa. Cardinal.
Mantic. de conjectur. ultim. volunt.
d. lib. 12. tit.11.ſub nu. 26. Maſcard.
de probation. lib. 1. concluſ.45.nu.57.
Dom. Præſes de Franch. dec. 80. nu.9.
Marta voto 134. num. 5. Laurent.Vr-
ſell. ex alijs cit. concluſ. 51. num. 63.
Niger Cyriac. controv. forenſ. citat.
controv. 244. num. 32.Sed de lucroſa
ſucceſsione,ex præclari muneris no-
minatione, & abſque ullo onere ob-
venientis, qua in ſpecie aditionẽ præ-
54 ſumi DD. dixere; nam quilibet,quod
ſibi utilius, (quodque diligens Pater
familias facturus eſſet) peregiſſe cẽn-
ſetur. Cardinalis Zabarell. loc. cit.
Philipp. Corneus naturalem hanc nũ-
cupans rationem conſ. 310. nu.4.circ.
fin.lib.3. Aymon. Cravetta d.conſ.33.
num. 11.vol.1. Cardinal. Mantic. de
conject. ultim. volunt. d. lib. 12. tit.
12.nu.26.verſic. nam. ſi eſſet Maſcard.
d. concluſion. 40. numer. 9. & con-
cluſ. 45. num.57. in fin. perbellè Gra-
tian. diſcept.forenſ.cap.78. num.18.
lib. 1. Laurent.Vrſell. cit. concluſ.51.
num.63. David Doring. verb. aditio
ſub nu.94.
55 Et quamvis id reſpuat, & egregiè
Dom. Præſes Vincentius de Franch.
inter celebres noſtræ præclariſsimæ
Patriæ I. C. conſultiſsimus deciſ. 60.
nu.22. ut, etiam in opulenta hæredi-
tate aditio nõ præſumatur,ac ſecundũ
hanc ſententiam, à Sacro Capuanæ
Senatu junctis aulis, & in Collaterali
56 Conſilio judicatum referat, cit.deciſ.
60.ſub num.9. & in fin. & ſequitur
Maſcard.d. concl. 40.ſub num.9. in
fin.Menoch.d. lib. 4.præſumption. præ-
ſumpt. 99.num. 2.Vrſell. cit. concluſ.
51. tom. 1. ſub tit. 8. alijque.
Attamèn, ſi pro aditione inducenda ob-
57 ſervatio hæc,lucroſæ ſcilicet ſucceſ-
ſionis ſufficiens omninò non erit,cum
alijs inſimul juncta,faciliùs eam indu-
cere valebit, ut animadvertere Phi-
lipp.

lipp. Corn. Aymon. Cravetta Cardin.
Mantic. & David Doring. loc. cit.

Secundum, circa eos verſari nos actus,
quibus de Ioſephi animo officiũ adi-
piſcendi, manifeſtè innoteſcit; ex ge-
minata videlicet Notarij ad ultimum
celebrandum elogium requiſitione;
ex declaratione deinde peracta, de
nominatione, ſucceſſioneq; à Io. Bāp-
tiſta in ſui commodum decreta; ac de
conjunctorum demum, (pro eodem ſi-
bi collato officio) recepta gratulatio-
ne.

Quæ cuncta ad voluntatem, animumque
in hac re indagandum ſatis eſſe putā-
tur; cum hæredis animus, (ut annui-
mus) ex verbis, aut geſtis qualiter-
58 cumque declaratus, ad adeundũ ſuffi-
ciẽs exiſtimetur, *DD. in d. l. pro hærede,*
& l. gerit D. *de acquirend. hæredit. &*
in §. fin. Inſtit. de hæred. qualit. &
differ. Arctin. d. conſil. 160. *num.* 3.
Cardinal. Zabarell. cit. conſ. 37. *nu.* 1.
Cardinal. Mantica *de conject. ultim.*
volunt. lib. 12. *tit.* 13. *numer.* 1. *Dom.*
Reg. Capyc. Latr. d. deciſ. 117. *num.*
1. *Cardinal. Tuſchus,* Maſcard. *Menoch.*
Mart. Vrſoll. Doring. Cyriac, alijque
ſupra citati.

Quãvis actus ipſi negativè quodammo-
dò ſeſe haberent; ſpecies etenim in
59 jure penduntur, quibus ex non facto,
(ut inquũt) adeundi quoque animus
60 dignoſcitur, Bart. *Caſtrẽſ. Imola Rom.*
Cardin. Mãtic. Tuſch. Maſcard. Marant.
alijque mox citandi, ut puta ſi hæredi
ad hæreditatem adeundam, vel repu-
diandam certè temporis induciæ ſint
præfixæ, iſque infra ſtatutum id tem-
pus nihil egerit; ex hoc nãque nõ fa-
cto hæreditatis probatur aditio, *l. fin.*
§. *ſin autem, &* §. *ſi quis autẽ temera-*
rio C. de jure deliberandi, cum cæteris
juribus *à Bart.* hujus opinionis anti-
ſtite collectis *in d. l. gerit num.* 28. *D.*
de acquirend. hæreditat. & quæſt. 10.
numer. 3. *cum ſequen.* poſt *Caſtrenſ.*
& Imol. Cardinal. Mantic. *de conject.*
lib. 12. *tit.* 13. *nu.* 1. *& tit.* 12. *nu.* 18.
Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. lit. A.
concluſ. 190. *num.* 15. *&* 16. *Maſcard.*
de probation. lib. 1. *concluſ.* 44. *nu.* 41.
& concluſ. 51. *num.* 1. *Ariſmin. Tepat.*
receptar. ſententiar. tit. 548. *cap.* 12.
verſic. ille cui, Lodovic. Gilhauſen. in
Arbor. Iudic. tom. 1. *cap.* 6. *de probat.*
par. 1. §. 51. *num.* 43.

Sicuti creditori ſuo ſuccedens, ſi intra
præfinitum promiſſionis tẽpus ijs de-
61 bitum non ſolverit, qui ipſo repudiā-
te ſuccederẽt, ex nõ facta hac ſolutio-
ne adiviſſe, magis communitèr cenſe-
tur, *Bart. in locis ſupra allegatis poſt*
Paul. de Caſtro, & Imolam, Alex. eun-
dem *Bart.* à Baldi objectis vindicans
in l. non hoc num. 5. *& ſequ. C. unde*
legitimi, & in conſil. 20. *incip. circa*
conſultationem num. 1. *& ſequ. lib.* 7.
Roman. conſil. 247. *incip. primo dici*
poteſt numer. 4. *verſic.* 2. *ad hoc rectè,*
Natta conſil. 74. *puto de jure num.* 10.
lib. 1. *Marant. in repetit. l. is poteſt nu.*
77. *D. de acquirend. hæredit.* Maſcard.
cit. concluſ. 44. *nu.* 42. *&* concluſ. 51.
num. 2. quamvis anceps, *ob Baldi* au-
ctoritatẽ, ac tradita per *Cardinal.* Mã-
tic. d. lib. 12. *tit.* 13. *ſub num.* 8. *verſic.*
ſed contrariam cum ſequ. ſed compro-
bat *David Doring. dic. verbo aditio*
ſub num. 87.

Quamobrem ſi juris Prudentes in re dif-
ficillimæ indaginis, ad interna volun-
tatis inveſtiganda, non modò affirma-
tivis, ſed etiam negatiuis, aut ſaltim in
differẽtibus, ſeù præciſivis actibus uſi
ſunt, (quanto veriùs ex deſuper pon-
deratis,) qui non niſi ad officij, hære-
ditatiſque ſucceſſionem capeſſendam
referri poſſunt, ſcitiſſimos Dominos
jus dicentes, pro aditione fuerit æquũ
reſpondere?

Tertiùm, fraternæ ſucceſſionis rem agi,
cujus aditionem faciliùs quoque eſſe
præſumendam, ex *Gratiani* præſertim
62 doctrina impellimur, *diſcept. forenſ.*
cap. 78. *numer.* 19. *verſic. addebatur,*
lib. 1. ubi in proximiorum hæredita-
tibus, aditionem magis præſumi fir-
mavit, *Baldi* autoritate ductus, *in l. ſi*
matre in princip, C. de ſuis, & legiti-
mis.

Digitized by Google

mis, quo loci, licet de parentis ſucceſ-
ſione agatur, in qua filius ipſo jure
ſuccedit, mater quoque comprehen-
ditur, *Ibi omnimodo patri ſuo, matrivè
ſua ipſo jure ſuccedant*, quod parvi-
pendendum non eſt, cum propoſitio
63 illa in filio actore, *filius ergo hæres*,
in matris hæreditate uti liberos in po-
teſtate nõ habentis, minimè vigeat, ut
64 (quidquid in contrariũ eruditè alio-
qui dixerint *Caroc. deciſ.* 43. *ferè per
tot.* Maceratenſ. *variar. reſolut. reſo-
lut.* 109. *num.* 57. *Poſtius in tract. de
manutenend. obſervat.* 87. *nu.* 6. *verſic.
ſed contrariũ*) cõmuniori tamẽ calculo
fundarũr, *Alex. conſ.* 172. *in cauſa, & li-
te n.* 2. *verſ. nec ex potentia n.* 6. *Cardin.
Tuſch. practic. concluſ. tom.* 3. *lit. F.
concluſ.* 361. *num.* 11. *Magonius dec.
lucenſ.* 62. *num.* 13. *Cartar. deciſ. Rot.
cauſ. exequt. Genu.* 54. *num.* 22. *Car-
dinal.* Mantic. *deciſ.* 198. *num.* 7. *Marti.
medices exam.* 50. *num.* 4. *& ſequ. &
deciſ.* 79. *nu.* 8. *verſic. item quod non
valeat. Novar. deciſ.* 176. *ſub num.* 4.
Dom. Reg. Conſil. *Paſchal. de viribus
pat. poteſt. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 31. *Franciſ.
Niger* Cyriac. *controv. forenſ. d. con-
trov.* 244. *num.* 25. *lib.* 2. Rota *Roman.
poſt tract. Poſty deciſ.* 647. *num.* 65. *&
& 66. Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 119.
num. 4. *lib.* 1. Io: *Baptiſt. groſſ. con-
troverſ. forenſ. controv.* 35. *numer.* 9.
verſic. negativam. Et proindè, ad fra-
trem id protrahere, ut facilius ſcili-
cet in eo aditio præſumatur, indignum
non referetur; quandoquidẽ frater ex
65 *Aulo Gellio, noct. attic. lib.* 13. *cap.*
10. *& Iacob. Spiegel. in lexico, verbo
fratrem*: FERE ALTER exiſtima-
66 tur, ſummaque neceſſitudine frater
fratri conjungatur, ut ardenièr ex-
prompſit *Cic. epiſt. lib.* 13. *ad* Attic.
67 *epiſt.* 7. *circa finem*, nihilque aliud
ſit fraternitas, quam inter germanos
diviſus ſpiritus. *Quintilian. declamat.*
322. *verſic. namquid, Anneus Robertus
rer. judicat. lib.* 3. *cap.* 7. *pag.* 631.
68 Vnde ni ſacra auri fames (plebejos
in hac ſanè re) quorumdam animos
everteret, excæcaretque, ut *Ovid.* ce-
cinit *metamorph. lib.* 1.

*Effodiuntur OPES, irritamenta malo-
rum;*
*Iamque nocens ferrum, ferroque nocen-
tius AVRVM*
*Prodierat, prodit bellum, quod pugnat
utroque,*
*Sanguineaque manu crepitantia con-
cutit arma.*
*Vivitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite
tutus,*
*Nec ſocer à genero, FRATRVM quo-
que gratia RARA EST.*

69 Quod ex tragico, atque horribili
quodam eventu, quo duo germani
fratres ob ſomniata quædam bona, ſe
invicem interemere, comprobavit ex
*Berardino Scardenio in deſcript. Vrb.
Patavij lib.* 3. *claſſ.* 3. *Io, Thuilius
in commentar. ad Alciat. emblem.* 159.
ſub verſic. ſic Demoſtenes; Natura alio-
qui inſita hæc ferè ſacra vnio, ſciſſa
nunquã reperiretur, quare *Silius Ita-
lic. de bell. punic. lib.* 9.

*Lucis idem auſpicium, ac patrium, &
commune duobus*
*Paupertas, ſacro juvenes Præneſte crea-
ti,*
*Miſcuerant ſtudia, & juncta tellure ſe-
rebant.*
*Velle, ac nolle ambobus idem, ſociataq;
toto.*
*Mens ævo, ac parvis dives CONCOR-
DIA rebus.*

70 Alia eruditè congerit inter recen-
tiores ſatis micans, *Michalor. in tract.
de fratr. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *&* 2.
71 *cum pluribus ſequentibus*. Vnde ſi in
quolibet hærede catholico, aditio
præſumitur, ex Bart. *theoric. in Auth.
ſed cum teſtator num.* 1. *C. ad l. falci-
diam, & l. nemo poteſt num* 4. *&* 5. *D.
de legat.* 1. *Cardinal.* Mantic. *de con-
jectur. ultim. voluntat. lib.* 12. *tit.* 9.
num. 2. & ſequitur *David Doring. cit.*
72 *verbo aditio num.* 28. ſicuti in pio, re-
ligioſovè hærede hoc idem ex eadem
Bart. doctrina probavit *Maſcard. de
probat. concluſ.* 40. *numer.* 11. *lib.* 1.

multò

multò magis in germanis fratribus,
(inter quos clara fides , pietas exem-
plaris , & ſemper eadem unanimitas
eſſe deberent,)concludere fas erit:
Quartùs (& ſanè efficaciùs erit,)Nam of-
ficij nominationem ſibi traditam , pe-
nès ſe nominatus Ioſeph ſedulò reti-
73 nuit; quamobrem veriſſima illorum
eminet ſentẽtia, qui ob defuncti ſcrip-
turarum retentionẽ,hæreditatem adi-
tam præſumi incõcuſſe exiſtimarunt
prout ſunt *Andreas Barbat. conſ.* 52.
ſub num. 18. *verſic. capio tertiam du-
bitationem, & num.* 19. *&* 20. *lib.* 4.
*Cardinal.Tuſch.practic.concluſ. lit. A,
concluſ.* 190. *num.* 36. *David Doring.
in bibliot.* Iur. *Conſult. cit. verb. adi-
tio num.*118.& quod penſandum ma-
ximoperè, id eſt,nam *Andreas Barbat.*
74 huius ſententiæ Auctor de retentione
librorum rationis verba fecit, quam
in mercatoribus, uti magni ponderis
retenta res foret, amplificavit *d. Con-
ſil.* 52. *num.* 20. quodque (validiſſi-
75 mo juris argumento,) multo ſanè ma-
gis in hac ſpecie amplecti oportet,ubi
non præcioſioris rei ſcripturam ; ſed
totius rei compendium , nominationẽ
ſcilicet officij metipſam ſibi inſtitutus
Ioſeph retinuit.*Vulgat.Authen. multo
magis C.de ſacroſan. Eccleſijs late Au-
guſtin. Barb.in loc.cõmunibus argumẽ-
tor. jur.loco* 67.*n* .1. *& ſequ. & loc.*75.
& in collect. Cod. lib. 1.*tit.* 2. *in cit.
Authent.multo magis num.*2.
Neque negotium faceſſit , ſi ex adverſo
obijciatur;Ioſephum in officio inſtitu-
tum , vivo adhùc diſponente fratre
nominationẽ penes ſe retinuiſſe,quod
76 nullius eſt certè momenti reputandũ;
ſicuti enim viventis nulla eſt hæredi-
tas, *l.*1.*D. de hæredit. vel action. ven-
dit. l. neminem* 27. *D. de acquirend.
hæredit. l.* 1. *D. pro hærede , l. nihil
aliud* 24.*D. de verbor. ſignific. l. hære-
ditas* 63. *D. de regulis juris gloſ. in d.
l.* 1. *verb. qui vivit in princip. D. de
hæredit. vel action. vendit. Petrus Gre-
gor. Tholoſ. Syntagm. juris civilis par.*
3. *lib.*46.*cap.* 4.*nu.* 4. *Annæus Robert.
rer. judicat. lib.* 3.*cap.*7.*verb. prò aggra-
to verſic. quemadmodum pagin.* 639.
Franciſcus Pfeils. conſil. 99. *num.* 11.
lib. 1. *& conſil.* 105. *numer.* 10. *lib.*2.
Anton. de Amat. variar. reſolut. lib. 2.
reſolut. 84. *nu.* 70. *Niger Cyriac. con-
troverſ. forenſ. controv.* 5. *num.* 170.
Lelius Altograd. conſil. 40. *nu.*7. *lib.*2.
77 *Ioſeph Altograd.* Digniſſimus meher-
clè tanti genitoris filius *controverſ. fo-
renſ. controv.* 18. *numer.* 38. *controv.*
29. *num.* 28. *& controv.* 31. *num.* 9.
Rev. *P. Gaetan. de Afflict. controv. ju-
ris reſolut. cap.* 17. *num.* 33.
78 Ità Teſtatore vivente , nulla quo-
que ipſius hæreditatis penſitari valet
aditio, *l. qui ſuperſtitis* 19.*D. de acqui-
rend. hæredit. Petr. Gregor. Tholoſ. loc.
cit. Cardinal. Mantic. de conjectur. lib.*
12. *d. tit.* 12. *num.*3. *Annæus* Robert.
*loc. proximè cit. Io. Baptiſta de Barbo-
bus in tract. de filijs famil. quæſt.* 27.
nu. 80. *David Doring. cit. verb. adi-
tio num.* 177. *& num.* 178. *Ioſeph Al-
tograd. loc. cit. Rev. P. de Afflict. d.
cap.* 17. *num.* 12.
Ex facto namque reſpondetur , etiam
poſt fratris funus, nominationis eum
ſcripturã à Claudia Vollaro ipſius ex
ſorore nepte,cui cuſtodiendam tradi-
derat, anxiè redhibuiſſe, ac penès ſe
denuò ſicuti ab initio retinuiſſe; tem-
79 pore igitur habili,quo, & adire, & re-
pudiare Ioſeph poterat,quodq;pro in-
ducenda, vel reſpuenda aditione ex-
poſcitur , nominationis iterum reten-
tio intervenit ad *tex. in l. nolle* 4. *l.
is , qui hæres* 13. *l is, poteſt.* 18. *D.
de acquir. hæredit. Surd. conſil.* 398.
num. 12. *lib.* 3. *& conſil.* 463. *nu.* 9.
*lib.*4. *Molfeſ. ad conſuet. Neap. par.*1.
tit. de renunc. quæſt. 6. *num.* 30. *Rev.
P.* Afflict. in ſpecie *contr. juris reſol.
cap.* 17. *num.* 12.
Ex his adiviſſe Ioſephum nominatũ hæ-
redem putandum ſanè erit Ideoque;
ipſo poſtmodum diẽ functo, officium
pariter ex ijſdẽ, in prioribus Diſſerta-
tionibus firmatis, extinctũ remanſiſſe,
PRIVILEGII , deindè clauſulis,
expen-

Digitized by Google

expenſis ſuperius adducta, majorem ſibi vim capeſſere non ambigetur; in Regio etenim diplomate, verba hæc pro nominatæ perſonæ beneficio inſerta cernuntur. *Ita quidem, ut poſt obitum, ac nominationem dictum officium valeat ingredi, & naturalem, & civilẽ poßeſſionẽ præſentium auctoritate in ipſum* TRANSLATAM *cõtinuare, apprehẽdere, & ſibi tueri facere, nullo alio requiſito, nec expectato mandato, & licentia, quod mandatum, & licentiam ex nunc prout ex tunc damus, concedimus, & impartimur.*

Ex quibus regijs verbis palam profectò fit, poſt Io. Baptiſtæ nominantis obitum, officium ſine alia aditione, apprehenſioneque in Ioſephum nominatum tranſitum feciſſe; adeò ut continuare is potiùs translatam regia auctoritate, tum civilem, tum naturalem illius poſſeſſionem, quam apprehendere dici potuerit. Quò poſito omnes ceſſant amaritudines; namque non modo in ipſum continuari officiũ diſpoſitum fuit; filij ſui inſtar, in quem ob ſuitatis vim, qua paternum continuatur dominium, aditione opus non eſſe firmavimus, cum ipſo jure patris hæres efficiatur; ideoque officium ſine alia aditione, immiſtionevè in eum translatum, cũ ipſius terminata poſtmodum vita, paritèr extinctum fuiſſe in præcedentibus Diſſertationibus, fiſco diffinitum obtinuimus; verum etiã abſque apprehentionis ſolemnitate poſſeſſionem in nominatum tranſire cõperimus; ut propterea, quæ ob ſuitatis virtutem in filijs ſibi locum obtinuere, in hac ſpecie, ob regiæ vocis potentiam, efficaciores ſibi partes debeant vindicare.

Quod autem, ut faciliùs auctoritate comprobetur, reminiſci oportet, quod li-
80 cet, (ut dicebamus) hæreditas, illiuſque bonorum dominium, aditione quærantur, ac ejuſdẽ quoq; hæreditatis, ſivè ejus corporum poſſeſſio ſine actuali apprehenſione, nullatenùs in adeuntem hæredem valeat transferri, *l. eum heredes 23. D. de acquir. poſſeſſ.* ubi *Iabolenus*, ita reſpondit, *cum heredes inſtituti ſumus, adita hereditate omnia quidem jura ad nos traſeunt poſſeſſio tamen niſi naturalitèr COMPREHENSA ſit, ad nos non pertinet*, concordant, *text. in l. qui univerſas. 3. §. per Colonum D. eodem, & l. poſſeſſio 20. D. de uſucap.* ex *Cyn.* Bart. *Bald.* Paul. *de* Caſtro *Io. Faber.* Imol. Angel. *Alex. Dec. Corn. Curt. Iuni. alijſque Tiraquell. in tract. le Mort. ſaiſit in præfat. declar. 3. num. 2. & 3. Afflict. dec. 299. num. 4. in princip. Andreas Gaill. pract. obſervat. lib. 2. obſervat. 129. num. 1. & 2. Mynſig. obſervat. cent. 3. obſervat. 38. nu. 2. Schineid. in §. retinendæ numer. 34. Inſtit. de interdict. Gabriel. comm. concluſ. lib. 5. tit. de acquirend. poſſeß. concluſ. 9. n. 1. Argel. de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 1. artic. 7. num. 201. Honded. d. conſil. 18. num. 11. lib. 2. Vveß. conſil. 41. numer. 32. lib. 2. Alex. Raud. reſp. 14. ſub num. 82. vol. 2. Prukm. conſil. 34. num. 102. volum. 1. Hieronym. Schurf. conſil. 96. num. 26. centur. 1. Tepat. verſic. ſententia tit. 548. cap. 15. verſic. licet quis,* Anton. Faber. *de erroribus pragmat. decad. 5. error. 4. & in ſuo Cod. lib. 3. tit. 19. de inofficioſo teſtam. deff. 4. num. 10. Græve ad Gaillum pract. concluſ. lib. 2. concluſ. 128. nu. 2. & 3.*

Non enim ſatis eſt, hæredi, ut poſſideat, hæreditatem adire; niſi quoque poſ-
81 ſeſſionem, data opera conſequatur *l. 1. §. Scevola D. ſi quis teſtam. liber.* ex alijs *Cæſar. Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 4. artic. 6. num.* 147.

Idque in ſuis etiam hæredibus locum vindicare ſibi ex *cit. l. 1. §. Scevola*
82 *D. ſi quis teſt. lib. cum concord.* firmarunt poſt penè innumerós, quos allegãt, *Tiraquell. cit. tract. le Mort. Saiſit. in præfat. cit. declarat. 3. num. 6. & ſequ. Gaill. pract. obſervat. d. lib. 2. obſervat. 128. num. 3. Anton.* Faber. *loc. cit. & in tit. C. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. diffic. 5. numer. 3.*

Borgogn. Cavalc. deciſ. 23. num. 65. &
deciſ. 30. nu. 61. par. 2. Mynſiger. conſ.
61. num. 34. centur. 1. Menoch. de
adipiſcend. poſſeſſion. remed. 4. nu. 81.
& 82. Argel. de acquir. poſſeß. d. quaſt.
4. art. 6. num. 61. cum ſequent. per-
bellè Grave cit. concl. 128. n. 1. & ſequ.
Nihilominùs lege quoque ſâncitum cō-
perimus, ut non modò dominium,
quis, ſed & poſſeſſionem paritèr
ipſo facto, etiã ſine corporali appre-
83 hēſione nãciſcatur, quod colligere li-
bet ex l. raptores 52. §. ſi autem C. de
Epiſcop. & Clericis, ubi Iuſtinianus
raptoribus plenã bonorũ poſſeſſionē;
ſine apprehenſionis miniſterio, ſivè
alio corporeo actu, illius dumtaxat
legis virtute, in raptæ monialis mona-
ſterij commodum ſanxit pertranſire,
ibi, raptoris ejus ſubſtantia Eccleſiæ,
cujus, diaconiſſa eſt, aſſignetur: ut ex his
facultatibus ipſa quidē uſumfructum,
dum ſupereſt, ab eodem Eccleſia conſe-
quatur, Eccleſia verò omnē proprietatē,
& PLENAM POSSESSIONEM earūdē
rerum, noſtro habeat beneficio: Ex qua
ſanè ſanctione dignoſcitur, ut quam-
vis nequeat regularitèr homo, legem
84 tamen ſua præpotentia, poſſeſſionem
quoque jure ipſo etiam ſine traditio-
ne, aliovè actu in alium poſſe transfer-
re; pro ut ex cit. l. raptores id notat,
& ſingulare exiſtimat Bart. ibidem n.
2. ſequuntur, conſimilia afferentes ju-
ra, poſt Cyn. Bald. ſibi contrarium,
Alex. & Imolam Iaſon in l. 1. C. com-
mun. de legat. nu. 7. Afflict. deciſ. 299.
num. 4. verſic. bene fatendum eſt, &
num. 15. verſic. ſed lex, Tiraquell. in
l. ſi unquam verſic. revertatur, nu. 371.
& 372. C. de revocand. donat. & in
tract. le Mort. Saiſit. par. 2. declarat.
18. num. 2. & poſt Guglielm. Benedict.
Menoch. Maſcard. Valaſc. & Guttierez,
id idem probavit, Barboſ. in collect. ad
Cod. lib. 1. tit. 3. cit. l. raptores C. de
Epiſcopis, & Clericis num. 17. & ex
alijs Dom. Praſ. Amatus conſil. 99.
num. 15 & 16. & Dom. Reg. Capyc.
Galeot. reſponſ. fiſc. 7. ſub num. 13.

Quod ſtatuto etiam, ac validiſſimè diſpo-
ni poſſe, ex d. l. raptores, ac varijs con-
85 teſtibus, præſertim cap. 2. de conſuet.
communitèr receptum invenimus, ul-
tra Iaſonem in cit. l. 1. n. 7. C. commun.
de legat. à Cyn. Bart. Bald. Caſtr. Sa-
licet. Angel. Raphael. Cuman. Alex.
Imol. Franciſc. Aretin. Ancar. Philipp.
Corn. Dec. Bertran. Philipp. franco,
Florian. Ripa, Cardin. Pariſ. Ruin.
Curt. Senior. Guid. Pap. Cavalcan. Ca-
telin. Cotta, Corſet. & alijs fere innu-
meris, quos nominatim ſectantur, Ga-
briel commun. concluſ. lib. 6. tit. de
acquirend. vel omitten. poſſeſſ. concluſ.
6. nu. 4. verſic. contrarium cum ſequ.
Tiraquell. in cit. tract. le Mort. Saiſit.
in præfat. declarat. 5. nu. 5. 6. & ſequ.
comprobant Afflict. cit. deciſ. 299. nu.
16. Gaill. lib. 2. obſervat. d. obſervat.
129. num. 13. & obſervat. 152. num.
18. celeberrimus omni ævo Didacus
86 Covarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 5. n. 6.
verſic. cæterum, ubi quomodo id effi-
ciatur Inſignitèr de more explicuit
ſub dicto verſic. cæterum Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 1. n. 404. verſic.
communis, & vera, Peregrin. de fid. com-
miſſ. artic. 47. num. 16. Achil. perſona
de adipiſcend. poſſeſſ. nu. 532. & ſequ.
Hondcd. cit. conſil. 18. num. 13. & 14.
Magon. deciſ. florent. 39. nu. 10. Valent.
froſt. de ſucceſſione ab inteſtato lib. 2.
cap. 4. num. 25. Grave ad cit. concluſ.
129. obſervat. ad Gaill. lib. 2. nu. 22.
David Doring. in bibliot. Iur. Conſul.
d. verb. aditio ſub numer. 310. verſic.
ſtatutum tamen Dom. Reg. Capyc. Ga-
leot. cit. reſponſ. 7. num. 14.
Idque ſi Romanis legibus juſſum adin-
venitur, conſuetudine introduci va-
let, ſtatutis ſanciri poteſt; Regum ſi-
militèr conceſſionibus, citra dubieta-
87 tem effici poterit, cum Rex animata
in terris ſit lex, §. deſcriptionem, & ibi
gloſ. in verb. legem animatam Authen.
de Conſulib. Andreas in cap. 1. nu. 2. in
fine quid ſit inveſtitur. & in cap. 1. §.
Sed nec aliam juſtior ſub nu. 35. quæ ſit
prima cauſa benefic. amictend. Afflict.
deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 299. nu. 14. Surd. deciſ.2.nu.5.
Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. ru-
bric. 10. num.19. Arnulph. Ruzz. de
jur. reg. privil. 58. num. 4. Guilhel.
Anthon. de freundeberg. de reſcript.
88 moratur. concluſion. 49. numer. 96.
Arumaus de comitÿs citat. capit. 6.
numer.72. ut rectiſſimè ex Platone,
cæteri poſtmodum notarint præ-
ſertim Cælius Rodogin. Lection anti-
quar. lib. 8. cap. 1. lit. B Principem,
magiſtratumvè legem eſſe loquentẽ,
legem verò mutum eſſe magiſtratum;
ac proindè Principis voluntas, placi-
tumvè pro lege quoque habeatur, l.
1. D. de conſtit. princip. §. ſed & qaod
principi Inſtit. de jure natural. gent. &
civili Cardinal. Tuſch. practic. conclaſ.
tom. 5. lit. E. concluſ. 252. num. 22.
Petr. Gregor. de Republ. lib.7. cap.19.
num. 7. Cuiac. in paratlit. ad tit. de
Iuſtit. & jur. lib. 6. ſub tit. 6. oper.
tom.2. Borell. de praſtant. Regis Catho-
lic. cap. 31. num.10. Salzedo de lege
89 politic. lib. 1. cap. 7. num. 1. Sicuti
ipſius paritèr contractus, pro lege di-
iudicantur, l. Cæſar ubi Bart. D. de
public. & vectigal. l. donationes 26.
C. de donat. inter vir, & uxorem, ibi
ut puta imperialibus contractibus LE-
GIS vicem obtinentibus, ibique
gloſ. Bald. & alij, Iaſon in l. Civitas
num. 5. D. ſi certum petatur Andr. in
cap. 1. ſub num. 2. & 3. quid ſit inve-
ſtitur. Ruin. conſil. 99. numer. 11. lib. 1.
Menoch. conſil. 1. nu. 241. in princip.
Afflict. cit. deciſ. 299. num. 15. Surd.
d. deciſ. 2. num.4. Cardinal. Mantica
de tacitis, & ambiguis lib. 3 tit. 10.
num. 46. tom. 1. Peregrin. de jure fiſci
lib. 26. tit. 1. nu. 37. Vaſquius contr.
Illuſtr. cap. 3. nu. 5. Alvar. reſp. 118.
in fin. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.
310. numer. 9. lib. 3. Larrea allegat.
fiſcal. 3. num. 7. lib. 1. & alleg. 119.
nu. 9. lib. 2. ante eum Dom. Praſ. Ama-
tus conſil. 99. num. 9.
90 Ad quem contractuum ordinem,
privilegia quoque ex onerosa cauſa
(ut in hac ſpecie,) ortum habentia re-
ducuntur, cum in vim contractus ea
pertranſeant, ut ex Roderic. Suarez
Barboſ. Anton. Gomez Burgoſ. de Paz,
Borell. aliiſque poſt D. Io. Solorzan de
in diar. jure lib.2. cap. 30. num. 18. &
alibi probavit idem D. Io. Baptiſta
Larrea alleg. fiſc. 58. num. 16. lib. 1.
Vt id circò, ſicuti Sanctione lex mortua,
ita lex viua, Princeps nempè, (ut Luca
91 de Penna verbis utamur loc. mox in-
fra citando,) quique inanimata lege
potentior eſt, citat. §. deſcriptionem
Authen. de conſulibus Dom. Reg. Tapia
deciſ. ſap. Senat. 19. num. 5. Reu. P.
D. Gaetan. Afflict. contr. jur. reſolut.
cap. 22. num. 13. principali diplomate
92 eſpreſſim conſtituere poteſt, ut fine
corporeo aliquo actu, ſtatim conceſ-
ſionis illius virtute, & rei dominium,
& poſſeſſio quoque in conceſſionariũ
transferantur, poſt Lucã de Penna in l.
predia verſic. 2. incipit lex animata,
& verſic. ſubſeq. C. de locat. prædior.
civil. lib. 11. alioſque firmat Afflict.
cit. deciſ. 299. num. 17. & ſequenti.
93 adeò ut in futuris evẽtibus nõ adipi-
ſcendæ modò, ſed recuperandæ poſ-
ſeſionis interdictum, eidem compete-
re ex cap. conquarente de reſtit. ſpoliat.
tradiderint, Afflict. idem cit. deciſ.
299. num. 18. Dom. Reg. Revert. diciſ.
56. inferius ponderanda verſic. ergo
poteſt par. 6. Giurba deciſ. obſerv. par.
1. obſervat. 39. ſub numer. 10. quod
enucleavit egregiè Vrſill. in addit. ad
cit. deciſ. Afflict. 299. numer. 1. &
ſequen:
Sicuti in ſtatuto, de quo deſupèr dictum
eſt poſſeſſionem in hæredem cõtinua-
94 ri demandante, recuperandæ quoque
poſſeſſionis interdictum concedi, poſt
antiquiores Bald. ſcilicet, & ſi in hõc
ſibi inconſtantem, Io. Fabrũ, Dec. Ripã
Alex. Nicol. Boer. Gulielm. Benedic.
Caſſan. alioſq; fundarunt, Tiraquell.
in cit. tract. le Mort. par. 6. declarat:
4. nu. 34. & 35. Covarr. variar. re-
ſolut. lib. 3. cit. cap. 5. ſub nu. 6. verſic.
ſic, & interdictum Menoch. de recupe-
rand. poſſeſſ. remed. 1. num. 397. Pe-

regrin. de fideicommiſſis artic. 47. num. 23. verſic. ſed contrariũ Bernard. Grave ad Gayll. pract. cõcluſ. lib. 2. cit. concluſ. 129. lib. 2. num. 33. & 34.

95 Quinimmò, etiam retinendæ poſſeſsionis beneficio, ejuſdem ſtatuti vigore ſe tueri hæredem poſse, ratione, ac auctoritate probarunt, *Guid. Papa dec. 552. num. 3. Tiraquell. in eodem tract. le Mort. Saiſit. par. 6. declarat. 1. num. 1. & ſequen. Covarr. var. reſolut. lib. 3. cit. cap. 5. num. 6. verſic. item & hic poſſeſſor. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 59. Hieronym. Gabriel conſil. 36. nu. 12. Decian. conſil. 41. num. 39. lib. 3. Honded. d. conſil. 18. num. 15. lib. 2. Grave in cit. concluſ. 129. lib. 2. num. 33. & 34.*

Sed, nè peculiaris adhùc in re tanti ponderis deſiderari videatur auctoritas; ita in ſpecie ex ijs Regijs, conſimilibuſque præſertim verbis in privile-
96 gijs appoſitis, & dominium, & veram feudi, officijv è poſseſsionem ſeù quaſi ſine alia apprehenſione in inveſtitum, nominatumque pertranſire, ex diſpoſitione potiſsimum *cit. l. raptores C. de Epiſc. & Cleric.* præter *Bart. Aretin. & Iaſon.* ſupra allegatos edocuere.

Andr. in cap. 1. ſub num. 2. quid ſit inveſtit.

Lucas de Penna in l. prædia colum. 9. verſic. tertia ratio C. de locat. prædior. civil. lib. 11.

Bald. in prælud. feud. nu. 29. & in l. 1. in fin. C. de rerum permut.

Angel. in l. officium ſub num. 2. D. de rei vindic.

Alex. conſil. 187. in hac cauſa num. 17. lib. 2.

Decius conſil. 341. viſo num. 14.

Afflict. d. deciſ. 299. nu. 17. 20. & 25.

Capyc. in cap. Imperialem, verſic. prætereà ſi quis infeud. colum. 8. verſic. limita quarto pag. 52.

Gramatic. deciſ. 56. num. 19. & 29.

Boer. deciſ. 42. ſub num. 27. & 28.

Freccia de ſubfeud. lib. 2. in alleg. pro Dom. Reg. Albertino *pag. 137. n. 68.*

Menoch. conſil. 910. num. 24. & 25.

Camill. de Curt. in diverſ. feud. cap. ut igitur num. 19. & 20. pag. 31.

Peregrin. de jure fiſci lib. 1. tit. 3. nu. 17.

Petrus de Gregor. *de conceſſ. feud. lib. 1. quæſt. 8.*

Meichſner lib. 1. tit. 1. deciſ. 25. n. 19. pag. 404.

Schrader. conſil. 17. num. 13. verſic. quinimò.

Dom. Reg. Revert. d. deciſ. 19. nu. 13. verſic. quia hac par. 6. relata à *Dom. Reg. Rovit.* poſt ejus *conſil. lib. 2. pag. 450.* & à *Dom. Reg. de Marin.* in ab eo recollectis *deciſ. 516. n. 3. volum. 2.*

Dom. Reg. de Ponte conſil. 55. num. 28. lib. 1. & in conſil. 109. ſub num. 4. & ſub num. 20. verſic. Rex tranſlulit lib. 2.

Dom. Præſes Amat. cit. conſil. 99. num. 14. verſic. & poſſeſſionem.

Camill. Borell. conſil. 1. nu. 41. & 47.

Andreas Knichen de univerſ. jur. terr. in cap. 2. num. 8.

97 *Marius Giurba*, non minus ingenio, quam labore præclariſsimus Iure Conſultus *deciſ. obſervat. par. 1. cit. obſervat. 39. num. 10. in princip.*

Dom. Reg. Capyc, Galeat. *cit. reſponſ. fiſcal. 7. num. 2. cum ſequ.*

Ac prætèr tantorum virorum auctoritatem, tùm in feudis, tùm in officijs, (in omnibus nũc fermè exæquatis,) verba facientium, pro ut præcipuè fuere, *Dom. Reg. Revert. Reg. de* Ponte, *Præſes* Amat, *Mar. Giurb. ac Dom. Reg. Capyc.* Galeot, exitus cauſæ in relata *deciſ. Dom. Reg. Revert.* Lucidiſsimè id comprobavit; non ſolum etenim pro certo babitũ inibi fuit ex verbis Regiæ con-
98 ceſsionis, officium illicò in nominatum ibidem fratrem, (pro ut noſtra ſpecies eſt,) abſque alia apprehenſione translatum fuiſse; verum etiam, ex eodem paritèr principio licet fiſcus officij poſseſſionẽ, ſeù quaſi ob defuncti fratris crimina præcæpiſset; poſſeſ-
ſoria

ſoria nihilominus remedia nominato fratri redita fuere; ac proinde eidem officij poſseſſio retributa, ut apud Dom.Reg. *Revert. cit. deciſ. 19 par. 6.* vel penès *Dom.Reg.* Revit. *loc. cit.* aut *deciſ. 516. par. 2. circa finem*, apud *Dom.* Reg. *de Marin.*

Et ex his, pro ut apertam fiſci ſeſe oſtendit juſtitia; ita *Dom. Reg. de* Marin. doctrina *in obſervat. ad cit. deciſ. Dom.* Reg. *Revert.* 551. *num.* 4. huic cauſæ non redditur aptabilis; aut enim Ioſephi fratris hac in re adfuiſse conceditur, quæ ibi negabatur aditio, & noſtram fovet inſtantiam, tantum abeſt, ut hæc officiat auctoritas: quidquid enim effecit in ſuperioribus cauſis ſuitas, hic operata certè foret aditio; aut de aditione aliqua ſupereſse poteſt ambiguitas, & Regiæ conceſsionis verba, non modò officij ſolummodò proprietatem (ſi quæ de jure conſiderari poſset,) pro ut aditio nominato hæredi quæſijſset; verum etiam, & efficaciùs veram poſseſsionem, ſeù quaſi in eundem nominatum fratrem tranſtuliſset; quæ nec perpendit, *Dom. Reg. de* Marin. *loc. cit. obſervat. ad d. deciſ. 551. in fin.* neq; eiſdẽ (quia forſan extra propoſitam ab ipſo ſpeciẽ) reſpondere curavit, translatum ergò, vel aditionis vi, vel privilegij virtute in nominatũ fratrem officium, illius poſt modum obitu, ex in præcedentibus quoque firmatis, diffinitiſque, ad Regium Ærarium reverſum fuiſse judicandum non ambigimus. VI. Kalendas Ianuarij M. DC. LIX.

Non vulgarem hujus controverſiæ diffinitionem ſub XI. Diſſertatione adinvenito.

S V M M AE.

1 *Ingenijs hominum vis quadam dicitur ineſſe.*

2 *Oratorem vi quandoque in dicendo uti oportet.*

3 *Dilemma magni roboris dicitur argumentum.*

4 *Epiſtolam recipiens, nec ſtatim adverſus ibidem contenta proteſtationem adhibent, eandem approbaſſe cenſetur.*

5 *Cautela eſt creditoris, nec aſpernabilis, ut Epiſtolam debitori de ſuo credito mittat; nam ſi eam hic non improbaverit, creditum acceptaſſe præſumitur.*

6 *Acceptatio per ſcriptura, vel epiſtolæ retentionem, facillimè inducitur.*

7 . . . *& non epiſtola modò, ſed cujuſvis inſtrumenti, ſcripturavè receptione infertur.*

8 . . . *præſertim cum ſcriptura recipientis continet favorem.*

9 *Nominatus in officio, id non à nominante, ſed à* Rege *dicitur obtinere.*

10 *Nominandi facultatem habens Regis exequutor, nuduſque ipſius dicitur miniſter.*

11 *Nominatus, à* Rege, *non à nominante officij donum recipere cenſetur.*

12 *Donatio an ſit, contractus necnè remiſſivè.*

13 . . . *& an nominatus, vel innominatus, & num. ſequ.*

14 . . *ipſius diffinitio, ſeù deſcriptio, quanam ſit apud eruditiores.*

15 . . . *quique eam, nec contractum nominatum, nec innominatum, neque conventionem eſſe ſenſerint, & è contra remiſſivè.*

16 *Conſenſus tum donantis, tum donatarij in perficienda donatione requiritur.*

17 *Donatio duo ſibi junctim exquirit extrema, donatorẽ ſcilicet, & donatarium.*

18 *Do-*

18 *Donatarÿ libera debet eſse voluntas, an donationem recipere, vel repudiare velit.*

19 *Dona hoſtium ſunt recuſanda.*

20 Beneficium *in invitum conferrt, nec juſtum, nec æquum eſt.*

21 *Donationem invitus recipere nemo compellitur.*

22 Principis *beneficium ſine acceptione non quaritur,*

23 . . . *ſicuti privilegium.*

24 Gratia *beneficÿ perfecta, niſi acceptetur, nullatenus exiſtimatur.*

25 *Donatio conditionem continere dicitur. ſi à donatario nempè acceptetur.*

26 *Dom.* Reg. *Io.* Baptiſta *Valenzuola Velaſquez commendatur.*

27 Donatio *abſenti, Epiſtola, vel nuncio intercedente validè fieri poteſt.*

28 . . . *ſi tamen nuncius ſpecialitèr ad id fuerit electus.*

29 . . . *ac à donatario fuerit accepta.*

30 *Iacobus Cujacius juſtiſſimè extollitur.*

31 *Donatio abſenti facta Notario ſtipulante, ex receptiſſima apud omnes ſententia, validiſſima putatur.*

32 . . . *quāvis ſpeciali id lege diſpoſitū non inveniri; ſed forenſi magis uſu comprobatum, eruditè noſtri dixerint.*

33 . . . *dummodo tamen donatarÿ eam comitetur acceptilatio,*

34 *Acceptionis conditio in donatione requiſitum dicitur ſubſtantiale;*

35 *Doctor* Iacobus *Antoni us* Marta *commendatur.*

36 *Donatarÿ acceptio creditoribus, qui ante eam contraxere, non officit.*

37 *Donatæ res ante donatarÿ acceptionē, uti in bonis donantis, ad ejuſdē trāsferuntur hæredes.*

38 *Donatio ſtipulante Notario celebrata, an ob donantis obitum revocata cenſeatur, nec nè, remiſſivè.*

39 . . . *& à donatoris hæredibus revocari an poſſit, remiſſivè.*

40 . . *quidve juris ſit juramento intercedente.*

41 . . *præcipuè promiſsorio, ſivè ſpeciali.*

42 . . *& an donatario, ſine Notariÿ ceſſione quæri valeat.*

43 *Auctoris ſententia circa donationis validitatem, abſenti factæ Notario præſertim ſtipulante.*

44 *Donatio ex contrariorum quoque doctrina neque firmitudinem, neque irrevocabilitatem abſque acceptione conſequitur.*

45 . . *prout qui opiniones cupiunt conciliare, acceptionem requiri, negare quoque non audent.*

46 *Lex 2. tit. 16. lib. 5. novæ recopilat. quæ erat l. 3. tit. 8. lib. 3. Odinan.* Caſtellæ *expenditur.*

47 . . *eius diſpoſitione attenta, qui acceptione in donatione opus non eſſe dixerint.*

48 . . *quique quæſtionem eſſe pro amico.*

49 . . *ex ea durum inter Hyſpanos exortum certamen tradidit Haermoſilla.*

50 . . *acceptionē verò requiri eadem l. 2. nil refugante crebrius cenſitum fuit.*

51 . . *& de communi opinione, etiam nonnulli ex contrarÿs teſtantur.*

52 . . *eſseque de ſubſtantia donatariÿ.*

53 *Pactum, etiam nudum duorum deſiderat conſenſum.*

54 *Acceptio in donatione adhuc expoſceretur, & ſi ex ſtatuto alteri, per alterum obligationem acquiri poſſe ſanciretur.*

55 . . *eaque in cunctis humanis actibus exquiritur, à duorum tamen conſenſu dependentibus.*

56 Donationem *ex l ſi quis argentum 35.* §. *ſed ſi quidem C. de donation. ex ſola donandi voluntate abſque acceptione aliqua perfici, Antonius* Faber *exiſtimavit.*

57 . . *quiq; ante eū id quoque ſenſerint.*

58 . . . *at contrariā ſententiam ab omnibus recipi, idem Antonius* Faber *confitetur.*

59 Donatio *ſecundum receptiſſimum intellectum, ex l. ſi quis argentum 35. C. de donation. abſque ſtipulationis ſolēnitate, & ex nudo pacto ſuſtinetur, dummodò donantis, & donatarÿ conſenſus intercedat.* 60 *D.*

Digitized by Google

60 D. Io. de Xart. Reg. Conſiliarius commendatur.
61 Io. Deckerius celebratur.
62 Antonius Faber extollitur.
63 Eius opinio circa intellectum l. ſi quis Argentum 35. C. de donation. ab Auctore ex quampluribus confutatur.
64 Donatarij acceptatio, non modò civili, ſed & naturali jure expetitur.
65 Donatio, ex Fabri etiam doctrina ob acceptationis defectum futilis redditur, & inanis.
66 Nominatio nil operatur, niſi nominati ſubſequatur acceptio.
67 Dom. Philippus Cammarata Siculus commendatur.

ARGVMENTVM.

Vniuſcujuſque rei acceptio, quēadmodum, & aditio præſumptionibus varijs, varijſque depræhenditur, & conijcitur actibus. Donatio omni jure, tū communi Romanorum Iuſtinianeo præſertim, cum Hiſpanico pro ſui adminiculo, atque robore donatarij exigit ratihabitionē; Nullo enim pacto in invitum conferri poſſunt beneficia. *Antonij Fabri* ſententia ad intellectum, *l. ſi quis argentum 35. §. ſin autē C. de donationibus*, juſtiſſimè examinata diſpungitur, ut exinde palam fiat, ſine donatarij acceptilatione donationem perfici non poſſe, pro ut nec nominationem ſine nominati acceptione.

PRO REGIO FISCO

In eadem Cauſa.

Diſſertatio X.

QVamquam, & non inepta, & ad Victoriæ aſsequendam palmam ſatis conducentia, quæ nos in ſuperiori exaravimus Diſſertatione, Dominis Conſenatoribus pro aſ-
ſueta eorum, qua maximè ful geat benignitate viſa fuerint; quia vero mira humani ingenij aptitudo, quà numeroſiſſimam rerum ſeriem percipere valemus, vt *Cælius Rhodiginus* inquit, *antiquar. lection. lib. 3. cap. 3.* ſeù ignea, quæ eidem ingenio vis ineſt, vti
1 eruditè obſervat, *Iacobus Cavatius in illuſt. Anacor. elog. in vit. Diui Mutij*
2 *pollicantor. circ. princip.* ſive conatus, quē in dicendo orator adhibere multoties impellitur, juxta *Seneca* præceptum, *lib. 2. de ira num. 7. verſic. temperatus*, poſtquam in hujuſce negotij tutela, ſuperiùs tradita perabundè exhibere nixi fuimus; unico demū dilemmate, (quod genus arguendi for-
3 tiſſimum eſt) rem hanc abſolvere, & plenè quidem dedere; idque non ingratum utique, quin quampluribus ex Dominis juſdicentibus plauſibile agnovimus fuiſſe; idcircò cum celebres agantur, nec hucuſque, aut excitatæ, aut diffinitæ quæſtiones, labori nulla ex parte, aut cedentes, aut parcentes, ut digniori præſertim præditis minerva viris, quibus ſane arridere ſtudemus, hæc propalam ponātur, quæ pro

fiſco

Digitized by Google

fiſco deſudavimus, quo locus præcipuè illis fieret, vel aptiora ſelegendi, vel ſimul omnia, quæ conjunctim ſententiam peperere amplectẽdi; quæq; pro eodem expoliendo dilemmate ore tunc fuimus præfari, calamo nunc poſteritati non gravamur commendare.

Hoc itaque (orationem perficientes,) argumento uſi fuimus, aut Ioſeph nominatus fraternam electionem ratam habuit, & res pro fiſco, (ut cuilibet innoteſcit) citra dubium conſiſtit; aut Ioſeph nominationem reſpuit, & ad Regem officium paritèr reverſum dici oportet; utroque igitur eventu fiſci inſtantia redditur inconcuſſa.

Prima dilemmatis pars, ſi facti eam circumſtantiæ comitentur, juris prorsùs caret ambiguitate; ſola etenim in eo ad acceptionem eruendã difficultas pergravis agnita fuit, eoquè noſtrum ſeverum ſanè ſtudium hucuſque ſeſe vertit, ut hanc nominati hæredis ad acceptoferendum voluntatem, ex juris viſceribus eliceremus; vel ſcilicet ab SVITATIS potentia, qua filij in poteſtate exiſtentes ipſo jure abſque aditione, immiſtionevè hæredes fiunt. aut ex TRANSMISSIONIS, qua fruũtur efficacia, ob cujus robur prius quam tranſmittãt ſe immiſcuiſſe præſumuntur. aut ex ADITIONE in extraneis, ſive ejuſdem cõjecturis, queis acceptolatæ nominationis animus palàm fieret. vel tandem ex Regiæ conceſſionis CLAVSVLIS, quibus idem acceptionis effectus, ob translatam in electum officij poſſeſſionem, nobis colligi daretur. Quod etenim officium poſt acceptionem nominati obitu deinde finiatur, id uti neceſſariũ conſequens, ſuaptè officiorum, (ut ſæpiùs diximus) natura evenire, vel vulgaribus quoque juris peritis non latet, ſivè latere reputatur indignum. Ac ea propter rectiſſimè prima argumenti pars progreditur, ut ſi Ioſephũ videlicet officium accepto habuiſſe concedatur, res in claris, ſeù citra dubietatem omnem ſit ùtique cenſenda.

Quod autem de jure ambigendum non ſit, nominationem, ſcilicet ratam Ioſèphum habuiſſe, ijs prætermiſſis, quæ ſuperiùs pro aditione inducenda deduximus, quæque pro acceptilatione inferenda ſat, ſuperque pro certo forent, peculiares has quoque, nec aſpernabiles accceptionis aſſertiones duximus afferendas.

Ex facto namque ſcitum eſt, nominationis ſcripturam (ut prædiximus,) à Notario, qui eam conſcripſerat Ioſepho nominato traditam fuiſſe, qui penes ſe illam retinuit, quinimò à Claudia Vollaro eius ex ſorore nepte, & de cujus fide in ea aſſervanda non dubitaverat, poſtmodum eũ ſedulò redhibuiſſe; nulla interea recuſationis, ſivè proteſtationis verba adverſus eandem nominationis ſcripturam faciẽs, vel eructans; Quapropter celebris ea ſe ſe offert ſententia, ut ſcripturam
4 ſcilicet, epiſtolamvè recipiens, ſi expreſsè contra ibidem adverſus ſe ipſum contenta, non dixerit, aut quicquam proteſtatus fuerit, eam omnimodò, etiam in ſui perniciem acceptaſſe dicatur, *l. ſi filius* 18. D. *ad Senat. Conſult. Macedon.* ubi Paulus ita reſpondit, *ſi filius familias abſente patre, cum quaſi ex mandato ejus pecuniam acciperet, cavit: & ad patrem literas miſit, ut eam pecuniam in Provincia ſolveret, debet pater, ſi actum IMPROBAT, cõtinuò TESTATIONEM interponere CONTRARIÆ VOLVNTATIS*, *Clem. 1. de procurat.* ubi S. P, ita paritèr ſancivit inquiens, *Inſtrumento, vel literis, quibus te aliquis in cauſis ſuis procuratorem conſtituens, pro debito modo cavit ſimpliciter, (NVLLA FACTA PROTESTATIONE,) à te ſcientèr* RECEPTIS, *non potes poſtea recuſare defenſionem illius, imò cogi poteris ipſum defendere*, ſubdens, *cum per hac ad omnia tuum præſtitiſſe videaris* ASSENSVM, docẽtq; in *d. l. filius familias D. ad Senat.* Conſult. *Maced. Bart. Angel. & Paul. de Caſtro*

idem

Digitized by Google

idem Bart. in l. quidam D. de conſtitut.
pecun. & l. cũ Tabernam §. idem quaſiit.
D. de pignor. & in l. quo enim §. 1. D.
rem ratam haberi Bald. in l. ſi abſentis
num. 6. C. ſi certum petatur Hieronym.
Schurph. conſil. 84. num. 9. centur. 3.
Franciſcus Schenck. conſil. 35. num. 8.
par. 1. Burſat. conſil. 284. numer. 51.
vol. 3. Dom. Reg. de Ponte conſil. 82.
nu. 13. lib. 1. Hieronym. Pappon. conſil.
33. num. 1. & 2. Rota Genuenſ. deciſ.
18. num. 6. deciſ. 120. num. 1. deciſ.
135. num. 2. deciſ. 147. numer. 4. &
deciſ. 162. num. 2. Magon. deciſ. flor.
95. num. 7. alijque innumeri, quos
ſequuntur. Menoch. de arbitr. Iudic.
conſil. 94. num. 8. & de præſumpt. lib.
3. præſumpt. 65. num. 1. & ſequenti.
Maſcard. de probation. conſil. 627. nu.
10. Gabriel commun. concluſ. lib. 1. de
præſumpt. concluſ. 2. nu. 1. & per tot.
Benvenut. Straccha de aſſecurat. gloſ.
11. num. 4. tract. tom. 6. par. 1. pagin.
371. Genua de ſcriptura privata lib. 3.
tit. 1. de epiſt. num. 118. cum ſequen.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 699. nu.
34. lib. 4. Barboſ. in collect. ad cit.
clement. 1. de procurat. num. 3. & 4.
Gait. de credit. cap. 2. tit. 6. nu. 1105.
& 1111. cum ſequ.

Adeòut, creditori, cui probationis ſui
crediti deeſt inſtrumentum, hanc ean-
5 dem noſtri dederint cautionem, ut li-
teras ſcilicet clarè debitum exprimẽ-
tes debitoris mittat; Nam ſi coram te-
ſtibus, qui eas ſcribere viderint reci-
piens tacuerit; vel continuò adverſus
eas contrariam ſuæ mentis teſtationẽ
nõ impoſuerit, debitũ in eiſdẽ conten-
tùm falſum exiſtimarunt, poſt Bart.
Alex. Hyppolit. de Marſil. Rip. Iaſon.
Bart. Capoll. Matthæſil. Deci. Falin.
Connan. alioſque Menoch. de arbitrar.
Iudic. lib. 2. centur. 1. caſu 21. num. 1.
Bruner. à ſol. in loc. commun. verb. lite-
ræ num. 6. Petr. Barboſ. in l. qua dotis
num. 158. verſic. unde notabilem D.
ſolut. matr. Io. Baptiſt. Coſta de juris,
& facti ignorantia diſt. 79. nu. 1. cum
ſequ. centur. 1. Genua loc. cit. nu. 123.
& 124. Auguſtin. Barboſ. in cit. collect.
ad clement. 1. de procuratorib. num. 5.
ante eum Burſat. conſil. 39. num 8. &
14. lib. 2. Mancin. de Confeſſion. cap. 6.
num. 42. Gratian. diſcept. forenſ. d.
cap. 699. num. 34. lib. 4.

Hujuſque concluſionis robur, ſcripturæ
præſertim, ſivè literarum acceptioni,
6 ac retentioni, (quæque hac in re ex
propoſito interceſsere,) DD omnimo-
dò videndi adſcripſerũt, Bart. nempè
in d. l. cum tabernam §. quæſivit nu. 4.
D. de pignorib. & in l. titius num. 2. D.
de conſtit. pecunia, egregiè Alex. in l.
non ſolum §. morte D. de novi operis
nunciat. num. 27. & 28. Falin. in cap.
cum M. Ferrarienſis ſub num. 55. de
conſtitution. nec diſſentit Menoch. de
præſumpt. cit. præſumpt. 65. lib. 3. nu.
27. verſic. cæterum, & comprobat Mie-
res de maiorat. lib. 1. cap. 36. nu. 8.

Quod ſi hæc, partes ſibi vindicare noſcũ-
tur, cum creditor debitori ſuo rem no-
xiam ſcribit, epiſtola comprehenſam,
ſivè tranſmiſso inſtrumento; (id enim
7 quod de Epiſtola ſuperius traditum
eſt,) id itidem in inſtrumento, aliave
ſcriptura vigere ex cit. clement. 1. præ-
ſertim in principio de procurat. proba-
runt, Bart. in d. l. quo enim §. rem habe-
re num. 1. verſic. quandoque ſuperve-
nit D. rem ratam haberi, Bald. in l. ſi
literas, de mandati contractu lo-
quutus ſub num. 5. C. mandati, Abbas
in cap. non nè num. 4. verſic. ut quia
de præſumpt. Boniſac. de vital. in cit.
clement. 1. de procurat. in princip. Ro-
man. Conſil. 295. num. 6. Anton. Ga-
briel. commun. concluſ. lib. 1. tit. de præ-
ſumption. cit. concluſ. 2. nu. 2. Gratian.
diſcept. forenſ. lib. 4. d. cap. 699. nu.
33. Quantò meherclè efficaciùs am-
plexari id oportebit; quoties, ut in
hac cauſa, ex recepta nominationis
ſcriptura, non damnoſum; ſed honore,
commodoque refertum officium con-
ferebatur. & in ſpecie, ut abſens ha-
bita actus in ſui favorem geſti ſcien-
8 tia, nec expreſsè contradicens, eum
approbaſse cẽſeatur, apertiſsimè edo-

cuere, *Bart. in d. l. quo enim tutiore loco num. 1. D. rem ratam haberi.*

Bald. poſt *gloſ. Roger. in d. l. ſi abſentis num. 11. C. ſi certum petatur.*

Abbas in cit. cap. nonnè, relata, Bartoli verba recitans, *num. 4. verſic. Bart. ibi de præſumptionibus.*

Decius in l. ſemper qui non prohibet nu. 2. in fin. D. de regul. jur.

Et in l. traditionibus num. 15. C. *de pactis.*

Socc. Iun. *conſil. 67. num. 11. lib. 3.*

Cephal. conſil. 33. num. 19. lib. 1. & propriè *num. 23.*

Burſat. conſil. 118. num. 4. lib. 1.

Surd. decis. 206. num. 11.

Theſaur. ex multis *deciſ. 70. num. 12 in princip.* illud vulgatum carmen recitans

Quis niſi mentis inops, oblatum reſpuet aurum.

Rot. Rom. *penes Farin. dec. 262. par 1. n. 6.*

Nicolaus Antonius Gizzarell. deciſ. 51. numer. 3.

Vaſquius contr. illuſtr. lib. 1. cap. 62. num. 8. & propriè nu. 10. ubi ad hoc probandum, quam plurima cóngerit jura.

Petrus Barboſ. in l. quæ dotis num. 153. in princip.

Auguſtin. Barboſ. in collect. C. *lib. 4. tit. 2. ſi certum petatur in cit. l. ſi abſentis num 7.*

Patet igitur hæc omnia, vel efficacius aditionem, (de qua in præcedenti Diſsertatione ſermo fuit), vel nominatim ſaltem acceptionē, (pro qua præſens noſtra eſt ratiocinatio) evidentem præferre; ac ex utraque, cum in idem confluant, omnem, ut diximus, adverſam conticeſcere oppoſitionem oportere.

POſtrema tādem, ut dilēmatis pars firmetur; nominato ſcilicet officium acceptum non ferente, ad potentiſſimum noſtrum Regem id redire; ſivè ipſius nominati hæredis reſpectu, ac ſi conceſsū nunquam fuiſset cēſendum eſse, reminiſci optamus, electum in officio nullatenùs à nominante, ſed à Rege
officium profectò obtinere *l. item eo-*
9 *rum 6. §. 1. D. quod cujuſque univerſ.*
nomine l. ſi conſentiente 16. D. de
manumiſſ. l. pater ex Provincia 22. D.
de manumiſſ. vindict. l. 1. §. ſed neq;
verſic. omnia enim C. de veter. jure enu-
cleand. Marin. Freccia *de ſubfeud. lib.*
2. quæſt. 43. num. 9. & quæſt. 53. ſub
num. 3. Dom. *Reg. de* Ponte *de poteſt.*
proreg. tit. 7. de aſſenſ. Reg. §. 2. nu. 50.
& conſil. 109. numer. 4. 5. 7. 10. 23. &
24. lib. 2. D. Conſil. de Georg. in repet.
feudal. cap. 54. num. 77. Iſernia, Ti-
raquell. Menoch. Maſtrill. Cald. Gut-
tierez, Montan. DD. RR. Rovit. Valen-
zuola, & Cacacius, alijque à nobis re-
lati *Diſſert. 5. num.* 13. cum nomi-
nans executoris tantummodò vice
fungatur, nuduſque ſit miniſter, ipſiuſ-
10 que organo Rex dicatur nominare,
ut ex *Cald. Dom. Reg. de Ponte, Montan.*
Amicangel. cæteriſq; firmavimus *cit.*
Diſſert. 5. num. 14. uſque ad num. 18.
adeò ut nō ipſius eligentis; ſed Regis,
11 qui eidem nominandi facultatem fe-
cit, verè DONVM exiſtimetur, *An-*
ton. Gama deciſ. Luſitan. 29. num. 1.
verſic. præterea, & num. 4. verſic. quod
ſi dixeris, Iacobus Anton. Maur. *alleg.*
73. nu. 3. verſic. advertatur, Dom. Reg.
de Ponte in conſil. 109. *numer.* 30. *in*
princip. & verſic. & licet lib. 2. Dom.
Reg. Rovit. *conſil.* 104. *num.* 4. *lib. 2.*
Et reſpondiſse videntur, *Scævola in*
l. Lucius 90. §. *Dama, & Pamphilo* D. *de*
leg. 2. ubi fideicommiſsarius nō ex hæ-
redis gravati teſtamento; ſed ex gra-
vantis tabulis fideicommiſsum appe-
tere comperitur, ibi *reſpondi, ex his,*
quæ proponerētur; probari Pamphilam
dumtaxat ex TESTAMENTO SVPE-
RIORE fideicōmiſſum petere poſſe, acu-
tiſsimuſque *Papinianus in l. unum ex*
familia 69. §. 1. *D. eod. tit.* ubi in ſpe-
cie edocuit, beneficium, ſivè liberali-
tatem, ut etiam *ibid.* inquit *gloſ. in*
verb. beneficium, non ab eligente capi,
ſed ab eo, qui eligendi tribuit pote-
ſtatem, ſic inquiens, *ſed ſi de falcidia*
quæratur, perinde omnia ſervabuntur,
ac ſi

ur ſi nominatim ei, qui poſtea electus eſt. PRIMO TESTAMENTO fideicõmiſſum fuiſset relictum. non enim facultas neceſsaria electionis propria LIBERALITATIS beneficium eſt. Quid enim eſt, quod de ſuo videtur reliquiſse, qui quod reliquit, omninò reddere debuit?

Si Regis igitur hujus officij prorogatio dicitur DONATIO, & quis unquã revocare auſit in dubium, eam nominato reſpuente, ad donantem Principem ſtatim non reverti? vel nullius roboris, ac ſi nunquam è Regio emanaſset ore putandam eſse? Recurramus quæſo ad juris principia, ijs nãq; luſtratis noſtra quidem adſequemur vota; eiſque alioqui ſubtilibus miſſis quæſtionibus, an ſcilicet donatio ſit contractus, vel nè, cum antiquiores
12 affirment, ut ex *Cyn. Bald. Aret. Angel. Caſtrenſ. Iaſon.* Gomez *Tiraquell. Riminald. Rot.* Roman. & alijs notant, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 781. nu. 39. & 40. lib. 4.* Iacobus *Gallus conſil. 8. num. 8. Dom.* Reg. *Valenzuola conſ. 63. num. 7. lib. 1.* Dom. *Conſil. Prat. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 24. nu. 12.*
13 & an nominatus, vel innominatus potiùs habendus ſit; ſicuti nominatum communitèr novo jure putarunt, ex *Bart.* Bald. Angel. Alex. Iaſon. *Natta, alijſque Clar. in* §. *donatio quæſt. 1. nu. 3.* poſt *Riminald. Tuſch.* Menoch. *Surd.* Farinac. Cardoſ. *Souſa.* Borrell. *Azor.* alioſque *D. Gaſpar Ahermoſill. in addit. ad Gregor.* Lopez *tom. 1 tit. 4. l. 1. gloſ. 1. num. 3. par. 5. Cardinal. Mantic.* dũmodò non à traditione, ſed ab obligatione initiũ ſumat; *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 3. nu. 1. verſic. ſi autem tom.* 2. quæ tamen cũcta eruditiores negant; cum neque bonæ fidei, neque ſtricti juris, neque certum prorsùs, incertumvè contractũ eſse, poſt Fabrum infra citandum, ac *Ioſephũ Fernadez à Renes opuſc. lib. 2. ſect. 1. cap. 5. ex l. interdictum 14. D. de praecar.* (quidquid in Fabrũ ſibi dixerit *Bacovius in exercit. cõtra Fabrũ in chiliad. ultima deciſ. 77. error. 6.*) probavit *D. Hieronym. de Oroz. de apicibus jur. civil. lib. 2. cap. 9. ſub nu. 17. & 18. & lib. 3. cap. 10. num. 8.*
14 ſed actum quendam exiſtimandũ, quo res propria, ex liberalitate à volente proficiſcitur, & in volentem confertur, ut poſt Duaren. Andr. *Gerhard. Stuch. Iacobum Cujacium, alioſque* videre, eſt apud *Henric.* Bucer. *diſp. de univerſ. jur. par. 1. de donation. diſp. 19. theſ. 1. nu. 1. & ſequ. edition. 2. Io. Harprecht. in addit. ad Clarum in cit.* §. *donatio quæſt. 1. uſque ad 7.* qua in re, pro ingenij curioſitate explenda, promiſcuè
15 conſulendi ſunt. *Cardin.* Mantic. *de tacit. & ambiguis convent. tom. 2. cit. lib. 13. tit. 3. num. 1. & ſequ.* Gomez *var. reſolut. tom. 2. cap. 4. de donat. num. 16. Garzias in repet. l. juris gentium num. 25. de pactis Hippol. Riminald. in* Inſtit. *rubric. de donat. nu. 84. cum pluribus ſequentibus Cujac. ad novell. 119. Iuſtiniani, poſt princip. tit. de donat. propter nuptias, vel ſpecialitèr ad novell. 38. tit. de decurion. Anton. Faber. de errorib. pragmatic. par. 2. decade 45. error. 8.* Rev. *P. Ludovic.* Molin. *de contract. diſp. 252. num. 7. & 8. Fachin. contr. juris lib. 8. cap. 89. verſic. tertiam verò Surd. de alimentis tit. 8. privileg. 61. nu. 2. Anton. Pichard. in rubric de donation. Inſtit. num. 17. & Inſtit de actionib.* §. *actionum quæſt. 27. num. 51. Ferdinand.* Mendoz. *diſput. jur. civil. lib. 3. cap. 3. ante num. 1. & num. 11. cum ſequ.* Marius *Cutellus de donation. par. 1. diſcurſ. 1. practic. 1. num. 14. cum ſequ. Dom.* Reg. *Merlin. contr. forenſ. cap. 59. num. 11. & 12. Caponus de ſtipulation. cap. 7. num. 1. & ſequ.*

Ferè omnium, (quod ad rem noſtram adamuſſim confert,) conſona ſenten-
16 tia eſt, non modò donantis, ſed donatarij quoque conſenſum omnimodò exquiri, primi, ut validè liberalitatem exerceat; ſecundi, ut collatum beneficium adhuc libètèr ſuſcipiat; alias nullius momenti donatio eſt, *l. in om-*

nibus 54. *D. de actionib. & obligat.*
ubi Iabolenus ita reſpondit, *In omni-
bus rebus, quæ dominium transferunt,
concurrat oportet effectus* EX *VTRA-
QVE PARTE contrahentium; nam
ſivè ea venditio, ſivè DONATIO, ſivè
conductio, ſivè alia qualibet cauſa con-
trahendi fuit, niſi animus VTRIVS-
QVE conſentiat, perduci ad effectum
id, quod inchoatur, non poteſt, l. abſenti*
10. *D. de donationibus*, ibi *vel miſſam
ſibi NON ACCEPERIT, donatæ rei
Dominus non fit*, & ibi *Accurſ. in prin-
cip. & in l. illud* 17. *verſ. alia cauſa in
fin.* C. *de ſacroſanctis* Eccleſijs, ubi etiã
Bart. *num.* 5. *Decius conſ.* 35. *num.* 1.
lib. 1. Decian. *lib.* 2. Reſp. 39. *num.* 3.
Natta conſil. 253. *numer.* 8. *verſic. ubi
inquit vol.* 2. *Peregrin. conſ.* 100. *nu.*
3. *lib.* 5. *Clarus in* §. *donatio quæſt.*
12. *numer.* 3. Petr. Gregor. *Syntagm.
jur. civil. lib.* 28. *cap.* 13. *nu.* 1. *Cardin.
Mantic. de tacit. & ambiguis convent.
tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 1. & 2. &
tit. 7. *numer.* 2. Franciſc. Balduin.
lib. 2. Inſtit. *de donat. tit.* 7. *verſic.
cum donator*, Gregor. *Lopes in l.* 4. *tit.*
4. *partit.* 5. *verbo nolo puede* Fazer
verſic. ut enim, Gutierez *conſil.* 41. *nu.*
1. & 2. Fachineus *controv. jur. Cap.* 32.
lit. D. verſic. poſſe nimis lib. 5. R.P.
Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. *diſp.*
6. *nu.* 2. & 3. *verſic. & ratio eſt tom.* 1.
Franciſc. Marc. decis. delphin. 326. *nu.*
6. & 11. *lib.* 1. *Molin. de Hiſpan. pri-
mog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 58. *Dom. Reg.
Valenzuola conſil.* 63. *num.* 8. *vol.* 1.
Franciſcus *Niger* Cyriac. *controv. fo-
renſ. controv.* 315. *numer.* 25. *lib.* 2.
Capon. de pactis quæſt. 54. *numer.* 24.
verſic. verum. Duo etenim pro ſui va-
17 liditate donatio expoſcit extrema,
unum à quo incipiat, ut puta donan-
tem, alterum nimirum donatarium, in
quo conſiſtat, poſſitque reſidere, *Frã-
ciſcus Marzar. conſil.* 100. *incipit ad
primam num.* 5. Dom. Reg. *de Marin.
in obſervat. ad deciſ. Dom. Reg. Revert.
deciſ.* 3. *num.* 3. *lib.* 1.
Et tres præ alijs expẽdi poſsũt rationes,
Prima, ut in libera donatarij ſit volũ-
18 tate, an velit ratum habere donum,
an repudiare, *l. invito* 70. *D. de regu-
lis juris l. hoc jure* 19. §. *non poteſt D.
de donat. cap. ſi tibi* 17. *de præbend. in*
6. *Can. geſta* 74. *diſtinct.* Petrus Gre-
gor. Syntagm. juris civilis cit. lib. 28.
cap. 7. *nu.* 2. non enim expoſcit Iuſti-
tia, (ut aptiori loco hoc adſervamus?)
nec prudẽtia ſuadet, ut sẽper dona reci-
piãtur; Adversãtiũ etenim præſertim,
19 hoſtiũq; reſpuẽda varijs ſub eventi-
bus fabulati ſunt vates; cum ea plerũ-
que exitio fuiſse cõſtet, ut pyxis, quæ
à Iove fuit Prometheo tranſmiſsa; ſi-
cuti veſtis, qua Medea novam Iaſonis
nuptam donavit, prout ea, quam Hær-
culi miſit Dejanira; ac quemadmodũ
Capys, & Laocoon de Græcorum do-
loſo equi dono apud Trojanos con-
Cives anxiè divinarunt, ut apud *Vir-
gil.* 2. *Æneid.* de primo ſcilicet.

*At Capys, & quorum melior ſententia
menti,*
*Aut Pelago Danaum inſidias, ſuſpectaq;
DONA*
Præcipitare jubent.

& de Laocoonte *ibidem.*

*Et procul, ò miſeri, quæ tanta inſania
Cives?*
*Creditis avectos hoſtes? aut ulla pu-
tatis.*
*DONA carere dolis Danaum? ſic notus
Vliſſes?*

Et inferiùs.

*Quidquid id eſt, timeo Danaos, & DO-
NA ferentes.*

Ac de alterno, infeliciſſimoque Hectoris,
& Ajacis munere, quod utrique necẽ
pertulit, Hæctor enim Ajaci enſem,
Ajax Hæctori militare cingulum miſit,
quibus utrique mortem objere, ſic ce-
cinerunt.

*Hæctor, ut Ajaci dedit enſem, illi ut
dedit Ajax*
*Zonam, utrique necem MVNVS utrum-
que dedit.*

& lepidè *Alciat. emblem.* 168.

*Inſtrumenta ſua capit uterque ne-
cis.*

Enſis

Enſis enim Ajacem confecit: at Hectora functum
Traxere AEmonijs cingula nexa rotis,
Sic titulo obſequij, qua mittunt hoſtibus hoſtes
MVNERA, venturi praſcia fata ferunt.

Secundò, quia in invitũ beneficium conferre, nec juſtum, nec juri conſenta-
20 neum videtur, d. l. invito 70. & l. invitus 199. §. quod cuique D. de regul.
juris, cum alijs adductis per Barboſ. Axiom. 36. nu. 5. Herman. Vuſſeling. nomognoſticon. jur. lib. 1. verb. beneficium, Simon Vaaz Barboſ. princ. & loc. comm. verb. beneficium num. 5. & in ſpecie Vlpianus reſpõdit, non poteſt li-
21 beralitas NOLENTI acquiri, d. l. hoc jure 19. §. nõ poteſt D. de donation. & reſcripſerunt, Caſares in l. nec emere 16. C. de jur. deliber. nec emere, inquiẽtes nec DONATVM aſsequi, nec damnoſã quiſquam hareditatem adire compellitur, gloſ. ibidem in princip. Nicolaus Vigel. in Method. jur. civil. lib. 14. cap. 14. exception. 12. verſic. niſi volenti, Alex. de novo ſyſtemat. ſelect. lib. 6. Codic. tit. 30. de jur. deliberand. in cit. l. nec emere. Borell. in ſumm. deciſ. lib. 3. tit. 10. de donat. inter vivos, & cauſa mortis num. 123. ac venuſtè id probat Iacobus Cujacius ijs verbis, cum nec alitèr poſſit valere donatio, quam SI VOLVERIT donatarius, & donationem AGNOVERIT, nec enim donatur INVITO lib. 1. oper. conſult. 44. circa princ. & Ianus Groter. ait inter onomaſtica, verbo doni, abſq; ACCEPTIONE nulla creditur donatio, & Cicer. in topic. ad C. Trebat. ſub verſic. multa enim, ſic fatur, quò in genere etiam Mancini cauſa defendi poteſt poſtliminio redijſſe; deditum non eſse, quoniam non ſit receptus, nã neque deditionem, neq; donationẽ, ſine ACCEPTIONE intelligi poſse, & ex Plauto in Trinũm. act. 3. ſcen. 2. rectè quoq; notat, Arumaus.

Nullum beneficium eſſe duco id quod cui facias, NON PLACET.

de comitijs cap. 4. nu. 53. unde in ſpecie, Principis beneficium, ut quæri
22 valeat conceſſionarij acceptilatione indigere, ex Oldrad. Bart. & Bald. probavit, Franciſcus Curtius conſ. 4. num. 5. verſic. nec mirum, Aleiat. reſp. 755. incip. pulcra ſententia num. 3. ex alijs Dom. Reg. Valenzuola conſil. 63. num. 4. verſic. ſic beneficia, & poſt Theſaur. cit. deciſ. 70. n. 8. verſic. ampliatur. quarto, Burg. de Paz quaſt. 10. num. 2. Ahermoſill. ad Gregor. Lopes l. 4. tit. 4. par. 5. gloſ. 1. num. 33. ſicuti, & privilegium, ut effectum valeat obtinere,
23 acceptionem quoque expoſcere, argumẽto, l. nõ nunquam 14. & l. is, qui in poteſtate 15. §. ſed ſi unus verſic. ſed ſi ſolus D. de leg. praſtand. & l. emancipata 4. C. qui admitti tradidit Mierez de majorat. par. 1. quaſt. 68. n. 8. ex alijs Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 26. nu. 11. idẽ in beneficij gratia referẽs ut niſi
24 accepta fuerit, perfecta nõ cenſeatur ex Cap. ſi tibi abſẽti 17. de pra. in 6. poſt Covar. Lãbert. alioſq; cit. gloſ. 26. n. 13.

Tertia ratio, ex ſubtiliſſimi Raphaelis Cumani auctoritate colligitur, ut inſit in donatione conditio, ſi videlicet Do-
25 natarius accepto tulerit, quæ antequam impleatur, impoſſibile de jure eſt, ut perfecta dici poſſit elargitio in d. l. abſenti in fin. D. de donat. ibi intelligitur habere conditionen, ſi ille CONSENTIAT, & ſequitur nõ minus ſubtilitate, quã integritate præclariſſi-
26 mus I. C. Dom. Reg. Io. Baptiſta Valenzuola Valaſquez cit. conſil. 63. nu. 4. verſic. quod autem lib. 1. ante eum Marc. Salon. e Paz. conſil. 14. n. 21. Rev. P. Thom. Sãchez de matrim. lib. 1. cit. cap. 6. numer. 16. verſic. caterum, Io. Dekher. lib. 1. Diſsert. 4. num. 33. in fin. verſic. in noſtro caſu ineſt conditio.

Quamobrem licet nuncio interveniente, vel Epiſtola abſenti, validè donari
27 poſſit, d. l. abſenti 10. D. de donat. ibique Bart. caterique gloſ. in l. nec ambigi. C. eodem tit. & in l. illud verbo alia cauſa verſic. ſed dico aliud C. de ſacroſanctis Eccleſijs Cyn. in l. 1.

ſub

Digitized by Google

ſub num. 3. & num. 4. verſic. ex prædictis C. de donat. cauſ. mort. ex quamplurıbus antiquioribus *Capyc. deciſ.* 180. *nu.* 8. *Clar. in d. §. donatio n.* 1. *verſic. intellige,* Franc. *Connan. comment. jur. civil. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 4. *Nicol. vigel. in Method. jur. civil. lib.* 14. *cap.* 14. *exception.* 13. *verſic. niſi abſenti,* Roman. *conſil.* 171. *numer.* 6. *Honded. conſil.* 32. *numer.* 122. *lib.* 1. *Petr. Gregor. Syntagm.* Iur. *civil. cit. lib.* 28. *cap.* 3. *numer.* 1. *Craſs. lib.* 1. *recept. ſentent. §. donatio cauſa mortis quæſt.* 9. *num.* 3. *Tiraquell. in repet. l. ſi unquã verb. donatione largitus n.* 65. *C. de revocand. donat. Gomez var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. Cardin. *Mantic. de tacit. & ambig. tom.* 2. *cit. lib.* 13. *tit.* 19. *num.* 3. *& lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 3. *Cancer. var. reſolut. lib,* 1. *cap.* 8. *num.* 36. *Surd. conſil.* 22. *nu.* 4. *lib.* 1. ex innumeris *Borell. conſil.* 64. *num.* 1. *& in ſumma deciſ. lib.* 3. *cit. tit.* 10. *de donation. d. nu.* 131. *Nicol. Mozzius de donation. ſubſtantial. nu.* 23. *Matthias Berlich. concluſ. practicab. par.* 3. *concluſ.* 2. *num.* 4. *Harprect. ad Clar. cit. quæſt,* 12. *lit. D. verbo nuncio, vel epiſtola,* ante eum *Hartaman. piſtor. quæſt. jur. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 2, & ibidem *Simon Vlric. filius in addit. lit. A. D, Cõſil. Paſchalis de viribus patriæ poteſt. par.* 4 *cap.* 10 *num.* 46. *Franciſc. Niger Cyriac. controv. forenſ. controv.* 577. *nu.* 11. *tom.* 4.

Dummodo ad id nuncius ſpecialiter à
28 donatore fuerit deſtinatus *gloſ. in l. nec ambigi verſic. ſed Ioannes contra C. de donat. Guidon Papa* de communi teſtatus *deciſ.* 222. *num.* 2. prout *Clar. in §. donatio cit. quæſt.* 12. *numer.* 2. *verſic. ſcias,* Cardinal. *Tuſchus pract. concluſ. lit. D. concluſ.* 637. *numer.* 2. Cardinal. *Mantic.* etiam de communi omnium antiquorum patruum ſententia *de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.* 13. *cit. tit.* 7. *num.* 4. Peregrin. *de iure fiſci artic.* 51. *num.* 4. ex quam pluribus, R.P. *Sanc ez de matrim. lib.* 1. *tit. diſp.* 6. *num.* 3. *Hartam. Piſtor. d. quæſt.* 13. *num.* 4. *D. Io. de Caſtill. quotid. contr. jur. lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 39. *ſub verſic. & hi quidem, Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 575. *num.* 4. *lib.* 3. *Franciſc. Niger Cyriac. controv. forenſ. controv.* 58. *nu.* 21. *lib.* 1. *Dom. Reg. Conſ. D. Io. Dexart. in deciſ. Regni Sardiniæ deciſ.* 1. *num.* 1.

Id tamen communi calculo receptum eſt, ſi abſens donationem grato animo ac-
29 ceptam tulerit. alioquin ſine acceptilatione, nec ulla quidem donatio excogitari poteſt *d. l. abſenti* 10. in perpẽſis verbis, *vel miſſã ſibi nõ* ACCEPERIT *donata res Dominus non fit D. de donat. l. ſi ego* 25. *RATVM habẽdo D. de negotijs geſtis l. ratum* 13. *D. de ſolut. RATVM autem habere Dominus debet, cum primum certior factus eſt, l. ſi verò* 8. *§. ſi ſervo verſic. ceterũ D. de bonis libert.* ibi *cæterum ſi ei vivus libertus donaverit, & ille ACCEPERIT, cap. ſi tibi* 17. *de præbendis in* 6. *donec eam RATAM habueris,* & inferiùs *niſi conſentire RECVSES, gloſ. ibidem in verb. habueris,* Curt. *Iunior* ex alijs *conſil.* 120. *numer.* 1. *& ſequ. lib.* 1. *Cardinal.* Mantic. *de tacit. & ambiguis tom.* 2. *cit. lib.* 13. *tit.* 7. *& ſequ. & tit.* 8. *num.* 16. *in princip.* Decian. ex multis, *cit. reſp.* 39. *nu.* 30. *lib.* 2. *reſp.* 57. *numer.* 16. *lib.* 3. *& reſp.* 79. *num.* 10. *lib.* 4. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 575. *num.* 5. *lib.* 3. *Ioſephus Ludovic. deciſ. peruſ.* 29. *nu.* 3. *Hieron.* Magon. *deciſ. lucenſi* 38. *num.* 24. *Stephan.* Ranchin. *in addit. ad deciſ.* 222. *Guidon. Papæ verſic. & licet,* Matthaus *Ferrer. ibid. in nova addit.* poſt damnatæ memoriæ *Carolum* Molin. *Tiraquell. Iacob. Cujacium Covarr.* alioſque de omnium interpetrum mente id eſſe teſtatus *in princip; Gregor. Lopes in d. l.* 4. *tit.* 4. *par.* 5. *verbo nolo puede* Fazer. Mierez. *de major. par.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 1. *&* 2. Molin. *de primog. lib* 4. *cap.* 2. *nu.* 58. *R.P. Andreas* Molfeſ. *in conſuet. Neap. par.* 1. *tit. de renunciat. quæſt.* 4. *num.* 14. Borell. *in ſumma deciſ. lib.* 3. *cit. tit.* 10.

Digitized by Google

tit. 10. de donation. num. 145. Doctor
Marta egregiè conſil. 73. num. 1. & 2.
Io. Deckher. lib. 1. Diſſertat. 4. nu. 31.
Dom. Reg. Valenzuol. velaſ. cit. cõſil. 63.
nu. 9. & 13. in fin. Dom. Conſil. Ho-
diern. in addit. ad deciſ. Surdi 111.
num. 6. D. Io. Baptiſta Larrea deciſ.
91. in princip. lib. 2. Rev. P. Stephan.
à S. Gregor. de præcip. jur. & Iuſtit.
partib. lib. 2. de contractib. cap. 7. nu.
9. 12. & 13. Capon. de pactis cit.
quæſt. 54. numer. 31. ſed pro coroni-
de cunctorum pace, ſcientiſſimi, omni-
30 que ævo celeberrimi Iacobi Cujacij
verba, ut aptiora, juriſque hanc veri-
tatem magis exprimentia, liceat refer-
re, oper. lib. 1. conſult. 43. ſub lit. B.
& donatio, (inqvit) quæ fit abſenti, non
alitèr valet, quam ſi liberalitatem
AGNOVERIT l. abſenti de donation.
nec enim eſt donatio ſine acceptione;
& rectè in illum locum comici, dos eſt
decem talenta, accipio vetus interpres
niſi inquit, dixiſſet, accipio, dos non eſſet;
datio enim AB ACCEPTIONE con-
firmatur, nec poteſt videri datum id,
quod non eſt ACCEPTUM, quique
ſubdit non videtur perfecta antequam
donatarius eam habuerit GRATAM, &
obſervat. lib. 12. cap. 28. tom. 4. idem
Cujac. ſic inquit, donatio non aliter fit
abſenti rectè, quam ſi abſens rem ſibi
miſſam ACCEPERIT, vel rem jam
apud ſe conſtitutam, ſibi donatam ſcie-
rit, eamque donantis liberalitatem
AGNOVERIT, l. abſenti D. de donat. nec
enim eſt datio ſine ACCEPTIONE.
Sicuti in eorum opinione, hodie in pra-
xi receptiſſima, ſentientium, ut valeat
31 donatio in abſentem ſimilitèr collata
pro eo ſtipulante Notario; quæ, & ſi
expreſſa legis ſanctione fulcita non
reperiatur: cum leges, quæ ad eam
32 firmandam expenduntur, nempè, lex
non alitèr 18. D. de adoption. l. 1. §.
1. C. de Magiſtrat. conveniendis cum
ſimilibus. In judicio, non vero extra
id, loqui videantur, ut præ alijs no-
tant, Rev. P. Molin. de contract. tract.
2. diſp. 264. num. 12. verſic. contra-
riam, & verſic. deinde, Sanchez de
matrim. lib. 1. diſp. 7. ſub numer. 11.
Dom. Conſil. Arias de meſa uſu foren-
ſi magis, quam jure obtentam tradi-
tionem faſſus variar. reſol. lib. 3. cap.
50. num. 15. Attamen citatorum ju-
rium ſaltim argumento, & l. 1. 2. & 3.
D. rem pupilli ſalvam fore, communiſ-
ſimè recepta adinvenitur, Cyn. in Aut.
Sacramenta puberum quæſt. 10. nu. 11.
verſic. quid de Notario C. ſi adverſus
vendit. Clar. in d. §. donatio quæſt. 13.
n. 2. verſ. primo caſu, Olrad. conſil. 30.
num. 2. verſic. de actione verò, Alex.
conſil. 53. numer. 5. volum. 7. Soccin.
Iunior. conſil. 67. num. 4. & ſequenti
lib. 3. Rolandus à Valle conſil. 19. nu.
22. volum. 1. Gozadin. conſil. 87. num.
14. Io. Caphal. conſil. 440. numer. 3.
lib. 3. Carolus Ruinus conſil. 119. nu.
7. conſil. 126. num. 10 lib. 1. & conſil.
41. num. 5. lib. 5. Decian. reſp. 1. nu.
21. lib. 3. Berous conſil. 4. num. 7. vol.
1. Iacobus Mandell. conſil. 36. num. 1.
& 2. lib. 1. Fabius Turett. conſil. 60.
num. 20. cum ſequ. lib. 2. ex pene
innumeris Tiraquell. de jure conſtit.
poſſeſſ. par. 3. limit. 30. num. 23. ſic
diffinitum referunt Guid. Papa dec. 49.
num. 2. & deciſ. 222. numer. 2. & 4.
verſic. de ſtipulatione Notarij, Ozaſc.
deciſ. 33. num. 7. & in fin. Io. Papon.
arreſt. Franciæ lib. 11. tit. 1. de donat.
arreſt. 8. Dom. Præſes de Franc. dec.
339. Theſaur. dec. 70. ſub num. 2. com-
probant Rot. Rom. penes Seraphin. dec.
114. num. 10. lib. 2 & penes Farin. p. 1
dec. 262. num. 5. Cavalc. dec. 42. num.
16. par. 1. Surd. dec. 111. ſub num. 4. &
5. Anton. Gama dec. luſitan. 258. num.
5. Magon. cit. dec. lucenſ. 38. num. 11.
Molin. de Iuſtit. & jure diſp. 265. Ca-
mill. Borell. cit. conſ. 64. num. 2. & in
ſumma dec. cit. tit. 10 num. 137. lib. 2.
D. Conſil. de Anna conſ. 32. num. 3. lib.
1. Dom. Reg. de Ponte id, de totius fere
Orbis conſvetudine acceptum tra-
dens, conſil. 147. nu. 32. lib. 2. quod
teſtatus fuerat, Theſaur. deciſ. 124.
nu. 1. Dom. Conſil. Paſchal. de viribus

Patriæ

Patriæ poteſtat. par. 4. cap. 10. nu. 46.
Dom. Reg. Rovit. deciſ. 85. num. 21.
Dom. Reg. de Marin. reſolut. jur. lib. 1.
cap. 86. num. 5. Dom. Conſil. Hodiern.
in addit. ad Surd. cit. deciſ. 111. num.
1. Dom. Reg. Capyc. Latro deciſ. 2. nu.
24. lib. 1. Dom. Reg. Sanfelic. deciſ.
192. nu. 1. par. 2.

33 Omnes fermè graviſſimi patres, ut
eam firmitudinem verè recipiat, do-
natarij acceptionem omninodò ex-
petiere Bald. nempè, Paulus de Caſtr.
Guglielm. de Cuneo Anton. de Butrio
Franc. Aretin. Soccin. ſenior. Deci.
Soccin. Iunior. Curt. Alberic. Io. Bap-
tiſta Plot. Corneus Purpurat. Alciat.
Galiaul. Gozad. Hieronym. Gratus Ca-
gnol. Cardinal. Pariſ. Caſſan. alijque
plures, quos refert, & ſequitur Borell.
cit. conſil. 64. num. 7. & ſequ. & d. tit.
10. de donation. interviv. & cauſa
mortis num. 146. cum ſequenti, proba-
runtque Natta cit. conſil 253. num. 8.
lib. 2. Caphal. dict. conſil. 440. volum.
3. Berous cit. conſil. 4. num. 75. & 76.
lib. 1. Alciat. reſp. 696. incip. difficul-
tas præſentis num. 1. cum ſequ. & di-
xerat in repetit. cap. cum contingat
n. 110. verſic. ſecundo, ex prædictis, &
propriè num. 111. verſic. ſed tamen de
jure jurand. Hyeronym. Gabriel. conſil.
112. num. 6. vol. 1. Peregrin. d. con-
ſil. 100. num. 1. & ſequenti lib. 5.
Guido. Pancirol. conſil. 60. num. 10.
& 11. volum. 1. Gerard. Mazzola
conſil. 66. num. 1. & 2. volum. 1. Ia-
cobus Mandell. cit. conſil. 36. num. 1.
vol. 1. Afflict. deciſ. 275. num. 8. Car-
dinal. Puteus deciſ. 22. num. 6. lib. 2.
Franciſc. Marcus deciſ. 326. numer. 6.
& 14. volum. 1. Theſaur. d. deciſ. 70.
num. 3. Ferrer. in prima addit. ad cit.
deciſ. Guidon. Papa 222. Anton. Faber
in ſuo Codic. lib. 8. tit. 36. diffinit. 3.
& tit. 38. diffinit. 19. Tiraquell. in
cit. tract. de conſtit. poſſeſſ. par. 3. cit.
limit. 30. nu. 8. & 9. Gabriel comm.
concluſ. lib. 3. tit. de verbor. oblig.
concluſ. 1. nu. 100. Molin. de primogen.
lib. 4. cap. 2. ſub numer. 74. Cancer.
var. reſolut. lib. 1. cap. 8. nu. 40. Ca-
vallos commun. contra commun. quæſt.
55. & propriè nu. 5. Franc. Molin. de
rit. nuptiar. lib. 3. cap. 8. nu. 8. Montan.
de regalib. in tit. de regalib. officijs nu.
37. verſic. quia, & ſi notarius Dom.
Reg. Revert deciſ. 3. nu. 3. ſecundum
ordinem Dom. Reg. de Marin. qui ex
eodem Dom. Reg Revert. d. numer. 3.
34 hoc acceptilationis requiſitũ ſubſtan-
tialiſſimum inquit eſſe, in obſervat. ad
cit. deciſ Dom. Reg. Revert. 3. num. 3.
Dom. Reg. Sanfelic. hanc magis cõmunẽ
affirmans deciſ. 192. numer. 2. par. 2.
35 ante hoſce celeberrimus noſter Iuris
Conſultus Doctor Iacobus Anton. Mar-
ta, hanc veriorem, magiſque com-
munem aiens ſententiam eſſe, cun-
ctaſque diffinitiones in cõtrarium ex-
penſas, aut ex diverſis facti ſpeciebus
exortas, aut revocatas oſtendens, in
celebri pro hac re conſil. 73. ferè per
tot.

Quod verum, adeò noſtri agnovere, ut ſi
interim, & priuſquam donatarius ra-
36 tam donationem habuerit, donantis
creditoribus jus quæſitum fuerit; per
ſubſequentem acceptilationem eiſdẽ
minimè præjudicium partum eſſe, ex
l. fin. §. Lucius D. de donat. edocue-
rint gloſ. in l. 1. verb. perfectam C. de
jure fiſci lib. 10. Io. de Platea ibidẽ n. 3.
Tiraquell. de jure conſtit. poſſ. par. 3.
limit. 30. num. 51. Berous conſil. 60.
num. 1. lib. 1. Gutierez de jurament.
confirmator. par. 3. cap. 15. num. 23.
verſic. quarto, Dom. Præſes de Franch.
deciſ. 339. num. 3. ſub verſic. unde
ex prædictis, Theſaur. deciſ. 70. nu. 3.
in princip. & num. 5. Maſtrill. deciſ.
211. num. 26. & ſequ. lib. 3. Noguerol.
alleg. 22. nu. 5. Dom. Conſil. Hodiern.
in addit. ad cit. deciſ. Surd. 111. nu. 8.
& in controverſ. forenſ. controverſ.
28. numer. 4. 7. 8. & 9.

Prout, ſi ante quam donatarius ratum
habuerit, donator obierit; adhuc do-
37 natas res uti in donãtis bonis exiſtẽ-
tes ad ejuſdẽ hæredem pertranſire ex
Bart. Imola Caſtr. Dec. alijſque pro-
barunt

Digitized by Google

barunt, *Io. Caphal. conſil.* 440. *num.* 3.
37. *& ſequ. vol.* 3.
Et quamvis non defuerint, qui in varias
ivere ſententias; alij autumantes, ſimi-
les donationes Notario ſtipulante ce-
lebratas, antequã ratas donatarij ha-
38 buerint, revocabiles eſſe; quemadmo-
dum revocatas quoque donantium
morte cenſendas *Paul. de Caſtr. conſ.*
195. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *lib.* 2.
Caphal. d. conſil. 140. *num.* 3. *lib.* 3.
Molin. de primogen. Hyſpan. lib. 4.
cap. 2. *num.* 69. *& ſequenti, Peregrin.*
dict. conſil. 10. *per tot. lib.* 5. *Anton.*
Faber. cit. diff. 3. *lib.* 8. *tit.* 36. *& cit.*
diff. 19. *tit.* 38. *Marta dic. conſil.* 73.
alijque mox ſuperius adducti; quod
tamen alij eſpreſsè improbarunt *Ro-*
land. videlicet *à Valle conſil.* 19. *nu.*
22. *& ſequenti lib.* 1. *Aymon. Cravetta*
conſil. 252. *num.* 2. *& ſequenti Burſat.*
conſil. 33. *num.* 2. *& conſil.* 118. *n.* 4.
lib. 1. *& conſil.* 173. *num.* 70. *lib.* 2.
Caphal. ſibi contrarius. *conſil.* 33. *nu.*
5. *& ſequ. lib.* 1. cum alijs relatis *à*
Theſaur. d. decif. 70. *num.* 4. *Rota*
Roman. penes Farinac. decif. 262. *nu.*
5. *par.* 1. *Gratianus* alias congerens
ejuſdem Rotæ deciſiones, *diſcept. fo-*
renſ. par. 4. *cap.* 729. *nu.* 19. *& par.*
3. *cap.* 575. *numer.* 8. *&* 14. *Caſar*
Barz. decif. bonon. 26. *num.* 10. *Dom.*
Reg. de Ponte conſil. 120. *num.* 3. *lib.* 2.
Antonin. de Amat. innumeros afferens
var. reſolut. lib. 1. *cap.* 30. *numer.* 4.
Dom. Reg. Conſil. Paſchal. d. part. 4.
cap. 10 *num.* 47. *Dom. Reg. de Marin.*
reſolut. juris cap. 70. *num.* 6. *lib.* 2. *&*
Dom. Reg. Marcian. diſp. forenſ. diſp.
13. *num.* 12. *lib.* 1.
Neque donantiũ obitu eas infirmari in-
quiẽtes, neque illorũ hæredibus eaſ-
39 dẽ infringere cõceſsũ, ut latè probãt;
pronunciatũq; tradunt *Dom. Præſes de*
Franch. d. decif. 339. *Theſaur. decif.*
124. *nu.* 2. *& in fin. Surd. decif.* 111.
per tot. & propriè ſub num. 4. Con-
firmantque idem *Surd. decif.* 206. *nu.*
7. *Fontanell. de pact. nupt. clauſul.* 4.
gloſſ. 8. *num.* 4. *Dom. Reg. de Ponte*
cit. conſil. 120. *num.* 9. *&* 147. *nu.* 32.
in fin. lib. 2. *Thorus in compend. decif.*
Regni lib. 1. *verbo donatio facta ab-*
ſenti pagin. 160. *colum.* 1. *Ahermoſil.*
ad Gregor. Lopez l. 4. *gloſ.* 1. *tit.* 4.
num. 50. *part.* 5. *Dom. Reg. Sanfelic.*
cit. decif. 192. *num.* 3. *par.* 2. *Dom.*
Reg. Marcian. loc. prox. cit. verſic. ubi
id.
40 Præſertim, cũ juris jurandi religio-
ne eædem largitiones, firmatæ fue-
rint *Soccin. Iunior. Alex. Roman. Dec.*
Roland. à Valle, Nevizz. Guid. Papæ,
Anchar. Grat. Cavalc. alijque *penès*
Theſaur. cit. decif. 70. *num.* 8. *verſic.*
ſed contrarium, Covarr. de teſtamen. in
rubric. par. 2. *num.* 14. *verſic. quarta*
& var. reſol. lib. 1. *cap.* 14. *num.* 10.
ex quampluribus *Gabriel comm. con-*
cluſ. lib. 3. *tit. de verbor. obligat. con-*
cluſ. 1. *num.* 69. *Decian. reſponſ.* 1.
numer. 22. *lib.* 3. *Cardinal. Seraphin.*
decif. 472. *num.* 3. *lib.* 1. *Barz. cit.*
decif. 26. *num.* 11. *Dom. Reg. Rovit.*
d. decif. 85. *num.* 21. *Dom. Reg. de*
Marin. reſolut. jur. lib. 2. *d. cap.* 70.
num. 7. *Dom. Reg. Capyc. Latr. d. de-*
cif. 2. *num.* 24. *Dom. Reg. Marcian. cit.*
diſp. 13. *num.* 11. *in fin. lib.* 1. quam-
vis ab hac quoque ſententia receſſe-
rint, *Aleiat. cit. reſp.* 696. *nu.* 2. *Anton.*
Faber. in ſuo Cod. tit. 38. *cit. diff.* 19.
verſic. neque ex ea cauſa, & in allegat.
num. 2. *Dom. Reg. Sanfelic. cit. decif.*
192. *ſub num.* 2. *verſic. ſed indiſtinctè*
Cagnol. Purpur. Pariſ. Covarr. Apoſtill.
ad Alex. cæterique ab eodem *Theſaur.*
allati *d. decif.* 70. *num.* 8. *in princip.*
41 qui tamen eoſdem diſſidentes Iure
Cõſultos, promiſſorij juris jurandi di-
ſtinctione concordare conatur, *ſub d.*
nu. 8. *verſic. pro concordia*, ubi ſic à
majori ipſius Senatus parte judicatum
aſſerit, prout idem comprobat *in ad-*
dit. Gaſpar filius in princip. & fuiſſe
de mente *Covarr.* elicitur, ex *cit. cap.*
14. *num.* 10. *var. reſolut. lib.* 1. cæte-
ros congerunt, *Fabius Turrett. d. conſ.*
60. *num.* 17. *& ſequenti lib.* 2. *Paſchal.*
loc. cit. num. 48. *& Dom. Reg. Conſil.*

Digitized by Google

Hodiern. in addit. ad cit. deciſ. Sard.
111. *num.* 10.

Sicuti an actio in totum ſtipulanti Nota-
rio quæratur, adeò ut illius ceſſione
donatarius poſtmodũ neceſsè habeat;
42 an vero ea utilis à principio in do-
natariũ ipſum transferatur; & an hæc
ante acceptilationem ad dominium
transferendum habilis ſit, vel nè; cum
ſimilibus, quæ apud præcitatos DD.
præſertim *Rev. P. Molin. de contract. tract.* 2. *diſp.* 264. *per tot. Sanchez de
matrim. diſp.* 6. *lib.* 1. *num.* 5 *cum ſe-
quenti, Marta cit. conſil.* 73. *Dom. Con-
ſil. Hodierna ad cit. deciſ. Surd.* 111.
*fere per tot. Caſtill. & Ahermoſill. loc.
infra citand.* obſervari poſsunt, tot
tamen controverſijs implicatæ, ut cō-
fuſionem magis, quam diſtinctionem,
ambages potius, quam lucem diſsonas
haſce ſententias Senatibus attuliſse
43 conſpiciamus; ni veriorē, magiſq; re-
ceptam opinionem ſupra *num.* 16. *&
ſequ. & num.* 29. & propriè *num.* 33.
firmatam amplecti (prout decet,) ve-
limus, donationem ſcilicet nuſquam
ſubſiſtentiam, neque firmitudinem
undequaque ſibi capeſsere; niſi prout
à donante liberè expleta, ſic paritèr
ab abſente donatario expreſsè, vel
ſaltim tacitè, (ut inferius) accepta
fuerit.

Veruntamen, quidquid de varijs hiſce
opinationibus ſentiendum ſit, (quas
tamen obiter attingere neceſsũ fuit,)
quod ad noſtram pertinet quæſtionē,
nulla lege, aut conſuetudine pro certò
induci poterit, ut in donatarium, in
cujus ſubjecto verſamur, ſine ejus ac-
ceptione, quinimò cum expreſsa ejuſ-
dem acquirendi noluntate, (prout
adſtruunt adverſarij,) domum tranſire
44 poſſit, aut firmitatē obtinere; quēad-
modũ cōtrariæ etiã ſenteutiæ cōcedũt
Auctores, præcipuè, *Io. Caphal. d. conſ.*
33. *num.* 4. *lib.* 1. ſcribens, *illud nam-
que quod abſenti donatur, & nomine
abſentis per Notarium ſtipulatur, &
acceptatur, remanet in bonis donantis,
uſquequò abſens donatarius id ratum
habeat*, & in fine *ſub eod. nu.* 4. *verſic.
ſi quidem, & num.* 16. *bene fateor, quod
non acquiritur irrevocabilitèr, niſi
ignorantis, vel abſentis accedat conſen-
ſus, &c. quoniam beneficium non con-
fertur in invitũ, l. hoc jure D. de reg. jur.
rati ergo habitio eſt neceſſaria ad ac-
quiſitionem irrevocabilem.*

Carol. Ruin. conſil. 126. *ſub nu.* 10. *vol.* 1.
dũ inquit, *nã licet ſit verũ quod per No-
tarium quæratur ipſo jure, & ante ra-
tihabitionem, non tamen quæritur ir-
revocabilitèr, rati ergo habitio eſt ne-
ceſſaria ad acquiſitionem irrevocabilē.*

Roland. à valle cit. conſil. 19. *num.* 28.
lib. 1. cum ait, *nam licet ſit verum quod
per Notarium quæritur ipſo jure, & an-
te ratificationem, non tamen quæritur,
irrevocabilitèr, ratihabitio, ergo erit
neceſſaria ad acquiſitionem irrevoca-
bilem.*

Surd. cit. deciſ. 111. *num.* 4. ſic Fatus, *&
ratio eſt, quia, & ſi Notarius ſtipuletur
non obligat tamen invitum, nec donatio
per eam ſtipulationem quæritur invito,
ſicut dominium rei legatæ non acquiri-
tur, niſi volēte legatario, qui ſi repudiat
legatum evaneſcit*, & in fine *deciſ.* ſic
ejus claudit ſententiam, *licet invito
non quæratur.*

Idem *Surd. deciſ.* 206. *num.* 8. dicens
*advertendum etiam, quod donatio etiã
ante acceptationem acquiritur donata-
rio, ſed non ita firmitèr, quin donata-
rius poſſit repudiare, ideſt non acquiri-
tur invito.*

Cardin. Seraph. in d. deciſ. 472. *num.* 4.
lib. 1. *an hoc caſu ſit neceſſaria accep-
tatio donatarij, vel, & ſine acceptatio-
ne teneat, & coſtituta eſt regula, valere
quidem donationem ad effectum, ut re-
vocari non poſſit, neceſſariam tamen
eſſe acceptationem ad effectum acquiſi-
tionis dominij, vel poſſeſſionis.*

Iacobus Gallus cit. conſil. 108. *ſub num.* 4.
& quæritur tantum (ait) *abſenti actio
nullo alio requiſito accedente, niſi ta-
men repudiaret, quia tunc fingitur non
quæſitum, & ſic ante ratihabitionem
revocabilitèr, ratihabitione autem ſub-*

ſequuta

ſequuta irrevocabilitèr quaſitũ, ſi enim acceptat, intelligitur illi jus quaſitum ex ipſo die donationis facta, ſin autem repudiet, nunquam jus fuiſſe quaſitum videtur.

Caſar Barz. d.deciſ. 26. num. 13. ibi *nam verum eſt, quod quaritur actio abſenti, ſed revocabilitèr; nam non cogitur retinere.*

Dom. Reg. de Ponte cit. conſil. 47. nn. 32. lib. 1. verum intelligitur (inquit*) hoc revocabilitèr ſcilicet reſpectu ejus, cui acquiritur, quia poteſt repudiare,* & inferiùs, *quod non eſt inconveniens, ut acquiratur irrevocabilitèr ex parte dantis, ſed revocabilitèr ex parte accipientis.*

Denique, cæteris conſultò omiſſis, *Anto-*
45 *ninus de Amato* qui acceptionis ne-
ceſſitatem agnoſcens, ad has tamen
diſſonantes conciliandas opiniones,
ex *Decio, Purpur. Caphal. Covarr. Tiraquell. Ladech. Oſaſc. Theſaur. Beroo, Valaſc. Menoch. Anton. Fabro, Burſat. Maſtrill. Petr. de Gregor. Intrigl. Virgil. Rot. Roman. Peres, Seraphin. Farinac. Ludoviſ. & Beltram.* alijſque ſic inquit, *Conveniunt tamen omnes pro veritate, & concordia pradictarum opinionum, priorem veriorem, & magis cõmunitèr receptam eſſe firmantes; valere quidem donationem ex ſtipulatione ante acceptationem ad effectum, ut revocari non poſſit, neceſſariam tamen eſſe acceptationem, & procedere ſecundam opinionem ad effectum acquiſitionis dominy, vel poſſeſſionis, etiam conſtituto adhibito, & Notario ſtipulante pro abſente var. reſolut. lib. 1. d. reſolut. 30. num. 6.* cuique ſe ſubſcribunt, *Dom. Baldaxar Cilmon. de la mota, & Dom. Anton. de la Cueva, & Sylva in addit. ad Molin. de primogen. lib. 4. cit. cap. 2. ſub num. 67. uſque ad 70. in fin.*

Quemadmodum in ea inter celebres
Hyſpanos quæſtione, an Regio ipſo-
rũ jure, pro donationis quoq; irrevo-
46 cabilitate, (ut ajũt) acceptilatio requi-
ratur; Quippè quod ex noviſſimæ *le-*
gis ſecunda diſpoſitione, *tit. 16. lib. 5.*
nova Recopil. quæ erat *lex 3. tit. 8.*
lib. 3. ordinan. Caſtella, neque alte-
rius partis præſentia, neque ſtipulatio
ad cujuſvis promiſſionis, aut obliga-
tionis firmitatem deſiderentur: Et in
47 qua, licet acceptione opus non eſſe
dixerint, *Roderic. Suar. in repet. l.*
quoniã in prioribus quaſt. 8. in princip.
n. 7. C. de inofficioſ. teſtamento, Covarr.
in cap. quamvis pactum 2. p. §. *4. nu.*
15. Anton. Gomez lib. 2. variar. cap. 4.
num. 3. & cap. 9. num. 3. & cap. 11.
nu. 18. Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 5.
ordin. col. 12. verſic. quaro utrum do-
natio, Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 3.
§. *21. limitat. 6. num. 43. Parlador.*
lib. 2. rer. quotidian. cap. 3. num. 36.
Cavall. commun. contra commun. quaſt.
54. *num. 11. & ſequ.* ubi *in fine* con-
48 cludit, quæſtionẽ eſſe pro amico, *Ca-*
ſtill. licet anceps *quot. controverſ. jur.*
lib. 4. cit. cap. 37. & propriè verſic.
deinde circa finem & lib. 5. cap. 8. n. 9.
verſic. 6. quoque, & nu. 16. 41. & 42.
Petr. Avuen. Mattien. Ferdinand. Men-
dozza, ac P. *Ludovic. Molin.* quos no-
minatim refert, licet non approbet
49 *Ahermoſ.* implacabilem hanc inter
patrios auctores pugnam nuncupans,
cit. tit. 4. l. 4. gloſ. 1. num. 26. par. 5.

Cõmunior tamen, uſuque frequentior
ſententia eſt, ut ſine acceptione dona-
50 tio non ſit undique tuta, & poſſit id-
circò à donatore interim revocari
Gregor. Lopes in cit. l. 4. tit. 4. verb. non lo puode hazer. par. 5. Covarr. var. reſolut. cit. cap. 14. num. 13. Villalob. in Antynon. jur. lit. D. num. 173. & 176. Avendan. de exequend. mand. 2. par. cap. 29. num. 11. Oroſſ. in l. juris gentium §. *igitur nuda num. 27. D. de pactis,* doctè, & eruditè *Ludovic. Molin. lib. 4. de primogenijs cap. 2. à nu. 58. uſque ad num. 80. Olan. in concord. Antynom. juris lit. D. à num. 43. uſque ad 48. & lit.* P. *verbo pollicitatio nu. 36. Mierez de majorat. par. 1. quaſt. 36. num. 2. & quaſt. 68. nu. 1. in fin. Marc. Salon. de pac. conſil. 14. nu. 20. & conſil. 53. nu. 11. Monteroſ. in ſua*

pract.tract.7.pag.115.in fine,Azeved.
in cit. l. 2.tit.16.lib.5.nova recopil.
Guttier. in cap. quamvis pactum in
princip. de pact. in 6. numer. 53. cum
ſequ. & conſil. 41. numer. 4. & ſequ.
Hieronym.Gonzal. in regul.8.cãcellar.
gloſ. 26. num.7. & 8.ex *Perez,Burg.*
de paz,Henriquez,Navarr.& Manuel.
Rov. P. *Sanchez de matrim.lib. 1.cit.*
diſp.6. num. 19. ex alijs *Abermoſ.cit.*
l.4.tit.4.gloſ. 1. nu. 27. & poſt cæteros enixè *Dom. Reg. Valenzuol. d.*
conſil. 63. num. 30. *lib. 1. ac Noguerol.*
alleg. 22. num. 6.

Novitque hanc veritatem ipſe idem *Io.*
del Caſtill. licet enim ſubtilitèr contra-
51 riam enucleet opinionem, hãc tamen
veriorem, receptioremque fatetur *d.*
lib. 4. cap. 37. num. 39. ſub verſic. ſi
vero, & ab ea neque in conſulendo,
neq; in jure dicundo recedendum admonet, *eodem cap. 37. num. 41. circ.*
finem,& iterum *capit. 152. numer.19.*
verſicul. nihilominus. lib. 6. ubi Securiùs, ingenuè fatetur eſse, communiorem inſignium horum interpetrum ſententiam ſequi, quam ab ea novis obſervationibus, traditionibuſque recentibus reſilire; ſicuti paritèr, hanc eandem magis tutam *Cavall.* confitetur, *cit. quæſt.54. in fin.* & in praxi à Prætorijs omnibus ſic quoque recipi animadvertit *Mierez de majorat. cit. par. 1. quaſt.68. num 1 in fin.* & ſequitur *Abermoſyll. loc. cit. num. 27. verſic. & hanc opinionem.*

Et inter cæteras *à Ludovic. Molin.* alijſq; hujus ſententiæ aſseclis adductas rationes, eæ præeminere videntur; prima ſcilicet, quia lex illa ſolemnitates abrogare ſtatuit, quæ ad contractus validos efficiendos, de jure requirebãtur, utputa ſtipulationis, & ſimilium; non autem ea, quæ ad eorundem cõtractuum, obligationumvè ſubſtantiam, perfectionemque expoſceban-
52 tur; prout in donatione inter alia eſt
donatarij acceptio, *ut in cit. l. abſenti 10. D. de donation. & l. in omnibus 54. D. de action. & obligat. l. qui abſenti 38. D. de acquirend. poſseſſ. Sanchez cit. diſp. 6. num. 11. ſub verſic.*
53 *caterum;* Cum nec pactum nudum, ſi-
ne duorum conſenſu, perfectionẽ valeat obtinere *l. 1. §. 1. D. de pact. d. l. ſi ego 24. D. de negotijs geſtis, l. labeo 19. D. de verbor. ſignific.* cum alijs cõgeſtis *per Molin. loc. cit. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 62. verſic. 5. &* ſequaces *locis cit.* ex multis *Gomez var. reſol. lib. 2. cap. 9. num. 2.*

Altera, quoniã ſi ſtatuto adverſus cõmune jus caveretur, ut alteri per alterũ
54 quæri poſſet obligatio, hoc, interce-
dente abſentis acceptione intelligendum foret; cum ſat eſset, ut plura, & alia ſtatutum ipſum operaretur, abſque eo, quod ratihabitionis irremiſſibilem alioquin læderet neceſſitatem, ut ex *Paul. de Caſtr. Alex. Curt. Inn. Gregor. Lopez Covar. & Avendan.* probat *Ludovic. Molin. loc. prox. cit. verſ. præterea,* & proinde notabilis eſt hac in re *Hieronymi Gonzal. & D. Gaſparis Abermoſilla* traditio, ut in omnibus ſci-
55 licet humanis actibus, à duorũ volũ-
tate pendentibus, ut jus irrevocabile conſequatur, utriuſque conſenſus, atque acceptilatio requirantur, primus, *in cit. gloſ. 26. regul. 8. cancell. num. 23.* alter *in cit. l. 4. tit. 4. partit. 5. ſub num. 34.*

Prout in inſigni, noviſſimo ævo, apud
eruditiores præſertim quæſtione, an
56 ex Iuſtinianea conſtitutione, *l. ſi quis*
argentum 35. §. ſed ſi quidem C. de donation. cui conſonant, *§. aliæ autem verſic. perficiuntur Inſtit. eodem tit. & Novell. 162. Sacra forma tranſmiſſa collat. 10.* Digeſtorum jus præcitatæ præſertim legis *abſenti, D. de donation.* donatarij acceptio requirentis, correctum, reformatumque ſit: in qua ex *Antonij Fabri,* & ſequacium intellectu, nõ ſolum ea ſanctione ſtipulationis, ac traditionis ſolennitatem Iuſtinianum remiſiſse; ſed ex ſola donandi voluntate, abſque aliqua acceptione donationem, & validam, & irrevocabilem effeciſse traditum fuit priore lo-

Digitized by Google

re loco;(licet anteſignanum non nul-
li Antonium Fabrum conſtituant,) ab
57 Chriſtopharo Portio in d.§. alia autem
in princip. de donation. Fortun. Garſia
in repetit. legis juris gentium nu. 79.
D. de pactis Vincentio Honded. conſil.
37. num. 13. & 44. lib. 1. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 531. num. 43. in
princip. lib. 3. poſt modum eruditiori
tamen methodo comprobatum, exor-
natumque ab Antonio Fabro de er-
roribus Pragmatic. tom. 2. decad. 44.
erro. 2. nu. 19. & 21. & error. 4. nu.
7. & decad. 47. error. 1. per totum, &
errorr. 7. ſub num. 5. Caſtill. cit. cap.
37. num. 41. & ſequen. tom. 4. Dom.
Reg. Merlin. d. contr. 59. num. 18. &
19. centur. 1. Larrea deciſ. 91. nu. 16.
& 19. par. 2. Cutell. de donation. tract.
1. diſcurſ. 1. num. 22. & ſequ.
Receptior in contrarium, & conſonans
interpretum vox eſt (ut ijdem Faber.
58 d. error. 1. in princip. decad. 47. &
Larrea cit. dec. 91. num. 19. in princip.
59 fatentur,) ut ſtipulationis, traditio-
niſque ſolemnitatibus dumtaxat poſt-
habitis, etiam ex nudo pacto, ea lege
donatio ſubſtineatur; quod utriuſque
tamen tum donantis, cum donatarij,
ut diximus, exigit conſenſum; non
autē, ut abſque donatarij acceptilatio-
ne perfectionem ipſa donatio conſe-
quatur, ut ſolidè firmant, ex gloſ. Bald.
Angel. Roman. ac Tiraquell. Oſaſc.
deciſ. 120. num. 5. ex Soccin. Iaſon.
Cagnol. Bolognett. alijſque Borell. in
ſumma deciſ. cit. tit. 10. nu. 30. lib. 3.
Clar. in §. donatio quæſt. 14. in princip.
Michael Graſſ. lib. 1. receptar. ſentent.
§. donatio cauſa mortis quæſt. 8. nu. 1.
Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. lit. D.
concluſ. 624. num. 1. Coraſ. Miſcellan.
jur. lib. 3. cap. 15. num. 14. Bucer. de
univerſ. jur. tom. 1. diſp. 19. de do-
nation. nu. 25. & 26. Reinhard. Baet.
in notis ad Hieronym. Treutlel. vol. 2.
diſp. 19. de donation. theſi 7. lit. B.
pag. 119. Cujac. in cit. novell. ſacra
forma 162. lit. D. & E. oper. tom. 3.
Gomez variar. reſolut. lib. 2. cap. 4.
in princip. ut ſub num. 16. Tepat. var.
ſentent. tit. 495. cap. 17. verſ. donatio
hodie, Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap.
3. num. 8. Alexand. Trentacinq. var.
reſolut. lib. 3. reſolut. 1. num. 18. Petr.
Gregor. Syntagm. jur. civil. par. 3. lib.
28. cap. 13. num. 1. & ſequ. Oſuald.
Illiger. ad Donell. lib. 13. cap. 22. lit.
D. his uſus verbis, nec etiam hodie
perfecta eſt, niſi cui donatur, eam gra-
tam, & RATAM habuerit, Iacob. Gall.
conſil. 108. nu. 8. Hyppolit. Riminald.
in rubric. de donation. nu. 123. Fran-
ciſcus Balduin. Inſtit. eodem lib. 2. tit.
7. verſic. ſcriptis, aut ſine ſcriptis, Io.
Harprett. in d. §. alia Inſtit. eod. tit.
de donation. tom. 2. num. 151. Anton.
Pichard. in eodem §. alia num. 3. & 10.
in princip. Io. Decker. lib. 1. Diſſert. 4.
num. 34. Abermoſill. d. l. 4. tit. 4. par.
5. num. 1. D. Mar. Cutell. priorem
reſpuens ſententiam, de donation. tom.
2. tract. 20. diſcurſ. 1. ſpecie nona. nu.
5. cæteriſque omiſſis Dom. Reg. Con-
ſil. D. Io. Dexart. ingenua inſignis
60 amicitia, prout juris prudentia præ-
clariſſimus Diſſert. 1. nu. 1. & per tot.
Vbi ſecundum hanc receptiſſimam
ſententiam, Sardiniæ Senatum pronũ-
ciatum iviſſe retulit, d. deciſ. 1. in
princip.
61 Et re vera parcendum eſt eruditiſ-
ſimo Io. Deckerio, ſi tam acritèr contra
62 Antonium Fabrũ, inſignem alioquin,
ſummique ingenij conſultum fuerit
invectus; nec ſomniaſſe quidem Iuſti-
nianum, inquiēs, quod Faber adſtruit;
ſed ipſius tantummodò mentis com-
mentum, ſivè potiùs chimeram eſſe.
cit. Diſſert. 4. num. 34. & 35. lib. 1.
Fabri etenim opinio, (mittimus cæte-
ra, quæ doctiores adverſus eundem
63 afferunt, atque inducunt) ſi locum
ſibi vindicaret, innumera jura, ac juris
prudentiæ verticum traditiones cor-
rigeret, ac labefactaret; Quo pacto
enim ſuperius tradita reciperētur, do-
natoris nempè, ac donatarij, uti ſub-
ſtantialium donationis extremorum,
conſenſum omnimodò exquiri? con-
tractum

tractum, vel ipſam donationem eſſe, vel ſaltim actum, quo propria res à volente proficiſcitur, & in volentem confertur? In donatarij libera voluntate reſidere acceptũ ferre velit, nolitvè? in invitũ donum conferri nullatenus conceſſum? abſenti factum ſubſtineri, ſi ex acceptione vim capeſſerit? Tabellione ſtipulante firmitudinem obtinere, ſivè quia is acceptoris fungitur officio, ſivè quia, quouſque donatarius ratum habuerit, donanti revocandi remaneat facultas? ſtatuta ſtipulationis ſolemnia, remictentia donatarij acceptilationem ſupplere non poſse, utquæ donationis ſubſtantialis pars reputetur? In humanis proinde cunctis actibus, à duorum conſenſu pendentibus utriuſque voluntatẽ ex-
64 quiri, & acceptionem? eamque tãdem non modò ciuili, ſed & naturali quoq; jure poſtulari, præ cæteris *Sot. de Iuſt.& jur.lib.3.quaſt.5.art.3.verſ. de donatione autem, Pater Sanchez lib. 1. de ſponſalib. d. diſp. 6. numer. 10. ſub verſic. caterum, Rev. P. Stephanus à S. Gregor. lib. 2. de contract. d. cap. 7. num. 11. verſic. at alia.* Si ex ſola animi, voluntatisve deſtinatione, abſque ullo donatarij concurſu donatio perficeretur? Id quod idem *Faber* infirmum, futileque dignoſcens, donationem legatorũ inſtar, quibus æquiparatur, in denegatæ acceptionis e-
65 ventu, ex defectu voluntatis donatarij, uti inviti evaneſcere, ſivè inutilem fieri, & ipſe paritèr invitus, confitetur, *cit. error. 1. decade* 47. *nu*, 3. cum inquit, *planè ſi donatarius ſciens collatã in ſe donationem reſpuere, illam maluerit, quam agnoſcere, tunc demum fateor inutilem fore donationem propter defectum voluntatis in donatario, cui facilius eſt, ut acquiratur actio ignoranti, quam ut invito. Remanet ſi quidem incorrecta vetus illa juris regula, qua negat liberalitatẽ nolenti acquiri poſſe l. hoc jure* 19. §. *non poteſt D. de donationibus, & invito beneficiũ dari, l. invito* 70. *l. invitus* 199. *in fin. de regul. jur. Nam, & ſimilitèr dicimus actiones, qua pro legatis, & fideicõmiſſis ſingularibus competũt, ignorantibus quidem acquiri, ſed non invitis, l. filius famil.* 16. §. 1. *D. qui teſtam. facere poſſunt l. cum pater* 79. §. *Surdo de legat.* 2. *l. ei qui* 13. *D. de condict. Inſtit. l. legatarius* 38. *in princip. D. de legat.* 1. cuique nec voti compos ſubſcribit, *Caſtill. cit. contr.* 37. *ſub num.* 41. *lib.* 4.

Vt propterea, quod ad nos pertinet, ad poſteriorẽ dilemmatis claudẽdã partẽ omni jure, ac quavis admiſsa ſententia Ioſephi ſuppoſita repudiatione, Regij officij DONVM evanuiſse fatendum ſit.

Quodque, (ne noſtri ſæculi deſimus cupidini) in ſpecie in officijs recipiendũ, ut ſine nominati acceptione nominatio reputetur inefficax, ex Bonifacij
66 VIII. conſtitutione *in cap. ſi electio* 26. *in princip. de election. in* 6. docuere, *Ancharan. conſil.* 127. *num.* 8. *&* 12. *& Caldas de jur. emphiteut lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. *circa finem*, quos
67 noviſſimus, prout doctiſſimus Siculus *D. Philippus Cammarata*, hiſce verbis ſectatur, *Secundo quod nec ſola Ioannis declaratio poterat ſufficere; ſed nominati quoque nempè Marcelli acceptatio requirebatur, qua tamen non adfuit, Namque NOMINATIO jus firmum, & invariabile NOMINATO non tribuit, niſi ejus ACCEPTATIO ſubſequatur. citat. reſponſ. leg.* 5. *ſub numer.* 22. *lib.* 2.

S V M M AE.

1 *Lyſander, ut Dux verſutus, juſtitiaque utilitatem praferens damnatur.*
2 . . . *ac felicitate magis, quam Re, fuiſse aliquando dicitur glorioſus.*
3 *Militarem doctrinam vetuſtas commẽdavit.*
4 *Spes digna eſt in virtute.*
5 *Virtute, & labore excellens paritur victoria,* Re-

6 *Romanus Populus palam hoſtes ſuperabat.*

7 *Fiſci Patronus de jure, non autem de poteſtate cauſas, & tractare, & vincere decet.*

8 *Sapientia, quæ longe eſt à juſtitia, dicitur calliditas.*

9 *Virtus vitiæ non eſt juvanda.*

10 *Officia pretio obtenta, & gratuito conceſſa, quo pacto inter ſe differant.*

11 . . . *pretio comparata, venditionis ferè naturam ſapiunt.*

12 . . . *& oneroſum conſtituunt contractum.*

13 . . . *ac regularitèr irrevocabilem.*

14 *Princeps quod gratis impertitur, gratis quoque tollere poteſt.*

15 . . . *à ſubdito tamen, nō autem ab extero.*

16 . . . *ac dummodo rei traditio, non interceſſerit.*

17 . . . *& cum aufert, pretio reſtituto efficere poteſt.*

18 . . . *ſi tamen dedecus, auferendo non infert.*

19 . . . *& regularitèr ſine rationabili cauſa eidem non licere, jure præſertim Regni comprobatur.*

20 *Officialis, licet ex probationum defectu liberatus pretio obtentum, officiū ad ſibi vendendum compellitur, & exempla recenſentur.*

21 *Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ penès Farinacium conſil. 5. & conſil. 111. lib. 2. expenduntur.*

22 *Officia pretio comparata, in omnibus officiorum gratuito conceſſorum ſubjacent diſpoſitionibus.*

23 *Text. in l. Titius puerum 3. D. de obſequijs à liber. & libert. parent. & patr. præſtand. inducitur.*

24 Feudum *pretio obtentum impropriè feudum eſſe, qui exiſtimant ſed nu. 40.*

25 *Fœmina ex feudorum uſibus à ſucceſſione excluditur.*

26 . . . *in feudis emptis, qui admiſſi putarint, ſed num. 45.*

27 Feudum *emptum, etiam in contrariorum opinione, in cæteris omnibus verum feudum reputatur.*

28 . . . *ſed ab Auctore refellitur, & Dom. Reg. Lanarij diſtinctio adducitur.*

29 Feudum *emptum, cui ſervitium ineſt, & fidelitatis juramentum injungitur, etiam ſecundum contrarios verè feudum dicitur.*

30 Fidelitatis *juramentum, in feudi conceſſione remitti poteſt.*

31 . . . *ut ſervitium quoque feudatarij remitti queit.*

32 *Io. Andreas ab Auria Generalis Maris* Præfectus *commendatur.*

33 Fidelitas *eſt de feudi ſubſtantia.*

34 . . . *ideoque remitti non poteſt.*

35 *Feuda emi poſſe, colligitur ex feudorū uſibus.*

36 *Capituli primi de feud. dat. in vim leg. commiſſor. affertur intellectus.*

37 *Feuda, licet vendita, beneficia tamen eſſe dicuntur.*

38 . . . *beneficij ratio in feudorum venditione, uni, & non alij concedendi pretium antecellit.*

39 *Volūtatis Domini concedentis, in feudis prævalet intereſſe.*

40 Feudalis *qualibet conceſſio, & ſi pretio obtenta ſemper gratia, & beneficiū cenſetur.*

41 *Feudum venditum, verum feudum putandum, communitèr, qui firmarint.*

42 *Dom. Reg. Lanarius, Iſerniam adverſus, contrarium tuetur.*

43 *Fœmina, ſecundum veriorem ſententiam, etiam ab emptorum feudorum ſucceſſione arcentur.*

44 *Dom. Conſil. de Giorg. Iſerniam quoque, adverſus Camerarium tutatur.*

45 *Eligere unum, & non alium favorem dicitur continere.*

46 *Officium emptum à nominante obtineri, haud à Rege putavit Dom. Reg. Revert.*

47 . . . *ſed contrarium, non ſolum verum, ſed & ab ipſomet Dom. Reg. Revert. traditum obſervatur.*

48 *Dominium rei donatæ, niſi in donatarium tranſieris, à donatore non abſcedit.*

49 *Donatio non accepta, nullius momen-*

Digitized by Google

menti exiſtimatur.
50 . . . *& dicitur evaneſcere.*
51 . . . *vel ad minus in* Fabri, *& ſequacium ſententia, inutilis reputatur.*
52 *Officia ſunt de regalibus.*
53 *Dignitates, ac regalia cuncta è Regibus, tanquam à fontibus fluunt, refluuntque.*
54 *Nominans iterum eligere poteſt, ſi electus ante ſe prædecedat.*
55 *Nominandi facultas morte expirat.*
56 . . . *ac uti perſonaliſſima, ad hæredes minimè pertranſit.*
57 *Donatarij tacita acceptio, ad validandam ſufficit donationem.*
58 . . . *ejuſque ſola, ſibi facta donationis ſcientia.*

ARGVMENTVM.

Inter belli aciem, non dolus, ſed virtus ipſa militaris commendatur; cum excellentior virtute, quàm verſutia parta putetur victoria; Inter officia autē pretio comparata, aut gratuitò impetrata nullum fermè diſcrimen intercedit; Quemadmodum inter emptitium feudum, ac ſine pretio conceſſum, quo ad ſubſtantialia nulla prorſus agnoſcitur differentia; Vt proindè communi feudorum uſu, ab utriuſq; ſucceſſione, juſta veriorem ſententiam fæmina ſit arcenda; Iuribus ad id quoque expenſis *in l. Titius puerum 3. D. de obſequio à liber. & libert. parent. & patron. præſtand. & in cap. 1. de feud. dat. in vim legis commiſſoriæ.* Nudæ Domini voluntatis (ut diximus) intereſſe, quanti in feudis æſtimetur. Donatæ rei dominium donatario reſpuēte, an à donatore non abſcedat; an vero nullius roboris donatio, ſivè an inutilis cenſenda ſit, ad rem differitur aptiſſimè.

PRO REGIO FISCO

In eadem Cauſa.

Diſſertatio XI.

1 PRælijs in tractādis, ſic improbatur damnatur verſutia; ut cū Callicratidæ Lyſāder cōpararetur; hi, ſimplices, ac generoſos, qui Imperatorum mores amabant, verſutum illum, captioſumq; cenſebant; ut potè qui res bellicas varijs tractans modis, ipſam quoque IVSTITIAM VTILITATE amplificabat, *alioqui commodis*, ut *Plutarc.* ſubdit in ejus vita, *ut honeſtate utens, & vera mendacijs, non natura præſtantiora exiſtimans, utriuſque pretium, atque honorem neceſſitate definiebat*, indigna, ea verba

effari

effari ſuetus,quibus, & *Saulum* primo
uſũ , ac ut impia,poſt *Polyb.lib.*13.*Hi-*
*ſtor.*reſpuit noviſſimè *Didacus Saaved.*
In Idea princip. Chriſt. politic. Symbol.
43.*circa princip. Quo enim,*nẽpè *Leo-*
nis pellis nõ attingeret, induendam eſſe
*vulpinam;*ut jure merito *FELICITA-*
2 *TE magis,quam RE* Lyſandrũ ipsũmet
glorioſum apparuiſſe, dixerit *Iacobus*
Philipp. in ſupplement. Cronic. lib. 5.
in recitat.anni 4484. *verſic. Lyſander;*
3 Solum enim bella gerendi ſcientiam,
militaremvè virtutem vetuſtas com-
mendavit ; ut quæ inſignes re vera
Belli Duces efficiat; in eo quoque
eventu, quo ſperanda dumtaxat eſt
SALVS EX VICTORIA, cũ tunc
4 maximè ex *Tacit. lib.* 2. *Annal.* DI-
GNA SPES ſit IN VIRTVTE ; a
qua longè nos iter arripere videre-
mur, ſi aut pigri victoriã ipſam aſpe-
ro nõ evocaremus ſtudio; aut inſidio-
ſi,ſilentio cuncta,quæ opponi poſſent,
(dormitantibus quoque adverſarijs,)
Senatui non aperiremus; ſegnitiem
5 etenim *Prudentius poſteriore lib.con-*
tra Symacum his verbis reprehendit,

VICTORIA Felix.
Exorata venit, labor impiger, aſpera
VIRTVS,
Vis animi excellens, ardor violentia
Cura,
Hae tribuunt, Durum tractandis robur
in armis.

& accuratiùs *Divus Ambroſius de offic. non eſt glorioſa* ait *victoria, niſi ubi fuerint laborioſa certamina.*

6 Silentijq; itidem fraudem hiſce ver-
bis *Tacitus* improbavit , *eod. lib.* 2.
Annal. NON fraude, neque occultè;
Sed palam,& armatum populum Roma-
num hoſtes ſuos ulciſci; unde lepidiſſi-
mè, ac mirificè ad rem noſtram , tali
pacto Theodoricus Rex Marcellum,
7 in ſuum FISCI ADVOCATVM
electum apud *Caſſiodor.* monebat , *va-*
riar. lib. 1. *Epiſt.* 22. *NON ergo quo-*
8 *ties ſuperes , ſed QVEMADMODVM*
vincas inquiramus , aquitatem nobis
placiturus intende: non quaras de po-
teſtate noſtra, ſed potius de IVRE vi-
ctorias; & ratio tum ex *Ciceronis* emi-
cat ſententia 1.*officior.ſcientia,* inquiẽ-
tis,*qua eſt remota ab juſtitia,calliditas*
potius , quam ſapientia appellanda eſt;
tũ *Seneca* dicto Stohicorũ acutiſſimi,ut
advertit *Cælius Rhodigin. lection. an-*
*tiquar. lib.*23.*cap.* 22. *cit.nu.* 7.*nun-*
quã enim VIRTVS,vitio adjuvanda eſt.

Quamobrem, ut ardui muneris curæ nõ parcamus,neque aſtu vincere,aut ſtratagematum tantũmodo uſu, prout initio hujuſce ſubtilis cõtroverſiæ diximus,(cuiq;pro coronide ad id firmãdũ poſt *Baſilium* 1.*Reg.* 20. Divum addimus, ac mellifluum *Io. Chriſoſtom. de Sacerdot. lib.* 1. *cap.* 5, *pag.* 10. *in fin. cum ſequ.*) Sed legitima, atque optima fide cauſæ palmam capere demonſtremus: quæ contra ſuperius ſecundo loco pro fiſco diſpoſita intendi poſsẽt;libero exhibere animo non pigebit. Subtilitèr enim ex adverſo ſanè opponi queiret , ſuperioris ſcilicet Diſſertationis, in eo validius juris firmamentum conſiſtere, ut nominatus in officio id,uti Regium DONVM capeſſat, è quo cæteræ poſtmodum cõcluſiones emanarunt; quod cum in hac ſpecie reſpuere nefas non eſſe,putari poſſit;cõſequens igitur erit , ut tota fiſci moles ſuo ruat pondere.Quod autem Regis DONVM ſaltim propriè dici nequeat, ex eo quoque licebit arguere, quod cum pretio hocce fuerit officium à Io. Baptiſta deceſsore comparatum, ex emiſsa ab eo poſtea nominatione,ipſius donum, quàm Regis magè, dici, veriuſque deberet ; & ob Ioſephi acceptionis defectum , etiam ſecundum receptiores ſuperiùs dilucidatas ſententias, electione irrita, penès ipſummet nominantem remãſiſse, ipſoque vita poſtmodum functo, in eodem officio Vrſulam ejus ſororẽ, atque ab inteſtato hæredem nominatam fore cenſendam,ad tradita *in Diſſert.* 7. *num.* 21.*cum ſequ.*

Namque ut ſubtilis hæc argumentatio diluatur,paulatim reſpondere fas erit,

non enim inficiamur, inter officia gra-
tuito conceſsa, & pretio obtenta diſ-
9 criminis non nihil coſtitui oportere,
ut ex Cravett. Roland. à Valle, Camill.
de Medic. Dom. Reg. de Ponte, Dom. Reg.
Rovit. Dom. Reg. Capyc. Latro, alijſque
10 annuimus Diſſert. 5. num. 24. cum ex
pretio, quod in conceſſione intervenit,
emptionis contractus formari quod-
11 ammodo videatur, §. 1. Inſtit. de em-
ption. & vendition. ibique DD. & in
§. pretium, eod. tit. & in l. empti fides
9. C. de contrahend. emption. ex Bart.
Alex. Marc. Anton. Natta, Roman. alijſ-
que Larrea allegat. Fiſcal. 119. nu. 3.
verſic. quia ubi lib. 2. & ex ejuſdem
12 pretij ſolutione contractus efficiatur
onerosus. Bald. in l. qui ſe patris num.
34. verſic. hoc ſcias C. unde liberi, Ro-
land. à Valle conſil. 13. num 11. lib. 3.
Surd. cōſ. 419. n. 53. lib 3. Georgius de
Gabed. deciſ. 20. num. 2. lib. 2. ex Ia-
ſon. Felin. Abbat. Gozadin. Anton.
pret. & alijs Larrea cit. allegat. Fiſcal.
119. nu. 13. in princip. & in fin. lib. 2.
13 atque irrevocabilis Bald. loc. cit. Natt.
conſil. 511. num. 8. & conſil. 512. nu.
15. lib. 3. Guglielm. Benedict. in re-
petit. cap. Raynutius verb. duos habent
filios num. 58. verſic. nam ſunt, Dom.
Reg. Tapia in repetition. l. fin. D. de
conſtit. Princip. par. 2. cap. 9. nu. 1. &
2. Marius Muta ſuper cap. Regni Sici-
liæ in proœm. ſub num. 26. 27. & 28.
Giurb. conſil. 19. nu. 89. Dom. Conſil.
Staiban. reſolut. forenſ. reſolut. 100.
num. 67. lib. 1. Dom. Larrea allegat.
fiſcal. 3. num. 5. lib. 1.
Quod ſecus eſse in gratuitis conceſſioni-
bus, in quibus, quod gratis Princeps
14 dedit, gratis quoq; auferre eum poſ-
ſe, exiſtimant DD. ex cap. præſertim ſi
gratioſè, de reſcript. in 6. in ſpecie Io.
Faber in §. cum autem Inſtitut. quibus
modis jus Patria poteſtat. ſolvitur, Nat-
ta citat. conſil. 511. numer. 9. lib. 3.
& ex eodem Io. Fab. Antonio de
Butrio, Abbat. Felin. Decio, Roman.
Marta, Laudens. Purpur. Roland. à Valle,
Afflict. Capyc, Gramatic. Gabriel. Boſſ.
Reſtaur. Caſtald. Zaſ. Alciat. Molin.
cæteriſque ſequitur Dom. Reg. Caro-
lus de Tap. in repetit. l. fin. par. 2. d.
cap. 9. num. 56. ante eum Dom. Reg.
Revert. deciſ. 411. tom. 2. in recolle-
ctis à Dom. Reg. de Marinis, ibiq; ip-
ſemet in obſervat. num. 1. Maſtrill. de
magiſtr. lib. 1. cap. 27. num. 1. & nu.
8. cū ſequ. Dom. Larrea alleg. fiſcal. 68.
numer. 21. & 22. lib. 2. id, quod ad-
mittendum quoque contendunt; dū-
15 modo ſubditus, nō autē exterus con-
ceſſionarius ſit, ex Abbat. Felin. Capic.
Barbat. Caſtrenſ. Roman. Deci. Purpur.
Afflict. Roderic. Suarez, Dom. Reg. Lo-
doffred. Riminald. Montal. alijſque
idem Dom. Reg. Tapia loc. cit. nu. 57.
Marius Muta loc. cit. num. 30. Dom.
Reg. Revert. deciſ. 554. nu. 2. præcipuè
verſic. dummodo, ibique Dom. Reg. de
Marin. in obſervat. num. 1. Dom. Reg.
Capyc. Galeot. reſponſ. fiſc. 23. numer.
268. Nec conceſſæ rei traditio ſequuta
16 fuerit Iſernia, Bald. Luc. de Penn. Fe-
lin. Aretin. Rip. Dec. Afflict. Capyc.
Tiraquell. Anton. Gabriel. Vincent. de
Anna, Gregor. Lopes, Bero. Mōtal. Molin.
alijſque penes eundem Dom. Reg. Ta-
piam cit. cap. 9. par. 2. num. 54. ubi
cæteras congerit declarationes, num.
58. cum ſequ. etiam in officiorum, be-
neficiorumque ordine num. 73. cum
pluribus ſequentibus.
Attamen diſcrimen hoc inter officiorum
quædam accidentalia, quodammodo
obſervandū opinamur; ut puta ſi Prin-
ceps pretio conceſsum munus, alteri
17 conferre mallet; nam tunc reſtituto
pretio efficere id poſſe, argumēto cap.
Imperialem circ. princip. ſub verſic.
nos autem de prohibit. feud. alien. per
Frideric. tradunt Petr. Bellug. in ſpecul.
princip. rubric. 26. de privat. offic. nu.
4. Dom. Reg. Tapia loc. cit. num. 75.
Maſtrill. de magiſtrat. tom. 1. lib. 1.
cap. 27. num. 38. Dom. Conſil. Staiban.
cit. reſolut. 100. num. 68. & 71. lib. 1.
18 ac dummodo dedecus primo officia-
rio non inferatur; tunc etenim iuſtius
eſt principē, qui honorē ſine cauſa ne-
mini

Digitized by Google

mini poteſt auferre, à mutatione ſeſe cōpeſcere,& abſtinere,de more *Andr. in cap. 1. de cap. Corrad. num. 29. in princip.* ex pluribus *Maſtrill. loc. proximè cit. num. 19.* ante eum ex alijs *Dom.* Reg. *Tapia cit. cap. 9. 2. par. numer. 77. uſque ad numer.* 80. qui
19 rectè, hoc Regni præſertim jure amplexandū exiſtimat, quo ex *cap. item quod prædicti officiales 35. verſic. poſtquam tit. quod non ordinentur official.* officiales poſtquam fuerint ordinati, minimè ſine rationabili cauſa immutandos,ſtatuitur,ibi *poſtquam vero fuerint ordinati, non mutentur, niſi cauſa rationabili, loc. cit. cit. num.* 82. ante eum *Io. Anton. de nigris in comment. ad cit. cap. 35. num.* 14. ſequitur *Maſtrill.* generalitèr id de jure, in officijs pretio præcipuè obtentis, comprobans *ex Afflict.* Pinell. *Cald.* alijſque *cit. cap. 27. num. 16. & 35. & ſequen.* probatque *Dom. Conſil. Staiban. cit. reſolut. 100. num. 69.*

Aut cū in officio leve crimen cōceſſionarius patraverit;vel ſi gravi delicto po-
20 ſtulatus probationes tamē defuerint; ita ut licet liberatus ille ſit, jus dicentium tamen animus, adhuc ex deficienti proceſſu,Adminiſtrique fama obumbratus remanſerit; in ijs etenim evētibus,ſi ex mera Principis munificētia officio donatus is fuerit,penitùs removebitur; cum Cæſaris Domus, nō modo crimine,ſed ipſius quoq;ſuſpicione carere oporteat *Langl. in ocio ſemeſt. pag.*297.Ex pretio vero adeptus officiū,ad id vendendū compelli poterit;Sed ex vēditione redactū pretiū ipſi quoq; reſtituetur , ut noviſſimis tēporibus per *Regiam Seſſionē* judicatum fuit,in cauſa Matthæi Vadiglia rerum Navalium monitionerij , ſub die 9. Aprilis MD.C. LXI. penes Leonard. de vivo Actuariū aſsumptū,& Actuarium ipſius Regij Navalis Todarum, *& per Regiam Cameram* cum Blaſio Oriolo Provinciæ Calabriæ citra Theſaurario, ſub die 19. Menſis Decembris M. DC. LXI. tunc Actuarium, nunc meritum Rationalem Magnificum Io. Baptiſtam Surrentinum, ac per *Regiam Seſſionem controbannorum*, in cauſa V. I. D. Franciſci de Ferdinando Credentiarij Fundaci Civitatis Regij , ſub die 14. Menſis Octobris Anni M.DC. LXV. cui etiā
21 ſalarium,inquiſitionis tempore decurſum reſtitui debere , ad noſtram relationē per Regiā Camerā decretū fuit, ſub die 16. Auguſti M. DC. LXVI. ut penes ſcribam Philippum Piſcopū, ſive Ioſephum Zeolo Actorum Magiſtrum.

Et in hunc ſenſum , ex clauſulis præcipuè in diplomatibus appoſitis,redigēda ſunt *à Sacra Rota Romana* tradita *in deciſionibus diverſor. par. 1. deciſ. 769. num. 17. & deciſ. 812. num. 11.* relatis *à Farinac. conſil. 5. per tot.* & propriè *num. 39. & 49. & conſ. 111. in fin. lib.* 2. quam ſequuntur *Dom. Reg. Cacacius, & Collega conſil.* 105. *nu. 20. inter Conſil. Dom. Reg. Rovit. lib.* 2. *ac Dom.* Reg. *Capyc. Latr. Cōſult. 34. nu. 52. & 53. lib. 1.* & nos latius differemus pro Regio Fiſco adverſus D. Carolum Felice, *Diſſert. 14. numer. 25. cum ſequ.*

At, quod ad ſubſtantialia , ſive eorum ſaltim naturalia pertinet, nullā pror-
22 ſus differentiā inter liberalitate, pretiove tributa officia,penſitari poſse, intrepidè autumamus;non enim quia pretio comparantur, eo minus de regalibus deſinunt eſse. officiarij morte ſecundum rectam eorum naturā non extinguntur. per ſubſtitutum ſine ſpeciali licentia deſerviri queunt. diſtrahi, aut hypothecæ nexui, ſine concedentis placito ſubmitti poſſunt; cæteriſque arctiſſimis officiorū regulis non ſubijciuntur,prout in ſpecie edocuerunt, *Freccia de ſubfeudis lib. 1. Autorit. 1. quaſt. 57. per tot.* quem ſequitur, *Muta in pragm. Regni Siciliæ tit. 13. nu. 12. cum ſequent. Dom.* Reg. *de Ponte cit. deciſ. 7. nu. 33. Dom.* Reg.

Rovit. puris antiquorum verbis uſus, quod contrariũ nempe aſserere *truſſa ſit cit. conſil.* 104. *nu.* 14. *lib.* 2. *Dom.* Reg. *Capye. Latr. conſul.* 34. *num.* 59. *lib.* 1.

Probaturque celebri *Marcelli* reſponſo *in L. titius puerum* 3. *D. de obſequijs*
23 *à lib. & libert. parent & patr. præſtãd.* quo loci, licet pretio ſervus fuerit manumiſsus, adhuc, ob libertatis receptum beneficium, patronatus jura manumittenti ſervantur illæſa, ibi *Titius puerum emit, quem poſt multos annos venire juſſit; poſtea exoratus accepto ab eo pretio eum manumiſit. Quare an eum filius, & hæres manumiſſoris, ut ingratum accuſare poſſit? Reſpondi poſſe, ſi nihil aliud eſſet impedimento.* & rationem reddens ſubdit, *etenim ille etiam ſi non gratuitũ, BENEFICIVM tamen præſtitit.*

Ejuſdẽq; *Marcelli* reſponſo uſi in hac re præ cæteris fuere, *Camer. cap. imperialem* §. *prætereà ducatus pag.* 97. *lit. S. Henric. Bucer. in tract. quæſtion. controver. ac jure succeden. in feud. cap.* 3. *quæſt.* 26. *lib.* 1. *verſic. uſque hanc, Dom. Reg. Lanar. in repet. cap.* 1. §. *hujus autem in quibus cauſ. feud. amitt. Dom. Reg. de Ponte in lect. feudalibus lect.* 1. *num.* 35. *& in deciſ.* 7. *num.* 37. *Dom. Reg. de Curt. in diverſ. feud. cap. incip. tener num.* 43. *Dom. Reg. Conſil. de Giorg. in repetit. feud. cap.* 32. *nu.* 15. *Montan. in repetit. cit. cap. imperialem de prohibit. feud. alien. per Federic. nu.* 209. *in fine, Dom. Reg. Capyc. Galeot. reſp. fiſcal.* 23. *nu.* 264. *&* 269. *in fin.* in cõſimili ſanè feudali quæſtione, quam pro confirmatione ſubnectere operæ prætium duximus; an ſcilicet feudum pretio à Principe obtentum, verè feudum dici poſſit; feudorumque uſibus, ſtatutiſque ſubi-
24 ciatur; quã licet quamplures impropriè feudum exiſtimandum putarint; cum infeudatio ex amore, Dominique honore perfici deberet, *cap.* 1. *de feud. dat. invic. leg. commiſſ.* ibi *feudum enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore Domini acquirendum eſt, Cyn. Bald. Iacob. de Belvis. Specul. Rom. Curt. Cravett. Seccin. Alex. Pariſ. Laſ. Guid. Papa, Caſſan. Afflict.* alijque penès *Gabriel. commun. concluſ. lib.* 3. *concluſ.* 2. *num.* 1. *Guidon. Papa deciſ.* 155. *Borcolt. in conſuet. feud. cap.* 4. *num.* 26. *Schrad. de feud. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 55. *Gaill. pract. obſervat. lib.* 2. *obſerv.* 159. *num.* 3. *&* 4. *Aroſenthal. de feudis tom.* 1. *cap.* 2. *concluſ.* 61. *Vlecjus de feud. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 45. *Burſat. conſil.* 4. *num.* 15. *& conſil.* 46. *num.* 12. *lib.* 1. *Io. Har. prect. ad Clar. in* §. *feudum quæſt.* 16. *ſub verb. numquid tale, Georg. obrect. de jur. feud. lib.* 1. *cap.* 6. *numer.* 39. *Camill. Larat. in Theatr. feud. dilucid.* 21. *par.* 7. *num.* 12. *lib.* 1. *Dom. Reg. Capyc. Latr. conſult.* 75. *numer.* 142. *lib.* 2.

Ideoque fæminas, quæ alioquin à feudorum ſucceſſione, ex iiſdem feudo-
25 rum uſibus arcentur, *cap.* 1. §. *hoc autem notandum eſt, de iis, qui feud. dar. poſſ. cap.* 1. § *quin etiam, Epiſcop. vel Abb. cap.* 1. §. *filia vere de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucced. in feud. cap.* 1. *in fin. an mutus, vel alias imperfect. cap.* 1. *in princip. de alienat. feud.* poſt antiquiores, *Guid. Papa deciſ.* 59. *num.* 1. *Oſaſcus dec.* 26. *Minad. deciſ.* 36. *nu.* 2. *& ſub num.* 11. *Freccia de ſubfeud. lib.* 2. *de differ. feud. quatern. & plan. num.* 30. *Alex. Raudens. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 43. 59. *&* 60. *Dom. Reg. Lanar. conſil.* 60. *num.* 40. *Anna Pater alleg.* 34. *num.* 9. *& alleg.* 106. *num.* 4. *Dom. Conſil. filius conſil.* 8. *nu.* 7. *Dom.* Reg. *de Curt. in diverſ. feud. verſic. ſine capite licet autem numer.* 6. *pag.* 83. *Dom. Conſil. de Giorg. alleg.* 21. *num.* 6. *Sonſbec. de feudis par.* 9. *num.* 118. *Io. Schneiden. in epit. uſus feud. par.* 6. *cap.* 1. *de ſucceſſ. fæmin. num.* 5. ex innumeris, *Borell. de magiſtrat. edictis lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 63. *& ſequ. & in ſumm. deciſ. lib.* 1. *tit.* 34. *de feud. numer.* 164. *Modeſtin. Piſterius*

ſterius

ſtorius par. 3. quæſt. 122. numer. 45.
Dom. Præſes Vrſin. de ſucceſſ. feudor.
pag. 195. artic. 6. num. 14. & quæſt.
7. artic. 4. num. 1.

In emptitijs hiſce feudis, prout in allo-
dialibus, ad vulgatam l. maximum vi-
26 tiũ. 4. C. de liber. præterit. ad ſuccedẽ-
dum pariter admicti, ſenſere Odofred.
ſecundum communem intelligentiam
in ejus ſumma tit. qui poteſt ſucced. in
feud. num. 4. Roman. conſil. 367. num.
12. Roland. conſil. 41. 48. & 90. lib. 1.
Decius ſibi contrarius conſil. 390. nu.
7. Curtius Iunior de feud. par. 3. limit.
6. Gozadin. conſil. 9. nu. 55. & conſil.
56. num. 19. Clar. in §. feudum quæſt.
73. nu. 6. Gaill. pract. obſervat. lib.
2. obſervat. 159. nu. 3. ſic per Came-
ram Imperialem obſervatum, refe-
rens num. 5. verſic. & hanc partem,
cum alijs relatis per Borell. loc. cit.
num. 174. & pleniùs per Aroſenthal.
de feud. lib. 1. cap. 7. concluſ. 34. in
annotat. lit. A. ac Dom. Reg. Capyc.
Latr. d. conſult. 75. numer. 173. &
ſequ. lib. 2.

Sanior tamen, ac verior ſententia eſt,
emptum feudum, verum feudum eſse,
atque in omnibus feudalibus ſubici
conſuetudinibus, ac ſtatutis.

Sanior equidem; nam contraria ex re-
ſtrictionibus ab illius ſectatoribus ei-
dem tributis, futilis redderetur, &
eluſoria; dicunt enim priore loco, præ-
ter hanc partem, ut pecunia emptum
ſit feudum, cum è benevolentia debe-
ret dumtaxat procedere, in cæteris
27 omnibus verè feudum dijudicãdum,
ut firmat, Ant. Gabriel. commun. con-
cluſ. de feud. cit. concluſ. 2. numer. 4.
& ex Zaſ. Martin. laud. Præpoſ. Alberic.
Brun. alijſque notat, Dom. Reg. Lanar.
in cit. §. hujus autem generis num 51.
in quibus cauſ. feud. amiči. Aroſenthal.
de feud. cit. cap. 2. concluſ. 61. in notis
lit. B. verſic. qui omnes lib. 1.

Id quod inanem reddit, (ut dicebamus)
28 quæſtionem, ſi etenim poſt obtentam
pretio veſtituram, conceſsum feudum
in ſuo eſse jam deductum, in cæteris
omnibus veri feudi ſubſtantiam reti-
net, ac naturam: injuſtè pro certo im-
proprium exiſtimatur; Ideoque Dom.
Reg. Lanar. diſtinctionem adhibuit,
ut in feudo formando id vigeat, ut
ſine pecunia proprius id concedendũ
ſit; in feudo vero jam formato, licet
pecunia obtempto, nulla poſtmodum
improprietatis nota conſiderari poſſit,
ex Andr. Bald. Curt. Iunior. Parid. de
puteo, Lodofred. Capyc. alijſque loc. cit.
num. 49. & 50.

Sanior quoque ex ijs, quæ ſecundo in-
quiunt loco, ut nempe eadẽ perſtrin-
29 gatur opinio, quoties, & ſi pretio ve-
nundatum feudum fuerit, fidelitatis,
tamen jurandum intervenerit, & per-
ſonale inpoſterum præſtetur ſervi-
tium, ex multis, Gabriel lib. 3. comm.
concluſ. tit. de feud. cit concluſ. 2. nu.
8. Alex. Soccin. Roland. à Valle, Decius
Brun. Crat. Io. Baptiſt. de Santo Seve-
rino, Curtius Pariſ. Celſus Vgo Moz-
zius Menoch. Kirchon. Schneid. Gar-
zov. alijque relati, Aroſenthal. de
feud. cit. cap. 7. concluſ. 34. in not.
lit. G.

Quæ reſtrictio inefficacem ſimilitèr pro-
poſitam efficit quæſtionem; quæ ete-
nim ex cunctis fermè, quæ væneunt,
feuda, ſine fidelitatis juramento, aut
ſine ſervitio cõceduntur? quãvis enim
ũtrumque expreſsè remitti poſse, cre-
brius exiſtimetur, ut de juramento te-
30 ſtantur, Vlderic. Zaſ. de feud. par. 1. de
origin. & different. feud. verſ. & quod
præſtatur, Thom. de Marin. de generi-
bus, & qualit. feud tit. 16. de feud.
ſine fidelitate nu. 5. & 8. Iacob. Cujac.
de feud. in præfat. in fin pag. mihi 18.
Borell. de præſtat. Regis Catholic. cap.
64. num. 153. & 155. in fin. Georg.
obrecht, de jur. feud. lib. 2. cap. 10. nu.
6. in princip. Herman. Vultejus de feud.
lib. 1. cap. 6. num. 10. Petr. de Gregor.
de conceſſione feudi par. 1. quæſt. 9. nu.
6. Dom. Reg. de Ponte in lect. feud.
lect. 2. num. 22. & nu. 43. Dom. Reg.
de Curt. in diverſ. ſua cap. incip. tenor.
num. 20.

31 Ac

31 Ac de ſervitio, Andr. in cap. 1. §. ſed
nec alia juſtior num. 42. quæ ſit prima
cauſa benefic. amiſt. cap. 1. §. hujus
autem generis nu. 12 ex quibus cauſ.
feud. amiſt. Affliſt. in conſtit. Regni
mulier quæ donatarium num. 19. Pariſ.
de Puteo de reintegrat. feud. cap. 268.
num. 2. Petr. de Gregor. de conceſſion.
feud. par. 1. cit. quæſt. 9. nu. 4. Moz-
zius de feud. tit. de ſubſtant. feud. nu.
31. Georg. obreſt. de jure feud. lib. 2.
cap. 1. num. 3. verſic. quia pacto, Iacob.
Cujac. de feud. in præfat. in fin. loc. cit.
Herman. Vultejus cit. cap. 6. ſub num.
13. verſic. Ideoque pacto, Schrad. de
feud. tom. 1. par. 2. numer. 6. & 7.
Schneidevin. in epit. uſus feud. par. 1.
nu. 52. & 54. Bocer. de inveſtit. feud.
cap. 4. num. 14. Dom. Reg. Capyc. Ga-
leota contr. illuſtr. contr. 55. num. 12.
& ſequ. lib. 2. ante eum Dom. Reg. de
Ponte conſil. 39. num. 8. & conſil. 130.
num. 9. lib. 2. ubi duo tantum feuda
in toto Regno à ſervitio immunia cō-
numerat; quorum alterum hodie in
Regia Camera pendet ſub Iudicij
trutina, & deciſ. 3. ubi tertium feudū
francum adinvenitur, Boroniæ ſcilicet
Avellarum, in commutationem Mar-
chionatus finalis ſtrenuo, omnique
commendabili ævo, Generali Maris
32 Præfecto Io. Andreæ ab Auria im-
partitum, ut d. deciſ. 3. in princip. Fide-
33 litate tamen excepta, quæ uti de feu-
di ſubſtantia, cap. 1. §. nulla, per quos
fiat inveſtit. Andr. in cap. 1. num. 9.
in princip. ex quibus cauſ. feud. amiſt.
& in cap. 1. §. ſimilitèr num. 24. ſub
verſic. quando datur, de cap. qui Cur.
vendid. & in d. cap. 1. §. ſed nec alia
juſtior num. 38. quæ ſit prima cauſ. be-
nefic. amiſt. Affliſt. in prælud. feud. nu.
66. & deciſ. 129. nu. 2. & deciſ. 320.
nu. 4. Guid. Papæ d. deciſ. 518. num.
2. & deciſ. 551. num. 4. Pariſ. de
puteo. de reintegrat. feud. cap. 8. num.
19. Camer. in cap. imperialem in prin-
cip. col. 2. lit. T. Curt. Iun. in traſt.
de feud. par. 1. quæſt. 8. in princip. &
num. 2. Vlderic. Zaſ. cit. par. 1. circa
finem verſic. ita, & ſi, Io. Thom. de
Marin. de genere, & qualit. feud. tit.
15. de feudo cum fidelitat. nu. 2. Gu-
glielm. Hanneton. juris feud. lib. 1.
cap. 2. verſic. feudum vero, Petr. de
Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. quæſt.
9. num. 7. Borell. tit. 34. numer. 224.
lib. 1. & de præſtat. Regis Cathol. cap.
64. nu. 155. & 156. & 159. Herman.
Vultejus de feud. lib. 1. cap. 6. num. 1.
& 7. verſic. quamvis autem, Andr. Kni-
chen. de veſtitur. pactionibus lib. 2.
cap. 5. num. 17. & 25. Vueſſemb. de
feud. cap. 18. num. 19. in fin. Georg.
obreſt. de jure feud. lib. 2. d. cap. 10.
num. 4. 5. & 6. Io. Harpreſt. in addit.
ad Clar. in §. feud. quæſt. 12. in fin.
Franc. Milanenſ. deciſ. ſicil. 1. nu. 58.
& deciſ. 8. num. 95. lib. 1. Peregrin.
conſil. 4. num. 39. lib. 1. Dom. Reg. de
Ponte conſil. 39. num. 8. conſil. 42. nu.
12. & conſil. 50. num. 20. lib. 2. & in
leſt. feud. leſt. 2. numer. 1. 11. & 43.
Dom. Præſes de Curtis in diverſ. feud.
d. cap. incip. tenor ergo num. 14. 23. &
35. Dom. Reg. Rovit. deciſ. 72. nu. 29.
Biloſt. in concluſ. feud. concluſ. 78. nu.
4. nullo pacto remitti poteſt Thom. de
34 Marin. de gener. & qualit. feud. tit.
16. de feud. ſine fidelitat. nu. 7. Menoch.
conſil. 1. num. 29. lib. 1. Peregr. cit.
conſil. 4. numer. 39. lib. 1. Borell. de
præſtant. Reg. Cathol. d. cap. 64. num.
58. & in ſumma deciſ. lib. 1. cit. tit.
34. num. 256. Vultei. d. lib. 1. cap. 6.
num. 10. Obreſt. de jur. feud. lib. 2. d.
cap. 10. num. 5. & 6. Cumia in repet.
Regni Siciliæ ſi aliquis nu. 176. Dom.
Reg. de Curt. loc. cit. nu. 19. & 23.
35 Verior itidem hæc eſt ſententia;
nam emi feuda poſſe, citra dubium
diſpoſitum, ſivè ſuppoſitum in jure
adinvenitur, ut in cap. 1. §. fin. de jis,
qui feud. dar. poſſ. in cap. 1. §. 1. de
natura feud. cap. 1. de feud. dat. mi-
nim. valvaſorib. cap. 1. de benefic. frat.
36 Nec his repugnat cap. 1. in contra-
rium inductum de feud. dat. in vic. le-
gis cōmiſſ. Nam duplicitèr DD. reſpō-
dere, & primum id in odium illius pa-
ctionis

ctionis legis commiſſoriæ, à feudorũ
conſuetudine improbatæ diſpoſitum
fuiſſe, Andr. in cap. 1. num. 20. verſic.
ſecundus caſus, de natur. feud. Dom.
Reg. de Ponte in lection. feud lect. 1.
nu. 34. ante eum Iacob. de Ardizz. in
ſumm. feud. cap. 20. verſ. quod dominus
circ. fin. cæterique. Secundo; Nam ad
id, quod ibidem dicitur, ut non pecu-
niæ prætextu, ſed amore, & honore
feuda quærantur, ex Hoſtienſe intelli-
gi debere ajunt, ut non ſolius pecu-
niæ prætextu, ſed pecunia, amore,
& honore conſequantur, poſt Hoſtien-
ſem ipſum, alioſque ſequuntur Camer.
in cit. cap. Imperialem §. præterea du-
catus pagin. 97. à ter. lit. S. & T. ubi
quod ſiniſter oculus pecuniã, dexter
vero, quique prævalet gratiam reſ-
pexit, Dom. Reg. de Ponte conſil. 39.
num. 10. lib. 2. eaque omnia in emp-
to feudo concurrere firmans, in lect.
feud. lect. 1. num. 34. circ. fin.
37 Verior quoque; etenim nõ ex eo,
quod feuda væneunt, beneficia deſi-
nunt eſſe, d. l. ſi Titius puerum 3. D. de
obſequijs à liber. & libert. parent. &
patron. præſtand. cit. cap. 1. de benefic.
frat. ibi vel n. ſi beneficiũ de cõmunibus
bonis fuerit EMPTVM, & dilucidius in
cap. 1. de feud. dat. minim. valvas. ibi
ſi minores valvaſores, beneficium tollere
voluerint, minimis valvaſoribus licet
eis facere, excepto, ſi beneficiũ VENDI-
DERINT eis, ſi verò pretiũ de beneficio
acceperint, tunc aut pretiũ reddant, aut
beneficium dimittant; quinimmo be-
38 neficij rationem, uti potentiorem pre-
tio præponderare; quia Domini cõ-
currit voluntas, placitumvè Titio po-
tius, quam Cajo beneficium conferẽ-
di, tradidit egregiè idem Dom. Reg. de
Ponte cit. lect. 1. num. 35. ſed clarius
d. conſil. 39. ſub numer. 10. lib. 2. ibi
imo hinc, ſive modica, ſivè parva pecu-
nia non eſt in conſideratione, ſed ſemper
attenditur, & prævalet beneficium, quia
hoc principalitèr agitur, exornatque
d. Conſil. de Giorg. in repet. feud. cap.
32. num. 19. & rationis ratio eſt, quia
in feudis nudæ etiam Domini volun-
tatis, (ut aſserunt) prævalet intereſse,
Andreas auctoritate l. fin. de uſu, & ha-
39 bit. in cap. 1. §. præterea num. 7. verſ.
ſed dicta, de cap. Corrad. & in cap. Im-
perialem num. 6. & 7. de prohib. feud.
alien. per Frederic. Camer. in repet.
ejuſdem l. Imperialem pag. 4. lit. T.
Gizzarell. deciſ. 74. num. 2. Dom. Reg.
de Ponte de poteſt. pror. tit. 8. de refu-
tat. feud. §. 6. nu. 4. & in lect. feudal.
lect. 9. num. 31. Dom. Reg. Merlin.
controverſ. forenſ. cap. 59. numer. 22.
& cap. 81. nu. 24. centur. 2. Ideoque
40 quamlibet feudi conceſſionem, & ſi
commiſtam, oneroſãq; contineat cau-
ſam, ſemper tamen benevolam Prin-
cipis actionem, ac beneficium, ſem-
perque gratiam habendam eſſe ex
Natta, Ozaſc. Ruin. Riminald. Iunior.
Peregrin. Petr. Mantic. Intrigliol. Pan-
cirol. Bardell. Aroſenthal. Petro de
Gregor. Amat. Dom. Reg. de Põte, Conſil.
de Giorg. Conſil. de Anna, alijſque fir-
mant Marius Giurba de ſucceſſ. feud.
prælud. 2. num. 8. cum ſequentibus, &
Dom Reg. Capyc. Galeota reſponſ. fiſc.
23. numer. 260. cum pluribus ſe-
quentibus.
Verior tandem hæc ſententia cenſenda
eſt, ut emptitium feudum in omnibus
41 veri feudi propriam naturam, eſsen-
tiamque, & ſervet, & retineat; Nam
eam communiſſimè amplexi ſunt, cõ-
mendantque, præ alijs.

Gloſ. in cap. 1. verſic. licet hodie, de feud. dat. invicem l. commiſſ.

Andreas in cap. 1. num. 2. verſic. in comprehendendo, de feud. Guard. & in cap. 1. num. 2. verſic. ſecundus caſus, de natura feud. & in cap. 1. nu. 3. verſic. ita habes, de benefic. frat.

Iacob. Alvar. in d. cap. 1. colum. 2. verſic. oppono cum gloſ. de benef. frat.

Iacobus de Ardizz. in sũma juris feud. d. cap. 20. rubric. quod verus Dominus poteſt dare feudum accepto pretio pag. mihi 26.

Nicolaus de Neapoli in cap. 1. §. notandum, ita communitèr teneri, & obſer-

vari

vari, inquiẽs, *de his qui feud. dar. poſſ.*

Zaſ. in tract. de feud. tit. de feud. ſucceſſ. ſuper 2. part. de fæminar. ſucceſſ. verſic. hac regula pag. mihi 101.

Ioann. Raynaud. in comprehenſ. feud. ſeu repet. l. imperialem §. præterea ſi quis infeudatus num. 33. & 36.

Alex. conſil. 79. numer. 6. verſic. ſed his non obſtantibus lib. 1.

Curt. Senior conſil. 48. nu. 11. verſic. quia etiam poteſt vendi feudum.

Iaſon conſil. 117. nu. 19. verſic. ſed iſtis, & ſimilibus lib. 4.

Soccin. Iun. conſil. 65. num. 16. verſic. vel ſecundo lib. 1.

Camer. in repet. cap. imperialem §. præterea ducatus pag. 97. verſic. quinta, & ultima lit. R. S. T. V. & ſequ. ubi ſub ſpecie recti cõtra *Iſern.* invehitur,

42 in contrariam ſententiam eum injuſtè inducere conatus, pro ut illũ egregiè tuetur, *Dom. Reg. Lanar. num. 51. & ſequ. loco mox citando.*

Dom. Reg. Lanar. in repetit. cap. 1. §. hujus autẽ generis, in quibus cauſ. feud. amitt. num. 48. verſic. contrarium tenere.

Dom. Reg. de Ponte cit. conſil. 39. num. 6. verſic. ſed rectè intuenti lib. 2. & deciſ. 7. num. 37.

Dom. Reg. de Curt. in diverſ. feud. cit. cap. incip. tenor ergo nu. 40. & ſequ. uſque ad nu. 48.

Borell. in ſumma deciſ. lib. 1. d. tit. 34. num. 245.

Dom. Reg. Conſil. de Giorg. in repet. feud. cap. 32. num. 14. cum ſequen. uſque ad fin.

Horatius Montanus perbellè quidem *in repetit. cap. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Federic. nu. 209. & in tractat. de Regalibus offic. tit. de regalib. offic. num. 53. verſic. ex hac ratione.*

Marius Muta in pragmat. Regni Sicil. tom. 1. tit. 13. num. 14.

Dom. Reg. Capyc. Latro ſibi cõtrarius *conſult. 34. num. 59. lib. 1.*

Camill. Laratha ſibi quoque parum conſtans *in Theatr. feud. lib. 1. par. 8. dilucid. 5. num. 1. & 3. cum ſequent.* inconveniens inquiens, pro certo exiſtimandum, ut cum hodie cuncta feuda, non niſi pecunia concedantur, eadem impropria nuncupare, *d. dilucid. 5. in fin.*

Dom. Reg. Capyc. Galeot. *reſponſ. fiſcal. 23. num. 269.*

Ac proinde ex veriori, receptiorique ſententia, ab emptitiorum feudorum

43 ſimilitèr ſucceſſione fœminas removendas eſſe, enixius ſenſerunt *Andr. in cap. 1. §. & quia vidimus num. 15. verſic. item ſi pater de his qui feud. dar. poſſ. Laudens. ibidem num. 3. Præpoſit. num. 62. Afflict. num. 8. & 23. verſic. nono fallit, Iacobin. de Sanct. Georg.* ſic contra *Odofredi* opinionem judicatum teſtatus *de feud. cap. incip. & fœminis num. 6. pag. 64. Capre. in inveſtit. feud. verb. feudi acquiſitio in fine verſi. & vide, Myſing.* ſic pariter per Imperialem Camerã diffinitum tradens, *obſerv. 73. num. 4. & ſequ. centur. 5. Clar. in §. feudum quæſt. 16. num. 2. verſic. tamen eſt verum feudum, Albert.* Brun. *conſil. 18. num. 9. Vldaric. Zaſ. conſil. 13. num. 26. volum. 1. & conſil.* 8. *num. 23. & 33. vol. 2. Celſus Vgo conſil. 26. numer. 3. Menoch. conſil. 1. num. 468. & 470. & conſil. 391. num. 36. verſic. reſpondetur vol. 4. & conſil. 443. num. 69. vol. 5. Hartam. Piſtor. par. 2. quæſt. 34. num. 8. & 9. Mozz. de feud. cap. de diviſ. feud. numer. 72.* Knichen *de veſtit. lib. 1. cap. 3. ſub num. 242. Vultejus de feud. cap. 8. nu. 44. Cannet. in extravaganti cap. ſi aliquem cap. 8. incip. ſed non eſt amittenda n. 34. verſic. qua opinio, Schrad. de feud. par. 7. cap. 4. num. 5. Minad. in repet. conſtit. in aliquibus in text. num. 9. Schencideuin. par. 6. cap. 1. num. 22. Aroſenthal. d. cap. 7. concluſ. 34. num. 7. ubi in annot.* penè innumeros congerit, *l.* K. *Dom. Reg. Lanar. in repet. cit. cap. 1 §. hujus autem generis nu. 48. Dom. Conſil. de Georg. in repet. feud. cap. 34. num. 3. cum ſequent.* ubi *Iſerniam* quoque à Camerarij

rarij morſibus vindicat, *nu.4. & ſequ.*
44 *Bernard. greve in annot. ad Gail.* ſic
per eãdem Imperialẽ Cameram poſt
*Aroſenthal loc.cit.*quoq;definitum re-
ferens *practic. concluſ. lib. 2. concluſ.*
159. *num.* 4. *& ſequ.*

Reſoluto ex his perabundè argumento,
conſpicitur,adhibitum ſcilicet pretiũ,
in feudorum, officiorumue conceſſio-
nibus,neque ipſorum naturam, neque
ſubſtantiam immutare;ideoque inter
Regis dona recẽſitũ officium Ioſepho
nominato reſpuẽte: ad ipſummet Re-
gem reverſum fuiſſe; ſivè , & rectius
ut diximus,hæredis reſpectu evanuiſ-
ſe referendum ſit.

Sed,(ut undique Conſenatorum animus
conquieſcat.) concedatur utique,(ju-
ris tamen veritate illæſa permanente,)
haud Regis, ſed nominantis Io. Bap-
tiſtæ DONVM id fuiſſe,ſivè,quia unũ,
45 & non alium eligere,gratiam, dona-
tionemque dicitur continere , ut poſt
Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. *ſub
nu.* 17. probat *Dom. Reg. Valenzuol.
cit. conſ.* 63. *nu.*1.*& 6.*(quamvis ju-
ra ibidem allata contrariũ planè ſua-
46 deant.) Sivè quoniã hoc in ſpecie vo-
luiſse comperitur *Dom. Reg. Revert.
in deciſ. 67. manuſcripta incip. Io.
Baptiſta Gazzella circa fin. verſic. adeo
quod lib.* 4. relata à *Dom. Reg. Rovit.
poſt ejus conſilia lib. 2. pag.*449.*num.*
23. eſtque ſecundum ordinem *Dom.
Reg. de Marin.* 375. ubi tamen im-
preſſum hoc non cernitur , veluti cõ-
tra tot jura evomitum, *ut in Diſſert.*5.
*numer.*13.*& ſequ.& Diſſert.*10.*ànu.*9.
47 diſſeruimus; vel quia idem *Dom. Reg.
Revert.* contrariũ adduxerat *in deciſ.
19.par.6.incip.Bartholomaus Arnonus
verſic. quia hoc officium,* relata ſimili-
ter *à Dom.Reg.Rovit. eod. lib.* 2. *conſil.
pag.* 451. *num.* 6. & penes *Dom. Reg.
de Marin. deciſ.* 516. ubi in ſpecie in-
ſertum id reperitur;ut nempè officium
non à nominante, ſed à Rege dicatur
obtineri, *cit. deciſ. 516.nu. 2. volum.*
2. prout iterum ſcripſerat *deciſ.*185.
*num.*3. *lib.* 1.

Atqui, (ut mox dicebamus) id protinus
cõcedatur;nullo tamen pacto contra-
rijs poterit opitulari; & ſi etenim no-
minatio à Io. Baptiſta in Ioſephi fra-
tris commodum ordinata , uti illius
donum conſideretur; adhuc eam Io-
ſepho renuente , ex ſuperiùs firmatis
principijs,uti nullius roboris evane-
ſcet; cum nulla juris arte effici poſſit,
ut in invitum, nolentemq; collatum
beneficium valeat pertranſire, ut *in
ſuperiori Diſſertat. num.* 43.*&* 44.

Neque rurſus ſubdatur, repudiatum à
Ioſepho officium, ad Io. Baptiſtam
nominantem fuiſſe reverſum, & ab eo
ad legitimum ejus hæredem,uti tacitè
nominatum tranſitum feciſſe.

Triplicitèr enim iterum juvabit reſpon-
dere; & primum donationem regula-
ritèr ratam non habitam, ad donantẽ
redire,non tam facilè in jure aſſumi
poſſe;cum re vera non ſit,quid redeat,
quod nunquam à donante diſceſſit;
dominij etenim naturæ ineſt,cum in-
48 pendenti ſtare non poſſit, ut à donan-
te abſciſſum non intelligatur,niſi fue-
rit recipienti quæſitum , *l. nec utilem*
20. *D. ex quibus cauſ. major.* ex *Ca-
ſtrenſ. Salicet. Purpur. Covarr. & Al-
ciat.* in ſpecie *Doctor Marta cit. conſ.*
73. *num.* 1. *&* 2. *Dom. conſ. Hodiern.
in add. ad Surd. deciſ.* 111. *nu.* 4 *&* 5.
ſed rectius quidem dicere fas ſit, ut
donum nempè,uti non acceptum nul-
lius roboris, ac ſi nunquam quæſitum
foret , reputetur *d. l. abſenti* 10. *D.*
49 *de donation. l. in omnibus* 54. *D. de
act. & obligat. Decian. reſponſ.*39.*nu.*
30.*lib.* 2. *Peregrin. d. conſil.*100.*nu.* 3.
lib. 5. *Iacob. Gallus cit. conſil.* 8. *ſub
num.* 4. *verſic. niſi tamen repudiaret,
& verſic. ſin autem repudiet, Franc.
Niger. Cyriac. controverſ. forenſ. con-
trov.*315.*num.*24. *in fin.&* 25. *lib.*2.
ac ſi vti nunquã proindè fuiſset, (re-
pudiatorum legatorum inſtar) eva-
50 neſcat, ad *tex. in l. ſi tibi homo* 88. §.
cũ ſervus D. de legat. 1.*cũ concordan.*
& ad rem ex *Caſtrenſ. Soccin. Deci.
Curt. Iunior. Ruin. Pariſ. Soccin. Iunior.*

Alciat. Rube. Grat. Bertrand.Caſſan.
Cagnol. Tiraquell. Andr. ab exe. Natt.
Plot. Alba.& Caphal. tradidit *Surd.*
deciſ. 111. *num.* 4. vel ſaltem inutile
51 fore exiſtimandum, ut contrarij quo-
que fatentur, ſcilicet *Ant. Faber de*
error. pragm. tit. err. 1. *decad.* 47.
num. 3. *verſic. planè, & D. Franc. del*
*Caſtillo quotid.controverſ.lib.*4.*cit.cap.*
37. *num.* 41.

Secundo officia de regalibus eſse *Dom.*
Reg. de Ponte deciſ. 38. *num.* 28. *cum*
52 *ſequ. & deciſ.* 34. *num.* 16 *D.Conſil.*
de Georg. in repet.feud. cap. 54. *num.*
38.*D.Conſil. Theodor.allegat.*41.*nu.*2.
Montan. de regal. tit. de regal. offic.nu.
1. *Dom. Reg.Capyc. Latro deciſ.* 6.*nu.*
17.*par.* 1. cum alijs à nobis relatis,
Differt. 1. *num.* 5. *&* 7. ut proinde,
ſi reverſio aliqua ob electi recuſatio-
nem efformari poſset, nullatenus Io.
Baptiſtam nominantem attingeret; ſed
ad propriã ſpheram, ad Regium nẽpè
è quo emanavit pectus, tanquã ad pri-
mævum fontem regreſsum intende-
ret, & haberet; juxta ab omnibus re-
ceptum adagium, ut dignitates ſcilicet
53 omnes, juriſdictiones, ac regalia quæ-
cumque, uti à fontium originibus a
ſupremis regnantium profluant, re-
fluantque poteſtatibus, *ad tex. in l.*
1. *C.de metropoli Beryt. lib.*11. *Bald.*
in cap. 1. *quis dicatur Dux, Marchio*
circ. princip. verſ. nota omnes digni-
tates Afflict. ibi num. 1. *per tot. Bald.*
*idem in cap.*1.*de allodijs, Thomas Grã-*
matic. deciſ. 46. *num.* 1. *&* 4. *Licier.*
de primogen. lib. 1. *quaſt.* 11. *concluſ.*
3. *verſic.* 2. *improbo, Hieron. Schurph.*
conſil. 65. *num.* 6. *lib.* 2. *Schrader. de*
feud. par. 4. *cap.* 1. *num.* 2. *Sola in*
*conſuet. ſuband. in proem. gloſ.*2. *nu.*3.
Ozaſc. deciſ. 30. *num.* 7. *Reſtaur. Ca-*
ſtald. de imperat. quaſt. 65. *num.* 6.
tract. tom. 16. *Dom.Reg. de Ponte de*
Poteſt.Proreg.tit.de proviſion.fier.ſolit.
§. 2. *nu.* 11. *& in tit.de aſſenſ. Regijs*
*in princ. n.*13. *& in lect. feudal.lect.*
6. *num.* 50. *Dom. Reg. Tapia in repet.*
rubric. de conſtit. princip. cap. 4. *nu.*5.
& 6. *& deciſ.* 3. *ſupr. Ital.Conſil.num.*
50. *Maſtrill.de magiſtrat.lib.*4.*cap.*2.
num. 3. *&* 10. *cum ſequ.*

Tertio ſatis, ſuperque adverſarios, & ex
facto, & ex jure aberrare; quando-
quidem, & ſi ad Io. Baptiſtam rever-
ſionem fieri poſse aſsentiremur: nul-
latenus ad eũdem officium, quodque
poſset ejus hæres appetere, revertere-
tur; ſed id tantummodo, quod penes
ipſum primo reſidebat loco; quod nõ
officium, ſed in eo nominandi fuerat
facultas, & quæ ſi vivo ipſo Io. Bap-
54 tiſta nominante retroredirct, inutilis
profectò non foret; ut puta ſi vivo Io.
Baptiſta eligente, electus Ioſeph præ-
obijſset; eo etenim evẽtu, ut inefficax
nominandi facultas non redderetur,
Iterũ eligendi ipſi jus eſſet ex *text. in*
cap. ſi electio 26. *de election. in* 6. pro-
barunt ibidem *gloſ. Archidiac. Butr.*
alijſque Tiraquell. in repetit. l. boves
§.*hoc ſermone de verbor. ſignific.nu.*4.
Molin. de primog. lib. 2. *cap.*4. *nu.*38.
& nos ex *Azor. Gonzales, Cald. Rev.P.*
Molin. Maſtrill. Barboſ. Fragoſ. cate-
riſque Differt. 5. *num.* 38. Atqui Io.
Baptiſta eligente prædefuncto, nomi-
nandi, & ipſa facultas penitus eva-
nuit, ſive ad Regium fontem refluxit.

Nec enim pro fiſco iterum recitare fas
erit, ne *in Iuvenalis* morſum incida-
mus.

Occidit miſeros crambe reperita magi-
ſtros.

Ea ſcilicet ſpecie electionis ſubjectũ defi-
cere; quoniã ob Io. Baptiſtæ obitũ, cui
55 nominãdi inhæreràt facultas, neq; no-
minãdi organũ, neq; eligẽtis ãplius ſu-
pereſt volũtas, hoc etenim latè firma-
vimus *cit. Differt.*5.*n.*39. *uſque ad* 44.
Nec tandẽ eandẽ nominãdi facultatẽ
ad hæredẽ trãſijſse obijci poſset; nãq;
& perſonaliſſimã ſanè eam eſse, & in
ſpecie ad hæredes tranſitum non fa-
cere, rationibus, & auctoritatibus latè
tradidimus, ex *Frecc. Anne. Robert.*
Dom.Praſ.de Franch.D.Praſ.de Amat.
Montan. Dom. Reg. de Marin. alijſque
cit. Differt. 5. *nu.* 44. *uſque ad nu.*50.

& ſe-

Digitized by Google

& ſecundum ea pronunciatum quoq;
fuiſse colligitur, *in ead. Diſſertat. 5.
in fin.*
Libeat igitur denuo, hoc nõ aſpernandũ
fortaſſis reſponsũ, propoſito cõclude-
re dilemmate: quod aut Ioſeph in offi-
cio nominatus electionẽ acceptã tulit,
57 prout tot argumẽtis ratã eã habuiſse
oſtensũ fuit; quando de jure tacita dũ-
taxat ratihabitio ſatis eſse deberet
*Decius conſil. 586. nu. 12. in fin. & 13.
Hieronym. Grat. conſil. 12. verſic. 30.
ex alio capite, Gozadin. in conſil. 42.
num. 19. verſic. præterea apparet, Ti-
raquell. de jure conſtit. par. 3. limit. 30.
numer. 11. Borell. d. tit. 10. lib. 3.
num. 55. & 56. Theſaur. cit. deciſ. 70.
nu. 12. Mierez de major. par. 1. quæſt.
36. num. 12, Avendan. ad ll. Tauri
gloſ. 9. l. 44. num. 17. Caſtill. quotid.
reſol. cit. cap. 17. lib. 4. numer. 53.
Ahermoſill. ad Greg. Lopes cit. l. 4. tit.
4. par. 2. n. 20.* ſolaque electionis, ſivè
58 donationis ſcientia: quia actus di-
citur delectabilis, pro acceptione
ſufficiens cenſeretur vt, poſt *Soccin.
Dec. Ruin.* Rolãd. *à valle, Pariſ. Covarr.*
Molin. *Decian.* Menoch. *Burſat.* alioſq;
putarunt *Surd. dec. 111. n. 13. & deciſ.
206. num. 11. Theſaur. d. deciſ. 70. nu.
12. verſic. quinimo,* Rot. Roman. *deciſ.
663. num. 2. diverſ. par. 1. Gratian.*
bis etiam per Sacram Romanam Rotã
judicatum aſserens, *deciſ. Marchiæ
39. nu. 3. in addit.* cæteras ejuſdem Ro-
tã diffinitiones congerit *Beltram. in
addit. ad deciſ. Lodoviſ. 97. ſub nu. 8.*
comprobantque *Caſtill. cit. cap. 37.
lib. 4. nu. 54. in fin. & 55. & Dem.
Conſil. Hodiern. in addit. ad cit. deciſ.
Surd. 111. n. 11.* Et res pro fiſco ſanè
remanet indubia, prolatæque ipſi in
ſimilibus vigent ſententiæ.
Aut Ioſeph nominationem reſpuit; & uti
Regiũ DONVM officiũ, vel ad ſuum
redijt ſereniſſimum fontem, princi-
piumve; vel hæredis reſpectu evanuit,
cum ad eũ nominãdi facultas, uti per-
ſonaliſſima, neque ex facto, neque
ex jure potuerit pertranſire.

Tandem tum ex latè diductis in priori, tum in poſterioribus his Diſſertationibus congeſtis, fuit in AErarij commodum res diffinita. Quinimò, quia interea D. Indicus Fernandez de Campo, Eques ordinis Alcantaræ, Excellentiſſimi tunc Proregis Iuſtitiæ à ſecretis, ejuſdẽ officij à Potẽtiſſimo noſtro Rege cõceſſionẽ obtinuerat; facultate ſibi quoq; tributa per ſubſtitutũ illud exercẽdi, ejuſdẽq; Regalis privilegij vigore, inteſtatio (ut vulgo inquiũt) Nõis Septẽbris, M.DC.LVIII. ſibi decreta fuerat: ipſi quoq; id circò præfata officij deſcriptio extitit eodẽ diffinitivo decreto cõfirmata, hiſce verbis

Die 31. Menſis Martij 1659. Neap.

Super devolutione officij ſcribæ à mandatis Realis Cancellariæ, Regiæ Curiæ vacati ob mortem Ioſephi Ardizzone, poſt mortem Io. Baptiſtæ Ardizzone ejus fratris poſſeſsoris dicti officij cũ ãpliatione & ſuper manutẽtione in poſſeſsione dicti officij, prætenſa per D. *Innicũ Fernandez de Campo vigore Realis privilegij conceſsionis ei factæ per ſuam Catholicam Maieſtatem, oppoſitis, & prætenſis pro*

parte Vrſolæ Ardizzone, non obſtantibus, ut in actis, &c.

Viſis actis per Dominum Militem V.I.D. Ioannem Dominicum *Aſtuto Regiæ* Cameræ *Summariæ Præſidentem,& Commiſſariũ,factaque per eundem de omnibus relatione in d. Regia Camera coram ſpectabile Regente Vlloa Locumtenente, aliiſque Dominis Præſidẽtibus ipſius, audito Domino Fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam conſ: proviſum,& decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, prout proviſum, & declaratum eſt, ampliationem officij Regij Scribæ à mandatis quondam Io. Baptiſtæ Ardizzone, obtentam poſt obitum d. quondam* Io. *Baptiſtæ, expletam eſſe per mortem Ioſephi Ardizzone* ejus *Germani fratris; & proinde poſt d.* I*oſephi mortem officium prædictum reverſum fuiſſe in beneficium Regiæ Curiæ, &* jure in Caput D. Innici *Fernandez de Campo deſcriptum fuiſſe, vigore privilegij Suæ Catholicæ Maieſtatis, prætenſis, & oppoſitis pro parte Vrſolæ Ardizzone non obſtantibus, hoc ſuum.*

Franciſcus Antonius Pepe Actuarius.

SVMMAE.

1 *Fato, cuncta Ethnici tribuebant.*
2 *Chriſti verò fideles omnia ad divinã referunt providentiam.*
3 *Fatum, pro morte quoque accipitur.*
4 Mors, *vaſtiſſimum habet dominatum.*
5 *. nec ſexui parcit, nec ætati, aut cujuſvis qualitati.*
6 *.. nec etiam ſaxis, aut illuſtriũ virorum memoriæ.*
7 *Fatalia mortis inſtar, litibus finem imponunt, & inferunt interitum.*
8 *. . . in omnibus appellationum cauſis locum ſibi vindicant, Canonico,*
9 *. . . civili,*
10 *. . . &* Regni *quoque jure.*
11 Regia *Camera, prout Sacrum* Regium *Conſilium, Præfecti Prætorij vicem ſuſtinet.*
12 *Fatalia, non ſolum in appellationum; verum etiam in reclamationum cauſis recipiuntur.*
13 *Pragmatica prima de appell. & 53. de offic.* S.R.C.*enucleantur, & ſub n. 40.*
14 *Fatalia in ſupplicationum, prout in appellationum inſtantijs vigere decebat.*
15 *. . . regnique peritorum, ac judicatarum rerum auctoritate comprobatur.*
16 *Dom. Conſil. Staiban. egregiè fataliũ materiem expoſuit.*
17 *Fatalia, non ſolum duo, ſed & tertium quoque conceditur, ſed quo pacto, & quibus ſpeciebus, & infra nu. 3. & ſequ.*
18 *... pendente cõpromiſſo nõ elabuntur.*
19 *. . . ſicuti, adverſus jacentem hæreditatem.*
20 *. . . prout, neque contra fluminis vi, aut maris tempeſtate impeditum.*
21 *. . . aut peſte ſæviente.*
22 *. . . aliiſq; ex impedimentorũ cauſis, remiſſivè.*

23 *Ap-*

23 Appellatio, intrà dies decem interponi debet.

24 Decendij ad appellandum tempus, fatale quoque exiſtimatũ fuit, quamvis id, non probaverit Sigiſmundus Scaccia.

25 . . . victo conceſſum, currit à die ſcientiæ prolata ſententia.

26 . . . qua ſanè ſcientia, ex receptiſſima apud nos quoque ſententia, à die eſt notificati decreti.

27 . . . partium conſenſu, etiam ex cõpromiſſo remorari non poteſt.

28 . . . neque etiam Iudicis accedente auctoritate.

29 Fatalium tempora, partium conſenſu prorogari queunt.

30 . . . Cur autẽ id nõ vigeat in decẽdio, ad appellandum dato, remiſſivè.

31 Appellatione interpoſita, intra dies 30. acta coram Iudice ad quem ſunt jure communi producenda.

32 . . . regni jure intra dies 50.

33 . . . alioqui appellatio deſerta cenſetur.

34 . . . licet, ex Sacri Conſilij præeminentia, etiam longè quinquaginta his diebus tranſactis, ex eiſdem actis ſententia paſſim revideatur,

35 . . . præter quam, ſi deſerta interim pronunciata foret.

36 Fatalis ſecundus annus minimè conceditur; niſi peculiaris cauſa interceſſerit, & nimiam ſuam appellans oſtenderit diligentiam.

37 Tertium Fatale, ex Canonica ſanè æquitate conceſſum fuit.

38 . . . nec ipſo jure indulgetur, ſed juſtiſſima exiſtente cauſa, ac reſtitutionis in integrum ſuffragio.

39 Appellatorem diligentem in primo, diligentiorẽ in ſecundo, ac diligentiſſimũ tertio fatali anno, eſſe oportet.

40 Fatale primum, ab interpoſitæ appellationis die incipit decurrere.

41 Supplicandi, ſivè reclamandi tempus biennio circumſcribitur; licet ſi intra dies decem reclametur, victo de cautione in retractationis eventu proſpiciatur.

42 Præfecti Prætorij ſententiæ, ſi ab eis non ſupplicetur, biennio effluxo trãſeunt in judicatum.

43 Quanto tempore reclamationum fatalia componantur, confuſè apud noſtros tractatum fuit.

44 Fatale reclamationis quodlibet, biennio impleri, Auctoris pro nunc, cum Dom. Reg. Rovit. aliiſque eſt ſententia.

45 Regnicolæ legalis diſciplinæ Auctores, maximi; apud exteros habiti.

46 Recentiores noſtros eſſe allegandos, Dom. Præſ. de Franch. edocuit.

47 Ex Fatalis primi tantummodo decurſu, nulla appellantis, ſeu ſupplicantis adhibita diligentia, appellatio efficitur deſerta; idque juribus, rationibus, & auctoritatibus, etiã rerum judicatarum comprobatur.

48 Lex, nihil fruſtra operatur.

49 Facta, niſi probentur, minimè præſumuntur.

50 Robertus Maranta commendatur.

51 Deciſio Dom. Reg. Sanfelic. 6. lib. 1. expenditur, & nu. 52.

52 Reclamationem proſequi non datur, niſi priore loco ſententia, exequutioni demandetur.

53 Supplicare infra biennium victus debet, reclamationiſque reſcriptũ obtinere, & ſub num. 54.

54 Supplicans, ſi reclamationem proſequi nequiverit; quia ſententia interim exequutioni demandata non fuerit, ſupplicationis dies, ut notetur in aſſueta formula, curare debet.

55 Sententia dicitur exequutionem obtinuiſſe, ſi res, de qua eſt controverſia, penes victorem ſteterit.

56 Collaterale Conſilium, Conſiſtorium tãtum dici poſſe exiſtimarunt in fatalium ordine Dom. Reg. Revert. ac Muſcatellus.

57 Conſiſtorium propriè dicitur locus, in quo actu Princeps reſidet.

58 Senatus, Principi æquiparatur.

59 . . . & Principem repreſentat.

60 . . . & ab ejus idcircò ſententijs, ſupplicatur, non autem appellatur.

61 Con-

Digitized by Google

61 *Conſiſtorium largè ad eos etiam, qui juris dicendi facultatem habent, referri poteſt.*

62 *Fatalia in Principis Conſiſtorio non defluere, plures putavere; ſed de vero hujuſce rei intellectu num. 63. & ſequ.*

63 *. . . ob Principis impedimenta, in ipſius Conſiſtorio non decurrunt.*

64 *. . . & ſi per mille annos eadem perdurarent.*

65 *. . . ceſſantibus autem ejuſdem* Prin*cipis impedimentis, omnimodo in ejus etiã recipiuntur Conſiſtorio.*

66 *. . . unde in Collaterali quoque Conſilio, vigere probatur.*

67 *. . . currunt in Sacra* Romana Rot*a,*

68 *. . . & in Apoſtolica paritèr Camera.*

69 *Supplicare, victus, & in* Regia *Camera, & in S.*Reg.*Conſilio non impeditur; eum in utroque Senatu Præſidentium ſit promptitudo.*

70 Mulieres*, ob ſexus fragilitatem adverſus fatalium lapſum non reſtituuntur.*

71 *Dom.* Reg. *Conſil. Thoma* Carleval. *de fatalibus lapſus, quomodo effugi poſſit.*

72 *Fatalia in* Regia Camera *non ſervari, qui dixerint; ſed de veritate num. 73. & ſequ.*

73 *. . . contrarium adverſus Dom.*Reg. Capyc. *Galeot. pronunciatum, ipſemet quoque fatetur.*

74 Cauſ*a paritèr ſua habent Sydera.*

75 Dom. Reg. Revert. *decif. 178. lib. 1. juxta ordinem Dom.*Reg. *de* Marin. *& queſt. 4. par. 2. in manuſcript. denuò explicatur.*

76 *Sicuti ſuperiùs allegata deciſio 578. lib. 2. Dom.*Reg. *de Marin.*

77 *Auctor fuit quoque in Sacro Capuano Senatu Conſiliarius.*

78 *Advocatorum Cætus, celeberrimè commendatur.*

79 *S. R. Conſil.* Regiaque *Camera Præſidentes, ut lites rejectis dilationibus finem obtineant, curare deberent.*

80 *D. Don Benedicti Trelles Marchionis Toralba è Supremo Caſtellæ Conſiſtorio, dum in S.*R. *Conſ. Præſes extitit, digniſſima recenſentur facinora.*

81 *Sententia notoriè injuſta, ob fatalium lapſum, in rem judicatam non tranſit.*

82 *Fatalia rerum dominia confirmant, ne in incertum vagentur.*

83 *Litibus, ut finis imponatur jura omnia ſtatuere.*

84 *Fatalia deſideratum litibus finem inducunt.*

85 *. . . ideoque ob publicam gratiam introducta cenſentur.*

86 *Lites privatorum quoque finiri, publicæ rei intereſt.*

87 *Petrus Erodius Iur. Conſ. fuit eruditiſſimus.*

88 *Romani, litibus finiendis, pro publico favore inſudarunt.*

89 *Dom. Reg. Conſil. & Præſid.* Regiæ *Camera Hortentius Pepe extollitur.*

ARGVMENTVM.

Fatalia, quæ litibus mortem inferunt, non modò in appellationum, ſed & in ſupplicationũ quoq; cauſis vigent; ideoq; & in S. Regio Conſilio, & in Regia Camera, contrarijs facillimè exploſis, ſervari firmatur, prout in Regio Collaterali Conſilio, alijſque Conſiſtorijs, ſublatis tamen Principum impedimentis. Quo autem tempore reclamationis fatalia impleantur, non liquidò inter Auctores conſtare videtur. Primum autem ipſorum; (cum ſecundum, &

ex

Digitized by Google

ex ſumma cauſa quandoque tertium concedatur,) ſivè annale, ſivè bienniale cenſeatur, appellantis, reclamantiſvè apparente negligentia, deſertionem operatur; ijſdem tandem fatalibus, uti exoptatum à jure finem litigijs inducentibus, etiam ob publicum favorem, eſſe oſtenditur deferendum.

PRO REGIO FISCO

CVM

Eadem Magnifica Vrſula Ardizzone.

Diſſertatio XII.

1 FAto peramplum, mortalium in rebus dominatum inesse, Ethnici fermè ſunt arbitrati; Vnde *Iunius Iuvenalis libr. 3. ſatyr. 9.*

FATA regunt homines.

Et Maro *Eneid. lib. 1. in princip.*

Hoc Regnum *Dea gentibus eſſe,*
Si qua FATA *ſinant, jam tunc tenditque, fovetque.*

Et infra,

Tendimus in latium, ubi ſedes FATA *quietas*
Oſtendunt.

Et ibidem

Quem, ſi FATA *virum ſervant.*

Et *Eneid. 3. in princip.*

Incerti quò FATA ferant, ubi ſiſtere datur.

Et Senec. *in Oedip.*

FATIS agimur, credite FATIS,
Nam ſollicitè poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina fuſi,
Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus, venit ex alto.

Idem *in Octav.*

Regit*ur* FATIS *mortale genus,*

Et Manil. *lib. 4.*

Solvite mortales animos, curaſque levate,
Totque ſupervacuis vitam deflere querelis,
FATA regunt Orbem.

Et perbellè exornant *Seneca ad Lucill. lib. 3. natural. quaſt. nu. 38. & Iuſtus Lipſ. tom. 2. oper. lib. 1. de Conſtantia cap. 17. 18. & 19.*

2 Quod nos, Catholica irradiati luce, divinæ, quæ cunctis præeſt providētiæ juxta *Divū Thomam par. 1. quaſt.* 116. novimus verius attribuere; & ab eadem pijſſimè in omnibus, & regi, & moderari iuſtius fatemur *proverb. cap. 5. in fin. & cap. 21. in princip. & cap. 8. poſt princip. & cap. 16. Eccleſiaſtic. cap. 12. circa finem, & Luca cap. 12. Clemens Alex. lib. 1. Stromat. Divus Chriſoſtomus homil. 5. ad Coloſſ. Divus* Salvian*us lib. 1. de gubernat. Dei, & lib. 1. de provident. Dei, Divus Auguſtin. de Civit. Dei lib. 5. cap. 8. & 9. Beat. Antonin. in ſumm. Sacr. Theolog. 2. par. tit. 12. cap. 11. Cornelius à lapide in Commentar. in Eccleſiaſten. cap. 5. pag. 176. col. 2. ſub lit. A.*

3 At qui, ſi FATVM, pro ultima rerum linea, eruditè concipiamus, ſcilicet pro morte juxta illud *Horatij 1. Epiſt. 16.*

Mors ultima linea rerum eſt.

Et ex juris erudimur viſceribus, ut in *l. ſi intra 2. C. de tempor. in integr. reſtit.* ibi *Pater tuus in* FATA *conceſſit l. meminimus 2. C. quando, & quib. quart. part. lib.* 10. ibi FATI *munus implentium,*

& *l.*

&*l. quoties* 3.*C.de Naufragijs lib.*11. ibi *qui ſi* FATALI *ſorte defuerint.* licet ejuſdē divinæ providentiæ ſub-
4 ſtratum pedibus, non modò latius, ſed latiſſimum ejus noſcimus Imperiũ; humano etenim non ſolũ dominatur generi, ut *Divus Paulus* ait, & *quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori ad Hebr. cap.* 9. *in fin.*

Et Homer. *apud Criti.*

At FATVM effugit nemo, mihi crede virorum.

5 Adeo ut de Hercule, virorum admirabili idem cecinerit.

Nec vis herculea Parcam vitavit avaram,
Quanquam Dijs carus foret, & Iovis inclita proles.

& Virgil. *in mæcenatis obitum.*

Illa rapit juvenes, prima florente juventa,
Non oblita rapit, ſed tamen illa ſenes.

& Horat. 1.*carmin.*4.

Pallida mors æquo pulſat pede
Pauperum tabernas,
Regumque Turres,

Et Carmin.28.

Omnes vna manet nox,
Et calcanda ſemel via lethi.

Sed cunctis etiã, quæ fuere, quæq; erunt imperitat ſæviſſimè, vt *Ovid. ad Liviã*

Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

6 Vnde Vrbes, Regnaq; mori perbellè traditum nõ ignoramus; & nomina quoque illuſtrium, & quæ inexorabili mortis ſævitici ſubijci nõ deberẽt, adhuc perire egregiè ſcripſit *Auſon. epigram.* 34.

Miremur periſſe homines, monumenta fatiſcunt,
Mors etiã SAXIS, NOMINIBVSQVE venit

Cõprobat ex noſtris eruditè quoque ex alijs *Philippus Knipſchild. de fideicõmiſſ. familiar. nobil. cap.* 1. *nu.* 5.

Vt proinde juſtiſſimè ſtatutum fuerit, vt & lites ſimilter, quæ Infeſtæ adeò humano ſunt generi, in fatum inciderent,
7 atque pericent, eiſque fatalia circumſcriberentur, quibus effluxis, vtique & ipſæ morerentur. Fatalia etenim, ſive fatales dies dicuntur; quia vt mors humanæ vitæ, ita & cauſæ illi finem imponunt, *l. properandum* 13, §. *hujuſmodi*, ibi *non autem tunc mors litis C. de Iudicijs, l. nemo* 3.*C. de tempor. appell. gloſ. in l.* 2. *in verb. tempora fatalium* C. *eod.* ubi *fatales dies dicuntur, quia fatum ideſt finis cauſa imponitur, Bald. in l. fin. num.* 3. C. *de tempor. appellat.* ibi *ideò autem dicũtur fatales, quia ex negligentia ſupervenit mors*, & inferius, *Abbas in cap. ex ratione de appellat. num.* 8. *verſic. ſed contra dicitur, primũ* ajens, *fatale à fato ideſt morte, quia ſicut mors extinguit hominẽ, ita lapſus iſtius termini extinguit appellationem*, *Cornel. Brederod. de appell. par.* 2. *tit.* 7. *de fatalibus rubric. fatalia quid*, ibi *cauſa appellationis interire ſolet*, & infra *ſic autem hæc tempora fatalia dicta ſunt, quod ijs elapſis cauſa recipit fatum ideſt mortem, & finem*, & *eod. tit.* 7. *verſic. cur annus fat. dicatur column.* 139. *in fin.* & *in rubric. tempora appellat. proſequ. col.* 140. ubi, *nam ſuperi, qui fata dicuntur, rebus naturalibus, & cunctis diſtribuunt tempus durationis, & interitus, ſic leges fecerunt inſtantia appellationis, Dom. Reg. de Ponte d. conſil.* 62. *n.* 2. *lib.* 2. *hinc*, inquiens, *jura primum annum appellarunt primum fatale, quaſi quod mors detur juribus partis appellantis.* Comprobant iiſdem ferè uſi verbis *Alex. de Nevo in cap. ex ratione num.* 47. *de appellat. Marant. in ſpecul. aur. par.* 6. *verſic. & quandoque appellatur n.* 232. *Muſcatell. in Prax. lib.* 2. *par.* 2. *gloſ. fatalem num.* 1. *cum ſequ. Iacob. Spiegel. in lexicon verb. fatales dies, Io. Calvin. verb. fatalis dies circ. finem verſic. dicebantur autem*, & ex *Cardinal. Alex. Nevizzano, Mandoſ. Marchiſ. Ruginell. alijſq; Scaccia de appell. quæſt.* 15. *art.* 1. *num.* 1. *in fin. Dom. Conſil. Prat. in addit. ad Muſcatell. loc. cit. nu.* 119.

Qua propter, cum Fiſcus, ac D. Innicus Fernandez del Campo relatũ in præcedenti Diſſertatione decretum, à Supremo

premo

premo noſtri Ærarij Senatu ſibi prolatum, Vrſulæ Ardizzone notificari curarint; ipſaque in ejuſdem calce quamvis reclamare dixerit, nec reclamationem proſequuta poſtmodũ fuerit, neque eam formitèr introduxerit: poſt biennij fatales dies rectiſſimè, vt deſerta reclamatio declaretur, ac ultimò fine cauſæ impoſito, in rem judicatam decretum tranſijſſe, poſtulatur.

8 Nõ enim novas res profectò molimur, cum omni iure fatalia in provocationum cauſis decurrere, cõpertiſſimũ ſit, jure nempè pontificio, ut ex *cap. cum ſit Romana 5. de appellat. Clement. ſicut 3. eod. tit. de appellat. poſt Abb. Antiq. Innocent. Zabarell. Bellamer. Io. Andr. Imola. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Butr.* Bald. *Panor. Henric.* Boic. *Alex. de Nevo, Cujac. Io. Crot. Alagon. Ant. Anguſt. alioſque Barb. in collect. lib. 2. decret. tit. 28. de appell. cit. cap. cum ſit Romana num. 1. cum ſequ. Bonifac. de vitalit. & Paulus Aloazar. in cit. Clement. ſicut* ibique *Barboſ. num. 1.* & ante eum *Vivian. in ration. lib. 2. pag. 356.*

9 Communi Romanorum jure ex *l. fin. §. illud etiam C. de tempor. appellat. Authent. ei qui eodem tit. Authent.* unde ſumitur *de ijs, qui ingrediuntur ad appellat. §. 1. gloſ. Bald. Salicet. & alij in cit. l. fin. §. fin.* latè materiam exornant *Gaill. obſervat. pract. obſervat.* 139. 140. 141. & 142. *lib.* 2. & in ijs *Bernardus Grave in obſeru. Tuſch. pract. concluſ. verb. fatalia concluſ.* 82. & 83. & *verb. inſtantia concluſ.* 221. *Ruginell. de appellat.* §. 10. *de tempor. appell. gloſ. 2. ferè per tot.* plenè *Brederodus de appell. par. 2. tit.* 78. & 79. *Lancellot. de attent. in præfat. cap. 12. num. 28. cum ſequ. Scacc. de appell. quæſt. 15. fere per tot.*

Regni jure *ex prag. 1. de appell.* ibiq; *Dom. Reg. Rovit. & Novar. in princip.*

10 Hæſitari autem non poterit, ſicuti *Antonius Capyc.* ambegiſſe videtur *deciſ. 109. in fin.* an, quæ de appellationum fatalibus decreta ſunt, in cauſis reclamationum, quales ſunt, quæ in Regia aguntur Camera, ſibi locum quoque, & in ea vindicent; quippè quod tanquam ſupremum Subſelliũ
11 præfecti Prætorio, ut & Sacrum Capuanæ Conſilium, dignitate præpollet *Freccia de ſubfeud. lib. 1. de offic. magni Camer. num. 15. & 16. Dom. Præſ. de Franch. deciſ. 601. num. 8. & deciſ. 714. nu. 7. Dom.* Reg. *Revert. deciſ. 178. in princip. lib. 2. ſecundum noviſſimam impreſſionem Dom. Reg. de Marin. Camill. Borell. Dom.* Reg. *Galeot. Dom. Conſil. Carleval. Dom.* Reg. *Sanfelic.* alijque ſuperiùs adducti *Diſſert. 3. num. 6.*

12 Non ſolum enim in appellationum, quæ ab inferiori ad ſuperiorem transferuntur cauſis, fatalia fuiſſe diſpoſita; verum etiam in ſupplicationum, ſivè reclamationum judicijs, coram Præfectis Prætorio vertentibus vigere apertiſſimè *Theodoſ. & Valent.* ſancivere *in l. tempora fatalium, 2. §. fin. autem C. de tempor. appellat* & dilucidiùs *Iuſtinian. in cit. l. fin. §. cui conſentaneum C. eodem tit.* ibi *cui conſentaneum eſt, ut & in ſententijs omnium ampliſſimorum Præfectorum* Prætorio, *ex divino Oraculo retractandis, eadem obſervatio, quæ ſupradicta eſt, poſt ingreſſũ vnius, vel utriuſque partis, tam propter abſentiam perſonarum, quàm propter ſtatuta tẽpora, teneat. gloſ. in l. fin. in fin. C. de ſentẽtijs* Præfect. *Prætor.* alijque quamplures infra allegandi.

Id quod licet Regni ſimilitèr jure, ex laudata Sereniſſimi Ferdinãdi Primi Re-
13 gis ſanctione, *Pragm. 1. de appell.* indiſtinctè conſtitutum fuerit; quia tamen *Grammatici* tempore, in cauſa inter Pyrrhum Campanile Neapolitanum, & D. Franciſcum Moles Hiſpanũ, in controverſiam deductũ fuit, ex Sacri Conſilij allegato ſtylo, lapſu temporum nẽpè nil refragante, ſentẽtias revidendi, ut per *Afflict. deciſ. 78. in fin.* quod indubium quoque licet perſunctoriè dixit *Capyc. d. deciſ. 109.*

num.5. & Dom. Reg. Loffred. ſic Sacrum Conſilium in cauſa Magnifici Alphonſi de Guevara cum magnifico Matthæo Stendardo ſenſiſſe teſtatur; quamvis ipſe non ſubſcribat *conſil. 14. num. 72. verſic. quamvis in ipſa pragmatica;* Idcircò, nè contra juris Conſtitutiones, & perperam, ut *Grã-maticus* inquit, idem S.C. in falsã Praxim continuò abiret, ac nè in poſterũ idem hoc ambigeretur, etiam Conſulto Illuſtr. D. Petro Toletano tunc Regni Moderatore, ſub die 24. Auguſti Anni 1539. per modum condẽdæ legis, Sacer metipſe Senatus decretum protulit, ut ſervata forma præfatæ Sereniſſimi Ferdinandi Primi *Pragmatica* ſanctionis, in ſupplicationum quoq; ſivè reclamationum cauſis fatalia ſervarentur, *ut in cit. decis. Grãmat. 13. in fin.* fuitque inter Regni leges repoſitum *ſub tit. de offic. S.R.C. Pragmatica 53. incip. decreto,* ac de eo in præmoniti moris præſertim everſionem mentionem fecere *Grammat. cit. deciſ. 13. in fin. Io. Angel. Piſanell. in addit. ad cit. Afflict. deciſ. 178. & ibidẽ Vrſill. in princ. Proſper. Caravit. in Ritu M.C. 252. nu. 17. Dom. Præſes de Franch. deciſ. 646. nu. 4. Marcell. de Maur. alleg. 100. in princip. DD. RR. de Ponte, Rovit. Marin. Conſil. Staiban.* alijque inferius citandi.

14 Quod naturali præterea ſuadebatur ratione, ne inferioris alioquin auctoritatis, decreta ſcilicet M. C. Vicariæ in S.C. appellationis virtute introducta, Præfectorum Prætorijs ſententijs, ad tranſitum in judicatum perficiendum anteirent, ut egregiè de more præ alijs monuit *Dom. Præſ. de Franch. cit. deciſ. 646. nu. 7. verſic. accedat.*

15 Prout demùm, ex noſtrorum præcipuè Regni peritorum, rerumque judicatarũ auctoritate, in Supremis noſtris Senatibus fatalia decurrere, firmiſſimè edocemur, Hique ſunt

Dom. Conſil. Grãmatic. cit. deciſ. 13. nu. 1. & in fin.

Dom. Reg. Loffred. cit. conſil. 14. num. 70. & 71.

Io. Angel. Piſanell. in addit. ad cit. deciſ. Afflict. 78. verſic. hodie tamen, & in alleg. inſerta à Dom. Reg. de Marin reſolut. juris lib. 2. cap. 79. num. 8.

Proſper Caravit. in rit. M. C. 252. ſub num. 16.

Vrſill. in addit. ad eandem deciſ. Afflict. 78. num. 1.

Marc. Anton. Pulver. in addit. ad eamdem deciſ. Afflict. 78.

Dom. Præſes D. Marcell. de Maur. cit. alleg. 100. num. 1.

Muſcatell. in Prax. lib. 2. par. 2. gloſ. finiendum num. 2.

Dom. Præſes de Franch. deciſ. 646. per tot. & propriè *num. 5.* ubi teſtis eſt in arduis cauſis, ac in Collaterali Conſilio relatis, junctiſq; etiã duabus S.C. Aulis pluries reclamationes deſertas fuiſſe declaratas, earũq; ultimam inter Illuſtr. Duces Sveſſæ, ac Turris majoris, in Collaterali Conſilio, ad relationem Dom. Reg. Reverterij, omnibus dominis Regiæ Cameræ, & ex S. Conſilio D. Io. Andrea de Curte, ac ipſomet Præſide de Frãchis adjunctis fuiſſe diffinitã; cumq; ſuffragia ex Regio præcepto Potentiſſimo noſtro Regi tranſmiſſa fuiſſent: ut ordinata prò deſertione diffinitio in apertum proferretur, tandem demandatum refert *Dom. met Præſes de Franch. cit. deciſ. 646. num. 5. verſic. quinimo;* hujuſq; cauſæ judicium quoque conceſſit idẽ *Dom. Reg. Revert.* qui illius fuit Commiſſarius, eſtque *nunc deciſ. 578. ſecundũ ſeriem Dom. Reg. de Marin. tom. 2.* reperitque.

Idem Dom. Reg. Revert. juxta ordinem Dom. Reg. de Marin. deciſ. 178. nu. 1. & cit. deciſ. 578. in fin. lib. 2.

Iacobus Gallus conſil. 109. nu. 1.

Dom. Reg. de Ponte conſil. 62. & clarius conſil. 63. num. 1. & ſequ. lib. 2. qui adverſus Ducem Sveſsæ, pro Duce Turris Majoris in eadem cauſa relata per *Præſid. de Franch. 646. & à Dom. Reg. Revert. 578.* patrociniũ præſtitit.

Maſull. in addit. ad cit. deciſ. Capyc. 109. *num.* 11.

D. Epiſc. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 245. *circa finem verſic. nihilominus hodie.*

R. Abb. Hieronym. de Maur. in addit. ad Patrem cit. alleg. 100.

*Camill.*Borell. *in ſumma deciſ. lib.* 2. *tit.* 32. *de exeq. ſentent. nu.* 33. *cum ſequ.*

*Dom. Reg. Tapia lib.*3. *juris Regni tit. de appellat. ſuper conſtit. Appellationum tempora num.* 12. *pag.* 213.

Dom. Reg. Rovit. in prag. 1. *de appellat. num.* 2. *& in pragm.*53. *de offic.* S. *R.* C. *num.* 2. *& deciſ.* 21. *num.* 15.

Io. Baptiſta Thoro bis per Conſilium ita pronunciatum referens *in* 2. *par. compendij deciſ.* Regni *verb. fatalia pag.* 207. *& in verbo reclamatio latè poſita,* ubi allegationes ejuſdem cauſæ inſerit *pag.* 537. *ead. par.* 2.

Novar. quaſt. forenſ. lib. 1. *quaſt.* 6. *in princip. & in collect. ad cit. prag.* 1. *de appellat. nu.* 1. *&* 45. *& in d. pragm.* 53. *de offic.* S. *R. C. num.* 2.

Dom. Reg. *de Marin. reſolut. juris cit. cap.* 79. *num.* 2. *lib.* 2. *& in obſerv. ad cit. deciſ. Dom. Reg. Revert.* 178. *nu.* 1. *&* 578. *num.* 1.

Addent. ad Gramat. cit. deciſ. 13. *praſertim Didacus de Mari. nu.* 6.

Taſion. de antefat. verſic. 5. *obſervat.* 1. *num.* 7.

Dom. Reg. *Sanfelic. deciſ.* 6. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 144. *num.* 15. *lib.* 1. Vbi, & ſi ſubdit, revideri tamen cauſas ex eiſdem actis; ex Typographi errore manifeſtè id proceſſiſse *Rev. P. Afflict. Marott. Dom. Iudex* Petra, *& Altimari* inferius citandi animadvertunt.

Dom. Conſiliar. Paulus Staiban. ſat lu-
16 culentèr, ſatiſque doctè materiam enucleans, *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 94. *num.* 1. *cum pluribus ſequ. & lib.* 2. *reſolut.* 140. *nu.* 1. *&* 2. *& reſolut.* 197. *num.* 1. *& ſequ. ferè per tot. & propriè num.* 16. *& ſequ.*

Dom. Reg. Conſil. Prat. *controv. forenſ. cap.* 17. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 2. & latiùs *in addit. ad* Muſcatell. *d. lib.* 2. *par.* 2. *gloſ. finiendum ſub verſic. nobis autem, & in addit. ad Reg. Conſil.* Paſchalem *de vir.* Patria *poteſt. part.* 1. *cap.* 8. *ad num.* 223.

Rev. P. *Gaetan. de Afflict. controv. juris reſol. cap.* 33. *num.* 3. ſic per Sacrum Conſiliũ, etiam in gradu reclamationis in cauſa Illuſtris Ducis Ielicis cũ magnifico Io. Baptiſta Coppola decretum referens *in addit. ad cit. cap.* 73. *num.* 1. 2. *&* 3. *pag.* 469.

Io. Franciſcus Marotta ſic per S. C. terminatum inquiens *diſcept. forenſ. cap.* 13. *num.* 1. *cum plurib. ſequ. & in fin.*

Dom. Iudex D. Carolus Petra ſuper rit. M. C. V. 148. *nu.* 36. *& rit.* 260. *num.* 34. *par.* 2.

Altimar. noviſſimè *in addit. ad dec. Dom.* Reg. R*ovit.* 21. *num.* 7.

Et ex exteris hunc noſtrum, quo ad fatalium morem, inſtitutumque commẽdant celebris *Bernard. Greva in obſervat. ad Gaill. lib.* 1. *concluſ.* 129. *num.* 9.

Scaccia de appell. quaſt. 15. *artic.* 3. *n.* 133. *verſic. extende* 1.

Et Laurent. Vrſell. cit. concluſion. 129. *num.* 294.

Superiùs autem firmatis, minimè obeſſe poterit, ſi objiciatur, primò biennium in hac cauſa fuiſſe tantummodo effluxum, duò regularitèr continens fatalia; Ideoque tertium fatale expectandum; cum pernotum ſit, ea non ſemper de momento ad momentũ decurrere vel ſaltim tertiũ quoq; fatale fore
17 ex cauſis concedendum *Maranta d. par.* 6. *verſic. & quandoque appellatur num.* 229. *verſic. ſi vero ait,* & *Dom. Reg. de Ponte d. conſil.* 62. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *Scaccia de appellat. d. quaſt.* 15. *ſub num.* 156. *verſic. & quod ut concedatur,* Dom. *Conſil. Staiban. cit. reſol.* 94. *num.* 15. *lib.* 1. *cateríque.*

Nec rurſus, ſi dicatur, non ita liquidè innoteſcere fatalia, tùm in Sacro Conſilio, tùm in Regia Camera decurrere, non modò quia in Principis Conſiſtorio ea reſpuenda tradiderunt, ex

l. fin. §. ſi tamen C. de tempor. appellat.
& Authent. ſed & lis C. eod. & cap.
ex inſinuatione 50. de appellat. DD.
inferiùs citandi num. 62.
Verum etiam, quia in Regia Camera,
præſertim ex fiſcalium negotiorum
frequentia, non ſervari tradidit Dom.
Reg. Capyc. Galeot. in in celebri allega-
ta controv. illuſtr. 19. numer. 49. &
ſequent. & controverſ. 20. numer. 4.
& 5. uſque ad numer. 18. lib. 1. ſicu-
ti in Sacro Conſilio, nec in viridi mo-
re conſiſtere teſtatur Dom. Conſiliar.
Carlev. de judicijs tom. 2. in addition.
ad primum ipſius tom. nu. 714. §. 10.
pag. 18. quem refert Dom. Reg. Capyc.
Latro deciſ. 123. num. 5. lib. 2.
Facili etenim negotio, quæ ab Adverſa-
rijs ſunt objecta diluentur, & quod ad
primum, concedimus concipi aliquas
poſſe ſpecies, ac etiã fati neceſſitates,
quibus vigentibus fatalium defluxus
impediantur; ut putà, ſi in arbitros ex
18 ſcripto partes compromiſerint Au-
thent. ſi tamen C. de tempor. appell. &
Authent. unde ſumitur de appellat. §.
1. ibique gloſ. Bald. & Salicet. Cle-
ment. quamdiu 4. de appellat. & ibi
gloſ. & DD. Theſaur. deciſ. 10. n. 4.
& deciſ. 244. nu. 6. & 7. Anton. Faber
in ſuo Codic. lib. 7. tit. 27. de tempor.
appellat. diffinit. 2. Sforz. Odd. varijs
uſus diſtinctionibus de in integ. reſtit.
par. 2. quæſt. 70. art. 3. num. 16. &
art. 4. num. 18. & ſequ. & quæſt. 71.
art. 1. nu. 4. Gratian. diſcept. forenſ.
lib. 3. cap. 516. num. 27. D. Epiſcop.
Riccius in collect. deciſ. collect. 245.
in princip. Rugin ell. de appellat. §. 10.
gloſ. 2. num. 57. Scaccia de appellat.
quæſt. 15. art. 3. num. 105. & 111.
Laurent. Vrſell. concluſ. legal. lib. 2.
concluſ. 129. num. 284. Paulus Chri-
ſtin. deciſ. belgic. 114. num. 5. lib. 4.
Dom. Reg. Conſil. Staiban. reſolut. fo-
renſ. reſol. 197. num 29. & 30. & nu.
42. & ſequ. lib. 2. Io. Carolus Antonell.
in tract. de tempor. legal. cap. 23. num.
19 10. Si hæreditas jacens fuerit, ex Moe-
dan. deciſ. 10. D. Epiſc. Ricc. cit. col-
lect. 245. verſ. limita 10. Novar. collect.
deciſ. ad pragm. 1. de appell. collect. 2. n.
40. Dom. Reg. Cõſil. Staiban. reſol. forẽſ.
reſol. 140. n. 6. & 8. lib. 2. ſi ventorũ lu-
ctatio, vel fluminis impetus, vel flu-
20 ctuoſa maris tẽpeſtas appellantẽ deti-
nuerint, poſt alios Theſaur. cit. dec. 10.
nu. 8. Sigiſmund. Scaccia doctè propo-
ſitionem exornas, cit. quæſt. 15. num.
145. & artic. 11. caſ. 6. numer. 329.
prout Brederod. de appellat. par. 2. tit.
8. verſic. an caſus fortuitus colum. 193.
21 Si peſtis obvenerit, prout ſæpius à
Sabaudiæ Senatu definitũ tradit An-
ton. Faber. cit. tit. 27. ſui Cod. de
tempor. appellat. lib. 7. diffin. 3. Novar.
in collect. ad cit. pragm. 1. de appellat.
num. 32. Laurent. Vrſell. dic. concluſ.
129. num. 282. & his ſimilia, quibus
22 fatalium curſum protendi, probarunt
poſt ſeniores Marc. Anton. Bard. de
tempor. util. & Contin. cap. 4. per tot.
Theſaur. cit. deciſ. 10. ex Ozaſc. Boer.
Guid. Pap. Cardinal. Put. Moedan. Caſ-
ſiod. Creſcent. Verall. Maſtrill. D. Epiſc.
Ricc. cit. collect. 245. per tot. cuique
ſubſcribit Vrſell. d. concluſ. 129. nu.
280 in fin. lib. 2. Sigiſmund. Scaccia
de appellat. cit. quæſt. 15. artic. 3. à
num. 44. uſque ad nu. 145. Brederod.
de appellat. par. 2. cit. tit. 8. rubric.
impedimenti colum. 173. uſque ad col.
211. Io. Baptiſta Ciarlin. controverſ.
forenſ. cap. 133. nu. 5. & ſequ. par. 2.
At in hac re, ex regulari, ac veriſſima
legum diſpoſitione, ex primi dumta-
xat fatalis lapſu, abſque eo, quod ad
ſecundi, & tertij fatalis Aſylum con-
fugiatur, reclamationẽ credimus de-
ſertam. Id quod, ut palàm fiat, & fata-
lium libeat ordinatum numerum, eo-
rumque ſecernere qualitatem.
Meminiſſe herclè priore loco Dominos
jus dicẽtes exoptamus, ut priuſquã ad
fatales computandos annos devenia-
23 tur, appellationem infra decendium
interpoſitam fuiſſe ſupponamus, ad
text. in Authent. hodie C. de appellat.
cap. ſignificaverũt 36. de teſt. & atteſt.
cap. quod ad conſultationem 15. de re
judic.

A

judic. cap. concertationi 8. de appellat.
in 6. quibus conſonans in hoc eſt no-
ſtri Regni Conſtit. appellat. tempora,
24 (quod tempus quidam interponen-
dæ appellationis, fatale nuncupa-
runt, ut apud Bredorod. cit. par. 2. tit.
7. de fatalibus verſic. fatalibus interp.
appell. colum. 119. Sed tamen diſpli-
cuit Sigiſmundo Scaccia, vera fatalia,
primi, ſecundiq; omnia tempora exi-
ſtimans de appellat. cit. quaſtion. 15.
artic. 2. num. 12. verſic. 1. & artic.
3. num. 162. verſic. quare;) curritque
decendij hoc tempus à die ſcientiæ
25 recitatæ ſententiæ d. cap. concertatio-
ni 8. de appellat. in 6. & ibi gloſ. in
verb. ſciverint. Bredorod. cit. par. 2.
tit. 7. verſic. de curſu decendij colum.
120. ſub verſic. ſicut & columm. 125.
verſic. an autem decendium, ante eum
Marauta in ſpeculo aureo par. 6. verſic.
& quandoque appellatur num. 215. Io.
Carolus Antonell. de leg. tempor. cap.
23. nu. 4. Quodq; inconcuſsa Praxi, a
26 die notificationis admitti teſtãtur, ex
multis Scaccia de appellat. quaſt. 12. nu.
25. Gratian. deciſ. Marchia 62. & ſequ.
Antonell. loc. proxim. cit. num. 5. &
ſequ. & apud nos Dom. Reg. Rovit. in
pragm. 1. de appellat. num. 6. & ex in-
numeris deciſ. 16. num. 2. & ſequen.
Novar. in eadem pragm. 1. de appellat.
n. 9. & 10. Dom. Reg. Capyc. Latro dec.
165. nu. 7. & 8. lib. 2. & conſult. 159.
n. 26. lib. 2. defluitq; de momento ad
momentum ex cit. Authent. Hodie C.
de appell. Bonifac. de Vitalin. in Clem.
ſicut num. 16. de appellat. Marant. in
cit. par. 6. rubric. & quandoque appel-
latur numer. 214. ex gloſ. ſpeculat. &
alijs Bredorod. loc. proxim. cit. rubric.
ſicut, & rubric. decendium quand. cur.
in princip. Dom. Reg. Capyc. Latro de-
ciſ. cit. 165. num. 10. lib. 2. & d. con-
ſultation. 159. num. 24. lib. 2. Io. Carol.
Antonell. de legal. tempor. cit. cap. 23.
num. 3.
27 Adeo ut, nec partium conſenſus,
etiam ex compromiſſo remorari id
poſſit gloſ. communitèr recepta in
cap. cum ſit Romana in verb. reciſius
de appellat. & in Authent. offeratur
verb. viginti C. de litis conteſtat. Bald.
in Authent. ei qui num. 6. verſic. num-
quid tempus C. de tempor. appell. Phi-
lipp. Franchus in cap. ex ratione nu. 2.
de appellat. Guid. Papæ deciſ. 115. in
princip. Myſinger. ex alijs obſervat.
practic. obſervat. 68. num. 1. centur. 2.
Tiraquell. de retract. Lignager. §. 1.
gloſ. 10. nu. 33. in princip. Muſcatell.
in prax. par. 2. gloſſ. declarabitur nu.
10. & 11. Brederod. d. par. 2. de appell.
tit. 7. de fatalibus rubric. appellationum
tẽpus colum. 125. verſic. an autem, &
rubric. de conſenſu partium in princip.
colum. 128. & tit. 9. rubric. ſi appel-
latum ſit in princip. colum. 212. Dom.
Reg. Rovit. in pragm. 1. de appell. nu.
11. Dom. Reg. Capyc. Latro cit. deciſ.
165. numer. 10. lib. 2. & cit. conſult.
159. numer. 25. neque jus dicentis
quoque accedente conſenſu Marant.
ex multis cit. par. 6. ſpecul. aur. verſic.
& quandoque appellatur numer. 241.
28 Muſcatell. loc. proxim. cit. ex Bald. &
Abb. Panormit. Brederod. cit. tit. 7. de
fatalibus rubric. de conſenſu partium
colum. 128. verſic. imo quod magis eſt
Anton. Gravat. in addit. ad Octavian.
Veſtrium in prax. Roman. Cur. lib. 7.
cap. fin. lit. K. verſic. prædicta vero.
29 Quod ſecus eſſe, in proprijs anna-
libus fatalibus, (quidquid ſibi dixe-
rint gloſ. in cit. Authent. offeratur
verb. viginti C. de lit. conteſt. alijque
relati à Barboſ. in collect. in cap. cum
ſit Romana lib. 2. decretal. tit. 28. nu.
16. in princip.) tradiderunt Bald. in
Authent. ei qui num. 7. verſic. quæro
numquid partes C. de tempor. appellat.
Theſaur. deciſ. 244. num. 2. cum ſequ.
ubi Senatus diffinitionem retulit, Guid.
Papæ Myſing. Brederod. Muſcatell. &
Dom. Reg. Rovit. loc. prox. cit. ex Bart.
Bald. Alex. Philipp. Franch. Felin.
alijſque Marant. cit. par. 6. verſic. &
quandoque appellatur n. 236. & 240.
Tiraquell. de retract. Lignager. cit. §.
1. gloſ. 10. num. 32. verſic. quamquam
hujus

hujus,ex *Ozaſc.*: *Rebuff.Marchiſ.* Rota
Romana,alyſque Scaccia cit. quæſt. 15.
artic. 2. *nu*.106.*& artic.* 10. *nu*.118.
30 Et diſcriminis rationem, prætèr alios
præbet *Scaccia cit. quaſt.* 15. *artic.*2.
num. 106. *verſic.ratio rationis*,& ante
eum docuit *Abb. conſil.* 77. *incip. in-*
duci dua ſub num. 4. *verſic. diverſita-*
tis ratio.
Hoc decendio effluxo,Apoſtolos peten-
di, præſentandique acta, coram Iudi-
ce à quo continuò ſuccedit tempus,
quod cõmuni jure diebus 30. imple-
31 batur *l. judicibus* 24. *C. de appellat.*
cap.ab eo 6.*eod.tit.lib.*6.Regni autem
32 50. dierum ſpatio continetur, ut in
cit. conſtit. appellationum tempora;
33 infra quod,ſi actorum exemplum ap-
pellationis Iudici non exhibeatur,de-
ſerta paritèr efficitur appellatio , ita
Andreas in d.Conſtit. Appellationũ tẽ-
pora, verbo, & ſententiam circà finem
verſic. item ſi non præſentavit, *Afflict.*
ibidem nu. 5. *verſic. & tamen*, *& nu.*
30. *Maranta d. par.*6. *verſic. & quan-*
doque appellatur num. 411. *in princip.*
Caravit. in rit. M. C. 260. *numer.* 1.
Dom. Præſid. de Maur. alleg. 78. *in*
*princip. Gallupp. in Prax. S. C. par.*3.
cap. 4. *nu.* 49. *Dom.* *Conſil. Staiban.*
reſolut. forenſ. reſolut. 180. *num.* 77.
34 *lib.* 2. quamvis ex Sacri Conſilij
præeminentia , quinquaginta diebus
etiam decurſis,ex eiſdem actis ſenten-
tia paſſim revideatur, *Afflict. deciſ.*79.
*& deciſ.*143. *in fin. Vrſill. in cit. deciſ.*
79. *numer.* 1. *Marant. loc. prox. cit.*
Caravit. cit. rit. 260. *nu.* 3. *& ſequ.*
Gallupp. in Prax. S. C. *d. par.* 3. *cap.*
4. *numer.* 51. *Dom.* *Conſil.* *Carleval.*
ſic in cauſa Vniverſitatis Iſclæ cum
illis de Durazzo,per Sacrum Conſi-
lium , ſub die 13. Menſis Octobris
Anno 1635. judicatum referens, *tom.*
2. *in addit.ad Primum tom. de judicijs*
§. 8.*pag.* 17. *verſic. & ſapiſſimè*, ſe-
quuntur ex exteris præſertim *Fonta-*
*nell. in deciſ.*405. *nu.*13.*&* 14.*lib.*2.
D. Franciſcus Hieronym. de Leo deciſ.
107. *num.* 8. *& ſequ. lib.* 1. quorum
meminit *Marotta cit. cap.* 13. *nu.* 49.
dummodo interim ſuper oppoſita
fortaſſis deſertione pronunciatum nõ
35 fuerit *Afflict. deciſ.* 243. *num.* 5.*Vr-*
ſill. ad Afflict. deciſ. 79. *numer.* 1. *&*
ſequ. Marant. *in ſpecul. aureo par.* 6.
*tit.& quandoque appellatur num.*411.
M*uſcatell. de appellat. par.* 1. *gloſ. pro-*
ſequendum num. 102. *Dom.Reg.Rovit.*
*in Pragm.*1. *de appellat.num.*21. *& in*
*Pragm.*1.*de inſtãtia cauſæ non reſtaur.*
num. 8. *in princip. D. Epiſc. Ricc. in*
collect. deciſ. collect. 1734.*circ.princ.*
Danza in addit. ad Grammatic. deciſ.
35. *num.* 26. *&* 32. Marotta *diſcept.*
forenſ. cit. cap. 13. *num.* 49. *Dom. Iu-*
dex Petra dictum *Dom. Reg. de* Marin.
in obſervation. cum deciſ. Dom. Reg.
Revert. 530. *in fine.*alioquin infirmũ,
in hunc ſenſum rectiſſime diſtinguens
in Ritu M. *C.* 260. *num.* 28. *lib.*2.
His præcurrentibus,ſive primordialibus,
(ut ajunt,)tẽporibus exactis, & appel-
latione iam efformata; ad propria ap-
pellationum fatalia devenitur, quorũ
quodlibet, non niſi vnius anni ſpatio
comprehenditur; ideoque duo , quæ
36 crebriùs conceduntur fatalia biennio
circumſcribuntur, quo elapſo , rata
manet ſententia ; Quinimò ſecundus
fatalis annus non ità facile concedi
ſolet; ſed cum pergravis cauſa id ſibi
vindicat, & appellantis diligentia in-
noteſcit luculentiſſima , ut in *l. fin.* §.
illud verſ.niſi C.de tẽpor.appellat. Tri-
boniano Iuſtinianus ibidem reſcripſit
niſi ipſe appellator, evidentiſſimis pro-
bationibus poſſit oſtendere, ſe quidẽ ſum-
ma ope niſum, voluiſſe litem exercere,
per Iudicem autem ſtetiſſe , vel aliam
inexorabilem cauſam ſubſecutam, prop-
ter quã hoc facere minimè valuit, tunc
etenim aliud ei annale tempus indulge-
mus, quo effluẽte, & lite minime finẽ re-
cipiente, cadere eum de appellatorio ju-
vamine diſponimus.
Et in §. 1. *Authent. de ijs, qui ingrediun-*
tur ad appelland. ibi *hac nos dudum*
ſancientes correximus, annum quidem
deputantes appellationem offerenti, ſivè
ipſi

Digitized by Google

ipſi ſecundum ſe ingredienti, ſivè com-
muniter, quatenus intra hunc litẽ exe-
quatur, & moreatur, quæ juſta ſunt, &
non relinquat ea, ſine proviſione . dein-
de propter clementiam, ſi per occaſionẽ
Iudicis appellatio prolongetur , aut per
aliam quamlibet cauſam inevitabilem,
etiam alium adijcientes annum, poſtquẽ
niſi litem complerint, ratam manere
victoris ſententiam ſancimus.

Quæ verba faciliori methodo, tali pacto
Irnerius reaſſumpſit *in Authent. ei qui*
C. de tempor. appellat. Ei, qui appellat,
impertitur annus, intra quõ ſecundum
ſe, communitervè cum Adverſario litem
exequatur, aut ſi juſta cauſa interceſ-
ſerit, alius annus indulgeatur: quo trã-
ſacto , lite non completa , rata manet
ſententia.

Et jure Canonico, concordat *text. in d.*
cap. cum ſit Romana *5. de appellat.* ibi
hujuſmodi appellantibus annus indul-
getur , aut ex neceſſaria , & evidenti
cauſa, biennium; firmaruntque noſtra-
tes paſſim , ſecundum nempè fatale
annum minimè concedendum, niſi ju-
ſtiſſima intercedat cauſa, *in cit.* juribus
tum civilibus, tum canonicis, probant-
que *Hieronym. Franciſcus de Leo deciſ.*
Valent. 88. *num.* 11. *cum ſequ. uſque ad*
fin. lib. 1. poſt cæteros, *Dom. Conſil.*
Staiban. cit. reſol. 94. *num.* 20. *lib.* 1.
alijque inferiùs adducendi.

Tertium verò fatale , juris civilis ex-
preſſa ſanctione tributum, non agno-
37 ſcimus, ſed ex ejuſdem *Alex.* 3. be-
nigna Cõſtitutione excerptum, *in cit.*
cap. ex ratione 8. *eodem tit. de appell.*
ubi hæc verba Summus Pontifex fe-
cit, *Verum ſi appellationem biennio*
elapſo interpoſitam à ſententia contra
vos prolata, proſecuti non eſtis: dummo-
dò proſecutionem ipſius, per impotentiã
vos conſtiterit omiſiſſe , nolumus quod
Iuſtitia veſtra debeat præjudicium ge-
nerare.

Ex hac igitur Pontificia sãctione, Tertiũ
fatale non ipſo jure, ſed à Iudice , &
38 ex in integrũ reſtitutionis capite, ge-
nerali ſcilicet . ex clauſula , ac urgen-
tiſſima probatà cauſa impartiri , com-
muniori intellectu ſenſere, poſt *Abb.*
antiqu. Innocent. Zabarell. Bellamer.
Io: Andream, Imol. Anan. Hoſtienſ. An-
char. Abb. Panorm. Bald. *Deciũ, Ruin:*
Philipp. Franc. Guid. Pap. alioſque
Marant. cit. par. 6. verſic. & quandoq;
appellatur ſub num. 228. *Ant. Bard. de*
tempor util. & contin. cap. 6. *num.* 2.
verſic. tertius tractat. tom. 5. *pag.* 215.
Sforz. Odd. de in integrũ reſtit. cit. par.
2. *quæſtion.* 71. *artic.* 15. 16. & 17.
Muſcatell. in Prax. d. par. 2. *gloſ. ſe-*
cundi num. 8. *& ſequ. & num.* 16. *&*
gloſ. ſequ. cauſa num. 15. *Vrſill. ad Af-*
flict. deciſ. 50. *num.* 3. *Dom.* Reg. *de*
Ponte conſil. 62. *numer.* 2. & 3. *lib.* 2.
Coſta de remed. ſubſid. remed. 94. *nu.*
10. *& de portione rata num.* 234. *lib.* 1.
Scaccia de appell. cit. quæſt. 15. *nu.* 27.
& 28. *Brederod. de appellat. cit. part.*
2. *tit.* 7. *de fatalibus rubric. de* 2. &
3. *fatali col.* 144. & 145. *Ruginell. de*
appellat. §. 10. *gloſ.* 2. *num.* 19. *Giurb.*
deciſ. 116. *num.* 14. *Barboſ. in collect.*
ad cit. cap. ex ratione numer. 1. & 2.
Dom. Conſil. Staiban. cit. reſolut. 94.
nu. 25. *cum ſequ. lib.* 1. *& reſol.* 597.
numer. 32. *lib.* 2. ita ut communiter
39 DD. dixerint, appellantes diligentes
in primo, diligentiores in ſecundo, di-
ligentiſſimos in tertio fatali eſſe opor-
tere *Bald. in d. cap. ex ratione nu.* 7.
verſic. & nota de appellat. Robert. *Ma-*
rant. in loc. ſæpius cit. ſub num. 232.
verſic. 6. *Marc. Anton. Bard. loc. cit. Ne-*
vizz. conſil. 41. *num.* 1. *Ruginell. de*
appellat. cit. §. 10. *gloſ.* 2. *numer.* 21.
Scaccia cit. quæſt. 15. *nu.* 33. *Muſcatell.*
in Prax. cit. part. 2. *gloſ. ſecundi num.*
19. *& gloſ. cauſa num.* 8. *Dom.* Reg. *de*
Ponte cit. conſil. 62. *numer.* 5. *lib.* 2.
Dom. Conſil. Staiban. d. reſolut. 94.
num. 35. *lib.* 1.

His delibatis, ad præſentis cauſæ ſta-
tum accedentes, dicere poſſemus ; ex
biennij decurſu, ſicque primi, ſecun-
dique fatalis lapſu, nullis interea di-
ligentijs, aut proteſtationibus adhibi-
tis, quoad deſertionem, legitimã con-
ſtitui

ſtitui non poſſe ambiguitatem, neque de tertij anni, ſivè fatalis imploratione agi permiſſum; quippe quod non modò juſtiſſimæ cauſæ, ad id expoſcendum nullatenus præexiſtant, ſed nec futiles cum in hoc reclamationis judicio, ſupina equidem negligentia Partes ex adverſo, (ut inferius,) ſe geſſerint, vel evidentiſſima.

Attamen, ut, quam conſequi geſtimus, victoria ex omni parte firma ſit, quin & plauſibilis, ex primo tantummodo fatalis lapſu, (ut annuimus,) deſertā extitiſſe reclamationem, judicandum poſtulamus; tū quia, ſic ex facto diffiniri juſtius erit; tum etiam quia duo in hac re lapſa fuiſſe fatalia, quamvis anni duo, & menſes elapſi ſint, (rectā agnoſcentes fidem,) aſſerere maximopere hæſitamus.

Id quod, ut dignoſcatur, in memoriā revocare oportet, ut licet primū fatale,
40 quod à die interpoſitæ appellationis defluere ex *cap. ex parte 12. de reſcript. & clement. ſicut. 3. verſic. à die interpoſita appellationis de appell. gloſ. in d. l. fin.* §. *illud C. de tempor. appell. verbo inchoatam in fin. in add.* probarunt poſt *Anton. de Butr. Bald. Abb. Cardinal. Alexandrin. Philipp. Franc. Salicet. Deci. Bero. Guid. Papa, Cardinal, Put.* cæteroſque *Caravit. in rit. 168. num. 8. Lancellott. de attent. appellat. pendent. par. 2. cap. 12. in præfat. nu. 5. Quintilian. Mandoſ. in Prax. commiſſ. 24. fatali prorogand. verb. fatalia verſic. quæro pag. 57. Afflict. in prax. par. 1. cap. 1. num. 6. Ruginell. de appellat. cit.* §. *10. gloſ. 2. num. 22.* & omnium communem eſſe concluſionē, nec contradictionem hodie habere teſtatur *Scaccia de appellat. cit. quæſt. 15. tit. 7. nu. 162. & 171.* anni ſpatio compleatur; pro ut ſecundum anno circumſcribitur altero, & primum, ſecundumque fatale proindè nuncupantur; ac ſicuti in appellationibus, ab inferiori ad ſuperiorem Iudicem formatis, ſervari diſpoſitum fuit *in cit. l. fin.* §. *illud C. de tempor. appell. & Authent. ei qui C. eodem cum concordant.* ita, & paritèr in reclamationum judicijs recipi firmavimus ſancitum, ut in *ead. l. fin.* §. *cui conſentaneum C. de tempor. appell.* & apud nos ſtatutum, ſivè *ex pragm. ſanct. 1. de appellat.* ſeu ex generali decreto anni 1539. ut *in allegata pragmat. 53. de officij. S.R.C.* & latius *ſuper num. 13. & 14.*

Quia tamèn ſpecificum temporis ſpatiū, quo in reclamationum inſtantijs, ipſorum quodlibet componatur, ijs iuribus appoſitum nō invenitur; quamvis appellationum fatalia ipſa eadem, in ſupplicationum cauſis ſervari juſſum fuerit, *cit.* §. *cui conſentaneum, & pragm. 53. de offic. S. C.* illaque ſine
41 annalia, ut annalia hæc viderentur ſimilitèr eſſe debere; quia vero altera ex parte, intra biennium reclamandi da-
42 tur licentia: & ſi etenim intra dies decem ſupplicare cautius ſit, id ad cautionē in retractationis eventu obtinendam conſtitutum fuit; non autē, ut biennij tempus ad ſupplicandum conceſſum imminueretur, *Authent. quæ ſupplicatio C. de precib. imperat. offerend. pragm. 5. in princip. de offic. S. C. gloſ. in l. unic. verb. noſtro numini C. de ſentent. præfect. prætor. Caravit. in ritu M. C. 252. nu. 6. Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 78. num. 2. Dom. Reg. Loffred. cit. conſil. 14. num. 70. in fin. & 71. Dom. Præſes de Franch. d. deciſ. 646. in princip. & deciſ. 661. num. 2. ſub verſic. nos autem, & nu. 4. circa princip. Dom. Reg. Revert. in deciſ. manuſcript. 94. lib. 2. verſic. primum,* quæ eſt *deciſ. 178. penes Dom. Reg. de Marin. lib. 1. Dom. Reg. Revit. in d. Pragm. 5. de offic. S. R. C. num. 2. & deciſ. 21. numer. 11. Dom. Conſil. Carleval. in add. ad prim. lib. ad num. 714.* §. *8. circ. princip. pag. 16. Dom. Reg. Capyc. Latro conſil. 159. num. 4. cum ſequ. lib. 2. Dom. Reg. Marcian. diſp. forenſ. diſp. 18. num. 42. lib. 2.*
43 Ideoq; Præfecti Prætorio ſententiæ, à quibus ſupplicatum non extat, exacto

Digitized by Google

acto biennio in rem tranſeunt judicatam, *d. l. unica, & ibi gloſ. in verb. noſtro numini C. de ſentent. Præfect.* Prætorij, *Afflict. deciſ.* 78. *num.* 2. *in princip. Grammatic. d. deciſ.* 13. *nu.* 1. *verſic. præterea, Dom. Reg. Loffred. d. conſil.* 14. *num.* 70. *in fin. Io. Angel. Piſanell. in allegat. inſerta in* 2. *tom. reſolut. jur. Dom. Reg. de Marin. cap.* 79. *num.* 8. Ineptum proindè videtur, ut reclamationũ fatalia, annalia quoque dijudicentur; cum monſtruoſum videretur, ut ex lapſu primi fatalis, anni ſcilicet, nulla ſupplicantis adhibita diligentia, deſerta reclamatio cenſenda foret: quando, non niſi effluxo biẽnio in rem judicatam tranſire, ſivè rata poteſt ſententia manere; quique deſertionis pariter effectus exiſtimatur, ut ex juribus, & auctoritatibus ſuperius allatis.

Vt propterea rectiſſimè, pro veritate, in hac quæſtione nos abigiſſe fatendum
43 ſit. Et licet adamuſſim, ſivè ad partes eam expenſam hucuſque non invenerimus, quinimò *DD.* ſatis confuſe viderimus fviſſe loquutos, & primò *gloſ. in d. l. unic. in fin. C. de ſentent. Præfect.* Prætor. *Dom.* Præſes *de* Franch. *d. deciſ.* 661. *num.* 4. *in fin.* ubi primum ad reclamandum biennij exiſtimat fatale; ſecundum vero; & ex cauſa tertium ad proſequendũ, putat annalia. Id, quod expreſsè improbat *Dom. Reg.* Revert. exiſtimans *cum gloſ. Angel. alijſque* ſupplicationum fatalia annalia quoque cenſenda, verum à ſupplicationis tempore decurrere, & ſi prima biennij die illa porrecta foret, *cit. deciſ.* 178. *ſecundum ſeriem Dom. Reg. de Marin. numer.* 2. *lib.* 1. qui ſummatim nimis, & inciſè eam tranſcripſit, ut clarius videre eſt in *eadem deciſ. manuſcript.* 94. *lib.* 2. *verſic. ſecundum, Dom.* Præſid. *Marcell. de Mauro*, qui expreſsè annalia hæc reclamationum cenſuit fatalia, *cit. allegat.* 290. *nu.* 3. *&* 8. prout ante eum *Caravit. in rit.* 252. *nu.* 16. *in princ. Iacobus Gallus conſil,* 109. *numer.* 1. ac *Dom. Reg. de* Ponte *conſil.* 62. *num.* 1. *lib.* 2. & clarius *Dom. Reg. de Marin. reſolut.* juris *lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 6. *& Dom. Conſil. Staiban. cit. reſolut.* 94. *n.* 19. *verſic. primo Caſu numer.* 20. *& num.* 35. *verſic. ſecundum eſt lib.* 1. *& reſolut.* 197. *ſub num.* 2. *lib.* 2. Idque inde deveniſſe credendũ, vel quia ex facto, quampluribus tranſactis annis, hunc unius fatalis ſolummodo decurſũ perpendere, neceſsè nõ fuit; ſivè quoniam quæ non excitantur, nequeunt judicari; Attamen (ſelectiori ſervata deliberatione,) hanc pro nunc ſententiam æquius amplexamur, ut in
44 ſupremis ſcilicet noſtris Prætorijs in reclamationũ, ſupplicationumve cauſis quodlibet fatale biennio impleatur, hocque idem, & ſi controverſia non exagitata ex Praxi egregiè tradiderunt *Dom.* Reg. *Rovit in cit. prag.* 5. *ſub num.* 5. *de offic. S. R. C. & deciſ.* 21. *nu.* 15. *Dom. Conſil.* Prat. *diſcept. forenſ. cap.* 33. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 2. ante eos *Grammat. d. deciſ.* 13. *nu.* 3. *Vrſill. ad cit. deciſ. Afflict.* 78. *num.* 2. Ac (ſi quorundam criticorum notã effugere ſane valemus,) qui proprij genij gravitate præpediti, cum exteros, vix in lucẽ editos encomijs extollunt, noviſſimos autẽ noſtrates, quoſq.
45 vniverſus fermè Orbis maximũ pendit, allegare dedignantur; adverſus quos modeſtiſſimus, ac ſcitiſſimus
46 *Dom.* Præſ. *de Franch.* invehitur *deciſ.* 193. *num.* 17. & à quorum inſolenti ſpiritu abhorrendum, ac Iuſtius cùm arguto cenſemus Martiale hiſce cdocti carminibus *lib.* 5. *Epigrammate* 10.

Eſſe quid hoc dicã. vivis quod fama negetur,
Et ſua, quod rarus tẽpora Lector amat?
Hi ſunt Invidiæ nimirum, Regule, mores,
Præferat antiquos, ſẽper ut illa novis.

Ioannem quoque *Laganarium* libeat laudare, qui cæteris firmius, hoc idem tradidiſſe videtur *in add. ad Dom.* Reg. *Rovit. in pragm.* 1. *de appellat. num.* 1.

Hac igitur retenta opinione, ut ſuppli-
cationum fatalia quælibet. biennio
explicentur; cumque VI. nonas Maij
Anni M.DC.LVIIII. quando per
citationem Vrſulæ Ardizzone de-
cretum innotuit, & in cujus calce ipſa,
ejuſvè procurator ſolummodo recla-
mare dixerũt integrum biennium, mẽ-
ſeſque circitèr tres pertranſierint; nul-
lo ab ea interim, nec Spectabili Locũ-
tenenti ſupplici, (prout fieri ſolet,) pro
reclamatione obtinenda, porrecto li-
bello; nec minima quidem alia adhi-
bita diligentia; Vel hinc eam aggredi
quæſtionem oportet; an ſcilicet data
appellatoris negligentia, ex primi dũ-
taxat fatalis lapſu, provocatio deſerta
valeat declarari. In qua ſanè intrepidè
concludendum eſt, & reclamationem
47 fieri deſertam, & ſententiam in judi-
catum trãſire. Quod quidẽ ijſdem pri-
mo loco allatis juribus firmatur *d. l.*
nempè *fin.* §. *illud C. de tempor. appell.*
ibi *ſed ſi per eum ſteterit*, (loquens Im-
perator de primi fatalis tempore) *quo-
minus omnia litis certamina implean-
tur, appellatione defraudari, & ſen-
tentiã contra eum latã in ſuo robore
durare, & ad effectum perduci, tanquã
ſi ab initio minimè fuerit provocatum.*
Cum verò ad ſecundi fatalis conceſ-
ſionem deſcendit, *niſi*, ſubdit, *ipſe ap-
pellator evidẽtiſſimis probationibus poſſit
oſtendere, ſe quidem ſumma ope niſum*;
enim igitur quomodo appellatore ne-
gligente, ex primi ſolummodo fatalis
curſu appellatio ſit deſerta, & in judi-
catum ſententia tranſit.

Idem elicitur ex *cit. Authent. ei, qui C.
eodem*, ubi, ei, qui appellat, annus unus,
intra quem litem exequatur, imparti-
tur, & licet ſecundus quoque conce-
datur, locum id obtinet, cum juſtiſſima
in primo fatali impedimenti cauſa in-
terceſſerit; ergo ea ceſſante, (ut in hac
ſpecie) primo tantum effluxo fatali,
permanebit ſententia rata, ut, præter
adducendos, docuit *gloſ. in eadem
Authent. in fin.*

Et ex *cit.* §. 1. *Authent. de ijs, qui ingre-
diuntur ad appell.* unde ſumpta eſt *cit.
Authent. ei, qui*, clariùs id quoque
colligitur, ibi, *ANNVM quidẽ deputan-
tes appellationem offerenti*, & inferiùs
*quatenus intra HVNC litẽ exequatur.
Cit. cap. cum ſit Romana 5. de appell.* ibi
*hujuſmodi appellãtibus ANNVS indul-
getur.*

Et demum *ex text.* pro hac cauſa ſanè
apertiſſimo *in Clementina ſicut 3. de
appell.* ubi Clemens Secundus ſic fa-
tur, *Sicut appellationem judicialem, ſic
& extra judicialẽ intra ANNVM à die
interpoſitionis ipſius, vel à die illati
gravaminis, ubi à futuro gravamine
appellatur, proſequi, & finire tenetur
appellans. Quod ſi juſto impedimẽto ceſ-
ſante, non fecerit, debebit ejus appellatio
deſerta cenſeri.*

48 Evidẽtibus deinde rationibus ſua-
detur, & primo ex ordine; nam cũ
lex, quæ nihil fruſtra operatur *l. unic.*
§. *quibus ſpecialitèr C. de novo Codice
faciend. Alex. turam. in lib. ſingul. de
legibus cap. 11. num. 19. & 20.* pri-
mum pro priore fatali contribuat an-
num, eoque elapſo ſecundum; ſi pro
primo, deſertionem non concederet,
incaſſum annos divideret, atq; illorum
ſejuncta ſtatueret fatalia.

Præterea legũlatores annũ ſecundũ nõ
ſimplicitèr impartiti fuere; ſed ea ſu-
peraddita conditione, ſi primo anno
impedimenta obvenerint *d. Authent.
ei, qui C. de tempor. appellat. cum con-*
49 *cord.* Quare, cum facta, ni probentur,
non præſumantur *vulg. l. in bello 12.*
§. *facta D. de captivis, & poſtlimin.
reverſ.* cum alijs adductis *per Maſcard.
de probation. concluſ. 732. Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 14.* ſi impe-
dimenta profectò non adfuerint, ex
primi fatalis curſu, appellationem, ſeu
reclamationẽ deſertam cenſeri opor-
tebit. Rurſus ſi in primo fatali diligen-
tia non parva expoſcitur, quãvis ma-
jor in ſecundo exquiratur, & maxima
cũ progreditur (ut dicebãus) in tertio;
in cũctis igitur evẽtibus ad cauſas in-
terimẽdas debebit fatalium terminus
vigere,

Porrò

Porrò id fataliũ nomen oſtendit; ſi enim ut præfati ſumus, à morte, quam liti inferunt, denominantur, & tam primũ, quam ſecundum fatale dicuntur, ut *in l. 2. C. de tempor. appellat.* ibi *tempora fatalium*, utraque ergo, tum primum, cum ſecundum, mortale vulnus dormienti appellatori infligere valebunt,

Vlteriùs, ſi cũ primo anno impedimentũ à Iudice ortum haberet, ut contra ipſum appellans proteſtetur, pro cautione noſtri tradiderunt: Fruſtratoria quidem proteſtatio foret, ſi eodem primo anno deſertio nõ vigeret; quẽadmodũ has, aliaſque rationes colligere libet penes mox recitãdos auctores, ſed præſertim apud inſignem
50 noſtrum practicum R*obertum Maran. cit.* ſæpiùs *par. 6. verſic. & quandoque appellatur num. 231. verſic. & primo cum ſequent.*

Demùm, hanc eãdem ſententiã; ut nullo exiſtente impedimento, ex primi tantum fatalis lapſu deſerta appellatio, ſeu reclamatio effici debcat, probarunt.

Gloſ. fin. in cit. Authent. ei, qui C. de tempor. appell. in fin.

Innocent. in d. cap. ex ratione in principio de appellationibus.

Io. de Imola ibid. num. 2.

Abbas in cap. ex ratione num. 13. & 14. de appellat. & in clement. ſicut nu. 4. de appellat.

Bonifacius de Vitalin. in d. clement. ſicut num. 17. verſic. nota, quod iſte annus cum ſequ.

Io. Baptiſt. Vivian. in rationalibus in cit. clement. ſicut verſic. ideo ſicut lib. 2. oper. pag. 358.

Ex *Anchar. Cardinal. Zabarell. Paul. de eleazar. Alagon. & Ximen. Auguſtin. Barboſ. in collect. ad eandem clement. ſicut num. 1. collect. lib. 2. clement. tit. 12. tom. 4.*

Paulus de Caſtro in l. properandum num. 12. verſic. in gloſ. ibi imo C. de judicijs.

Alberic. in d. Authent. ei, qui num. 1. in fin. C. de tempor. appellat.

Afflict. in cit. Conſtit. appellationum tempora num. 29. ubi ita ſcipſum judicaſſe teſtatur.

Angel. egregiè conſil. 310. num. 2. verſic. in contrarium.

Ozaſc. deciſ. 28. num. 1. & ſequ. & nu. 13. & ſequ. ubi Bartoli, & ſequacium auctoritatem ſolvit, prout *Menoch.* S*forz. Odd. Muſcatell. Fachin.* alijque nunc citandi, & ſecundum hanc opinionem Senatum cenſuiſſe tradit *cit. deciſ. 28. in fin.*

Marc. Anton. Bard. *in cit. tract. de tempor. util. & contin. cap. 6. ſub numer. 2. tract. tom. 6.*

Maranta in ſpeculo aureo cit. par. 6. verſic. & quandoque appellatur nu. 230. cum ſequ.

Sforz. Odd. de in integrum reſtit. par. 2. quæſt. 70. artic. 40. num. 30. & artic. 5. num. 32. verſic. ſed in contrarium.

Dom. Reg. *Revert. in deciſ. man. ſcript. 94. lib. 2. ſub verſic. in quantum.*

Muſcatell. in Praxi par. 2. gloſ. fatale num. 18. 19. & ſequ.

Scaccia *de appellat. cit. quæſt. 15. artic. 3. num. 117.*

Franciſ. Hieronym. de Leo d. deciſ. 88. nu. 7. 8. & 13. & ſequ. lib. 1.

Brederod. *de appellat. d. par. 2. tit. 7. de fatalibus rubric. perſequendæ col. 140.*

Andreas Fachin. contr. juris lib. 1. cap. 79. verſic. verum iſtis.

Dom. Præſ. Marcell. de Maur. id apud omnes indubitatum inquiens, *cit. alleg. 100. ſub num. 1. & 2.*

Borrell. *in ſumma deciſ. lib. 2. tit. 33. de appellat. num. 1055. & 1056.*

Dom. Reg. de Ponte *cit. conſil. 62. ſub nu. 1. & 2.* præſertim *verſic. ideoque lib. 2.*

D*om. Reg. de Marin. lib. 2. reſolut. juris cit. cap. 79. num. 6. in princip.*

Dom. Conſil. S*taiban. cit. reſolut. 94. nu. 23. lib. 1.*

Dom. Conſil. Prat. in add. ad Muſcatell. cit. par. 2. gloſ. fatale ad num. 18.

Iulius Cæſar Galluppus, qui ſic tandem Sacrum Conſilium decreviſſe refert in cauſa magnificæ Lauræ de Anna,

cum magnifico Franciſco Caracciolo, in qua, cum eadem Laura reclamaſset tantum, nec ſupplicationem porrigere curaſset; poſt triennium, à die latæ ſententiæ, ſicque poſt primi dũtaxat biennij effluſsũ fatale, ex oppoſita pro parte Franciſci Caraccioli deſertione, junctis aulis ad relationẽ Regij Cõſiliarij Petri Pauli Theodoro reclamationem fuiſse deſertam, terminatum fuit *in Prax. S. C. par. 3. cap. 4. num. 53.* ejuſdemque definitionis meminit *Thorus in compẽd. dec. Regni par. 2. verbo reclamatio, an deſerta pagin. 533.* ac *Novar.* quoque *in pragm. 1. de appellat. num. 4.*

Io. Baptiſta Ciarlin. controverſ. forenſ. cap. 133. num. 23. verſic. nihilominus, & *num. 34. 35. & ſequ. lib. 2.*

Anton. de Poſſant. ſingul. 3. cent. 1.

Nec officiet, ſi dicatur, in cauſa Ioannis Dominici Penſinicum hæredibus Camilli Marini, in qua ſub mandato de parendo ſolummodo, victus reclamaverat, & poſt triginta ferè annos ſupplicationem porrexerat, oppoſitam nihilominus ob fatalium lapsũ deſer-
51 tionem rejectã fuiſse, ut penes *Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 6. nu. 19. lib. 1.*

Reſpõſio etenim in prõptu eſt; In ea ſcilicet cauſa deſertionẽ locũ nõ obtinuiſse, quoniã ab anno MD.L.XXXVIII. quo ſupplicatum fuit, uſque ad annũ M.DC.XVIII. ſententia interea exequutionem non obtinuerat, quaque
52 pendente, in reclamatione nullo pacto progredi concedebatur; ac proindè deſertioni locus eſse non poterat *Dom.* Reg. *Rovit. d. deciſ. 21. nu. 15. in fin. Gallupp. in Prax. cit. par. 3. cap. 4. nu. 36. & nu. 51. circa princip.* ſed ipſa poſtmodum exequutioni demandata, ſtatim in reclamationis judicio fuiſse proceſsum; Ideòque nulla reclamanti negligẽtia interim adſcribi valuit, ut deſertioni deferri potuiſset, ut ex *eodẽ Dom.* Reg. *Sanfelic. d. deciſ. 6. num. 2. uſque ad 10.*

Alioquin ſola illa reclamatio ſub mãdato de parẽdo, ſivè in actis conſcripta, ad fatalium curſum impediendum, ſatis pro certo non foret; ſed Principi
53 ſupplicandum eſset, atque ab eo reclamationis reſcriptum obtinendum, ut ex *cit. l. unic. C. de ſent. Præfect. Prætor. verb. noſtro numini, & pragm. 5. de offic.* S. *R. C.* obſervareque libet penes *Auffrer. in addit. ad deciſ. Cappellæ Toloſan.* 480. *num. 4. & ſequen. gloſ. Barb. Bald. Angel. Salicet. Paul. de Caſtro, Guid.* Pap. *Afflict. Caravit. Rebuff. Bredcrod.* alioſque adductos ab eodem *Dom. Reg. Sanfelic. cit. deciſ. 6. num. 4.* & dilucidius videre eſt ex ſatis doctè allegatis in eadẽ cauſa *Domini Reg. Sãfelic.* cõgeſtis *à Io. Baptiſta Thor. in 2. par. compend. deciſ.* Re*gni in verbo reclamatio interpoſita pag. 533.* Vel vices Principis gerentes, pro reclamatione eſsent adeundi, prout ſunt ſpectabiles in S. C. Præſes, & in R. Camera Locumtenens *Dom.* Reg. *Rovit. cit. deciſ. 21. nu. 19. in fin.* ſicuti quotidiana nos Praxis erudit, ex qua paritèr novimus, quod
54 ad fatalium lapſum vitandum, ſi reclamationem ob non præſtitam ſententiæ exequutionem, quis proſequi nequiverit; ſupplicationem tamen victus Principi offerre tenetur, ut in ea ſaltim aſsueta cautio decernatur, *notetur dies, & facta exequutione providebitur Dom. Reg. Rovit. deciſ. 21. nu. 6. Dom. Reg. Sanfelic. cit. deciſ. 6. nu. 14. lib. 1.* ante eum *Io.* Bapt*iſta Thor. loc. prox. cit. pagin. 534. & 535.* & in ſpecie, quod ſi in primo nempè fatali cauſa commiſsa non fuerit, nec proceſsus parte audita inſtructus, reclamatio omnimodo deſerta cẽſenda ſit, faſsus fuit idem *Dom. Reg. Capyc. Galeot.* acerrimus fatalium contradictor, *in cit. controv. 19. nu. 24. uſque ad n. 28.* ubi ad hanc rẽ poſſe decretũ quatuor aularum anni MD.XXXIX. interpetrari autumat, rerumque judicatarum auctoritatẽ præintelligi *num. 48.* ibi *auctoritas enim, & uſus ſubſequens rerum judicatarum, declaravit curſum fataliũ attendi in Sacro*

Conſi-

Conſilio, ubi in tempore non eſt recla-
matum, vel non eſt compilatus proceſ-
ſus;& ita procedunt caſus relati à Dom.
*Præſ. de Franch. deciſ.*646.idemq; re-
petit *ſequ. contr.* 20. *numer.* 2. *&* 3.
nec diſſentire quoque valuit alter
fatalium oppugnator *Dom.Conſil.Car-*
leval. in cit. add. poſt ſecundum tom.
§. 8. ibi *& idem dicendum eſt de inſtā-*
tia reclamationis, vt ſervetur primum
illud fatale biennij dati ad reclamā-
dum,intra quod ſi reclamatio non in-
terponatur,ſtandum erit prima ſenten-
tia, quodque uti indubium, præno-
tarunt *Grammatic. cit.deciſ.* 13.*circ.*
princip. Marcell. de Maur. alleg. 100.
num. 3. ex alijs *Thorus in par.* 1. *com-*
pēdij deciſ.verb. fatalia an currāt pag.
205. *Novar. in collect. ad cit. pragm.*
53. *S. C. num.* 2. & negare *Dom.Reg.*
Galeot. hoc non potuiſſe, animadver-
tere *Thorus in ſupplement. compend.*
deciſ. Regni verb. fatalia in S. R. C.
*pagin.*220.*in fin. Rev.P.Afflict.contr.*
juris reſolut. cit. quaſt. 33. *numer.* 3.
verſic. quinimò, & Io. Franciſcus Ma-
*rotta controv. forenſ. cit. cap.*13.*nu.*5.
etiam ex auctoritate *Dom.* Reg. *San-*
*felic. d. deciſ.*144. *nu.*4. *&* 14.*verſic.*
& dato lib. 1.

Quamobrem in hac cauſa, in qua nec
reclamatio eſt interpoſita, nec ſuper
ea fiſcus, aut D. Innicus conceſſiona-
rius citati fuere,neq; aliud quidpiam
integro biennio geſtum;in omni ſen-
tentia, & reſolutā iam eſſe primā op-
poſitionem,deſertionemque citra du-
bium obſiſtere putamus. Eò magis,(ut
nullus in hac re contradicendi locus
ſuperſit,) quod pro decreti exequu-
tione, nil unquam remanſit agendum;
cum antequàm Vrſula pro conſequē-
do officio in judicio compareret, vir-
tute Regiæ largitionis idem D. Inni-
cus, in cujus commodum fiſcalis lata
fuit ſententia, ipſiusmet officij quaſi
55 poſſeſſionem nactus fuerat, quod ſat
in ſpecie ſufficiens eſſe firmavit ap-
poſitiſſimè *Io. Vincentius Anna alleg.*
63. *num.* 1. & ſequitur *Iulius Cæſar*
Gallupp. in cit. Prax. S. C. par. 3.*cap.*
4. *num.* 37. *Borrell. in ſumma deciſ.*
cit. tit. 34.*num.* 84. *in princip. lib.*2.

Secundum itidem argumentum, ut in
Principis Conſiſtorio fatalia non vi-
geant, ea quapropter in Sacro Con-
ſilio non ſervari crediderit *Dom.*
*Conſil. Carleval. loc. ſup. cit. num.*17.
prout in Regia Camera ex ſtylo non
admitti *Dom.* Reg. *Capyc. Galeot. cit.*
controver. 19. *&* 20. *lib.* 1. brevibus
exolvetur; & quod ad primam attinet
partem, non incongruum enucleare
fortaſſis eſſet,an Conſiſtorij nomen,&
dignitas Sacro Capuanæ Conſilio,Re
giæq; Cameræ Senatui verè, ac pro-
priè competant; cū ſolummodo Col-
56 laterale Conſilium Conſiſtorium ha-
beri poſſe, in hac quæſtione ſenſerit
Muſcatell. in Prax. par. 2. *gloſ. conce-*
duntur num. 9. *&* 10. ſed clarioribus
verbis in ſpecie id probavit *Dom.Reg.*
Revert. in cit. deciſ. man. ſcript. 94.
lib. 2. *ante verſic. in quantum,*& licet
Muſcatello reſpondere dignum duxe-
rit *Dom.* Reg. *Conſil. Staiban. cit. re-*
ſolut. 94. *num.* 77. ſenſum tamen ſuū
circa hoc minimè aperuit. Et re vera
57 Conſiſtorium ad conſeſſum illum re-
ferri videtur, in quo,ut in Collaterali
Conſilio cernimus,actu Princeps aſſi-
det, ut ex *Ammian.Marcell. Varin. &*
Alciat. tradidit *Marc. Anton. Surgente*
de Neapoli illuſtr. cap. 26. *num.* 27. &
ſequitur *Maſtrill. de magiſtrat. tom.* 2.
lib. 5. *cap.* 10. *num.* 2. & ex quam-
plurimis juribus colligitur, quorum
nec immemor *fuit Reſtaur. Caſtald. de*
Imperator. cap. 79. *num.* 1. *& ſequ.*
tract. tom. 16. *pag.* 64. præcipuè ex
Iuſtinianea conſtitutione *legis primæ*
§.1.*C. de novo Cod. faciend.* ibi *Theo-*
philum virum clariſſimum, Comitem
Sacri noſtri Conſiſtorij,*l. humanum* 8.
C.*de legibus,*ibi, *in Sacro noſtri numi-*
nis Conſiſtorio,*l. ſciant* 3. C. *de offic.*
diverſ. Iudic. ibi, *quibus etiam conſi-*
ſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas
præbetur, l. laudabile 4. C. *de advoc.*
diverſ. Iudic. ibi, *inter Spectabiles Sa-*

cri

cri noſtri Conſiſtorij Comites l. cū anterioribus fin. §. in his C. de tempor. appellat. ubi, & litem in ſacrum noſtrū Conſiſtorium introducere cogantur, & §. ſubſequenti ſi tamen ibi, ſi tamen in noſtro Conſiſtorio, & in Authent. ſed, & lis C. eod. cit. tit. & lis, qua ſperatur in Conſiſtoriū Principis inferri, l. quiſquis 5. in princip. C. ad l. Iuliam majeſtat. qui conſilijs, & Conſiſtorio noſtro interſunt, l. litibus 19. in fin. C. de agricolis, & cenſitis lib. 11. ibi, recitata ſepties in novo Conſiſtorio Palatij Iuſtiniani, l. 1. C. de ſilentiarijs lib. 12. ibi, in noſtro Conſiſtorio, & in l. in ſacris 2. C. de proxim. Sacr. Serin. eod. lib. 12. ijs verbis, Conſiſtorium noſtrum ſape ingredientibus.

Quamvis, in ſupremis S. R. Conſilij, Regijq; Ærarij Senatibus Princeps quoque aſſidere quodammodo videatur; ſivè ex quo ij Principi æquiparantur, l. 1. §. eum, qui in fin. D. de poſtuland.
58 ibi, quā Princeps, vel SENATVS indulſit, & ibidē gloſ. in verb. vel Senatus, l. quominus 2. D. de fluminibus, ibi, niſi Imperator, aut SENATVS vetet, & ibiq; Iaſon in ſecūdo notabili, & Ripa n. 3. gloſ. in l. non ābigitur D. de legibus, Aymon. Cravett. conſil. 144. num. 20. & conſil. 168. num. 10. in fin. Roland. à Valle conſil. 70. nu. 18. lib. 1. Anton. Sola in conſtitut. Saband. tit. de modo, ac forma ſupplic. gloſſ. 1. numer. 5. pag. 631.

59 Sivè quia Principem referunt Afflict. deciſ. 120. in fin. ex Bart. & Bald. Deci. conſil. 200. in fin. Aymon Cravett. cit. conſil. 144. nu. 2. Roland. à vall. d. conſil. 70. num. 19. Anton. Sola loc. cit.

60 Ac proinde ab eorundem ſententijs, prout Principis, ſupplicare tantummodo, appellare autem non licet l. 1. in princip. D. à quibus appellar. non licet, l. Præfecti 18. D. de minoribus l. 1. D. de offic. præfect. Prætor. l. unic. C. de ſent. Præfect. Prætor. gloſ. in cit. l. quominus verb. vel Senatus, & cit. l. non ambigitur in princip. D. de legibus, Afflict. in prælud. conſtit. 10. quæſt. in 4. fallent. num. 4. Maranta verſic. & quandoque appellatur nu. 12. Dom. Præſid. de Franch. deciſ. 148. nu. 3. in fin. Muſcatell. in Prax. S. C. par. 3. gloſ. appellari num. 18. Anton. Sola in cit. gloſ. 1. nu. 5. in fin. Fontanell. deciſ. 5. num. 11. lib. 1. Io. Baptiſta Larrea alleg. fiſcal. 118. n. 4. verſ. at vero lib. 2. ante eum ex innumeris, & ſigillatim de quampluribus Supremis Senatibus mentionem faciens Camillus Borrell. in ſumma deciſ. tit. 34. à num. 9. uſque ad nu. 18. & nu. 32. & ſequ. lib. 2. Quamobrem, ad eos quoque, juriſdicendi qui poteſtatem habent, Conſiſtorium referri poſſe,
61 ex cap. cū ſit Romana de appellat. tradidit, et eruditè idē Marcus Anton. Surgēe. de Neapoli illuſtr. cit. cap. 26. nu. 27. verſic. licet ad alios.

Sed, ut ut ſeſe habeat hæc non inconcinna diſceptatio, quod ad rem pertinet, ſupervacanea videtur; ſiquidem etiā in Principum Conſiſtorijs fatalia currere, ſaniori opinione cenſitū inveni-
62 mus; licet etenim in ijs nō defluere prima fronte ſancitū à Iuſtiniano videatur in cit. l. fin. §. ſi tamen C. de temp. appell. ibi, ſi tamen in noſtro Sacro Cōſiſtorio lis exordium ceperit, etiam ſi non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus, et in Authent. ſed & lis C. eodem, ibi, ſed & lis, quæ ſperatur in Conſiſtoriam Principis inferri, abſque damno moræ maneat intacta; quæ verba repetit Innocent. 3. in cap. ex inſinuatione 50. de appellat. quapropter in ijſdem Conſiſtorijs, fatalia non ſervari, dixerunt Afflict. cit. deciſ. 78. num. 4. ex gloſ. Bart. & Abb. Sforz. Odd. de in integr. reſtit. par. 2. quæſt. 71. artic. 1. nu. 1. Muſcatell. in Prax. S. C. lib. 2. gloſ. conceduntur num. 9. Franciſc. Marcus deciſ. delphin. 420. num. 1. Scaccia de appell. cit. quæſt. 15. nu. 31. Chriſtin. deciſ. belg. 114. num. 3. in fin. lib. 4. Dom. Conſil. Carleval. de judicijs tom. 2. in addit. ad primum tom. cit. §. 8. in princ. pag. 16.

63 Id

63 Id tamen intelligitur, quouſque Princeps negotiorum mole præpeditus benignè ſupplicationibus nequeat indulgere; hiſce etenim ſpeciebus, Principalis pietatis nequaquam eſſet, propter ipſius, vel florentiſſimi ejus ordinis impedimenta, ſubditorũ cauſas interire, vt idem Iuſtinianus explicuit *in cit. § ſi tamen C. de tempor. appellat.* ibi, *cũ iniquum ſit propter occupationes florentiſſimi ordinis, quas circa noſtra pietatis miniſteria habere noſcitur, Cauſas hominum deperire*, & in §. *ad hac ſancimus Authent. de appell. & intra qua tempor.* à quo ſũpta eſt *cit. Authẽt. ſed & lis*; id non modo confirmavit ijs verbis, *ſi quãdo lis ſperatur in noſtrum inferri Conſiſtorium, ſi forte cõtigerit Imperatoriam Majeſtatem occupatam publicis cauſis, & mundanis proviſionibus non poſſe convocare patres, quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari*; ſed ratiões quoque hujus æquiſſimæ reddidit ſanctionis, ſubdens, *Quod enim virium eſt litigantium, ſi culmen Imperatorium occupetur, vel quis tanta eſt auctoritatis, ut nolentem Principem poſſit ad convocandos* Patres, *caeteroſq; Proceres coarctare*. Vt id circò *DD.* omnes in Principum Conſiſtorijs fatalia non decurrere, quouſq; eorumdẽ impedimẽta durarint, rectiſſimè concludendum veriti non fuerint, inquiẽtes, ex facto Principis impediti, fatalia nequaquam labi, ut ex *gloſ. Panormit. Cardinal. Alex. Hoſtienſ. Dec. Bero. Mynſing. aliiſque Sforz. Odd. de in integrum reſtit. par. 2. quaſt. 70. artic. 3. limit. 3. num. 2. & Scaccia*, communem eſſe hanc firmauimus opinionem *cit. quaſt. 15. num. 131.* quãquam per

64 mille annos perduraverint impedimenta, *Sforz. Odd. cit. par. 2. quaſt. 71. artic. 1. num. 3. & Scaccia ex alijs loc. ſup. cit. num. 131.*

65 At, Principis impedimento ſublato, & reclamationis cauſa introducta, in ipſius quoque Conſiſtorio fatalia recipienda neceſſario fateri oportet, ut ex eodẽ Iuſtiniano percipitur *in cit. §. ad hac ſancimus in fin.* ibi, *cauſa intacta permaneat, donec Imperator ſua ſponte motus, & convocari Proceres juſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morẽ procedere*; quod haud inſipidis complexus eſt verbis Irnerius *in cit. Authent. ſed, & lis C. de tempor. appellat.* ibi *lis maneat intacta, donec ipſe* (Princeps ſcilicet,) *faciat eam introduci, & à Proceribus ſecundum morem dirimi, ut poſt gloſ.* Bald. *Angel. Salicet. alioſque* probavit *Dom. Reg. de Ponte cit. conſil. 62. ſub nu. 4. & conſil. 63. nu. 1. & 2. verſic. ſi verò*, ſequitur *Dom. Conſil. Staiban. cit. reſolut. 94. num. 49. cum ſequen. lib. 1.* ante eos *Marc. Anton. Bard. in d. tract. de tempor. util. & contin. cap. 4. nu. 3. verſic. donec Princeps cauſam commiſerit tract. tom. 5. pag 213. Guid. Papa d. deciſ. 35. num. 1. verſic. praterea d. Authent. & ibi add. in verb. non introducit lit. B. Theſaur. d. deciſ. 10. nu. 3. verſic. quod intellige*; ſed egregiè *ex eod. Bald. Salic. & Guid.* Pap. firmavit *Dom. Reg.* Revert. *in cit. deciſ. man. ſcript. 94. lib. 2. verſic. ſecundũ circa finem*, ibi, *quia loquitur in Conſiſtorio Principis, in quo non currunt fatalia, donec* Princeps *determinaverit, qui de cauſa cognoſcerent; ſed poſtquam determinavit, non video cur non currãt fatalia.*

66 Ideòque in Collaterali Conſilio fatalia paritèr vigere, etiam judicatæ rei auctoritate, (ut diximus) probarũt *Dom. Praſ. de Franch. cit. deciſ. 646. num. 5. & Dom. Reg. Revert. deciſ. 578. juxta ordinem Dom. Reg. de Marin. par. 2.* ſectatique ſunt *Dom.* Reg. *de Ponte cit. conſil. 63. num. 1. vol. 2. Abb. Io. Hieronym. de Maur. in add. ad genit. cit. alleg. 100. Dom. Reg.* Revert. *in cit. pragm. 53. de offic. S. R. C. & ibidem Novar. num. 3. in pragm. 1. de appell. num. 1. Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 6. num. 2. & deciſ. 144. num. 16. lib. 1. Dom. Reg. de Marin. cap. 79. ſub nu. 2. juris reſolut. lib. 2. & in obſervat. ad cit. deciſ.*

cit. deciſ. Dom. Reg. Revert. 178. *&*
578.Rev.P. *Afflict. in add. ad cap.* 33.
contr. jur. reſolut. num. 1.
Quòd, ſi fatalia in Conſiſtorijs, ubi Prin-
cipes actu aſſidere conſueverunt, lo-
cum ſibi capeſsunt; quanto fortiùs in
Pręfectis prætorijs ſibi partes obtine-
67 bunt; vt in Romana Rota Sũmi Pon-
tificis Senatu, ex conceſſa præſertim
eidem Sacrę Rotæ, illa prorogandi
facultate, fundat perbelle *Sigiſmundus*
Scaccia cit. quaſt. 15. *de appell. ſub n.*
133.*verſic.confirmatur;* ſicuti in Apo-
ſtolica quoque Camera, quæ ſimiliter
ſupremum Tribunal eſt, idem tradidit
68 ipſemet *Scaccia loco cit. nu.* 134. vn-
dè juſtiſſimè Noſtri in ſupremis S.R.
C. & Regiæ Cameræ Subſellijs, &
in quibus ſpectabilium eiſdem prę-
ſidentium Capitum copia, præ ſup-
plicationibus porrigendis, aſſidue ha-
beri poteſt, (prout in ſpecie de S.C.
69 admonuit *Vrſill. ad Afflict. cit. deciſ.*
78. *nu* 3.) tot juribus, etiam patrijs,
tot auctoritatibus, ac diffinitionibus
fatalia vigere comprobarunt; adeòut,
aduersùs ipſorum deſertiones, neque
ob ſexus fragilitatem mulieres reſti-
70 tui judicatum referat idem *D. Praſid.*
de Franch. dec. 284. & ſequitur *Ca-*
ſtill. deciſ. 23. *circ. finem*, *Giurb. deciſ.*
18. *n.* 1. *verſic. nec etiàm, D.R. Rovit.*
in Prag. prima de appellat. num. 31., *&*
ibidem Novar. num. 54. *Dom. Epiſc.*
Ricc. in add. ad cit. deciſ. Praſid. de
Franch. 284. *Dom. Conſil. Staiban. re-*
ſolut. Forenſ. cit. reſolut. 94. *n.* 10. *lib.*
primo, & reſolut. 140. *num.* 15. *lib.* 2.
Quarè ex his facile colligi poteſt,
quàm parum felicitèr, cùm de fataliũ
71 lapſu tractaretur, *D. Conſ. Carleval. loc.*
cit. lapſus fuerit; niſi tamen eum ſal-
uare malimus, ex ijs, quæ, vel inuitus
faſsus fuit, non ſemper videlicet fa-
talium deſertionem opponi, ſicque
communi litigantium voto (quòd fie-
ri poteſt), eadem prorogari; vel mul-
toties quoque non objici, nè inci-
dens hæc deſertionis quæſtio diffici-
lior, ac prolixior quandoque ipſamet
principali cauſa exurgat, euadatq; in
cit. add. poſt ſecund. tom. ad tom. primũ
de Iudicijs §. 11. *pag.* 19. *colum. prima*
circ. fin. verſic. niſi dicamus, *& co-*
lum. 2. *verſic. in hoc Regno*, ubi acri-
tèr contra magnificos cauſarum Pa-
tronos invehitur indiſtinctè.
72 Ad ultimam tandèm partem, qua
ex noſtri Senatus aſſeruato ſtylo, ut
in ea fatalia recepta nõ ſint, ob cauſa-
rum frequentẽ potiſſimum numerũ, ex
Dom. Reg. Capyc. Galeot. cit. contr. 19.
num. 49. *& ſeq. & contr.* 20. *num.* 4.
5. *& ſeq. lib.* 1. cviq; addenda *Dom.*
R. Rever. deciſio 178. *cit. lib.* 1. qua in
cauſa inter Illuſtrem Ducem Hadriæ,
cùm ſpectabile Comite Sanctæ Aga-
thæ, per ipsũmet Senatũ, relatione fa-
cta in Collaterali Conſilio, corã Ec-
cellentiſs. D. Prorege, ac quatuor ex
S. R. C. Senatoribus, uti adjunctis in-
tervenientibus, omnium voto, adver-
sùs oppoſitam deſertionem pronun-
ciatum fuit: ex juribus allatis, ac dif-
finitionibus in contrarium adductis
reſpondere recentiores omnes conati
ſunt, præſertìm *Dom. Reg. de Marin.*
Conſil. Staiban. & Conſil. Franciſcus
Maria Pratus, *alijq; loc. cit.* Sed cùm
de tantis viris, veriſſimiſque Con-
ſultis agatur, ut ſibi ipſis ijdemmet
reſpondeant operepretium duximus.
Sibi profectò reſpondeat *Dom. Reg.*
73 *Capyc. Galeot. cit. contr.* 19. *&* 20. in
quibus, licèt egregiè aduerſus Illu-
ſtrem Principem Sancti Sceuri, pro
Illuſtri Duce Andriæ patrocinium
ex digno more præſtitiſſet, multaque
ſibi ex facto opitulari viderentur;
Idibus attamẽ Ianuarij M.DC.XVIII.
in eadem Regia Camera, quinq; Re-
gijs Cõſiliarijs in adiũctos aſcitis, cau-
ſa cecidit; itaut, nè fatis, & fatalibus
ipſe deeſſet, hoc exclamationis ſche-
74 mate vſus fuit, HABENT SVA SY-
DERA CAVSÆ *cit. contr.* 19. *in fin.*
Sibimet quoque reſpondeat *Dom. Reg.*
75 *Revert. in cit. deciſ.* 178. *lib.* 1. quo
loci *in fine* ſpecialia hæc ſubnectit
verba, *verùm quòd generalis promul-*
garetur

Digitized by Google

garetur Pragmatica, vt de cætero, tam in Regia Camera, quàm in Sacro Conſilio currant fatalia, prout eſt iuris, ſicuti eadem ſunt eius verba *in deciſ. manuſcript. deciſ.94.in fin. lib.* 2. ubi ſimiliter inquit verum non eſſe, ut in Regia Camera, & in Sacro Conſilio fatalia non currant *citat. deciſ.* 94. *man.ſcrip. circ. fin.* quemadmodum poſterior exitus demonſtravit in deſuper allata cauſa à *Dom. Præſide de*
76 *Franch. dic. deciſ.* 646.*ſub num.*4.*& Dom. Regen. de Ponte cit. conſ.* 62. *&* 63. *lib.*2.intèr Illuſtres Duces Sueſſę, ac Turris maioris, in quà per Regiam Cameram, relatione habita in Collaterali Conſilio, & coràm Eminentiſſimo Cardinali Granvelano, cùm duobus S. Conſilij adiunctis, eodem nempe D. Præſide de Franchis, & D. Io:Andrea de Curtis ejuſdem S.R.C. poſtmodum Præſide, Commiſſario ipſomet D.R. Reuerterio: reclamationem fuiſſe deſertam pronunciatum fuit *cit. deciſ.* 578. *in fin. lib.* 2. *iuxtà ordinem Dom. R.de Marinis*.

Ad id vero, quòd de fiſcalium multiplici negotiorū frequētia, allatoq; ex ea, prę cipuè Regiæ Cameræ (vt aiunt) ſtylo, adverſus fatalium lapſum dicere niſus fuit *Dom.Reg. Capyc. Galeot.cit.contr.* 19. præſertim *num.* 49. *& cit. contr.* 20.*nu.*4. *& ſeq.* cujus meminit *Dom. Conſil. Staiban.cit. reſolut.* 94. *nu.*17. *& ſeq.* prout de Sacro Conſilio pariter, ob cauſidicorum, aliorumvè calumnias adnotavit *Dom. Conſ. Carleval. loco ſæpe cit.* pratèr ad ſatietatem ſuperiùs diſſerta; nobis quoque, (ſi veritatem colimus) reſpondere concedatur; Et in Regia Camera, &
77 in S. R. Conſilio, (id etenim dum Conſiliarij munus explevimus, experti quoque fuimus,) cauſas quotidiè diffiniri, ſummoq; zelo in utroq; Senatu digniſſimos equidē Conſenatores pro illarum terminatione conſudare; in utroque tamen vetuſtiſſimas etiàm adinveniri; at nequaquam jus dicentibus id tribuendum putamus; ſed vel litigantium, quòd ſit multoties affectatæ incuriæ; aut aliquibus cauſarū Patronis, (quorum neminem nūc credimus reperiri,) qui neque diuinum, neque humanum pertimeſcentes Iudicium, non niſi impudentibus
78 ſtudent confugijs; rectos mittimus, clarosque Patronos; qui modeſtia, eloquentia, morum candore, ſcientia, conſcientiaque, & Reipublicæ, Principibuſq; ſe ſe ſane cariſſimos faciunt, ac fere admirabiles oſtendunt. Vt propterea horum præclariſſimis Supremorum Tribunalium Præſidibus, (præ eorum munerum præſentia)
79 ſpeciali curæ id eſſe deberet; ut bonî commendatione, præmijſque allicerentur; praui autèm, quotiès inſurgunt, digniſſimi ordinis juſſu, aut pellerentur à Prætorijs; aut pęnarum ſolutione cohiberentur, ad *tex. in l. properandū* 13.*verſic.hoc etenim C. de Iudicijs*, de ipſis ſiquidem effatum Iuſtinianum opinamur, aureis ijs ver-
80 bis, *nam ſi ipſi noluerint, nullus tā audax inuenitur, qui poſſit INVITO IVDICE litē protelare*,& nitidè ibidē *docuit gloſſ. in verb. Iudice*, ibi, *vel qui cauſæ PRÆSIDET*. Hoc etenim inſignitèr effecit nobiliſſimus eques, ac ſcientiſſimus Iuris Conſultus, neminique toto Orbe ſecundus Dom. Don. Benedictus Trelles, Ordinis Sancti Iacobi, Marchio Toralbæ, ac ſpectatiſſimus Supremi, Regaliſq; Caſtellę Cōſiſtorij nunc à cōſilijs; qui cùm Conſultoris munere ſolertiſſimè impleto, ab vltra pharū Sicilia, ad hanc applicuiſſet, Sacri Regij Sātæ Claræ conſilij Præſidens renunciatus, ejuſdemque maximoperè expertus; quippè qui nonnullis annis celeberrimus in eodem effloruerat Senatu Conſiliarius, nō ſcripto ſolùm celerem controuerſiarum finem edixit; ſed vigentis vocis oraculo in conſuetudinem illum mirabiliter induxit; adeò vt quendam Advocatum, peracuto alioquin præditum ingenio, licèt illo infeliciter verſipellibus Inducijs vtentem,

Digitized by Google

vel cauſas iuſtè tueri inſtituerit;vel lo-
quenté,ut ad veras,propriaſq;diſcep-
tationum metas, juſtitiamq; attingen-
tes ſe ſe conferret eloquentem,cũctis
obſtupeſcentibus, coegerit egregiè.
His omnibus deniquè pro coronide ad-
dendum; de Cauſa tractationem nunc
eſſe, in qua Fiſci, & Don Innici Fer-
nandez del Campo litis conſortis
manifeſta eſt Mehercle juſtitia, ut
ex *ſuperioribus diſſertationibus* sàt,
latèquè dignoſcitur; quòd in præſen-
ti deſertionis altercatione à ſupre-
mis Iudicibus ſedulò expetitur; Ete-
nìm nec Iuſtitiæ, nec æquitati aliter
81 conſentaneum eſſet, ut iniqua noto-
rieque injuſta ſententia, ob fatalium
lapſum ſuſtineretur, *Caravit. in rit.
citat.* 260. *num.* 8. *Vrſill. ex alijs in
addit.ad cit. deciſ.Afflict.* 79. *nu.*2. &
3. *Scaccia de appell. dicta quaſt.*15. *n.*
205. *verſic. declara ſecundo, Dom.Frã-
ciſcus Hieronym. de Leo deciſ. Valen.*
107. *num.*12. & 13. *lib.*1. *Dom.Conſ.
Staiban. cit.reſolut.*94. *nu.* 93. & *ſeq.
lib. primo.*
Vt idcircò judicatæ rei injuſtitia eua-
naſcente, fatalibus omnimodò ſit de-
82 ferendum; vti ea,quæ, nè in incertum
vagẽtur,rerum ſolidant dominia *The-
ſaur. deciſ.* 244. *num.* 1. *Dom. Conſ.
Staiban. cit.reſolut.*94.*num.*92.*lib.* 1.
atq; exoptatũ ab juris prudentia prę-
ceptum,totque ſanctionibus edictum,
vt litibus, alioquin immortalibus ce-
ler finis imponatur *l. quidam* 21. *D.*
83 *ſi certum petatur l. non diſtinguemus*
37. §. *quæſitum D. de arbitr. dicta l.
properandum* 13.*C. de Iudicijs cap. finẽ
litibus* 5. *de dolo,* & *contum.cap. non-
nulli* 28. §. *cùm autem de reſcript.
Clem. ſape* 2. *de verbor.ſignific. cap.
Regni deteſtãtes Pragm. prima diſpen-
dia litium de ordin. judic. Caravit. in
ritu* 10. *in princip.* & *rit.*168. *nu.*30.
Ioſeph Ramon. conſil. 71. *nu.*20. & 21.
84 ex deſertione, ipſorum virtute de-
creta, firmãt quidem,atque ſtabiliunt,
ex *Caſſiod. deciſ.* 9. *tit. de appell. nu-
mer.* 3. & 5. *Theſaur. cit. deciſ.* 244.
*num.*1. *Nevizzan. conſil.* 41. *num.*23.
verſic. & *ſit inventa, Lancellot. de
attent.*2.*par. cap.*4. *in prafat. n.*336.
& 338. *Mar.Antonin. var. reſolut.lib.*
1.*reſolut.*61.*n.*15. *Dom. Conſ. Prat. in
add. ad Muſcatell. parte* 2. *gloſſ.ſecun-
dum finem column. prima circ. fin.pag.*
85 405. Adeò vt ex hoc, quem inferunt
litibus interitu, publico quoque fa-
uore fatalia, dixerint introducta, poſt
antiquiores *Caſſiodor.cit.deciſ.*9.*tit.de
appell. num.* 3. *Sforz. Odd. conſ.*11.*nu.*
54. & 86.*Caſtill.deciſ.*47.*nu.*8.*lib.*1.,
Et pro certo lites etiàm priuatorum,
exiguo finiri tempore publicæ rei in-
86 tereſſe ex *Caſtrenſ. Dec. Roman. Alex.
Hieronym. Gigant. alijſque* ſenſere
*Iacobus Mandella de Alba conſ.*96. *n.*6.
lib.primo, & *Sforz.Odd. cit. conſ.* 11.
87 *num.*85. ſed cruditiore, prout aſſo-
let Calamo, tradidit *Petrus Erodius
rerum Iudicatarum lib.*3.*capit.* 6.poſt
plebis, inquiens, reductionẽ ex ſacro
monte, inito cùm latinis Romanos
fœdere, in ænea Columna, inter cœ-
tera inſculpta hæc, pro dirimendis
privatorum litigijs,verba inſcripſiſſe,
PRIVATORVM IVDICIA, APVD
QVOSCVMQVE FIANT, INTRA
DECEM DIES FINIVNTOR.

Iuxtà Superius elaborata, ſequens noſtri Senatus diffinitio emanauit.

Die 19. Menſis Octobris 1661.

Viſis actis, ac retroſcripto memoriali per Dominum militem V.I. D. Io: Dominicum Aſtuto Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem de contentis in eis rela-

tione

Digitized by Google

tione in dicta Regia Camera, coram ſpectabile Domino Locumtenente, alijſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Fiſci patrono, fuit per Cameram ipſam declaratum, reclamationem eſſe deſertam ſtante lapſu fatalium; & proinde decretum latum ſub die 31. Menſis Martij 1659. feciſſe tranſitum in rem Iudicatam, hoc ſuum &c.

Actuarius Franciſcus Antonius Pepe.

Et nouiſſimis quoq; diebus, cùm eadem quæſtio incidiſset, iiſdem ferè circumſtantijs concomitata, ad Fiſci commodum fuit res itidem definita; cùm etenim nonis Iunij anno M.DC.LXIV. decretum foret, venditionem Terræ Roccæ Rainolæ, inter Magnificam Aloiſiam Loffredo, ac Magnificum Antoniū Baldaxino celebratam, validam fuiſſe, non obſtantibus oppoſitionibus factis pro parte Illuſtris Principis Cardeti, etiàm audito Illuſtre Duce Limatulæ Magnifici D. Philippi Filingerij in feudalibus hærede; & incalce eiuſdem decreti procurator replicaſſet, quòd ſcilicet à Decreto prædicto reclamabat; quia verò reclamationis reſcriptum non obtinuit, neque aliud quidquam peregit, elapſo biennio, & menſibus circiter duobus, Dominus Fiſci patronus ſtante lapſu fatalium, XV. Kalendas Septembris M.DC.LXVI. pro deſertione formiter inſtetit; & ad relationem doctiſſimi olim cauſarum Patroni, poſtmodum Regij Conſiliarij, & meritiſſimi deinde Præſidentis Hortenſij Pepi, ſic pariter juxta fiſci inſtantiam, hac formula judicatum fuit.

Die 21. menſis Octobris 1666.

Super Inſtantia facta in Regia Camera per Dominum Fiſci patronum Regalis Patrimonij, petendo declarari, decretū latū per Regiā Cameram ſub die 7. menſis Iunij *1664. contra Illuſtrem Ducem Limatula haredē in feudalibus quondàm* D. *Philippi Filingerij in actis fol. 46. feciſſe tranſitum in rem* judicatam, *ac ſimiliter prædicto Illuſtr.* Duci *imponi debere in Cauſa prædicta perpetuum ſilentium, non obſtante, quòd ejus nomine reclamatum*

fuiſſet, ſtante quòd hucuſque adverſus decretum prædictum nullum reclamationis reſcriptum in actis præſentatum fuit, nec illam infra biennium proſequuti ſunt, & alijs, ut in actis.

Viſis actis, ac Comparitione Magnifici Advocati Fiſcalis fol. 100. per Dominum *militem V. I. D.* Regium *Conſiliariū Hortenſium Pepi Regiæ* Camer*æ Præſidentem, & cauſæ commiſſarium, factaque per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Cameræ coram alijs* Dominis *Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam Conſ. prouiſum, &* Decretū, *prout præsēti* Decreto *decernitur, ac Regia Camera declarat reclamationem eſſe deſertam ob lapſum fatalium; & proinde decretum Regiæ Cameræ latum ſub die 7. menſis Iunij 1664. fecisse tranſitum in rem iudicatam, & ideò imponatur perpetuum ſilentium parti, hoc ſuum &c.*

Franciſcus de Laurentijs Actuarius.

SVMMAE.

1 *Parum, & nihil æquantur.*

2 *Andreas Tiraquell. vndique eximius fuit I. C.*

3 *Modici, & minimi quoque, multotiès eſt ratio habenda.*

4 *Seruus peculiatus putatur, & ſi minimum habeat peculium.*

5 *Liberti liberi, ex quacunque, etiàm ferè minima parte inſtituti, patronum excludunt.*

6 *Conditio ſi ſine liberis adimpletur, & ſi momento temporis patri filius ſupervixerit.*

7 *Poſthumi nativitate, licet ſtatim vita functi, patris rumpitur teſtamentum.*

8 *Minima quoque non ſunt parvipendenda.*

9 *Officia qualibet ſunt de regalibus.*

10 . . . *præſertim Iuriſdictionis, quorum electio ad Principem tantummodo ſpectat.*

11 *Populus* Romanus *totius orbis ferè Imperium, ſecundùm graues auctores, juſtè fuit adeptus.*

12 . . . *Magiſtratuum electionem præcipuè transfudit in Principem.*

13 . . . *idque, tempore Octauiani Auguſti, dicitur effeciſſe.*

14 *Officiorum omnis Iuriſdictio, & adminiſtratio à Principe dependet.*

15 Beneficia *ſunt in libera S. Pontificis diſpoſitione.*

16 *Officiorum ampliatio ad ſolum* Regem *pertinet.*

17 . . . *præſertim ex regijs literis, & in fin. n. 93.*

18 *Proreges Præfectis prætorio, & Prouinciarum Præſidibus, qui dixerint aſſimilari.*

19 . . . *quivè, & rectiùs eiſdem maiores eſſe.*

20 . . . *Regis di untur Vicarij.*

21 . . . *antiquis Imperantium Vicarijs æquiparantur.*

22 . . . *Legati quoque à latere putantur.*

23 . . . *Regum ſunt imagines.*

24 . . . *omnia efficere queunt, quæ, ipſi Reges ſi præſentes eſſent, jubere poſſent.*

25

25 . . . eiſdem privilegijs quibus Reges, & ipſi perfruuntur.

26 . . . & ſi perſonalia, ſeu ſpecialia ea ſint.

27 . . . mandatum habere dicuntur cũ libera.

28 . . . maximum habent Imperium, ac poteſtatem.

29 . . . legis condendæ auctoritate præpollent.

30 . . . alter Nos, ſive alter Ego, exiſtimantur.

31 Subditis de Vicario providendum, ne extra Regnum eorum Regem quærere adſtringantur.

32 Proreges in officijs valoris infra aureorum ſexcentum quantitatem poſſe ampliationem impartiri, credidit Ioſuè Amicangel. ſed malè, ut infrà.

33 Officiorum valoris aureorum ſexcentum privilegia, à domino Prorege, Collateralique Conſilio efformantur.

34 Ratio, ubi eadem, vigere eadem debet diſpoſitio.

35 Acceſſorium principalis naturam ſequitur.

36 Proreges ſupremam, qua potiuntur, auctoritatem ad Regni regimen reſtrictam agnoſcere debent; neque ut quamplures opinantur, cùm poteſtatis plenitudine.

37 . . . poteſtatis, & ſi plenitudinem habere, permulti tradidere.

38 . . . Cauſa tamen adhibita cognitione.

39 Princeps inferiori poteſtatem contribuens, neque illius plenitudinem penes ſe exiſtentem, neque citra Cauſæ diſcuſſionem, conceſſiſſe videtur.

40 Prorex, intra Iuris terminos, Regis Vicarius dicitur conſtitutus.

41 . . & poteſtatem habere, legibus, Regijſq; ordinationibus compreſſam.

42 . . etiàm ex ejus tituli verbis.

43 . . & clauſulã alter Nos, ſive alter Ego, ſeu alter Rex, potius ad honorẽ conſequitur, quam ad exercitium.

44 . . ejuſq; poteſtas, & clauſula alter Nos, ſive alter Ego, ex inſtitutionibus ſibi traditis, reſtringuntur maximoperè.

45 . . prout, ex Regijs literis Illuſtri Comiti Albæ Siciliæ Proregi tranſmiſſis, comprobatur.

46 . . donare proindè non poteſt.

47 . . prout, nec infeudare.

48 . . nec etiàm præſumptivè.

49 Dom. Conſil. Fabius de Anna ſatis acritèr Io: Vincentium doctiſſimum I.C. ejus patrem oppugnavit.

50 Celſus Iure Conſultus, in judicando, ut æquitatem foveret, Genitoris non probavit ſententiam.

51 Filij parentibus ſummam debent reverentiam.

52 . . auxiliumque eis præſtare, licet propria adfuerit vitæ diſcrimen.

53 . . atq; adeò ad hæc natura obſtringuntur jure, ut ſecundum eruditiores, nec merita ex ijs conſequantur.

54 Reipublicæ intereſt, obſequioſos ſe filios genitoribus exhibere.

55 Ianus Langleus commendatur.

56 Vt ſcholares præceptorum, ita paternã filij ſententiam excuſare, ac tueri alligantur.

57 D. Hieronymus Altimiranus commendatur.

58 Proreges antiquitus, in omnibus feudorum alienationibus poterãt aſſenſum præſtare.

59 . . . noviſſimis verò temporibus, nullatenùs in omnibus ſpeciebus aſſentiri valent; novem enim ſpecies excipiuntur in prag. 4. de feudis.

60 . . . ſicuti cũ exterus feuda in Regno poſſidens, ea diſtrahere procurat.

61 . . . prout, neq; titulata feuda vendentibus aſſentiri.

62 . . . nec, ut privilegia poſt annum regiſtrentur, indulgere.

63 . . . aut in publico, vt ædificia conſtruantur.

64 . . . præſertìm in hujus fideliſſimæ Civitatis finibus, ſuburbijſque.

65 . . . contrà officiales perpetuos, à Rege Creatos inquirendi poteſtatem non habent.

66 . . . ex Regijs præcipuè literis, tũ

Illu-

Illuſtr. Oſſunenſium Duci, cùm nouiſſimè Illuſtr. Comiti de Ognatte trāſmiſſis.

67 *Inferior non poteſt contra ſuperioris juſſiones quidquam ſtatuere.*

68 *. . . neq; indulgendo, contrà ſuperioris factum venire.*

69 *. . . ſiuè ejuſdē ſtatuta ſubvertere.*

70 *. . . poteſtate enim in ijs caret, in quibus ſuperior manus appoſuit.*

71 *. . . quamuìs ſuperioris factū, nullum diceretur.*

72 *. . . cùm incongruum eſſet, ſi ſuperioris legibus abrogaret.*

73 *. . . vbi præcipuè ſuperioris ſpecialis eſſet proviſio.*

74 *Proreges non poſſunt quidpiam contra Regia juſſa demandare.*

75 *Officia nequeunt abſq; regia licentia per ſubſtitutos exerceri.*

76 *Nec relaxare id Proreges poſſe, ex Senatus oſtenditur diffinitione.*

77 *Proreges antiquitùs officia, quæ ſexcentum aureos non excederent, concedere non vetebantur.*

78 *Officiorum, ut euitaretur confuſio, quæ ad Regis, quæque ad Proregis collationem pertinerent, tempore Philippi II. feliciſſimæ memoriæ ſtatutum fuit.*

79 *. . . ad Regiam Collationem ſpectantium venditiones Neapoli celebrata, debent infrà ſtatutum tempus à Sereniſſimo noſtro Rege confirmari.*

80 *. . . quantitatem Ducatorum ſexcentum non excedentium priuilegia, à Dominis Proregibus conceduntur.*

81 *Lex, ſiuè Rex, quòd non diſtinguit, neque alijs datur diſtinguere.*

82 *Ratio ubi diverſa viget, diverſa quoque ſtatui debet Iuris diſpoſitio.*

83 *Caſus, ut ajunt, omiſſus pro omiſſo cenſeri debet.*

84 *. . . idque locum obtinent, in Principis præſertim reſcriptis, ac (vt inquiunt) diſpenſationibus.*

85 *. . . licèt majoritas uigeret rationis.*

86 *In officijs tributa poteſtas, arctà intelligenda eſt, nec diſpecit ad ſpeciem extendenda.*

87 *Ampliandi conceſſa facultas, ad officia vendendi poteſtatem non extenditur, nec è contrà.*

88 *Argumentum à maiori ad minus, in Iure eſt validiſſimum.*

89 *Principum indulgentiæ ſunt ſtrictè intelligendæ.*

90 *. . . & in eis argumentū à rationis majoritate, non recipitur.*

91 *. . . Idque ex Regijs literis exornatur.*

92 *Argumentum à maiori ad minus, in his, quæ ſtrictè interpretantur, generaliter non admittitur.*

93 *. . . prout, quoties diverſitas viget rationis.*

94 *Officium ampliatum, à primo diverſū putatur, ac omnimodò ſeparatum.*

95 *Fiſcalis Inſtantia in hac cauſa ab auctore formata, regiam meruit diffinitionem.*

ARGVMENTVM.

Minima ſanè non ſpernenda; quinimò modicorum, perſæpè ratio habenda non modica. Prorogandorum facultatem officiorum, Inuictiſſimus Rex Noſter, ſibi dumtaxàt reſeruaſſe dicendus; quamquam ea, aureis ſexcentis non ſint: ampliationum proinde hujuſmodi privilegia, ſi per Dominos Regni hujus Proreges concedantur, prout expediri conſuevere, nullius roboris eſſe, demonſtratur. Hinc arrepta occaſione, quanta ſit Proregum veneranda poteſtas,

Digitized by Google

ſtas, recenſetur; Quæ tamèn
legibus, Conſtitutionibuſque
ſuos debet ſummičtere faſces,
adeòque, uti à Principe pro-
manans, Potentiſſimi Regis
noſtri juſſa, nequit remorari.
Omnia cœterùm varijs, eiſq;
Regijs, exornantur reſcriptis.

PRO REGIO FISCO

CVM

Iacobo Ranuccio.

Diſſertatio XIII.

1 PARVM, & nihil Ariſtoteles
prorſus exæquaſſe viſus
fuit *de Republic. lib.5.cap.
4.verſic.mediũ
autem*, quodque ex reſponſis Calliſtrati *in l. ſcio 4. D. de in
integrum reſtit.* Vlpiani *in l. ait
prætor 2. §. ſed & ſi D. quòd cùm eo.*
& Aphricani *in l. quamvis 32. D.de
condict. & demonſtrat.* noſtri non im-
probarunt, uulgo, Inquientes, parũ, &
nihil ęquiparari, ut cęteris miſſis, pe-
nes *Simonem Vaaz* Barboſ. *in princip.
& loc.commun.lit.P.n.8. & Auguſtin.
Barboſ. in axiom. 175. Dom.Reg.Mer-
lin.controu. forenſ.cap.47.n 9. cent.2.*
ſed ante eos egregiè *Andreas Tira-
quell.* in eleganti *tract. de Iudicio in
rebus exiguis ferendo, verſic. his acce-
dit circ. princip. & verſic. octauo*; quo
2 loci, ut vel in minimis, ſeſe maximum
oſtenderet I. C. ex innumeris, tùm
legibus, tùm auctoritatibus, quæ mo-
dica ſint, ceù parua, nulliuſque mo-
menti à Iuris prudentibus exiſtiman-
da commemorat, *à cit. verſic. his ac-
cedat uſq. ad verſic. nonageſimo quarto,
& ſub ſequenti verſic. ſed modus.*

At, quàm anceps hæc ſit propoſitio, ex
eo innoteſcit; quòd, ex quàmpluri-
bus quoque Iuribus, Avctoribuſque,
& modici, & minimi rationem haben-
3 dam erudimur, vt ex *l. ſi quid vendi-
tor 18. §. fin.ff. de ædilitio edicto*, quà
peculiatus ſeruus dicitur, (juxtà Cai
monitum) qui vel minimum habet pe-
4 culiũ, *l. & ſi ex medica 6. in princip.D.
de bonis libert.* ubi, liberti liberos ſuf-
5 ficit ex quantulacunque parte hęredes
inſtitui, ut patronum expellant, *l. ex
facto 17. §. ſi quis autem ff. ad Senat.
Conſult.Trebellian.* in qua facti ſpecie,
cõditio *ſi ſine liberis deceſſerit*, Vlpia-
6 no extitiſſe videtur, quãquã vno fere
mométo filius ſuperſtes fuerit *l.2.et 3.
C. de poſthum.hæred.Inſtit.* quibus ju-
7 ribus, poſthumi natiuitate, licèt illicò
is deceſſerit, paternum rumpi teſta-
métum Cęſares ſtatuere; cùm cęteris
ab eodem *Tiraquello* deductis *in eo-
dem tract.de Iudicio in rebus exig. fe-
rend. à verſic. ſunt tamen pag.118.uſq.
ad verſic. ex quibus.*

Et reuera, apud eruditiores receptum
eſt, nil tàm minimum eſſe, quòd ma-
8 gnipendendum non ſit; vnde *Seneca
Epiſt.102. MINIMVM aliqua pars eſt,
& Plinius ſenior lib. 5. PARVM nihil
tam eſt; quòd gloriam parere non poſſit*;
& *Cic. pro Flacco*, rem augendo, ſic
ait, in *MINIMIS rebus, ſæpè res ma-
gna deprehenduntur*, quare *Ovid. in
remed. Amor. lib 1.*

*Flumina magna vides, PARVIS, de fon-
tibus orta.*

Et *Titus Livius primo decad.lib. 10.
PARVA, nonnumquam cauſa, rem in-
gentem molitur*; ſed appoſitiſſimè Ho-
rat. *epiſtol.lib.1.*

Et neglecta ſolent incendia, ſumere vires.

Quemadmodùm in hac cauſa, re matu-
rius

rius perpenſa fatendum erit; etenim licèt pro modica quantitate, controverſia ſuſcepta videatur; quæſtionem tamen agi contendimus, & ob exemplum magni ponderis, & ob ampliandi facultatem, potẽtiſſimo noſtro Monarchæ illibatam ſervandam, maximi momenti exiſtimandam.

Res avtem ità ſe habet, Anno M.DC.XXXVIII. Andreas Ranuccio officium exercens Cuſtodis portus Regiæ Dohanæ Caſtri maris de Stabia, pro ejuſdem officij ampliatione Illuſtriſſimum tùnc Regni adijt Proregẽ; quàm noſtri Senatus prævia conſultatione, per ſupremum Collaterale Conſilium impetrauit; ejuſq; quantitas aureis centum, pro tertia primi pretij parte ſupputata, debitis ſuetiſq; cautionibus in Regiæ Curiæ Arca fuit poſtmodum exſoluta; cujus prorogationis virtute, cùm mortuo Andrea patre Iacobus Ranuccio filius, & in officio nominatus, ejuſdem deſcriptionem, ſivè inteſtationem noviſſimè poſtulaſſet: petitionem reijciendam pro Fiſco inſtetimus; ex eo, quod officiorum ampliatio, ſolummodò invictiſſimo noſtro competit Regi; Proregibus autèm, Collateralique Conſilio nullatenùs, niſi quotiès, (ut noſtris temporibus ſervatum vidimus) eiſdẽ ſpeciali, id diplomate, eadem Sacra Maieſtas demandauerit.

Hujuſce autem fiſcalis Inſtantiæ Iuſtitiã,
9 à primævis regalium pendere noſcimus principijs; cuncta nempè officia de regalibus eſſe, *Andr. de Iſer. Anton. Capyc. Maſtrill. Dom. Reg. de Ponte D. Cõſil. de Geor. D. Conſil. Thead. Thor. D. R. Capyc. Latr.* præ cæteris ſuperius citatis *diſſertatione* 1. *nu.* 5. & 7. Ideòq; omnem officiariorum, magiſtratumvè creationem, ad Principis ſupremam
10 pertinere iuriſdictionem *Modeſtinus* reſpondit *in l. prima D. ad l. Iuliam de ambitu, quia*, inquiens, *ad Curã Principis magiſtratuum Creatio pertinet*, & noſtri Regni juribus elicitur, *ex Cõſtit. Duram, & diram pœnam*, & *Conſtit. ea, quæ ad ſpeciale decus verſic. hac igitur*, & *Conſtit. Officia, quæ perſonis*, & poſt *Andream, & Afflict. ibidem, Maſtrill. de magiſtrat. tom.* 1. *libr.* 1. *capit.* 1. *num.* 1. & *cap.* 4. *fere per tot.* ante eum ex alijs *Avendan. de exequend. mandat. capit.* 1. *numer.* 1. *Dom. Reg. Valenz. conſil.* 93. *num.* 41. *lib.* 1. *Caſtill. quot. contr. forenſ. tom.* 7. *lib.* 6. *cap.* 41. *n.* 17. *ex Bald. Io: Andr. Luc. de penna, Afflict. Valaſc. Molin. Bovadill. Mart. D. præſ. de Franch. Cancer. Borrell. Larrea alleg. fiſc.* 119. *nu.* 1. *lib.* 2. lege etenim Regia, omnem magiſtratus legendi poteſtatem, ſivè
11 à Romulo ſibi tributã, ſivè cùm totius fere orbis dominatu, armis, conſilioq; quęſitam, (& juſte, ut ex *Tullio, Divis Auguſtin. & Thom. Aquinat.* refert *Caſtill. Bouadill.* mox citandus,) Populus
12 Romanus, ad civilia ſedanda diſſidia, tranſtulit in Principem *l.* 2. §. *eodem tempore verſic. noviſſimè D. de origin. Iur. l. prima D. de conſtit. princip. l. vnic. D. de offic. præfect. prætor* § *ſed, & quòd principi Inſtit. de Iur. naturali gentiũ, & civil. Andr. Alciat. in lib. de magiſtr. Ciuil. & milit. in princip. nu.* 11. *oper. tom.* 6. *pag.* 188. *Capyc. in repetit. l. Imperialem pag.* 31. *col.* 2. *verſic. primo circa de prohibit. feud. alien. per Frideric. Covar. practic. quæſtionum cap. primo num.* 9. *ſub verſic. octauo, Caſtill. Bovadill. politic. tom.* 1. *lib.* 1. *capit.* 2. *numer.* 14. & ex *Bart. Bald. Luc. de penna*, P*aulo de Caſtro, Angel. Aret. Connan. Caſſan. Molin. Ozaſc. Mattiens. Aviles, Bellue. Renat. Choppin. Girõd. alijſque* idem *Bovadill. tom.* 2. *politicor. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 153. & 154. & *in notis lit. H. Dom. R. Tapia in rubric. de conſtit. princip. cap. primo nu.* 6. & *Maſtrill. de magiſtrat. tom.* 1. *lib.* 1. *num.* 1. & 2. *Et cap* 20. *ſub num.* 5. & 6. *eodem lib.* 1. *Caſtill. cit. cap.* 41. *quot. cõtr. lib.* 6. *tom.* 7. *n.* 11. *verſic. populus omnem*. Idque Octaviano Auguſto, Cæſarum ſecundo Imperante eveniſſe, præ alijs, fe-
13 runt *Andr. Alciat. & Caſtill.* Bovadill. *loc. proxim. citat.* Et idcircò, à Principibus

cipibus

14 cipibus Iuriſdictionem omnem offi-
ciorum, adminiſtrationemq; pendere,
ex *Azeved.Simanc.Vaſquez,Guttierez,*
alijſque tradit idem *Maſtrill. de magi-*
ſtr. tom.1. lib.1.cap.20. num. 18. plu-
raque congerit *Giurba dict. conſil.*
19. num.1.cùm ſeq. & in eorum patri-
monio, ac libera eſſe diſpoſitione, ſi-
15 cuti in libera S. Pontificis voluntate
ſunt beneficia *ad text. in cap.2.de præ-*
bend. in 6.Clement.prima, ut lite pen-
dẽte,& tradita *per Nicolaũ Noaliũ cõſil.*
33.n.2. & conſil.41.n.1. ex *Palat. in*
introduct.repet.rubric.de donat.n.7. &
8. Georg. de Cabed.deciſ.33.lib.2.n.4.
Quæ cuncta, ſi vera ſunt, vti non contro-
uerſa cernuntur; ſicuti officiorum
creatio, & ipſorum quoque amplia-
tio, quæ idem in effectu jus continet,
ad Sereniſs.noſtrũ Regẽ pertinere, cer-
tò certiùs dicendũ erit, prout in ſpecie
16 firmarunt *Io: Vincent. de Anna alle-*
gat.32. in facti narratione *ſub princip.*
& allegat.135.nu.10.& 11. Maſtrill.
de magiſtrat. lib.1. cap.28.ſub num.1.
Amicangel. de regalibus Officijs quaſt.
10. num.19. & 20.
Quibus omnibus, ſi ſpecialia Regiæ Ma-
ieſtatis addantur juſſa, res extrà om-
17 nem ambiguitatem conſtituitur; cùm
apertiſſimè ex illis, ampliationes, tan-
quam regio fermè annexas diadema-
ti, Proregibus fuit vetitum impartiri,
ut in cap. 128. nova reformat. in præ-
ſentiarum *prag. 75. de offic. procurat.*
Cæſar.cit.cap.28.tom.3. ibi *por prema-*
ticas, y diverſos ordenes eſta prohibido
el ſervirſe los officios, que he reſervado à
mi proviſion ſin privilegio mio, y que
non ſe permita ſervirlo per ſubſtitutos,
ni ſi concedan AMPLIACIONES, ni re-
nunçiaciones dellos ſin licentia mia, &
cap.133. vbi ſub eodẽ die Pridie Idus
Iulij M.DC.XXIX. *ejuſdem reformat.*
por ordenes mias, de los catorze de Mar-
zo, y veyente y tres de Setiembre, de mil
y ſeycientos y veynte dos; eſtà prohibi-
do, el concederſe ay AMPLIACIONES,
y renunciaciones de officios, haviendo
reſervado eſto A MISOLO. Y hè ſavi-
do, que no ſolo ſe contraviene à dichas
ordenes, ſino que hà ſucedido, tener al-
guno ſu officio con ampliacion para un
heredero, y renunciarle, y ſe le han paſ-
ſado à otro tertio con la miſma amplia-
cion. Y por que aſſi loſque tienen AM-
PLIACIONES, como los que hazen las
renunciaciones, contravienen à las di-
chas ordenes, y hazen acto NULLO, Y
PROHIBIDO; es mi voluntad: que ſi
por eſte camino alcançaren dichas am-
pliaciones, no ſe puedan valer dellas,
ſinoque ſuccediendo el caſo, queden el
officio vaco en beneficio de mi corte,
COMO SINO SE VVIESSE CONCE-
DIDO.

Sed in contrarium hæc facere, & vrgere
videntur; & primò latam eſſe domino-
rum Proregum auctoritatem; (ijs ete-
nim quæſtionibus poſthabitis,) an
Præfectis Prætorio, Proconſulibus,
18 ſivè antiquis Provinciarum Præſidi-
bus aſſimilẽtur, necnè?; qua de re con-
ſuli poſſunt, præter *Bald.Iſern.Alberic.*
Coraſ.Caſſan.Alciat. Camer. *alioſque,*
Capyc. in repet. cap. Imperialem pag.
32. verſic. ſecundo notandum, Freccia
de ſubfeud. lib.2. tit. quis dicatur Dux
num. 29. cum ſeq. Caraust. *ſup. prag.*
prima per excellentem ad ſenatus Con-
ſultum Macedonianum §.2. *num.8.Ca-*
ſtill. Bovadill. lib. 1.politicor. cap. 2.
num.4. & 6. Maſtrill. de magiſtr.lib.
5. cap.6. nu.22. & 23. Oliban. de Iure
fiſci cap.4. num.59. Dom.Reg. de Ponte
de poteſtat. proregis tit. 5. de aſſenſ.
regi.§.6. *n.23.& 24. D.* Capiblanc. *de*
Baronibus pragm. prima nu.21.par.1.
Dom. Reg. Tapia deciſ. ſuprem. Sen.
Ital.3.num.33. & num.41.Giurba con-
ſil. crimin. deciſ. 19. num. 22. & 23.
Vel eoſdem an antecellant, prout, &
19 fortaſsè rectiùs, firmarunt *Marc.Ant.*
Surg. de Neapol. Illuſtr. cap.22.n.11.
& 12. Maſtrill. loc.cit.nu.24. Idem D.
Reg. de Ponte cit.tit. 7. de aſſenſ. regi.
§.6.*n 33.ac Oliban.loc.cit.nu.64.Dom.*
Reg. Capyc. *latro conſult. 47. num.23.*
lib.1.& deciſ.190. num.11.lib.2. Ami-
cangel. de regalib. Officijs quaſt.10.n.

7. & ſeq. Certum eſt Regis eſſe Vi-
20 carios Cannet. in extravag. volentes
cap. quidenim, ſi Princeps in princip.
pag. 200. Maſtrill. lib. 3. cap. 4. n. 196. &
lib. 5. tom. 2. cit. c. 6. n. 28. Milan. deciſ.
8. nu. 56. D. R. de Ponte deciſ. 4. n. 48.
& conſil. 1. num. 3. lib. 1. Borell. de praſ-
tantia reg. Cathol. in præfat. num. 60.
Dom. Reg. Capyc. latro cit. conſul. 47. n.
20. lib. 1. D. R. Sanfelic. deciſ. 221. n. 8.
lib. 2. Dom. Conſil. Staiban. reſolut. fo-
renſ. lib. 1. reſolut. 14. num. 3. lib. 1. De-
21 que eiſdem ea prædicari, quæ de
perpetuis Imperatorum Vicarijs, à
Doctoribus traduntur, ex Reſtaur. de
Imperat. quaſt. 65. nu. 5. & quaſt. 106.
num. 1. & 4. Maſtrill. de magiſtrat. cit.
cap. 6. n. 29. D. Conſil. Staiban. cit. reſol.
14. num. 8. Ac à latere legatos exiſti-
22 mari Ant. de Ballis lib. 5. tract. cri-
minal. tit. de offic. proreg. in princip.
D. Conſil. Fab. de Anna conſ. 14. n. 19.
Maſtrill. cit. lib. 5. cap. 6. n. 32. Camill.
Borell. in add. ad Belluc. in ſpecul. prin-
cip. rubric. 25. verſic. poſtremo verb. lo-
cumtenens, omniaque poſſe, quæ, ſi
præſentes forent, & ipſi Reges, quo-
23 rum ſunt imagines l. eos 6. C. de appell.
l. 1. C. de offic. Vicar. Maſtrill. ubi ſupra
24 num. 34. in fin. repreſentantq; perſo-
nas, demandare queirent D. Præſes de
Franch. deciſ. 165. n. 2. R. P. Molfeſius in
proœm. ad conſuet. Neapol. par. 2. q. 7.
nu. 6. Milanenſ. deciſ. 8. nu. 72. lib. 1.
Oliban. de Iur. fiſci cap. 4. n. 64. Dom.
Marius Muta deciſ. ſiciliæ 44. num. 6.
& 22. Capiblanc. de Baronib. cit. pragm.
1. nu. 28. Blaſcus Ioppolus in allegat. in-
ſerta per Maſtrill. tom. 1. lib. 3. c. 10.
nu. 12. & tom. 2. lib. 5. c. 6. n. 25. & n.
246. D. R. de Ponte de poteſt. proreg. tit.
1. de proviſ. fier. ſolit. nu. 1. & cit. conſil.
1. n. 3. lib. 1. Graſſ. de except. excep. 1. n.
33. & 34. Giurba cit. conſil. 19. nu. 13.
& 17. D. Conſ. Arias de Meſa variar.
reſolut. lib. 2. c. 22. ſub num. 9. Dom. R.
Capyc. Latro dicta conſul. 47. num. 21.
lib. 1. & cit. deciſ. 190. nu. 12. lib. 2. D.
R. Conſil. Staiban. cit. reſolut. 14. nu. 3.
lib. 1. Thorus in add. D. R. de Ponte dic.
tit. 1. in princip. ac tit. 7. §. 6. num. 3.
D. R. Sanfelic. cit. deciſ. 221. n. 9. lib. 2.
privilegijſque pariter, quibus, & ipſi
ſupremi Principes fruũtur, ipſos quoq;
25 gaudere, ex l. unicuique 7. C. de proxi-
mis ſacrorum ſcriniorũ lib. 12. Roman.
ſingul. 367. Caſtald. de Imperat. cit. q.
65. num. 5. Surd. conſil. 281. n. 1. & ſeq.
ex alijs Graſſus de except. excep. 1. nu.
45. & Maſtrill. dicto cap. 6. n. 25. Capi-
blanc. de Baronib. cit. prag. 1. ſub n. 28.
26 et ſi ſpecialia, ſivè perſonalia ea ſint
Bellug. in ſpecul. princip. rubric. 25.
§. ſæpiſſimè num. 4. verſic. ex quo man-
datur, Capyc. in cap. Imperialem de pro-
hib. feud. alienat. per Frideric. pag. 31.
verſic. additiones, Milanenſ. cit. deciſ.
8. nu. 71. D. Blaſcus Ioppolus penes Ma-
ſtrill. cit. alleg. tom. 1. lib. 3. cap. 10. n.
12. Graſſ. de exceptionib. cit. excep. 1.
num. 44. Maſtrill. d. cap. 6. lib. 5. n. 27.
et deciſ. 205. num. 16. lib. 3. cùm man-
27 datum, cum libera, habere dicantur
Bellug. poſt Bart. in l. provinciali §. ſi
ego D. de novi operis nunciat. in ſpe-
cul. princip. cit. rubr. 25. §. ſæpiſſime n.
4. verſic. ad minus, Maſtrill. d. cap. 6.
num. 28. D. R. Revert. deciſ. 215. juxtà
ordinem D. R. de Marin. n. 1. ſub verſic.
nec in aliquo, Marius Muta in cap. Re-
gis Martini 8. verſic. ampliatum fuit
num. 10. & ſeq. tom. 3. & in pragmat.
tit. 1. de offic. proreg. verſic. ratio eſt n.
5. cum ſeq. tom. 1. & deciſ. 44. n. 5. et
28 ſummo proindè Imperio, abſolutaq;
poteſtate præpotiri D. Blaſc. Ioppol. pe-
nes Maſtrill. loc. ſup. cit. cap. 6. lib.
5. numer. 22. & 80. D. Conſil. Stai-
ban. cit. reſolut. 14. num. 6. & 7. lib. 1.
29 Adeò ut, eis quoque, (quòd & maxi-
mum eſt) leges condendi poteſtas tri-
buta ſit, Argumẽto l. apertiſſimi 16. C. de
Iudicijs, & l. fin. C. de offic. præfect. præ-
torio orientis, Capyc. in repet. cap. impe-
rialem cit. pag. 32. verſic. tertio notan-
dum, Grammatic. deciſ. 36. nu. 12. Capi-
blanc. de Baronib. cit. pragm. 1. nu. 29.
Maſtrill. ubi ſup. n. 246. ex innumeris,
Giurb. conſ. criminal. deciſiu. 12. nu. 1.
& conſil. 19. num. 45. Graſſ. cit. except.
& con-

& conſil.19. num.45. Graſſ.cit. except.
1.num.48. ex alijs, Camill.Borell.in
add.ad Bellug.cit. rubric.24. in verſic.
poſtremo verb.locumtenẽs lit.A.Novar.
in pragmat. Regni in princip. propoſit.
2.num.2.D.R.Sanfelic. deciſ.221. nu.
10.lib.2. D. Conſil. Prat. diſcept. fo-
renſ.cap.44.n.11.& 12.tom. 1.Cun-
ctaque hæc vim ſibi certè capeſſere
30 ex ampliſſimis clauſulis , quibus in
eorum mandatis decorantur ; præſer-
tìm ſublimi illa. ALTER NOS , ſivè
ALTER EGO, vt penes Anton. de
Ballis in tract. criminal. cit. rubric.
de offic. proreg.n.1.pag.250. Maſtrill.
ex alijs d. cap.6.n.32.& deciſ.205.nu.
14.lib.3. D.R.de Ponte de poteſt.at.pro-
reg. cit.tit.1.n.1.& tit.2.de abundant.
Civit.§.4.n.2.Mar.Muta d. deciſ.Sicil.
44. ſub num.5. Caſtill. deciſ. ejuſdem
Regni 113.n.6. tom.2.Cancer.var.re-
ſolut. lib.3. cap.3. nu.329. & 330. D.
R.Rouit. ſup.pragm.1. de official. n.19.
Novar. ſup. pragm. Regni in princip.
propoſit.2.num.10. Gallupp.in method.
feud. par.2.cap.1.ſub nu.16.juuantur-
que ea præcipuè publica ratione ; nè
31 alioquin ſubditi, apud Vicarium,om-
nimodam in ſuis neceſſitatibus pote-
ſtatem reſidere exiſtimantes,eam cùm
non invenerint, ac ſi qualem animo
concipiunt, non deprehenderint, vel
ſua fruſtrentur ſpe , vel ſuum Regem
quærere extra Regnum obſtringãtur
Argum. l.ſed & hæ 35.§.1.D.de procu-
rat. Andr. de Iſern. in cap. Imperia-
lem n.13. verſic. cum non debeant ſub-
diti,de prohib.feud. alien.per Frideric.
ibiquè Afflict. 18. quæſito verſic. item
quòd non erat veriſimile,Antonius Ca-
pycius ibidem verſic.Andreas proſequẽ-
do circa finem verb. facit nam ſubditi
pag.31. colum. prima, Camer. pag. 77.
verſic. quarto dicit Iſern. lit. F. & G.
Liparolus in addit. ad Iſern. loc.cit.lit.
X. Milan.cit.deciſ.8. nu.74. & 75. D.
Blaſeus Ioppulus,penes Maſtrill.cit.lib.
3.cap.10.in alleg. n.12.tom.1.D.R.de
Ponte deciſ.4.nu.48. Maſtrill.dict. lib.
5.cap.6.nu.56. Montan. de regalib. §.
fin.ſub num.12.pag.331. colum.2. ſub
verſic.ſecundo: Ideòq; ex tanta eiſdem
32 Proregibus tributa poteſtate:ut in hu-
juſcemodi officijs,ampliationes ſimili-
ter concedere poſſint, ex adverſo cõ-
cludũt, quod in ſpecie ſibi ſuaſit Ioſuè
Amicangel.de regalibus officijs cit. qu.
10.nu.20.

Secundò demum, ad ſuperiùs argumen-
tum firmandum, inquivnt, officium,
de quo agitur inter ea, quæ ad Prore-
gis pertinent collationem enumerari,
ut in pragm.2.de officijs ad reg.maieſt.
ejuſq;vicereg. collat. ſpect.n.87. quin-
imò ob pretij paucitatem , regia non
indigere confirmatione ; ſed proùt
33 conſimilia quantitatem aureorum
ſexcentum non excedentia Viceregis
tantummodò, Collateraliſque Conſi-
lij privilegio roborari . ſicuti teſtatur
Ioſuè Amicangel.de regal.offic.cit.q.10
n.21.& 31.idq; pariter in eorundem
officiorum reſignationibus ſibi ſua-
dens cit.quæſt.10.nu.23.& cit. nu.31.
Qua proptèr , ſi principalis officij im-
pertitio à Dominis Proregibus,ex de-
mandata ipſis auctoritate fieri poteſt;
effici quoque poterit,& ampliatio;vel
34 quia eadem viget ratio vulgatis l.il-
lud 32. D. ad legem aquiliam l. illud
19.C.de ſacroſanctis Eccleſijs cùm con-
cordant,apud Io: Iacob.Speideliũ ſyllog.
quæſt.Iurid.verb.ratio verſ.ubi eadem;
vel quia , uti acceſſoria principalis
conceſſionis naturam inſequi oportet
35 ad regulam Iuris cũ principalis 138.
& l. etiam 8. C.de Iure dotium, Ann.
Rober. rerum Iudicat.lib.3. cap.1. pag.
563. in princip. Sicque Regias juſ-
ſiones,pro officiorum ampliationibus,
metam aureorũ ſexcentum tráſcẽden-
tium, ſolummodo interpretandas fore
contendunt ; pro ut in ſpecie, ità eas
interpretari viſus eſt Ioſuè Amican-
gel.de regalibus officijs loc.proximè cit.

Sed haud difficiliter propoſita diluentur
argumenta; & quoad primum attinet,
Præeminentem ſane Proregum non
diffitemur poteſtatem; ad ordinariam
tamen, ſupremam licet auctoritatem ,

pro Regni Regimine reſtringendam;
non autẽ,vt plenitudinẽ contineat po-
36 teſtatis , proùt egregiè putavit *Dom.
Reg.de Ponte de poteſtat.Proreg.cit.tit.
1.n.2.* notatq; *D.Conſil.Paul. Staiban.
reſolut.157.num.45.lib.2.* & antè eos,
ex *Luca de Penna , & Petro Antibolo*
cenſuit *Mar.de Ital.de Iur.Immun. Ec-
cleſiaſtic.cap.5.§.7.num.40.* quem ſe-
quitur *Maſtrill.cit.cap.6.lib.5. nu.37.
verſic.intantum,& ſub nu.90.* eumque
ſectatur *Giurba conſil. criminal.99. n.
38.* & dixerat *conſ. 1. n. 35.* Et quam-
37 vis nonnulli poteſtatis plenitudinem
eis contulerint , ut *Dom. Reg. Capyc.
Latro cit. conſult.47.num.36. lib.1.* &
ex *Surdo Dom. Conſil. Fabio de Anna*,
alijſq; tradidit idem *Dom. Conſil.Stai-
ban.cit.reſolut.14.n.4.lib. 1.* hanc Re-
ges eis impartitos ſane credendũ erit ,
38 ut cùm debita dumtaxat cauſæ diſcuſ-
ſione, valeant tractare, ex *Felin. in
cap. quæ in Eccleſiarum in cit. verſic.
& hinc eſt, de conſtit.* Maſtrill.*loc. cit.
num.90.* ſed ante ipſum, nec laudatus
docuit *Capyc. in cit. cap. Imperialem
pag.32. colum.2. verſic. decimo notan-
dum*, ſubdens,ex eodem *Felino loc.cit.*
Innocentium allegante *in cap. cum ad
monaſterium in gloſ.niſi ex cauſa in fin.
de ſtatu Monacor. & alibi*, Principem ,
39 ſi de ſibi ſervatis , inferiori quidpiam
conceſſerit ; ſemper id voluiſſe intel-
ligendum, ut , cum cauſæ cognitione;
neque illa cùm poteſtatis plenitudi-
ne , quæ penes ipſum concedentem
reſidet,poſſit exercere , comprobatq;
decis.130.nu.44. & ſequuntur *D.Præ-
ſes Amat.conſil.4.num. 11. Giurba cit.
conſ. criminal. 1.num.35.in fin.* Mon-
*tan.de regalibus verb.poteſtas conſtit.
magiſt. ſub n.16.pag.137.colum.prima*
40 *in princip.* Vnde rectiſsimè ex *Perno
conſ.14.colum.4. in fin.* ſcripſerit *D.R.
Conſil. Staiban.* quòd, & ſi Regis Vi-
carius , Prorex dicatur ; Intra Iuris
tamen,juſtitiæque terminos,talis con-
ſtitutus eſſe cenſeatur,*cit.reſolut.175.
num.50. lib.2.* antè eum Mon*tan. de
regalib. cit. verb. poteſtas conſtit. ma-
giſtr. pag.145.num. 30. verſic. in pro-*
41 *rege ſecus*:adeo ut ejus poteſtatem,le-
gibus, Regijſq; Conſtitutionibus ſub-
miſſam , ejuſque etiàm titulo circum-
ſcriptam , firmarint *Petrus Gregor.
ſyntag.Iur.Civil.parte 3.lib. 47. cap.
21. num. 2. verſic. quemadmodum*;
*Caſtill. Bovadill.politic. tom.1. lib. 1.
cap.2.nu.5. & 6. verſic.ſubordinada à
las leyes y titulo real de ſu efficio; Can-
cer. var.reſol.dicto lib.3.cap.3.n.331.
Capiblanc. de Baronib. cit.pragm. 1.n.
30.* & ex verbis ejuſdem Regalis tituli
42 id excerpſit Maſtrill. *ſæpius cit.cap.6.
num.37.verſic.idque expreſſe elicitur ,
ex eodem privilegio* , ibi , *juxtà leges,
Conſtitutiones, Capitula, Pragmaticas,
& privilegia Regni,& num.90.* regijſ-
que pariter literis XIV. Kalendas Maij
M. DXCI. ad Illuſtrẽ Comitem Albæ
tunc datis confirmans *cit. nu. 37.ver-
ſic. quanto à lo primero* , confirmantq;
*Dom. Reg. Rovit.in dicta pragm. 1. de
officialibus nu.20.circ fin. Giurb. dict.
conſ.99.num.38.R.P. de Afflict.contr.
Iur. reſolut.cap. 6.num.28.* Ac decan-
tatam proinde clauſulam ALTER
NOS,ſivè ALTER EGO,ſeù ALTER
REX , ut *ex Mier.* inquit *Cancer.cit.
lib.3. var. reſolut. cap.3. num. 330.* &
43 laudavit quoque *Dom.Reg. Rovit. in
pragm.1. de Officialibus num. 20. circa
princip R.P.Afflict.controverſ.juris re-*
44 *ſol.cit.cap.6.n.28.* ad decorem potius,
quàm ad exercitium in titulis appo-
ni; ut præ cęteris monuit *D. R. Tapia
dicta deciſ. ſuprem.Senat.3. num. 20.
& 22.* Quinimò ſecretas eiſdem Vi-
ceregibus inſtitutiones tradi , quibus
in quàmpluribus ampliſſima eorum
coarctatur auctoritas *D.Reg. Revert.
lib.1.deciſ.107.ſub num.2. verſic. ete-
nim quamvis*, comprobantq; in ſpe-
cie ad Clauſulam ALTER NOS con-
primendam *Dom.Reg.Tapia deciſ.4. n.
67.et 68.*et *Auctor anonymus penes D.R.
Sanfelic. deciſ.62. num.124. lib. 1.* ac
vtrumque ex pręcitatis literis Illuſtri
Comiti Albæ tranſmiſſis elicitur , à
Maſtrillo relatis *cit.cap.6.lib5.ſub nu.*
37. *Giur-*

37. *Giurb. dict. conſ. 19. ſub num. 15.*
45 ijs præſertim verbis. *Quanto à lo pri-
mero tieneſe entendido, que portiempo
havido en eſſe Reino à titulo de la au-
thoridad, que en sù privilegio ſeles
da llamãdolos ALTER NOS diſpenſan,
à muchas coſas extraordinarias, ſien-
do para eſſo tambien provocados de los
Conſixeros, que cerca dellos aſſiſten,
dandole à quella palabra una intelli-
gencia abſoluta; y aunq; en vueſtra in-
ſtruction ſe diçe arto claro, que la dicia
clauſula ſe pone mas por authorizar en
lo publico la perſona del Vireì, que por-
que en virtud della ſe pueda diſpenſar à
pramatica, ni ordẽ firmado de mi mano;
toda via he querido tornaros à qui à
advertir de MI INTENTION, con orde-
naros, QVE NE SE ECCEDA DELLA.*
Et idcircò, non incongruè obſervamus,
Proreges regularitèr donare non poſ-
46 ſe, *Argumẽto l. filius familias 7. D. de
donation. l. contra juris 29. §. fin. D.
de pactis Andr. in cap. Imperialẽ de pro.
hib. feud. alienat. per Frider. n. 12. An-
ton. Capye ibidẽ pag. 31. colum. 2. verb.
additiones, Camer. pag. 76. columm. 2.
& propriè lit. S. & pag. 79. lit. H. Mila-
nenſ. deciſ. 8. nu. 71. D. R. Revert. deciſ.
557. num. 1. in fin. & ſub n. 2. lib. 2. Io:
Paul. Recupitus inter conſultat. D. Reg.*
47 *Capyc. Latro conſult. 81. nu. 36. & 37.
lib. 2.* Sicuti nec in feudum dare, poſt
*Andr. Laudenſ. & Prapoſ. Io: Anton.
Cannet. in extravagant. volentes cit.
cap. at non eſt otioſum pag. 207. n. 3. 4.
& 5. Io: Vincent. de Anna in repet. cap. 1
de Vaſallo decrep. ætatis n. 454. Bãbacar.
in repet. cap. 1. §. ſi quis per triginta, ſi
de feud. def. num. 72. & ſeq. Dom. Conſil.
de Anna cit. conſil. 127. num. 28. lib. 2.
D. Præſes Lanar. in addit. ad D. R. Pa-
truum in repet. cap. 1. de his qui feud.
dar. poſſ. num. 30. & 31.* Nec etiam præ-
ſumptivè; ut ſcilicèt Proreges ne-
48 queant, ſua præſentia, (quia expreſ-
ſe in feudum concedere non poſſunt,)
præſumptum titulum, ex triginta an-
norum ſpatio, alijſque circumſtantijs
conflatum, validare, *ad text. in d. cap.
1. §. ſi quis per triginta, ſi de feud. de-
functi contentio ſit*, ut ex *Iſern. Alex.
Camer.* vigentiſque tùnc Domini Re-
gentis *Reverterij* auctoritate, edocuit
*Io: Vincentius de Anna in repetit. cap.
1. de Vaſallo decrep. ætat. n. 450. cũ ſeq.
uſq; ad fin. & in ſingular. 194.* ubi ſic
per Regiam Cameram, ad fiſci com-
modum judicatum refert, & ſequun-
tur *Octavius Bambac. in cit. cap. 1. §. ſi
quis per triginta quæſt. 10. n. 71. uſq; ad
fin. D. Præſ. Lanar. in addit. ad patruum
loc. cit. num. 38.* antè eum *D. Conſil. de
Anna cit. conſil. 127. num. 28. & 29.*
49 *lib. 2.* (licèt in intellectu, ſatis auda-
ctèr, nec de facili imitandus conten-
dendi flagrans ſtudio, vltra *D. R. Re-
verterium*, ſuum quoque digniſſimum
impugnet Genitorem *cit. conſ. 127. n.
26. & 29.*) à patris etenìm ſeceſſit ſen-
50 tentia Celſus I. C. prout adnotat *D. R.
Sanfelic. deciſ. 77. n. 5. lib. 1.* at non te-
merè, ſed juris dicũdi veritate perſtri-
ctus, ſivè, ut *Vlpian.* reſpõdit *in l. dedi
tibi 3. §. ſiquis D. de cõdict. cauſa dat.* ut
NATVRALI faveret ÆQVITATI;
51 cęterum inexplicabile eſt, quanta pa-
rentibus debeatur reverentia *ad text.
in l. veluti 2. D. de Iuſtit. & Iur. l. nec
quicquam 9. §. de plano D. de offic. pro-
conſul. l. parentes 6. D. de in jus vocand.
l. 1. & l. liberto 9. D. de obſequijs à liber.
et libert. parẽt. & patron. præſtãdis, l. fu-
rioſa matris 4. D. de Curat. furioſ. l. Au-
relius 29 §. titius teſtamento in fin. D.
de liber. legat. l. fin. C. de in jus vocan-
do, l. 1. C. de aleator. l. 3. & ſeq. C. de patr.
poteſt. §. ſed hoc ſãcitũ Authent. de nup-
tijs, §. hæc autẽ verſic. cõſiderare, Authẽt.
vt eum de appellat. cognoſcit.* Eaq; auxi-
lijs quoque juncta, præſtanda eſt; & ſi
52 notabile natorũ intercedat diſcrimẽ,
ut pijſſimum illud Æneæ facinus er-
ga genitorem oſtendit, propalâtq; ma-
gè religioſa herclè quæ effudit verba
Æneid. lib. 2.

*Ergo age care pater, cervici imponere no-
ſtra;*
*Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte
gravabit.*

Quo

Quo res cumquè cadant ; unum , & commune periclum ;
Una ſalus ambobus erit ,

Debereque eam ſcilicèt reverentiam,
cultum , auxiliumquè filios tùm divi-
53 no,tùm humano Iure; ac tam demum
arctiſſimo naturæ vinculo ijs eſſe
aſtrictos , ut nec ex eorum præſtatio-
ne merita conſequi dicantur , erudi-
te ex *Plat. Ariſtot, Xenophon. Cic. Diu.*
Thom. alijſq; ex noſtris , tradidit *Me-*
noch. de præſumpt. lib. 13. præſump. 29.
num. 14. cùm ſequ. adeòut, ſi quæ fortè
conſiderari poſſent ad genitorū amo-
rem , ac benevolentiam capeſſendam
obſequiorū merita ; ea gnatos promo-
vere debere, Reipublicæ quoque ſen-
ſerit intereſse *Annævs Robert. rer. In-*
dicat. lib. 1. cap. 15. pag. 259. verſic. cer-
tè Reipublica. Quòd autē,inter filiorū
erga parentes officia , ſit voluntati ,
juſtevè illorum ſententiæ non obniti ,
54 monuit ſpecialiùs , ut ſpecioſe *Ianus*
Langlevs in vigiliſſimo eius *ocio ſeme-*
55 *ſtr. lib. 7. cap. 3. ante verſic. multor. pag.*
299. Quinimò, ut ſcholarē præcepto-
56 ris *ad tex. in l. dicere. 23. D. de recept.*
arbitr. ità filium, & benè,ritevè pater-
nam,& excuſare,& tueri alligatum eſ-
ſe, ſententiā firmavit , non minùs do-
57 ctrina , quàm eruditione conſpicuus
Hieronym. Altimiran. in l. 3. C. de filijs
official. lib. 12. cap. 21. nu. 10. pag. 441.
cōprobatq; *D. R. Sanfelic. cit. deciſ. 77.*
num. 6. lib. 1. Cunctaque iſthæc aurea
Caſſiodori verba concinnant *Epiſto-*
lar. lib. 2. Epiſt. 14. Ferarum, inquien-
tis, *catuli ſequuntur parentes : à ceſpite*
ſuo virgulta non diſcrepant : propa-
go vitis propria ſervit origini , & di-
ſcrepat homo à ſuo fuſus initio .

Atqui , (vt ad rem noſtram , vndè juſtè
58 digreſſi ſumus,revertamur,) adeò ſu-
periùs exarata veritate nituntur , ut
quamvis perprivs in cunctis feudo-
rum alienationibus, Proreges aſſenti-
ri valerent *Iſern. in cap. Imperialem*
num. 11. & 12. de prohib. feud. alienat.
D. R. de Ponte ex Afflict. & Camer. cōſil.
3. num. 2. lib. 1. & deciſ. 4. nu. 48. Dom.
Reg. Tapia deciſ. 5. n. 38. Dom. Conſil.
de Anna cit. conſil. 127. nu. 31. lib. 2. D.
Præſes Lanar. in addit. ad Regentem
patruum in cit. repet. cap. 2. de his , qui
feud. dar. poſſ. n. 32. D. Iudex de Angelis
in addit. ad deciſ. Gizzarell. 67. nu. 10.
In quàmpluribus tamèn ſpeciebus in-
præſentia,in præſtandis aſſenſibus re-
ſtrictam eorū experimur facultatem,
59 ut in novem præſertim regiæ legis
capitibus *pragmatica 4. de feudis*; Ibiq;
D. R. Rouit. & Novar. ac *DD. R. de Ponte*
Conſil. Ann. Præſes Lanar. & Iudex de
Angel. loc. cit. Maſtrill. ea ſingillatìm
delibans *de magiſt. cit. cap. 6. lib. 5. à n.*
60. uſq. ad num. 71. Gallupp. in meth.
Iuris feud. par. 2. cap. 1. nu. 17. cùm ſeq.
Io: Paulus Recupit. *inter conſult. Dom.*
Reg. Capye. Latro conſult. 81. num. 28.
& conſul. 82. nu. 87. lib. 2. prout nec
60 exteris alienare feuda cupiētibus, im-
partiri queunt aſſenſum, ut *in pragm.*
16. de feud. nec ſubditis quoquè feu-
61 da volentibus titulo decorata diſtra-
here, ut *in pragm. 17. circa finem eod.*
titul.

Quemadmodum, nec privilegiorum ex-
hibitioni, interinationiq; ut ajunt , in-
62 frà annum in Regno faciendæ ob vim
pragmatica 1. de privileg. infr. ann. ex-
hibend. valēt indulgere *Freccia de ſub-*
feudis lib. 2. in cap. quis dicatur Dux
in allegat. pro Dom. Reg. Albertin. num.
68. Dom. Reg. de Ponte conſil. 3. nu. 30.
lib. 1. Dom. Reg. *Rovit. in ead. pragm.*
num. 5. & bis per Sacrum Conſilium
junctis aulis pronunciatum retulit *D.*
Præſes Amat. conſil. 33. num. 12. & 13.
Dom. Conſil. de Georg. allegat. 3. nu. 11.
Dom. Reg. *Capye. Galeot. contr. 17. n. 4.*
& ſeq. lib. 1. Novar. in eadem pragm. n.
4. Dom. Reg. *Capyc. Latro deciſ. 154. n.*
63. lib. 2. Dom. Reg. *Sanfelic. deciſ. 359.*
n. 8. lib. 3. & nos latè *in Diſſert. pro*
Regio *Fiſco* cùm Victoria Valignano
63 *num. 71. cum ſeq.* Nequè in publico
ædificandi licentiam præſtare *ex tex.*
in l. 3. §. plane D. quòd vi , aut clam,
Lucas de Penna in l. 1. columu. 2. verſic.
ſecundo quaritur C. de diverſ. præd.
vrban.

vrban.lib.11.Capyc. in repet.cit.l.Im-
perialem pag. 32. à ter. verſic. ſeptimo
notandum, Afflict.in conſtit.beneficium
num.4.ſub tit.de reſtit.Reipublic.Dom.
Reg. de Ponte de poteſt.proreg.tit.2.de
abund.Civit.§.3.nu.2.cùm ſeq. Io:Pau-
lus Balzar. de feudis in tit.quæ ſint re-
galia verb.via num.4. Maſtril.cit.cap.
6.lib.5.nu.100.& 101. Montan.eod.
64 tit.de regalibus verb. via n.6. Sicuti
ob regiam inhibitionem, nec in Ci-
vitatis finibus, ac ſuburbijs Dom. R.
de Ponte cit.tit.2.de abund.Civit.§.2.
num. 18.& §.4.nu.5.& ſeq. Maſtrill.
loc.prox.cit.

Nec contrà Regios Adminiſtros, modo
65 aliquo ſine ſpeciali Regis Iuſſu inqui-
ſitiones decernere, ut omni Iure, ex
Regijs potiſſimè litteris, & innumeris
quoque auctoribus, rerũq; judicatarũ
præjudicijs latè deduxere Maſtril.cit.
lib.5.cap.6.n.134.cùm ſeq; Dom.Reg.
Tapia cit.deciſ.3.ſup.Senat.per tot.
& ante eum celebris Anonymus Au-
ctor in allegat. pro eadem cauſa, pe-
nès Dom.Reg.Sãfelic.cit.deciſ.62.par.
66 1.per tot. ubi in fine Regiæ quoque
Epiſtolæ ſub anno M.DC.XVIII. VI.
Idus Auguſti Illuſtriſs. Oſſunentium
Duci reſcriptæ, cõſpiciuntur; Sed no-
viſſimis tẽporibus, alias obſeruare li-
bet Illuſtriſs. Comiti de Ognate annis
M.DC.LI. & M.DC.LII. deſtinatas,
apud Topiũ de origin.Trib.Vrb.Neap.
par.2.lib.5.cap.4.num.41.42.& 43.

Et, cœteris conſulto omiſſis, ipſam quo-
que leges ferendi poteſtatem, com-
primendam ſcitiſſimè noſtri dixere;
quotiès, ut in hac re, Principis met
poteſtatẽ impartictis, cõtraria adeſſet
67 diſpoſitio; tùnc etenim incongruens
procertò haberetur, ut contrà Supe-
rioris præcepta, inferior quidquàm
demandaret cap.cum Inferior 16.de
maiorit.& obedient.Clement.ne roma-
ni de elect.ibiq; DD.Sanchez de matri-
monio lib.8.diſp.6.n.14.Azeved.novę
recopil.lib.2.nu.56.tit.14.lib.4.Vaſq.
contr.illuſtr.cap.35.num.10.cùm ſeq.
Barboſ.in collect.ad cit.cap.cùm Infe-
rior lib.1.decret.tit.33.n.2.non enim
68 inferiori plùs æquo permittẽdo, licèt
venerandũ ſuperioris factum cõtraire
l.penult.§.penultim.D.de aqua pluvia
arcẽd.cap.cũ veniſſent 12.de Iudicijs,
cap.ut noſtrum 56.de appellation.Surd.
conſil.558.nu.2.circa fin.lib.4.Barboſ.
axiom.124.n.2.aut ſacra eiuſdem Iura
69 ſubvertere, ex Cravett.Brunor.à Sol.
Thoma de Tomaſ.Surd.alijſq.idem
Barboſ.in collect.cit.cap.cùm Infe-
70 rior nu.3. Deficit namq; inferiorem
ijs in rebus poteſtas, quæ ſublimior
imperauit cap.ut debitus honor 59.de
appellat.ex Roman.conſil.335.nu.5.&
conſil.350.n.11.Camill.de Medic.con-
ſil.54.nu.11.D.R.Capyc.Galeot.contr.
illuſtr.contr.17.n.50.lib.1.quãquã il-
71 lius forſan factũ nullũ reputaretur, ex
Innocent.Ancharan.Roman.Beroo,Car-
dinal.Pariſio,Riminald.Becio,cęteriſq;
Surd.dicto conſil.558.n.2. Abſurdum
etenìm videtur eſſe, ſubiectum abro-
72 gandi ſui principis legem, ſibi facere
poteſtatem l.formam 2.C.de offic.præ-
fect.prætor.Alberic.de ſtatutis qu.7.n.
2.tom.2.Natta conſil.647.nu.14.lib.4.
Surd.conſ.59.n.17.in princip.& n.21.
lib.1.D.R.Merlin.contr.forenſ.contr.
73 70.num.4.centur.2. præſertim, cùm
ſpecialiter à domino ſtatutum quid-
quam reperitur l.ſi hominem 30.ubi
Bart.alijſque D.mandati.Dom.R.Ga-
leot.cit.contr.17.n.49.lib.1.ſicuti in
ſpecie noſtris Proregibus inhibitũ eſ-
74 ſe, cõtra Regias Iuſſiones permictere,
aut vetare, ſivè quidvis contrajubere,
cõſcripſerũt D.R.de Põte de poteſt.pro-
reg.tit.2.de abundant.Civit.§.4.ſub n.
6.verſic.quod demum, Camill.de Me-
dic.cit.conſil.64.num.9.verſic.nec D.
Carolus, uſq; ad finem, Maſtrill.de ma-
giſtr.cit.cap.6.lib.5.nu.39.& 267.D.
R.Revert.in deciſ.manuſcripta 8.ver-
ſic.cum igitur pag.mihi 44.à ter.lib.1.
Camill.Borell.in add.ad Belluc.rubric.
24.verſic.poſtremo verb.Locumtenens,
D.R.Rovit.in dicta prag.1.de officiali-
bus,& quæ ijs prohib.n.20.D.Index Ca-
pibl.de Baronib.cit.par.1.prag.1.n.10.
& ſeq.

& ſeq. Frideric. Campixan. inter Con-
ſil. diverſor. ſicul. illuſtr. conſil. 30. *num.*
21. *D.* R. *Capye. Galeot. cit. contr.* 17. *nu.*
48. *cùm pluribus ſeq. lib.* 1. *& reſponſ.*
fiſcal. primo nu. 116. *&* 117. *D. R. Mer-*
lin. d. contr. 70. *num.* 4. *centur.* 2. *D.* R.
Sanfelic. deciſ. 29. *nu.* 30. *lib.* 2. R. *P. de*
Afflict. contr. Iuris reſolut. cit. cap. 6. *n.*
26. *&* 28. & expreſſit potentiſſimus
Rex noſter in præcitatis Regijs litte-
ris *num.* 45. *diecia clauſula ſe pone mis*
per autorizar &c. que porche in virtud
della ſe pueda diſpenſar à prematica,
ni orden firmado de mi mano; et de-
mum à Regio noſtro Ærarij Senatu,
me fiſci patrono, fuit diffinitum; Nàm
cùm, abſq; ſpeciali Regis licentia ex
Proregis, Collateraliſq; Conſilij indul-
gentia quãplures per ſubſtitutos offi-
cia exercerent, quòd paritèr, inſimùl
75 cùm ampliationibus ad ſui tantum-
modo placitum Sereniſſimus Rex no-
ſter ijſdem Regijs juſſibus ſervaſſe re-
ſcripſerat *cit. cap.* 128. *nova reformat.*
ſivè pragm. 75. *d. cap.* 128. *de offic. pro-*
cur. Caſar. lib. 3. VIII. Kalendas Maij
M.DC.LVI. Vt ſubſequenti *capitulo*
132. *nova reformat.* alijſq; regijs ordi-
nationibus ſub an. M.DC. XXXVIII.
& M.DC.XLIV. diſpoſitis, *ut in prag.*
14. *de offic. ſecret.* §. 8. *lib.* 3. obtẽpera-
retur, decretum fuit; quòd ad ipſorum
76 ſcilicet officiorum venditionem deve-
niretur, & interim perſonæ, pro eo-
rundem officiorum exercitio, nomine
Regiæ Curiæ conſtituerentur, ut pe-
nes *Actuarium Pepe.*

Ad ſecundum autèm, poſtremumquè ar-
gumentum elidendum: Tria Iura, ſivè
diſpoſitorum Iurium tempora conſi-
derare, primo loco oportebit. Primum
77 ſcilicèt anni M.D. XXXII. quo Inui-
ctiſſimus Carolus V. Cæſar Viceregi-
bus officia, quæ reditum aureorum
centum non excederent, concedendi
fecerat poteſtatẽ, *ut in prag.* 1. *de officijs*
ad Regia Maieſt. ejuſq; Vicereg. collat.
ſpectant. Secundũ anni M. D. LVIII.
quò vt litigia ſedarentur, quæque
78 oriebãtur, ſivè pro arbitranda quanti-
tate annuorũ aureorũ centũ, ſivè ex ſi-
multaneis, vt aiebant, conceſſionibus,
quæ de eiſdẽ officijs à Rege Sereniſs.
& DD. Proregibus emanabãt, vt vide-
re eſt *penes Dom. Reg. Revert. ſecun-*
dum ſeriem Dom. Reg. de Marin. deciſ.
107. *lib.* 1. *& deciſ.* 447. *&* 554. *lib.* 2.
æternæ memoriæ Philippus II. Rex,
& quæ ad ipſius, & quæ ad Proregum
collationem pertinerent, longa ſerie
diſtinxit ut *in prag.* 2. *eod. tit.*

Tertium verò tẽpus eſt an. M. DC. VIII.
& M. DC. XI. quo pijſſimus Rex Phi-
lippus III. demandavit, ut officijs ad
79 regiam collationem pertinentibus, ſi-
ne ejus regali privilegio quiſpiam va-
care nequiret; Quòd non modò ma-
gnus ejus Filius potentiſſimus Philip-
pus IV. innovare opere pretium non
duxit; ſed ſolemnitatibus in vendi-
tionibus his adhibendis cõſtitutis: pe-
tendæ confirmationis tempus, pęnaſq;
inobſequentibus edixit, ut *in cap. no-*
va reformat. 129. *&* 130. *& cit. prag.*
75. *de offic. procurat. Caſar.* §. 129. *&* §.
130. *lib.* 3. proùt alijs quoquè Regijs
litteris expenſis alias diſſervimus.

Quia verò, exceptis ijs, quæ ad juſtitiam
pertinent quàmplurima ex cœteris of-
ficijs, ad Proregum quoque collatio-
nem adſcripta, in Curiæ beneficium,
80 pro tempore, aſsuetis Solennibus, di-
ſtractioni ſuppoſita fuere; conſuetudo
idcircò ſucceſſit, inolevitque, ſivè ex
Regia ea indulgentia ortũ habuerit, ut
tradit *Amicangel. de regalibus officijs*
cap. 10. *n.* 21. ut proijs, quæ ſummam
aureorum ſexcentum non excederẽt,
nè labore, expenſiſquè emptores de-
fatigarentur: Rege non adito, ab ejus
Viceregibus, Collateraliq; Conſilio,
privilegia impetrarẽtur; Nulla tamen
in cunctis ijs de AMPLIATIONI-
BVS in hujuſmodi modici valoris of-
ficijs concedendis, necnè, mentione
perhabita.

His libatis facilis erit argumenti reſolu-
tio. Quamvis etenim, ex paritatis ra-
tione, ut proregibus ſcilicet venditio-
num privilegia, officiorum valoris in-
frà

frà ſexcentos aureos impertiri con-
ceſſum fvit; ità eadem ampliare, ciſ-
dem etiã licere dici poſset; Attamen,
multipliciter reſpondetur:

Et primo id regulariter ſibi partes face-
re poſſe; niſi contrà regia pollerent
diplomata, omnimodò ampliationes
81 fieri prohibẽtia; tũc etenim quòd ani-
mata lex, Princeps ſcilicet vetuit, & in-
diſtinctè: nobis diſtinguere non datur
*l. Præſes 3. in fin. D. de offic. Præſid. l. non
diſtinguemus 37. D. de recept. arbitr. l.
1. verſic. quòd autem D. de alea uſu, &
aleator. l. de pretio 10. D. de publician.
in rem action. l. 1. §. generaliter C. de
legat. præſtand. cum ſimilibus.*

Vlterius non eandem modo, quinimò
diverſam vigere rationem; Venditio-
num namquè privilegia ejuſmodi of-
ficiorum hic Neapoli, ut depromi va-
leant, venditoris potiùs, quàm empto-
ris, ſicquè ærarij reſpicit beneficium:
nè conſimilia officia ob difficultatem
Regis Curiam adevndi, inempta, & in-
vtilia permaneant. At in ampliatio-
nibus Officiariorum magis, quàm
Curiæ verſatur utilitas; quippè qui
munerum experti commoda, illorum
appetunt prorogationem: vnde diver-
82 ſa quoquè diſpoſitio, in ſui debet ro-
bore permanere *l. inter ſtipulantẽ 83.
§. ſacram D. de verbor. obligation. l. fin.
D. de ritu nuptiar. cùm vulgaribus.*

Rurſùs, nouum nequaquam eſſe; ut ex
prohibitis ſi unum permictatur, alte-
rũ ſub vetatione remaneat, ex recep-
to axiomate, ut ſpecies ſcilicet omiſ-
83 ſa, pro omiſſa habeatur ad Celebre
Pomponij Reſponsũ *in l. commodiſſimè
10. D. de liber. & poſthum.* quòd in le-
gibus, ſtatutis, privilegijs, cæteriſque
ſibi locũ vindicare, innumeros ſequu-
tus firmat *Epiſc. Vngẽt. Barb. in axiom.
39. nu. 1. & ſeq.* Prout, in Principum
84 reſcriptis, iuriſque laxationibus *ex
Anchar. conſ. 37. n. 7. idẽ loc. cit. n. 5. in
princip.* ſed antè eum ex *Bald. Iacob. de
Aretin. & Io: Caphalo D. R. Valenzuol.
conſ. 159. nu. 36. lib. 2.* & ſi maior ad-
85 eſſet ratio poſt *Ancharan. conſ. 245.
nu. 5. idem Barboſ. cit. axiom. 39. nm. 5.
in princip.*

Et peculiaritèr, ut poteſtas in officijs cõ-
ceſſa arctiſſimè intelligi debeat; &
86 proinde de ſpecie ad ſpeciem extendi
nequeat *ex cap. 1. & 2. de filijs præſ-
biter. & Io: Andr. Butr. & Immola in
cit. cap. 1.* probat *D. Præſes Iacobus An-
tonius de Maur. alleg. 75. num. 3.* & ad
rem, ut vna ex hiſce facultatibus, aut
officia ſcilicet vendendi, aut amplian-
di cõceſſa; altera denegata cenſeatur,
87 ac penes Regem remanſiſſe, edocuit
ex *Solon. Molin. & Maur. loc. cit. Ma-
ſtrill. de magiſtr. tom. 1. lib. 1. cap. 20. n.
55. & 56.* Ac demùm, ut omnis ceſſet
hæſitatio; nõ ſolùm ex rationis vnitate
in hac cauſa, ſivè ex facto, ſivè ex de-
ſuper in iure firmatis arguere equidẽ
nõlicet; ſed nec ex rationis majoritate,
88 (quòd aliàs fortiſſimum dicitur Argu-
mentum *l. nec in eo 22. D. ad l. Iuliam
de adulter. l. in ſuis 11. in fin. D. de li-
ber. & poſthum. Authentic. multo ma-
gis C. de ſacroſanctis Eccleſijs, cap. ſi er-
go 8 quæſt. 1. regula cui licèt 53. lib. 6.
Everard. in Topic. leg. loc. 66. Gonzal.
ad regal. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 2. nu. 24.
Sanchez* cæteros allegans *de matrimo-
nio lib. 8. diſp. 1. n. 32. D. R. Capyc. La-
tro deciſ. 98. num. 39. lib. 1.*) Nàm cum
89 hæ Principum ſint indulgentiæ, ac
proindè arctè nimium interpetrandæ
*cap. quòd dilectio 3. de Cõſanguin. & af-
finit. cit. cap. 1. & 2. de filijs præsbiteror.
in 6. Mattienſ. l. 10. gloſ. 1. nu. 7. tit. 8.
lib. 5. Marc. Anton. var. reſolut. lib. 1. re-
ſolut. 19. nu. 14. & lib. 3. reſolut. 2. nu.
18. & 21.* in eis, formatum à rationis
90 majoritate argumentum, non ſubſi-
ſtere firmarũt *ex cap. cui de nõ ſacerdo-
tali 27. de præbẽd. lib. 6. cap. ſuſceptũ 6.
de reſcr. 6. cit. eod. lib. 6. et d. c. 1. §. fin. de
filijs præsbiteror. eod. lib. 6. ibiq; DD. Co-
var. de ſponſalib. par. 2. cap 8. §. 8. n. 11.
Navarr. de redditibus Eccleſiæ quæſt. 3.
monit. 10. nu. 2. Molin. de primogen. lib.
2. cap. 4. nu. 48. Caldas Pereir. de nomi-
nat. emphyt. q. 21. n. 65. R. P. Molin. de
Inſtit. & Iur. tom. 3. tract. 2. diſp. 591. n.*

2. *Sanchez de matrim.lib.8.diſp.1.n.32.& diſp.24.n.17.Guttierez canonic. queſt.lib.2.cap.15.nu. 124. Rendin. in prompt.recept.ſentent. lib.1. tit.29. n. 12.Verall.deciſ.8.n.6.par. 1.*

Id quod mirabiliter Regiæ litteræ, ad
Illuſtrem Ducem Albæ datæ munie-
re: Cùm etenim Rex noſter, eidem
Duci, tunc Regni Proregi licentiam
91 præbuiſſet; ut Perceptorum quorum-
dam, ac Portulanorũ officia, (quæ non
parui certè momẽti ſunt) ac etiã magni
Regni Seneſcalli munus ampliare poſ-
ſet: huius argumenti ſpecie, à majo-
ritate nempè rationis; etiam ex Regiæ
Cameræ ſuffragijs Prorex inductus,
Regnique neceſſitatibus obſtrictus,
minoris ponderis officiorum proro-
gationes cõceſſit. At cùm id Regiæ in-
notuiſset Majeſtati, & præfatum argu-
mentum in hujus generis rebus enixè
reſpuendum ſtatuit; &, ſi quæ ema-
narent, ampliationes inefficaces, atq;
irritas declaravit, ut clarius ex ijſdem
Regijs ordinationibus dignoſcitur,
quas vti huic controverſiæ ſpiritum
inferentes, non piguit tranſcribere.

El Rey.

ILluſtre Duque de Alba primo de noſtro Conſejo de ſtado noſtro Viſorey Lugarteniẽte, y Capitã General, haſe reçevido la Carta, que me eſcriviſtes à los 30. de ſettiẽbre del año paſſado 1627. con intervencion deſſe mi Conſejo Collateral, enque decis, que haviendo os ordenado por Carta mia de los 22. de abril del 1622. que no ſe concedieſen ay ampliaciones, ni renunciaciones de officios, per otra de 20. de Agoſto de 1624. os avia ordenado, que ſe trataſe de diſponer por vna vida del officio de Gran ſereſcalco, y de algunos officios de Teſſoreoros, perceptores, y maeſtros portolanos, lo qual aviades ordenado ſe puſieſſe en eſſeecucion, y aduertis, que por laſu grãdes neceſſitades deſſe Reyno havia parecido ala Camera, que no ſe podria complir con la orden referida, ſino es valiendoſe de las renunciationes, y ampliaciones de algunos officios menores; y que pues ſe dava orden à diſponer delos demas cõſideracion, ſeria mi intencion, que los hizieſſe tambien de los demas, y pedis, que lodeclare, paraque ſe pueda ſacar el dinaro, que ſe os ordeno en la dicha orden de 20. de Agoſto, porno haverſe podido poner en execucion lo que tenia ordenado en los officios mayores; y haviendoſe viſto, y conſiderado loque advertis, ha pareſido deziros, que pues las ampliaciones, de que mande ſe diſponieſe en la dicha carta de 20. de Agoſto fuerõ para efectos, y coſas particolares, no ha de hazer eſta cõſequencia, para las demas ampliaciones de otros officios, y aſſi os en cargo y mando que no obſtante loque aduertis en la dicha voſtra Carta, ſe guarde y eſecute la orden dada, lo que os mande eſcriver à los 22. de Abril del 1627. para que no ſe concedan ay ampliaciones, ni renunciaciones de officios, y en eſta conformedad advertereys ala Camera de la ſummaria lo eſecute, dando para ello la orden, que conbenga, con apercivimento, que deſde agora deis por nulas, y de nigũ valor, y effectos todas las renunciaciones, y ampliaciones, que conſedieren contra eſtas ordenes, ſino que las partes acudã à qui por eſtas gracias, y aviſareyſme del recibo deſta, y dela orden que uieredes dado por la execution dello. Madrid 19. d'Hebrero 1628.

Yo El Rey.

Firmatum igitur extat, in officiorum pręſertim commercio, argumentum de
majori ad minus omnimodò reiciendum; ſicuti in cunctis, quæ ſtrictè in-
terpretari debent, jdem argumentum
92 generaliter non recipi *ex l. ſi pupillorum 7.§.ſi prætor. D.de rebus eorum*,
enuclearũt *D.Præſes de Franchis deciſ. 71.ſub num.12.& ſeq. Manent. conſil. 10.num.25.& 26.& conſil.38. nu.22.* ex alijs *Franciſcus Niger. Ciriac.contr. forenſ.contr.23.n.24.lib.1.*

Neq;

Neq; vltima argumenti pars negotiũ fa-
ceſſit, vt eadem nẽpe facultas, quæ in
officij principalis alienatione concedi-
tur, & in ipſa ampliatione, vti acceſſo-
ria tributa, ſit cenſenda; Nam præter
in ſpecie ſuperius pro Fiſco allata; ex
diverſitate paritèr, quę viget ratio-
93 nis, ut dicebamus, hoc quoq; argumẽti
genus evaneſcit *l. ſi tibi* 18. §. *de pigno-
re D. de pactis, l. & ſi* 11. *ibiq; Bald. C.
de pradijs minor. Pacian. eodem tract.
de probat. lib. 2. c. 16. n. 69. in princip.
Franc. Molin. de rit. Nuptiar. par.* 13.
n. 22. *Caſtill. quotid. contr. Iuris lib.* 5.
c. 168. *ſub n.* 27. pręter quã quod erro-
re labitur, qui officium in ampliatione
cõtentum, ad primęvum acceſſorium,
exiſtimat; cùm de per ſe diſtinctum, &
ab eodem ſejunctum, diverſumquè
94 eſſe *ex Freccia, Maſtril. Franc. de Amic.
DD. RR. Revert. Rovit. Cacac. Capyc.
Latr. alijſq;* firmaverimus *differ.* 5. *n.* 6.
In contrarium inductis igitur reſolutis,
& corruente quoquè ex his *Amican-
geli* intellectu *in cit. q.* 10. *num.* 21. *&*
31. quiq; rẽ hanc haud gnorans, pur-
gatiſſimo Dominorum noſtri Senatus
Præſidentium judicio, ſeſe ingenuè
ſubmiſit *cit. quæſt.* 10. *num.* 33. firmiſq;
remanẽtibus prælaudatis Regiæ Maje-
ſtatis diplomatibus, noſtræ Inſtãtiæ fo-
re omnimodo deferendum opinamur.
Kalendis Maij M. DC. LIX.

Dura nimis Dominis conſenatoribus fiſcalis hæc, ſub initium viſa
fvit inſtantia; ſed his poſtmodum auditis, perpenſiſquè ancipites
remanſere, quæſtioniſq; definitionem ſeriò elaborandam ſtatuere;
95 Sed interea infraſcriptæ Regiæ litteræ, ad noſtri quoq; petionem
obvenere, quibus ſuperiùs, (non ſinè labore exarata,) ineffabili
Sereniſſimi Regis benignitate non modò comprobata; ſed & Re-
gio Fiſco pronunciata, quinimò ſancita compertiſſimè fuere.

El Rey.

Illuſtre Conde *de Penneranda Pariente, Gentilhombre de mi* Ca*mera de noſtro Conſejo de eſtado, Preſidente en el de las Indias, mi Virrey Lugartenięte, y* Capitano General; *El Dotor Iuan Geronimo de Philipe Advocado fiſcal de eſſe mi Real patrimonio me hà repreſentado, que con occaſion de haverſe obſervado ay por lo paſſado, cõfirmar mis Virreijes las ventas, hechas por el tribunal de la* Camera *de los officios, cuyo valor non llega à ſeicientos ducados ſe ha paſſado à otro punto, de otener las partes ampliacion de los miſmos officios, non obſtante, que mis Virreyes non tuvieſſen facultad mia para darla, ſobre lo qual ſe hizo inſtancia, y reparo por mi Regio Fiſco, diziendo que las ampliaciones futuras, y ſuſtituciones de officios de qulquier valor, y calidad, qua ſean tocan*

 priva-

Digitized by Google

privativamente, y eſtan reſeruadas à mi Real voluntad, ſupplicandome, que reſpetto de eſtar pendiente eſte articulo en muchas cauſas, fueſſe ſervido de mandar dar ſobre eſte la orden, que convenga; y haviendoſe viſta, ha parecido de dar, como en virtud de la preſēte declaro por nulas todas las ampliaciones futuras, y ſuſtituciones de qualesquier officios, que hayan dado por lo paſſado mis Virreyes; ſin tener facultad eſpreſſa mia para ella; pues eſto toca privativamente, y eſta reſervado à mi Real Voluntad, y aſſi os encargo, y mando deys orden, paraque à ſi ſi eſequte, y cumpla, que tal es mi voluntad. de Madrid à 7. de Deciembre 1659.

Actuarius Franciſcus Antonius Pepe.

Cum autem Iacobus Ranucius ſub ſilentio diù rem hanc præterijſſet; tādem ſub anno M.DC.LXVII. dum Fiſci quoquè munere quarta vice fungeremur, iterum pro officio, diſpunctæ ampliationis virtute, inſtantiam ſuſcitavit; cui cum acriter, ex Regijs præſertim deſuper inſcriptis juſſibus, oppoſitionem fecerimus: Iuris tandem Ranucius veritatē agnoſcens juſtitiæ manus dedit, litiq; cedēs ad officij emptionē, proùt cęteri oblatores, ſemetipſum admicti petijt, vt ex pretio, ſaltìm pecunia pro ampliatione impenſa, vnà cùm legitimis acceſſionibus ſibi reſtitui decerneretur. Vndè cauſa denuo, ac maturè agitata, moderante tunc Senatum egregio equite, ac Iuris conſulto doctiſſimo, atquè integerrimo, proùt digniſſimo Regente D. Franciſco Ortiz Cortez pro Regiarum litterarum exequutione, Fiſco ſententia in hunc modum lata fuit.

Die 5. Menſis Decembris 1667. Neapoli.

Viſis actis, ac retroſcripta Comparitione per Dominū militem V.I.D. Illuſtr. Ducem Diani, & Marchionem Ramontis Dom. Carolum Calà Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaquè per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera, coràm ſpectabile Regente D. Franciſco Ortiz Cortez, P. M. C. Alijſquè Dominis *Præſidentibus ipſius, audito* Dominb *Fiſci patrono, fuit per Regiam* Cameram *ipſam* Conſ. *proviſum, &* Decretum, *proùt præſenti* Decreto *decernitur, & providetur, quòd pro exequutione litterarū ſuæ Maieſtatis procedatur ad vēditio-*

ditionem officij prædicti; in cujus exequutione habeatur ratio ſummæ ſoluta per Andream Ranucio pro ampliatione, hoc ſuum &c. Quemadmodum eidem Ranucio in exitu negotij, impenſa pro ampliatione ſors inſimul cùm eo, quod ſua Iuſtè intererat, ſatis fuit facta. vt ex eiſdem dictis.

Sed quando litium, quæſtionumvè finis inuenietur? enim enim verò, iterum, atquè iterum in Cauſa Io: Iacobi Galani petentis menſoris victualium officium ſibi decerni, ampliationis virtute à Iulio Cæſare patre, uti minoris ſummæ à Domino tunc Prorege, Collateraliquè Conſilio obtentæ, hæc diſceptatio ſub trutina repoſita fuit; non modo etenim Io: Iacobus, vti à Iulio Cæſare patre nominatus, exarata in ſuperiori cauſa differi curavit; ſed ejuſdem Regij Collateralis Conſilij litteris exhibitis, quibus dubium id declaraſſe innoteſcebat, vt quemadmodum ſcilicet dominis Proregibus, ſupræmoquè Collaterali Conſilio officiorum venditio citra aureorum ſexcentum quantitatem impartiri licebat; ità, & pariter illorum prorogatio cohiberi non deberet: Iudicata iam ſub ambagibus involuens, adverſus Fiſcum denuò non mediocri aſtu eadem propoſuit examinanda; quamobrem, quamvis peritiſſimus tunc temporis Fiſci patronus, noſtro non indigeret præſidio; quia tamen, & in hac controverſia noſtrum dici poterat Alpha, & Omega intercesſiſſe, & Regium vetus diploma (inferius deſcribendum) onus hoc Præſidentibus, qui fiſci patroni munus ſubiere, in his eventibus injunxit: cuncta ſuperius recollecta breviſſimè in Senatu præ noſtra imbecillitate dicere niſi fuimus, quibus tandem, partibus acerrimè contradicentibus, fiſco controverſia fuit noviſſimè hiſce verbis diffinita.

Die 13. Octobris 1668. Neapoli.

Super inſtantia facta in Regia Camera Sūmariæ pro parte Io: Iacobi Galani petentis ſibi inteſtari officium menſuratoris Victualium virtute ampliationis à quōdàm Iulio Cæſare ejus Patre obtenta, ac nominationis in eius perſona, cum Regio Fiſco, vt ex actis &c.

Facta relatione de prædictis omnibus in Regia Camera Sūmariæ per Dominū *Militem V.I.D.* D. *Didacum de Vlloa Præſidentem, &*

Commiſ-

Commiſarium coram ſpectabile Regente D. Franciſco Ortiz Cortez P.M.C. alijſq; Dominis Præſidentibus ipſius fuit per Cameram ipſam audito Domino fiſci Patrono Conſ: proviſum, & decretum; prout præsenti decreto dicernitur, & providetur, pro exequutione litterarũ ſuæ Catholicæ Maieſtatis expeditarum ſub die 7. Decembris 1659. non eſſe locum petitæ ampliationi, & proinde procedatur ad venditionem dicti Officij, & de pretio detur ei ſatisfactio hoc suum. &c.

Actuarius Lælius Paregiani.

Regij autem Reſcripti verba, quibus Dominis Præſidentibus, qui Fiſcale munus explevere, Fiſci quoquè in Cauſis defenſio demandatur, hæcce ſunt, à Domino ſimiliter *Regente Tapia* relata in *deciſ. Sacri Conſilij 40. num. 18.*

Porque † muchas vezes ſuele acontenzer, que algunos Miniſtros, y Officiales mios delos Tribunales del dicho Reyno, que han adminiſtrado officios de Advocados fiſcales en cauſas patrimoniales, y criminales ſon promouido à plazas maiores en los miſmos Tribunales, ſtando pendientes las tales cauſas, y por eſte reſpeto no pueden votar en ellas como Iuezes, declaro, y mãdo, qua de aqui adelante, quando ſuccediere caſo ſemejante, aunque los tales Officiales, que obueren hecho officio de Advocados Fiſcales, no hayan de votar en las dichas cauſas, no por eſto hayan de dexar de aſsiſtir, y ſtar preſiente al tempo, que ſe votaren, y advertir de lo que les occurriere, como lo haze mi Advocado Fiſcal; però ſi por otras legitimas cauſas fueren dados, y declarados por ſoſpechoſos, mando que en tal caſo ne aſsiſtan, ni ſten preſentes al votar.

S V M M A E.

1 *Prædeceſſorum juſta, ſunt imitanda veſtigia.*
2 *Falſi crimen, qua pœna communi Romanorum Iure plectatur, remiſſivè.*
3 . . *Iure autem Regni pœna, ex eo, mortis naturalis irrogatur.*
4 . . *vigetque ejuſdem pœnæ conſuetudo.*
5 . . *& non modo contra Notarios; verum etiàm Actuarios, Scribaſque.*
6 . . *præcipuè, cùm ex falſo, in furtum incidıtur.*
7 . . *& ob idem officio, & Eccleſiaſtico, beneficio, committens orbatur.*
8 . . *ſicuti regali quoque officio.*
9 . . *maximè, ex clauſula de cancellaria more appoſita, donec, & quouſq; benè, ſivè legaliter, ac fideliter te geſſeris.*
10 *Fide obſervata, nequeunt Officiarij removeri.*
11 *Fides ſicuti feudorum, ita officiorum baſis,*

baſis dicitur, ac ſubſtantia.

12 *Officiales ex delictis in officijs commiſſis, illorum privatione coercentur, ſed vide n.27. & ſeq.*

13 . : . *quamvis fraudem tantummodo in eis patrarint.*

14 . . . *prout ex negligentijs, atq; omiſſionibus.*

15 *Reges ob injuſtitias Regnis privari, qui cenſuerint.*

16 . . . *idq; exemplo Venceſlaï Cæſaris firmatur.*

17 *Deus O.M. ob injuſtitias, iniuriaſquè, de gente in gentem Regna transfert.*

18 *Negligentiæ, vt Officiarijs privationem inferant, dolo proximæ eſſe debent.*

19 *Officia emptitia, quantum fieri poteſt, officialibus ſunt cuſtodienda, ſed de veritate num. 24.*

20 . . . *etiam venalia, regalium retinent qualitatem.*

21 . . . *ex delictis in eis commiſſis amittuntur.*

22 *Clauſula in officijs, donec bene, & fideliter te geſſeris, ex Cancellaria ſtylo appoſita cenſetur.*

23 *Fidelitate non ſervata, ſibi ipſi officialis muneris adſcribere jacturam debet.*

24 *Princeps emptitij officij pretium reſarcire non adſtringitur, ſi ex propria culpa Officialis eo privatus fuerit.*

25 *Via fraudibus non aperienda.*

26 *D.R.Merlini peculiaris affertur ratio, officio delinquens privetur.*

27 *Officiarij, non ſemper, atquè ex omni inquiſitione, privationis pęna multandi ſunt; idque varijs confirmatur judicatarum rerum exemplis.*

28 . . . *præſertim, cùm ex crimine infamiam ipſo jure non incurrunt.*

29 *Iudicis recti arbitrio, ac conſcientiæ maximoperè committendum, quibus eventibus officij privatio ſit inferenda.*

30 *Delicta puniri, publica rei intereſt.*

31 . . . *præcipue in officijs patrata.*

32 . . . *ob cæterorum maximè exemplũ.*

33 *Fiſci jus dicitur publicum.*

34 *Iudices Ærarij augumento, ex juſtis tamèn cauſis, decet inuigilare.*

35 *Officiarij quamplures, munerum privatione condemnati, varijs adductis diffinitionibus, recenſentur, & ſub num. 36.*

36 . . . *in judicij principio exercitio ſuſpenduntur, quoties in exitu cauſæ, ob crimina officijs paritèr privari poſſent.*

37 *Subſtituentes, ob ſubſtitutorum crimina in officijs commiſſa, obſtringuntur.*

38 . . . *non autẽ cum ex neceſſitate ſubſtituunt.*

39 . . . *ſecùs, ſi ex voluntate: nam tunc re vera, ob ſubſtitutorum delicta tenentur.*

40 . . . *potiſſime, cũ ex ſubſtitutione, emolumentum capeſſerint.*

41 . . . *ac ſubſtituendi facultatem, ex regali privilegio obtinuerint.*

42 . . . *& ex clauſula, præcipuè in privilegio appoſita, dummodo de Culpis, & defectibus ſubſtitutĩs teneatur.*

43 *Subſtitutio à Superiore approbata, regulariter ſubſtituentem eximit.*

44 . . . *ſi tamèn Superior in ipſa approbatione, clauſulam adhibuerit, ut de culpis, & defectibus ſubſtituti, ſubſtituens in forma teneatur.*

45 . . . *qua cautela de more Regiam Cameram quotidie uti, etiam auctoritate probatur.*

46 *Pæna ſuo gaudet auctore.*

47 *Delicti alterius pęnã nemo patitur.*

48 . . . *proùt, nec uxor pro marito; ſivè maritus pro vxore: nec filius pro patre, & è contra, pænas ferunt.*

49 *Pænam, quam delinquendo magiſtratus incidit, nequaquam incurrit, qui pro ſuo geſtore ſe adſtrinxit.*

50 *Subſtituens, pro ſubſtituto licet obligetur; id tamen, civili intelligitur, non autèm in criminali iudicio; ni particeps delicti fuerit.*

51 *Officij privationis cauſa dicitur civilis.*

52 *Sub-*

52 *Subſtituentes exceptis pœnis criminũ, ſivè corporis afflictionis, in cæteris prout ſubſtituti, & ipſi multantur, etiam proprij officij privatione.*

53 *D.R.Fabius Capyc.Galeota cõmẽdatur.*

54 . . . *prout D. Reg. Matthias de Caſanata.*

55 . . . *ſuſpẽſionis ab officio decretum, præãbulũ, ut aiunt, eſt privationis.*

56 *Subſtituens in officio, an ſubſtitutum in judicio exhibens, à contracta obligatione liberetur, remiſſivè.*

ARGVMENTVM.

Deteſtabile eſt adeo falſi crimẽ; vt (quidquid Romanorũ ſtatuatur jure,) noſtri Regni ſanctionibus, qui id admiſiſſe deprehenditur, naturalis mortis ſit pœna plectendus. Officia habentes, quanquam emptitia, non modo ex falſi, alijſque in officio patratis ſceleribus; ſed ex negligentijs quoquè atquè omiſſionibus, ſuis privantur muneribus, ex clauſula præſertìm, etiam de regiæ Cancellariæ more apponi conſueta, *donec*, ſcilicet, *benè, & fideliter te geſſeris*. Subſtituentes pro ſubſtitutorum delictis, culpiſquè; adeò Ciuiliter tamèn (niſi criminum participes fuerint,) tenentur, vt eaſdem pecuniarias pœnas, quibus ipſi ſubſtituti multantur, etiàm officij privationem, ſubire cogantur; idquè judicatarum etiàm rerum comprobatur exemplis.

PRO REGIO FISCO

CVM

V. I.D. Ioſepho de felice S. R. Conſilij Actorum Magiſtro.

Diſſertatio XIV.

1 PRæclara majorum imitanda facinora *Cic.* monuit 2. *officiorum, & 3. Philip. & 2. de leg.* 2. quod apud ſapientes honeſtiſſimum putavit *Plin. Iun. epiſt.* 4. Quamobrẽ juſtiſſimũ cenſendũ erit, ſi digniſſimi Prædeceſſoris veſtigia, inſtantiamque ſectati; ad venditionem officij Magiſtri actorum Sacri Conſilij, ob delicta à ſubſtituto in eodem patrata, in proprietarij eligentis perniciem progredi, nos quoque Inſteterimus.

Quod, ut dilucidiùs firmetur, Ex facto præſciendum erit ab V.I. Doctore Ioſepho de Felice Sacri Conſilij actorum magiſtro in officij exercitio, virtute regiæ ſibi factæ facultatis, quẽdã Iuvenẽ fuiſse ſubſtitutũ, qui cùm in falſi crimen incidiſset, pro quo ab eodẽ Sacro Senatu Nono Kalen. Iulij M.DC.LV. ad informandũ, (vt dicimus) & capitula, cũ termini dierũ quĩdecim reſtrictione, citatus fvit; ideoq; regij fiſci patrono poſtmodũ, tàm pro ſequeſtratione, quã ejuſdẽ officij vẽditione inſtante: ut in illius exercitio, perſona per Regiã Camerã eligeretur, quæ emolumenta deponeret XII. Kal. Nouembris priore loco decretũ fuit; Cumque venditionis alterum caput, in

in regij Ærarij commodum, explican-
dum nunc ſuperſit; ut propoſita id-
circo fiſcalis Inſtantia juſtiſſima de-
monſtretur; duo præſertim firmantes,
nos pretium facturos operę exiſtima-
mus.

Primum ſcilicet, ob hoc falſi crimen
principalem officiarium, (ſi ipſe deli-
quiſſet) vltra corporis pœnam, offi-
cio privandum fore.

Secundùm, ex hujuſmodi ſubſtituti de-
licto, ipſum paritèr proprietarium of-
ficij jactura multandum eſſe.

Quod ad primum; Noſſe incongruum
2 non erit, quidquid cõmuni Romano-
rum jure diſpoſitum ſit, ut *in l. 1. §. fin.*
D. ad l. Cornel. de falſis l. vbi falſi 22.
C. eodem §. item lex Cornelia Inſtitut.
de public. Iudic. ibiq; DD. Afflict. deciſ.
21. *addentes ibidem Boer. deciſ.* 82. *nu.*
40. *Clar. in § falſum nu.* 40. *addenteſq;*
num. 261. *Farin. de falſis, & ſimulat.*
quaeſt. 150. *nu.* 19. *cum ſeq. Menoch. de*
arbitr. Iudic. conſ. 306. *Caball. reſolut.*
criminal. 165. *nu.* 19. *& ſeq. centur.* 2.
Hieronymus Buccaron. de differentijs
inter Iudic. ciuil. & crimin. different.
53. *in fin. & different.* 110. *n.* 1. *cum*
ſequ. Guglielm. Boakelius diſquiſ. pu-
blic. ſivè de publicis Iudicijs diſquiſit.
8. *nu.* 1. *D. R. Reverter. deciſ.* 302. *n.* 2.
in princip. ibiq; D. R. de Marin. n. 2. *D. R.*
Sanfelic. deciſ. 58. *nu.* 4. *lib.* 1. *& deciſ.*
3 408. *ſub nu.* 4. *lib.* 3. patrio noſtro jure
ob falſi crimen, mortis pęnam inſli-
gi, ſic *Frederico Imperatore* ſanciente
in Conſtit. Iudices ubiq; locorum, De no-
tariorum, inquiente, *& Iudicum ma-*
nibus, in conficiendis publicis documen-
tis veritas intemerata procedat: in qui-
bus ſi falſitas fuerit, vel corruptela pro-
bata, non mutilationis manus, ut olim;
ſed decapitationis ſupplicium ultimum
temerarius patiatur, probavitq; ibi-
dem *Andr. de Iſernia, Bartholomaus de*
Capua, Io: Grill. & Grammatic. nu. 1.
Afflict. n. 9. *in* 8. *notabil. Balzar. n.* 12.
& 13. *idem Grammatic. deciſ.* 27. *n.* 1.
Capyc. ita judicatũ referens *deciſ.* 153.
in fin. Cardinal. Thuſc. pract. concluſ.
verb. falſitas concluſ. 41. *num.* 44. *in*
verſic. prout in Regno Neapolis, D. Pra-
4 *ſci de Franch.* de viridi teſtatus cõſue-
tudine *dec.* 444. quã *Petrus Caball.* cõ-
mendat, *reſolut. criminal.* 89. *n.* 5. *lib.*
1. *de Mari ad cit. Grammat. deciſ.* 27.
in princip. Maſull. ad Capyc. dicta deciſ.
153. *n.* 1. *Viſcont. ad dictam deciſ. de*
Frãch. 444. *in princ. D. Epiſcop. Riccius*
in collect. deciſ. par. 6. *collect.* 2176.
verſic. de notario, Scialo in prax. forin-
dicat. cap. 3. *nu.* 178. Quàm quidem
Regni Conſtitutionem, non modo de
5 Tabellionibus; verũ etiã de Actuarijs,
ac ſcribis intelligendam apud nos eſ-
ſe, ex *Grãmatici* auctoritate *in eadem*
Conſtitutione num. 7. aliorumque tra-
ditum, obtentumq; fuit *in differt. lib.* 2.
num. 13. & pendendum Caroli I. ca-
pitulum eſt *Vt qua ab Excellentia*, ut
præ alijs notat *D. R. Capyc. Galeot. fiſc.*
reſp. 15. *num.* 4. extat ac altera Regni
Conſtitutio *Qui litteras*, qua eadem
vltimi ſupplicij pęna, regia adulteran-
tibus diplomata, irrogatur; quarum in-
ſtar Sacri Conſilij, regiæquè Cameræ,
(ut nos dicimus) proviſiones exiſti-
mandas, in ſpecie judicatum refert
D. R. Revert. d. deciſ. 302. *par.* 1. & prę-
ſertim, vbi ex patrato falſi ſcelere, fur-
6 ta, prout in hac re, nec modicæ quãti-
tatis, obvenere *D. R. Rever. cit. dec.* 302.
nu. 2. *circa princip.* ſatiſq; vrget apud
D. R. Salernit. judicium, quo infelix
quidam Iuvenis, qui falſas conſtru-
xerat proviſiones, è quibus furtum
evenit, quindecim aureos nõ excedẽs,
morti fuit addictus *deciſ.* 27. *per tot.*

Recenſita igitur, hujus Criminis Reis in-
dicta pęna; faciliter ad propoſitam cõ-
7 cluſionem devenitur; falſum nempe
committentem, quovis etiam benefi-
cio, officiove privandũ, quemadmodũ
in eccleſiaſticis officijs, beneficijſvè *S.*
P. Innocentius III. ſtatuit *in cap. ad fal-*
ſariorum 7. *de Crimin. falſi*, *ibiq; Abb.*
Antiquus, Cardinal. Zabarell. Io: Andr.
Anan. Hoſtienſ. Ancharan. Butr. Panor.
Vrvian. Anton. Auguſtin. Alagon. Xi-
men, alijque ibidem, quos ſequitur

Barboſ. in collect. ad lib. 5.Decret. tit.
20. & in allegat.57. num. 234. de of-
fic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. ante
eum *Afflict.cit.deciſ.21.nu.2.Boer.de-*
ciſ.291.n.2.verſic.ſed Cardinalis poſt
Foller. Cyrill. Diez Franc. Marc.cate-
roſque Farinac.de falſis & ſimulat.cit.
quæſt.150.n.44.Cæſar Lambertin.Epi.
ſcopus Inſulenſ.de Iure patronat. par.1.
lib.2.artic.22.qu.9.n.2. pag.643.Petr.
Gregor. rei beneficiar. cap.26. num.12.
Gonzalez adregul. Cancellar. 8.*gloſ.*
15.n.37.pag. 372. Azor. Inſtit. Moral.
par.6.lib.7. cap.17.q.1. verſic. quintũ
crimen , Nicolaus Garzia de beneficijs
par.11.cap. 10.§.2. num.170. Melchior
Lotter.de re benefic.lib.3. qu.30.n.90.
R.P.Bapciſta Fragoſius de republ. Chri-
ſtiana tom.1.lib.2.diſp.4.§.20. n.272.
& diſput.3.§.6. nu.131.135.136.tom.
8 2. & in Regalibus officjs elicitur ex
text. in l.ſi aliquid. 12. C.de ſuſceptor.
Præpoſ. & Arcar.lib.10.l.2.C. de pala-
tin.ſacr. largit.lib.11.l. Iudices 12.C.
de dignit.lib.12.Franciſcus Marcus de-
ciſ.667.in princip.lib.1. D.R.Sanfelic.
deciſ.61.nu.1.lib.1.

Idque præſertim partes ſibi vindicat, ex
clauſulis in officiorũ conceſſionibus,
9 Cancellariæ quoq; more apponi con-
ſuetis, DONEC ſcilicet BENE, LE-
GALITER , ET FIDELITER TE
GESSERIS, ex quibus, ſicuti recto,
fideque ſervatis, removeri nequevnt
officiarij: quoniam dum jus jurandum,
10 fidelitatẽq; ij adſervant, pęnitendi jus
Reges non habere, notabiliter inquit
Bald.in cap.pervenit 3.n.1.ſub verſic.
quod durante, quẽ ſequitur *Felin.ibid.*
nu. 11. in fin. & poſt alios *Maſtrill. de*
magiſtr.lib.1.cap.27. num. 21. ita pa-
riter commiſſis in officijs poſtmo-
dum criminibus, vel ex ſuis principijs
conceſſiones reſolvi, apertiſſimè ſen-
ſerunt *D.R.Loffred. conſil.21.num.11.*
verſic.ſed dictus Cæſar , D. Præſes de
Franch.deciſ.457.num.11. Surgent.de
Neapol.illuſtr. cap.17.num.36. Marius
Muta in pragm. Regni Siciliæ tit.13.n.
15.D.R.Conſtantius in l.1.num. 108.
verſic. unde poſſet. C. pœnis fiſcal. cre-
dit. præferr. lib.10. D.R.Rever. deciſ.
440.n.4.lib.2.D.R. de Ponte deciſ. 7.
ſub num.38. D.R.Rovit.conſil.106.nu.
23. lib.2.Dom.R. Merlin.contr.forenſ.
cap.30.nu.5.centur. 2. Montan. etiam
11 in Creditorũ, aſſeſu munitorum per-
niciem id aſſeverans *in tract. de rega-*
galibus tit. de regalibus offic. num. 69.
Amicangel.de regalibus officijs qu. 15.
num.17.& qu.20.n.10.D.R.Galeot.re-
ſponſ.fiſcal.15.num.122.& ſequent. ſic
egregie ſubdens, *non minus enim ba-*
ſis, & ſubſtantia feudi eſt fidelitas, quã
in officio baſis ipſius , & fundamentum
eſt, ut bene, & fideliter cum pura con-
ſcientia illud Rectores adminiſtrent
d.reſponſ.fiſcal.15.n.128.

Qua de re, non exigenti modò hoc falſi
ſcelere; ſed etiam ex alijs in officio
12 criminibus, officiarios privandos eſ-
ſe, edoce[illegible]ur ex *l.ſi quos 3. C. de*
offic.Præfect.Prætor. orient. & Illyr. d.
l.ſi aliquid 12. C. de ſuſceptoribus, &
arcar. lib. 10.l. 2.C. de palatin. ſacra
largit.lib.12.& d.l.Iudices 12. C. de
dignitatibus lib.12.Io:de Platea in cit.
l.aliquid,Capye.deciſ.121.n.17.& 18.
Caſtill. Bovadill.politicor. tom.1.lib.1.
cap.16.nu.17.& 18.& lit.B.ex Bald.
Dec.Capella Tholoſan. Franc.Marc.Ro-
bert. Lancell. alijſq; Farinac. de deli-
ctis, & pœnis quæſt.19. nu. 43. Bellug.
in ſpecul. princip.rubric.26.de privat.
officior.§.princeps nu.6. Catalan.de In-
dult. cap.42. n. 12. Antonius Perez in
tit.C.de ſuſcep.lib.10.n.23.D.R. Rucr.
dec.2.nu.2.par.1.D.Præſes de Franch.
dec.457.in fin.D.Cõſil.de Georg. alleg.
42.n.15.& 17.Capiblanc. de Baronib.
prag.5.n.56.lib.1.D.R.Valenzuol.conſ.
35.n.35.lib.1. cœteros congerit *Giur-*
ba conſil.crimin. deciſ.44. num. 13.&
conſil. 65. num. 45. Paulus Chriſtin.
deciſ.belgic.162.nu.1.vol.1.Io:Baptiſ.
Spada conſil.88. num.1. D. R. Merlin.
contr.forenſ. cap.28.n.4 & ſeq.cent.2.
D. R. de Marinis in obſervat. ad deciſ.
260.D.R.Revert.verſic. ulterius lib.1.
13 & ſi fraudem dumtaxat ij commiſe-
rint

Digitized by Google

rint *Afflict. in conſtit. officiales reipu-
blicæ numer. 1.* cuius ductus auctori-
tate, hæc efformat verba *Dom. Reg.
Sanfelic. caveant etiam nè commi-
ctant aliquam fraudem in eorum officio,
quia ſunt privandi officio, & ad illud re-
dire nō poſſunt, etiā ex reſcripto princi-
pis, cit. dec. 61. in princ. lib. 1.* Ac quā-
vis fraus non magni, ſed parvi fverit
momenti poſt *Lucam de Penna in d.
l. ſi aliquid C. de ſuſceptor. & arcar. lib.
10. Montan. de regalib. officijs num. 70.
in princip.* poſt *Capyc. & R. de Ponte,
Amicangel. de regalibus officijs cit. qu.
20. num. 11.*

Quinimò multoties, non modo ex ſce-
14 leribus, fraudibus, aut culpis in officijs
adhibitis; ſed etiam ex negligentia,
omiſſionibuſvè illorum privatione
multari, elegans ad rem præ cœteris
textus affertur *in l. quicunq; 5. C. de
diverſ. offic. & apparitor. lib. 12.* vbi ſic
Iulianus Caſar reſcripſit, *Quicūq; appa-
ritores ob culpā, vel NEGLIGENTIAM
fuerint judicato diſcincti, jam ad nul-
lam militiam habeant facultatem aſpi-
randi, nec ex reſcripto his vllus aditus
reſeretur*, ac ex *l. carceri 9. D. de cuſto-
dia reorum*, et *cit. l. 3. C. de offic. præfect.
prætor. orient. §. ſancimus in princip.
Authent. de armis*; tradidere *Roman.
conſil. 467. n. 8. verſic. circ. officium, Ma-
ſtrill. de magiſtrat. lib. 6. cap. 5. num. 18.
Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. caſ. 55.
num. 7. Aviles in cap. prætorum cap. 9.
verb. lei n. 3. verſic. tertius caſus, D. R.
Moles in deciſ. manuſcript. in tit. de
pœnis, ad quas tenentur offic. ſub verſic.
item poteſt puniri, D. Conſil. de Georg.
alleg. 42. n. 9. et n. 15. & 16. D. R. Rovit.
dec. 36. n. 14. Giurb. cit. conſ. 44. n. 14. &
15. D. R. Sanfel. dec. 61. n. 12. lib. 1.* ac
ex *Io: de Plat. Luc. de Penn. Bald. Afflict.
Parid. de Put. Amed. de Pont. Iul. Clar.
Franc. Marc. Bovad. Seſſe, Farinac. Paul.
Chriſtin. Amaya, Capibl.* alijſque, *D.
Conſil. Carleval. de Iudicijs lib. 1. cit. di-
ſput. 2. n. 518. & ſeq. D. R. Merlin. contr.
forenſ. cit. cap. 28. n. 6. verſ. & de omiſſis,
D. D. Chriſt. Creſpi de Valdaura illuſtr.
obſer. 98. num. 10. & 11. lib. 2.* ante eos
*Dom. R. Rever. deciſ. 104. circ. fin. lib. 1.
juxtà ordinem D. R. de Marin.*

Quòd certè negligentiæ, omiſſioniſvè
crimen, tanti apud noſtros penſum
eſt; vt regium quoq; crediderint, poſ-
ſe Solium maculare; cum & Reges
ipſos ob omiſſam, neglectamque Iuſti-
15 tiæ adminiſtrationē Regnis, illorum-
que Regimine privari poſſe, college-
rint ex *cap. grandi 2.* ibique *gloſſ. in
verb. Regis, de ſupplēd. negligent. præ-
lator. in 6. Iaſon in l. eum qui 3. nu. 4. C.
de procurat. Lancellott. Conrad. in tē-
plo Iudicum lib. 1. cap. 2. §. 1. nu. 14. Ca-
ſtill. Bovadill. lib. 5. politicor. cap. 1. nu.
153. & ſub n. 196. tom. 2. D. Conſiliar.
Carleval. de Iudicijs cit. diſput. 2. lib.
1. num. 134. verſic. & Rex negligens, &
ſub n. 518.* ſequitur *D. Chriſtoph. Cre-
ſpi de Valdaur. obſervat. illuſtr. obſer-
vat. 98. nu. 8.* quodq; exemplo Ven-
16 ceſlai Imperatoris, etiam Summi Pon-
tificis Bonifacij IX. voluntate depoſi-
ti, probavit *Caſtill. Bovadill. loc. mox
cit. ex Conſal. de Illeſc. Hiſtor. Ponti-
fic. par. 2. lib. 6. in vita eiuſdem Boni-
fac. IX. cap. 9. pag. nobis 29. colum. 3.
verſic. en eſtas*; idque confirmat *Tleu-
terus*, in ipſius Venceſlai vita, his ver-
bis, *ſic luxui, ignáviaq; deditus, admini-
ſtrationē imperij prorſus NEGLEXIT.*

Hinc Regum Regem Deum optimum
17 maximum, propter illatas injurias, de-
negatamque ab ipſis terrenis Regibus
Iuſtitiam, de gente in gentem Regna
traſtuliſſe, elicitur *Eccleſiaſt. cap. 10.
Regnum de gente in gentem transfer-
tur propter injuſtitias, & Iniurias, &
contumelias, & diverſos dolos, Baruch.
cap. 4. verſic. juſtitias autem*, firmatq;
d. Conſ. Carlev. d. diſp. 2. n. 134. in fin.

Quod tamen (ut ad noſtram ſpeciem re-
18 vertamur) recipiendum accuratius
putant, ubi negligentia diſſoluta, do-
lo proxima, ac gravibus, non verò
levibus in rebus commiſſa ſit *Lucas
de Penna in l. Iudices ſub num. 1. C. de
annon. & tribut. lib. 10. Paris de Puteo
de ſyndicat. cit. verb. negligentia cap. 1.
num. 11.*

nu. 11.comprobant ex innumeris *Ma-
ſtrill. de magiſtrat. tom.2. lib.6. cap.
10.nu.44.Giurba conſil.72.nu.8.Ama-
ya in d.l.Iudices num.5. C.de annon.&
tribut. lib.10. D.R. Merlin.d. cap.28.
num. 8.centur.* 2. ante eum *Caſtill.
Bovadill. politicor. tom.2. lib.5. cap.1.
nu. 134. verſic. y por eſſo, Villadieg.in
ſua politica cap.6.§.2.num.15. Gabriel
Berart.in ſpecul.viſitationis cap.25.n.
35.Ioſeph Ramon. conſil.35. num. 33.
centur.* 1. noviſſimè *D. Cæſar Carena
practicar.reſolutionum reſolut.9.n.17.
D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaur. obſer-
vat.illuſtrat. cit.obſervat.98.nu.11.in
fin.* quodque inſigniter his verbis *Vl-
pianus* compreſſit, *diſſoluta enim NE-
GLIGENTIA propè dolum eſt*, vt *in l.
ſi fidejuſſor 29.D. mandati*.

Nec rectè adversùs fiſcum antiqua, &
jam profligata, atque exploſa oppoſi-
tio, iterùm induci valet: de officijs ſci-
licet venalibus agi, quorum proprie-
19 tates, ſivè pretia maximoperè jus di-
cẽtes, emptoribus equidẽ ſervare de-
cet, ut ex *Crav. Roland. à Valle, Hiero-
nym.Gabriell. Camill.de medic.D.Reg.
Caccacio, ac D.R. Capyc.Latro* traditum
fuit *Differt.5.n.24.& differt.11.nu.9.*
ex *Rotæ Romanæ* præſertim anctorita-
tate, quà ter pronunciatum fuit, Ta-
bellionem falſi criminis reum delatũ,
ac officij præſertìm emptitij privatio-
ne damnatum, illius ſolũmodò exer-
citio ſpoliatum;non autem proprieta-
te, ſeu titulo privatum dici, ex *gloſſ.
in fin. Authent. de armis Bartol. Angel.
Io:de Platea Iacob.Rebuff.* ac *Tiraquel.
par.1.diverſorum decis.769. nu.11.&
ſeq.& deciſ.812.nu.19.* & penes *Fari-
nac.conſil.5.lib.1.& conſil.111.circa
finem, lib.2.* vbi tertia id quoque vice
tradidit judicatum..

Namque denuò reſpondere juvabit;non
20 ex eo quod quãplura,miniſterij præ-
ſertim officia venalia ſint effecta,de re-
galibus eſſe deſijſſe;eorũdẽq;vel pro-
inde arctis legibus adſtricta non re-
manſiſſe *Freccia de ſubfeudis lib. 2.
auctorit.1.quæſt. 57. Muta in pragmat.
Regni Siciliæ tit.13.nu.12.cum ſeq. D.
R.de Ponte deciſ.7.nu.33. & 34.D. R.
Rovit. conſil.104.nu.14.lib.2.D.R.Ca-
pyc.Latro conſult.34.num.59.lib.1.* Vt
propterea, ſicuti cœtera officia, (vt di-
19 ximus) ex criminibus in eiſdem patra-
tis, in commiſſum cadunt; ita & vena-
lia in id incidere juſtiſſimum ſit, vt in-
ferius ex *DD.*RR.Revert.*de Ponte*, Ro-
vit.Merlin.alijſque.

Rursùs, & ſi officia pretio conceſſa ſæpè
numero ſint; in eorumdem tamèn (vt
animadverſum fuit) conceſſionibus,
etiàm ex Cancellariæ (vt ajunt) ſtylo,
22 clauſulam reperiri, *donec, & quouſq;
bene, & fideliter te geſſeris*: quæ tam
juſta, jurique conſona eſt; vt quamvis
fortaſſis non exprimeretur; ſuaptè
rei natura appoſita cenſeretur *D.R.
Loffred.cit.conſil.21.num.11.ſub ver-
ſic. ſed dictus Cæſar. D. R.Conſtantius
in cit.l.1.nu.108.verſic. vnde poſſet C.
pœnis fiſcalibus credit.præfer.lib.10.D.
R.Rovit. conſil.104.num.14.& cit.con-
ſil.108.num.23.volum.2.* ac adhibita,
reſpectù creditorum diſtinctione *Mon-
tan.de regalib.officijs cit.n.69. verſic.
punctus eſt*. Quà fit,vt cum nec rectè,
nec fideliter officiarius ſe geſſerit, ſivè
gratuitò,ſivè pretio officium obtinue-
23 rit,non de Principe, nec de Iudicibus
conqueri pro certò queat; ſed ſibi ipſi
id imputare: dum talibus ab officij
origine obſtrictus legibus, ſuiſque li-
gatus inſtitutionibus, periculorum,
quibus ſubiectus, culparumve, queis
obnoxius, non ignarus; ſivè ſcelera,
in eo commiſit; ſivè negligenter,omiſ-
ſavè ſuis legibus obſeruantia,officium
ipſum in reipublicæ quoque exercuit
detrimentum, ut præ alijs firmarunt
*Muta in pragm.Regni Sicil. lib. 1.cit.
tit.13.n.15. D.R.de Ponte cit. deciſ.7.
num. 34. & 38. D.R. Rovit. cit.conſil.
104.num.14.lib.2. D.R.Merlin. contr.
forenſ.cit.cap.30.n.6.& 7.*

Quamobrem egregiè *ex Iaſon. & Goza-
24 din.* inquit *Georgius de Cabedo*, vt ſi ab
officiali,illius tamẽ culpa, officiũ etiam
emptitium Princeps auferat, ad pretij

satisfa-

Digitized by Google

ſatisfactionem minimè teneatur *decif. 20.num.4.par.2.* ſequuntur *Maſtrill.de magiſtrat.lib.1.cap.27.num.39. D.R. Merlin.cōtr.forenſ.cap.30.* ſub *n.4.centur 2.* textū ad id expendens in *l.ordinariorum 7. C. de Cohort. & principibus lib.12.* ubi *Cæſares* generaliter non ſolū exercitio; ſed officio metipſo delinquentes orbaſſe videntur, ibi, *eos etiam, qui pro ſceleribus ſuis, ſoluto militiæ cingulo addicūtur infamia, nec integro peculio ſub hac occaſione latentur.* vbi *Bart.* ſic ait, *ſolutus militia ob delictum, non ob hoc quietem accipiet, & bona talis delinquentis illi militiæ relinquūtur;* & clariùs *Ioan.de Platea* id his verbis enucleat in *eadem l.ordinariorum* ante *numerum primum, 7. à qua adminiſtratione ſi propter eorum delictum cum infamia fuerint remoti, perdunt ſalariū, & omnia ſua bona illi officio, quòd fraudulenter adminiſtrabant, relinquuntur,* & paulo inferius, *& multo majorem pœnam patitur delinquens, & fraudulenter adminiſtrans officium; quia totum ſalarium, quòd ſibi debetur, perdit,* ſicut & aliàs *infra ead. l. fin. & vltra hoc omnia ejus bona applicantur illi functioni, ideſt officio, quod dolosè adminiſtrabat, etiàm ſi fuerit extremum, ideſt paruum, & infimum officium,* & poſt *Iacobum Cujaciū,* ibidem, ſequuntur *Novar.in addit.ad Dom. Præſid. de Franch. decif.8.verſic. nota tamen, D.R.Merlin.cit.cap.30.nu.4.* ſed antè eum id quoq; tradidit *Iacobus Rebuffus in eadem l.ordinariorū verſic. item ſoluti, & verſic. illi autem, & Antonius Capye.Plateam* ſectatus *d. decif.121. num.17. in princip.* quibus cōcinna *Antonij Perez* verba ſunt addēda *in cit.tit.58.de cohort.et principibus lib.12.ſub n.14.ſi vero,* dicētis, *illi ob ſcelera ſua ſoluto militiæ cingulo addicerentur infamia; aut non dum expleta militia ignominiosè mitterentur, ex eorum bonis paſtum primipili compleri placuerit,* antè eum ex alijs probavit *Farinac.cit.qu.19.ſub nu.43.*

Vivamquè aliam ſuperaddere idem *D.R.Franc.Merlin.* conatur rationē, ut ſcilicet, ſi in officio delinquentis pœna, adminiſtrationis dūtaxàt cōtineret interdictionē, fraudibus via aperiretur, delinquendiq; materia prorſus præberetur, à quò abhorrendum dictat Vlpianus *in l. ſed Iulianus 9. §. mutui in fin.D.ad Senat.Conſult.Macedon.* ex alijs *Cæſar. Argel.de legit. contradict. q.10.artic.8. num.104.* cum quiſque
26 de officij proprietate ſecurus, à delinquendo minime detraheretur, *cit. cap.30.contr.forenſ. nu.7. verſic. idq; ipſum*, ſequitur longe poſt hæc in lucem editus *Conſtantinus Cæſarus* dignus Iure conſultus, ingenuiſq; præditus moribus in *ſpecul.peregrin. q.q. lib.1.q.2.n.22.*

Præterea ſi quandoque officio, ſivè eius titulo criminoſi perpetuo priuati non
27 ſunt, id obvenire credendum; aut quia probationes ferè in ſceleribus hiſce deficiunt; aut quoniam commiſſa non ita ſunt noxia, ut de his inſerendis pœnis, judicium ſuperſit; non enim ſempèr, omnique in cauſa officij privatione plecti officiarios poſſe, præ cæteris monuit *D.R. de Ponte decif.7.nu.11.* & nos etiam rerum noviſſimè judicatarū exēplis, ſupra firmavimus *diſſert.11. nu.20.* ſicuti veteribus diffinitionibus cōprobarunt *D.R. de Ponte d. dec.7.n.11.* vbi hujus fideliſſimæ Civitatis Iuſtitiarū, refert, ad vēdendū ſolūmodo officiū in ſui tamèn beneficiū, ex ſententia fuiſse coactum. ſicuti Marchionem Padulæ regium in Iapygia Apuleæ Dohanerium triennium ab officio ſuſpenſum fuiſse; quò effluxo ad illius venditionem, in ſui quoq; commodū obſtrictū, alijſq; pecuniarijs pænis fuiſse condemnatum *decif.16. per tot. & in fin. D.R. Conſil. de Georg.cit. allegat.42. in fin.* duobus, inquiens, ex inquiſitis decretā per prius interdictionē, in pœnā tātūmodo ceſſiſſe: ac *D.R.Rovit.dec.36.in fin.* quo loci teſtatur, & interdictionibus ad præfinitū tempus, alijſq; pecuniarijs pœnis in ea cauſa reos dumtaxat fuiſse damnatos,

natus ſequitur *Montan. de regalibus offic. nu.70.in princip. Amicangel.cod. tract.cit.q. 20.ſub n. 13.*

Et præcipuè, cũ ex delicto officiali jure
28 ipſo infamia non irrogatur, vt docuit *Bald. in Authent.habita C.ne filius pro patre num. 54. in princip.* probatquè *D.R.Revert.deciſ.2.ſub verſic.2. lib.1.* textũ ponderans *in cit. l.Iudices 12.C. de dignitatibus lib.12.* ijs fortaſse verbis, *qui ſe furtis, & ſceleribus*; ſed Clarius Imperatores *in l.infamia 8.C. de decurionib.lib.10.* reſcripſere *infamia, quæ tibi abominãda eſt, non etiã amiſſionis oculorum caſus, quæſitum tibi adimit honorem.* cętera affert *gloſ.* tùm in hac *l.infamia*, cùm *in dicta l. judices C.de dignitatibus lib.* 12. Ideoquè ob horum facinorum varietates, eorumq; circumſtantias, varias quoquè
29 noſtris Regni Iuribus pænas impoſitas fuiſse; atquè in ijs inferendis ſummoperè prudentiſſimum Iudicis arbitrium verſari, appoſitiſſimè tradidit *D. R.de Ponte cit.deciſ.16.n.1.cùm pluribus ſeq.&* proprie *n.10.* commendatq; *D. R. Merlin.* totum id Iudicis prudẽtiæ, conſcientięquè relictum admonens *contr.forenſ. cent. 2. cit. cap.29. num.*8. ante eum *Anton. Faber. in ſuo Cod.lib.9.tit.25. de pœnis diffin.12. in alleg.num.4.*

Atqui ſi delicta fuerint probata, & gravia quidem, ac hujus maximè generis extiterint: contra omne, tùm publicũ, tùm fiſcale jus eſset, officiarios debitis pænis non feriri; atq; officia Regio non addici Ærario. Contrà publicum ſane jus foret; quoniam publica ratio, quæ cœteris præcellit, inter cętera criminum connumerat cohercțio-
30 nẽ ex *Plat. Tull. Pithag. ac Theophr. Stob.ſer.41.et 42.* apud nos *l.ſi ita vulneratus 52.§.quòd ſi quis verſic.cũ neq; impunita D. ad l. aquiliam l. congruit 13.D.de offic.præſid.l. licitatio 9.§.quòd illicitè D. de publican.cap.vt fama 35. §. 1. de ſentent. excommunicat. Can. eſt injuſta 23.quæſt.4.extravagant.ad reprimendum in princip. ibique Bart. Grammat. deciſ.36. in princip. Cardinal. Tuſcus practic.concluſ.tom.1. lit. D.concluſ.157. per tot. Cabedo deciſ. luſitan.75.nu.1.par. 1. Cardos in prax. Iudic. & advocat.verb.delictum nu.9. & 10. Azeved.in l.14. nova recopilat. nu.1. tit.9.lib.3. Solorzan de parricid. lib.1.c.1.& de Iur.Indiar.tom.2.lib. 4. cap.5.n.6.et in emblemat.70.n.5. verſic.nec minori. Amaya in l.fin.n.7. & 8. C.de jur. fiſc. lib. 10.& obſervat. Iur. lib.2.cap.4.n.1. D. R.de Marin.reſolut. Iuris lib.2.cap.10. num.12. in princip. D.R.Marcian. diſput.forenſ.lib.2.diſp. 64.ſub nu.11.* Vndè in ſpeciè in publica ineſse vtilitate, ut in officio delinquens, quamquam ex ſola id contingerit negligentia, ab eo removeatur ex *Roman. & Menoch.* comprobat *D. R.Galeot.reſponſ.fiſcal.15.num.93. &*
31 *94.* præ aliorum præſertim exemplo, juxtà illud *Horatÿ Epiſt.lib.1.epiſt.17.*

Oderunt peccare mali FORMIDINE pœnæ;

Vt EXEMPLO deterriti, minùs delinquant Vlpianus reſpondit *in l.ſi quis forte 6. §.ſi quos D. de pœnis*, & Claudius ſivè Venulejus Saturninus *lib.ſingular. de pęnis paganorum*, vt in *l. aut facta 16.§. fin. D. eod. quoties nimirũ multis perſonis graſsãtibus EXEMPLO opus ſit.* Et Iuſtinianus itidem *in l.ſi quis ſeruo 20.in fin.C.de furtis, & ſer. corrupt. Nè ex hujuſmodi IMPVNITATE, & in alium ſeruum, qui facilè poſſit corrũpi, hoc facere pertentet.* Quẽadmodũ, & Summus Põtifex ſtatuit *in cap.irrefragabili 13. §. cæterũ de offic. Iudicis ordinarÿ, quòd METV pœnæ ſalia de cætero non præſumant*, & *canon. de his 12.33.quæſt.2.* Et *alÿs, EXEMPLVM tribuant, quatenus ab obſcenis cupiditatibus retrahantur*, & docuere *gloſſ.in cit.cap.irrefragabili §.cæterum in verb.metu pœnæ de offic.Iudic. ordinar. Cardos in praxi judic. & advocat. verb.delictum nu.8. Franciſcus Zipæus in tract.judic. magiſtrat. & Senat. lib. 1.cap.20.num.2.verſic. pœnarum ratio Martin. Mager.de Advocat. armat.cap.*

17.nu.

17.*nu.*138.*Guil.* Bokelic. *de public. judic.diſquiſit.6.pag.*101.*colum.*1.*verſic. exempla autem,Anton. Pichard. Inſtit. lib.* 4.*tit. de publie. Iudic. in rubric. num.*1. *Amaya in l.eorum num.* 7.*C. de Iur.fiſc. lib.* 10. *Henningius Arniſaus de corrupt. rer.publie. lib.*2. *cap.* 5.*ſub verſic. eſt,& alia pag.* 215. illud, *Vegety* referẽs *lib.* 3.*cap.*4. *vt ad omnes METVS, ad paucos pœna perveniat*,pro ut ajebat *Cicero pro Cluent.& ut vnius improbi ſupplicio MVLTORVM, IMPROBITATEM COERCERE*; quapro-
32 pter in propria de qua agimus ſpecie, *Gratiā.Valēt.ac.Theodoſ.Auguſti* ſic ſāncivere, *vt vnius pœna, METVS poſſit eſſe multorū in l.*1.*C.ad l.Juliā repetudar*.obſervatque ex alijs *D.R.Merlin. contr.forenſ.cit.cap.*30.*num.*8. *centur.* 2. & Solertiſſimus *Robertus Rex in Regni Capitulo vulgaris famæ proloquiū, illam*, ait, *puniri expedit, vt ſit locus EXEMPLO*.

Contra fiſci id Ius ſimilitèr foret, inter
33 publica quoque recenſitum *Franc. Aretin.conſil.*83.*num.*7.*Ripa in l.dotis num.*112. *&* 113.*D.ſolut.matr.Alfar. de offic.fiſcal.gloſſ.*9.*num.*12. *D.R.Valenzol. conſil.* 100.*num.*102. *volum.*1. *D.Larrea allegat.fiſcal.allegat.*1.*num.* 3.*& allegat.*107.*ſub numer.* 27. *lib.*2. Vt recto ab officialibus non ſervato, atque expromiſsa fide ſibi fracta, conventa contractus reſolutione, (prout cęteri gauderent homines,) & ipſe nō frueretur,officiorumq; pretiū proinde
34 ſibi addicendum haud decerneretur: quando Iuſdicentibus, (ex iuſtis vero cauſis) regale augere Ærariū, pro bono paritèr publico, eſse curæ nec mediocris æquidē oportet,vt ex Politicis,cōſultiſq;firmarūt *Alfar.de offic. fiſci loc. prox. cit. Garron. de jure fiſci cap.*1.*in princip.D.Io:Baptiſt.Larrea cit.allegat.* 1.*num.*3.

Sed tandem, ut inpoſterum nulla pror-
35 ſus in hac re ſuperſit ambiguitas, Supremorum Senatuum adducimus diſfinitiones. Sic etenim, ob culpas in officio magiſtri portulani Provinciarum Aprutij à ſe admiſsas Io: Baptiſtam Gazzellam fuiſse privatum, teſtis eſt *D.R.Revert.in deciſ.* 67. *manuſcripta lib.* 4. *& iuxtà ordinem Dom. R.de Marinis* 375. *in princ.lib.*2.ſicuti Magnificum D. Michaelem de Soria, ob malam in ſuſceptoris munere Provinciæ Principatus citrà geſtionem, officio depoſitum fuiſse, tradidit idem *D. R.Rev.dec.*440. *in princ. lib.*2.*ſecundum ſeriem D.R. de Marin.*

Quemadmodum à noſtro quoque Senatu, relatione facta in Regio Collaterali Conſilio, & coram Excellētiſſimo tunc temporis Prorege, Nicolaum de Montellis ſalis in hac Civitate Dohaneriū,etiā poſt repetitam quęſtionē,vltrà ſurrepti ſalis pretium,officio quoque, ad fiſci ſimiliter compendium, fuiſse abdicatū idem *D.R. Revert.* teſtatur *deciſ.*400.*eod. lib.* 2.

Sic paritèr Magnificum Ferdinandum Monſorio, Regium Apuleæ Dohanerium, ob ejus crimina, poſt receptam informationem, in Iudicij exordio, & ab officij exercitio remouēdum, illiuſque adminiſtrationem cum ſalario, & emolumentis viro à Domino Prorege eligendo fore demandatum, decretum refert *D.R. de Ponte deciſ.*7.*per tot.& in fin.*

Quę interdictio ab initio nullatenùs injū-
36 gitur;niſi quoties in exitu Iudicij pęna cōmiſſi ſceleris, officij infert privationem *Dom.Praſ. de Franch.deciſ.* 8. *D. R.Revert.deciſ.*2. *num.*4. *lib.*1. *D.R.de Ponte cit.deciſ.*7.*& deciſ.*25.*nu.*7.*Caball.reſolut. Criminal. lib.*1. *caſu* 76. *per tot.D.Conſil. de Anna in addit. ad ſingular. Io: Vincentij patris* 370. *D. Conſil.de Giorg.allegat.*42. *numer.* 21. *Caſtil. deciſ.*162. *num.*32. *lib.*2. *D.R. D.R.Merlin.* alios cōgerēs *cōtr.forenſ. cap.*28. *n.*12.*centur.* 2. *D. R. Sanfelic. deciſ.*61.*num.*3. *& in ſubſequent. allegat.ſivè deciſ.*62.*nu.*3.*lib.*1.*D.R. de Marin.in obſervation. ad cit. deciſ. D. R. Revert.*2.*n.*3.

Proùt Tabellionis Regiæ Curiæ officio, ex ſententia privatus fuit, Iulius Cæ-

ſar

ſar Guadagno, ac per Regiam Seſſionẽ exequutioni demãdata, ut in *conſil. D. R. Rovit. 106. ſub n. 22. lib. 2.* nil refragantibus hercle oppoſitionibus, factis, pro parte Ioannis Dominici filij illius ampliationem contendentis; interquas præ cæteris, quæ ſcitiſſimus *D. R. Io: Cauſillus Cacacius*, ejuſq; præclari quidẽ collegæ *magnifici Bartholomaus, et Emilius de Frãco* germani fratres allegarũt, *Aymonis Cravet. Camil. de Medic. Farinac. ac Rotæ Romanæ* auctoritates fuere, ut *in conſil. 105. n. 17. & 20. eod. volum. 2. conſil. D. R. Rovit.*

Ac (reliquis conſultò omiſſis) ſic ſimilitèr, ijſdem *Cravetta, Farinac. ac Rotæ Roman.* diffinitionibus examinatis, penes *D. R. Merlin. in cap. 30. contr. forenſ. centur. 2.* In alia Regia ſeſſione, qua ſcientiſſimus Alphonſus Guillen dela Carrera Supremorũ Caſtellæ, & Italiæ Senatuũ Conſiliarius, noſtriq; tũc Locumtenens præſidebat, terminatũ aſſerit *idem D. R. Merlin. eadẽ centur. 2. præced. cap. 28. n. 13.* ubi Regius Ciuitatis Cajetæ Dohanerius, ad relegationem decẽnalem, ac eius quod fiſci, partiumq; intererat, atq; officij quoq; beneficijq; privatione damnatus fvit.

Deniquè maximi pendendam ejuſdem Romanæ Rotę determinationem opinamur, qua cùm notarius quidam Domini Auditoris Cameræ Actuarius, in officio deliquiſſet, propoſitis Sacræ Rotæ, de quibus deſuper actum eſt, definitionibus rectè diſpunctis, officio privatus fuit, illudq; Apoſtolico fiſco incorporatum, proùt refert *Dom. Io: Baptiſt. Spada* Cameræ, fiſciquè Apoſtolici patronus *conſil. 88. nu. 1. & per tot. lib. 1.*

Ex ſceleſti cæterum hoc ſubſtituti cõ-
37 miſſo, (ut ad ſecundum caput deveniamus) Ioſephum de Felice ſubſtituentẽ teneri, dilucidè probatur ex *l. vel per literas 2. D. ſi menſor falſ. mod. dix.* ibi *& tu Titio id delegaveris; & ille dolo malo quid in ea re fecerit: TV TENEBERIS: quia dolo malo verſatus es, qui tali homini credidiſti, l. decreto 25. D. de adminiſtr. & peric. tutor.* ibi *actor cõſtitui PERICVLO tutoris ſolet, l. quid ergo 13. D. ad municipal. et de Incolis, PERICVLVM agnoſcat, qui non idoneum NOMINAVIT, l. ad ſimilitudinem 21. C. de Epiſcopis, & Clericis, per ſubſtitutos PERICVLO ſuarum facultatum Curiæ muneribus ſatisfacere non vetẽtur l. nullus 60. C. de decurionibus lib. 10.* ubi, quia ijdem fuerunt legumlatores, eadem repetuntur verba *l. neminem 64. C. eod. tit. per ſubſtitutos, ſuarum PERICVLO facultatum Curialibus muneribus reſpondentes, l. 1. in fin. C. de præpoſ. agent. in rebus lib. 12. per ſubſtitutũ Chartulariũ ejuſdẽ ſcrinij, cui præfuturus eſt ipſe, idoneũ, & tã moribus optimis præditũ, quam ſcientiam, peritiamque rerum habentem, electione ſua, ſuarumque PERICVLO facultatum præfatum munus eos implere præcipimus*, probaruntque *Lucas de Pen. in d. l. nullus 60. C. de decurionibus lib. 10. ſub verſic. an poſſit, & in l. agentes 1. C. de agẽtibus in rebus lib. 12. columm. 3. verſic. item is, qui nominat, Io: de Platea in ead. l. nullus C. de decurionibus num. 3. D. R. Coſtantius ibidem n. 57. Novar. n. 2. D. Franciſcus de Amaya num. 43. Roman. conſil. 297. nu. 2. & conſil. 338. num. 6. & 7. Paris de Puteo de ſynd. verb. ſubſtitutus cap. 1. nu. 1. & cap. 2. per tot. Franciſcus Aviles in cap. pratorum cap. 4. verſic. ſe à obligado num. 1. Avendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 3. num. 5. Cancer. var. reſ. lib. 2. cap. 2. nu. 93. Lancellot. Corrad. in templo Iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 3. de obligat. Imperat. cap. pro officialibus ſuis num. 1. pag. 63. Bovadil. lib. 1. politic. cap. 12. num. 43. lib. 5. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 29. num. 42. Solorzan. de Indiar. Iure lib. 3. cap. 6. nu. 106. & ſeq. D. R. de Ponte conſil. 139. nu. 1. verſic. de cujus culpis lib. 2. Marc. Salon. de Pace Burgenſ. conſil. 48. num. 12. & 13. Sforz. Odd. conſil. 62. num. 24. D. Præſes Marcellus de Maur. alleg. 93. num. 13. Excobar de ratiocinijs cap. 19. num. 54. D. R. Revert. decis. 206. num. 3. & ibi-*

dem

dem in obſervat.D. R.de Marin. nu. 3. in princip. & deciſ.325.nu.1.D.R. Rovit. deciſ.72.num.68.verſic.ſiquidem, & deciſ.79.in princip.D.Conſil. Carleval.in eãdem D. R.Rovit. deciſ. 79. in Apolog.poſt tom.2.de Iudic.nu.1. D. R. Galeot. Reſp. fiſc.11. nu.1. Amicangel. de regalibus officijs cap.7.n.19. D.Reg. Conſil.Staiban.reſol.forenſ.reſol.34.n. 8.& 9.in fin.lib.1. & in pluribus cauſis ſic diffinitum teſtatur Rota Roman. penès Ludoviſ.deciſ.233.n.1. quam ſequitur Io:Baptiſt.Spada conſ.41.n.4.

Præſertim,cùm ſubſtitutio nullatenus ex
neceſſitate; tunc etenim electione ſe-
38 dulò peracta, aliter ſentiendũ putarunt ex l. vnum ex familia 69.§.ſi de falcidia D.de legat.2.l.utrum 8.§.cum quidam D. de rebus dubijs cùm ſimilibus, Lucas de Penna in d. l.agentes colum.3.verſic.ſecundo caſu C. de agentibus in rebus lib. 12. Paris de Puteo in verb. ſubſtitutus n.2. verſic.in quo tamen, Cardinal.Tuſchus lit. P. concluſ. 852.nu.8.Cancer. var.reſol.lib. 2.cap. 2.num.95. D.R. Rovit.conſil.87. nu. 2. lib.1.Giurba conſil.criminal. deciſ. 36. num. 20. Amaya in cit. l. nullus C. de decurionibus lib.10.num. 47. Amicangel.cit.qu.7.ſub n.20. D. Iudex D. Carolus Petra in comment.ad rit.2. M. C.
39 ſub nu.48.lib.1.ſed ex propria ſubſtituentis euenerit voluntate Lucas de Penna, Paris. de Puteo, & Cancer. loc. prox.cit.D.R.Rovit.cit.conſ.87.n.1.lib. 1.& in prag.1.de ſyndic.offic.n.53.D. R.Conſtãtius in cit. l. nullus C.de decurionibus lib.10. num.59. in princip.ex alijs Giurba cit.conſil.36.nu.4.Dom.R. Moles in deciſ.manuſcript.tit.de panis, ad quas tenentur officiales deciſ.10.incipiẽt.ſed an iſti, D.R.Capyc.Galeot.cit. Reſp fiſcal.11.num.3.D.R.de Marin.in obſervat.ad dec.D.R.Revert.206.lib.1. n.3.verſic. hac tamen omnia.

Ac tùm maximè; cùm ex ſubſtitutione,
ſubſtituens commodum percipit,uti in
40 hac re, ex celebrata cum ſubſtituto emolumentorum locatione, annuos aureos octingentum ſibi comparauit; quòd rectè adnotarunt Cardinal. Tuſchus l. P. d.cõcluſ.852.n.9.Sforz.Odd. cit. conſil.62. num. 23. Marius Giurba d.conſil.36.num.14.

Idquè confirmatur; non modò,quia ſub-
41 ſtituendi facultas, ex ſereniſſimi Regis conceſſione, Ioſepho de felice tributa fuit; quò fit, ut pro ſubſtituti culpis ſubſtituentem teneri, ambigi non poſſe,tueatur ex Bart.Bald. Iſern. Angel.Roman.Cardinal.Thuſc.Mar. Muta D. R. Rovit. cæteriſq; Giurba cit. conſil.36.num.15.

Sed quoniam, in eodem Regio diplo-
42 mate, (quòd magis eſt) clauſula, hiſce verbis, cernitur apposita, quedando, come ha da quedar el diche Doctor Ioſephe de felice, obligado à las culpas, y defectos del tal ſubſtituto; Quæq; de conſueto Cancellariæ more in præſentia exiſtimatur Parid. de Puteo de Syndic.cit.verb.ſubſtitutus cap.2.n.1. verſic. ideò ex forma D.R.Rovit.deciſ. 79.n.19.& ſub nu.24.D.R.Galeota cit. Reſponſ.fiſc.11.nu.24.poſt alios Amicangel.de regalib.offic.d.quæſt.7.nu.19. verſ.& ideo ex ſtilo.

Ac tantę vis eſt, vt licèt, vbi à ſuperio-
re ſubſtitutio probatur, pro ſubroga-
43 to ſubſtituentem non teneri, (ad ſuperius firmatorum reſtrictionem) dixerint Aretin. in l.continuus §.ſi ab eo ante num.19.D. de verb. obligat. D. R.de Ponte conſil.85.ſub n.1.lib.2.D.R. Rovit.cit.conſil.87. num.3.lib.1. Giurba d. conſil.36.n. 14. verſic.eo tantum caſu; Id tamẽ iterũ comprimendũ rectiſſimè cenſuerint, ſi in eadem approbatione, ejuſdẽ particulę efficacia,Sù-
44 perior idẽ cautè uſus fuerit,ut nempe de ſubſtituti culpis, ac defectibus, ſubſtituens teneatur, Aretin. loc.cit.verſic. nec obſtat, & verſic. adde etiam DD. RR. de Ponte, & Rovit.loc.cit.ex Apen. in l.agentes num.8.C. de agentibus in rebus lib.12.Giurba d.conſ.36.num.14. verſic.quod accipiendum, & n.19.idem D. R. Rovit.d. deciſ.79.num.9.

Hancquè cautionem,(& ſi in privilegijs
inſerta fortaſſis ſpecialis hæc clauſula
45 nõ inſpiceretur;) adhuc nos,majoreſq; noſtros ex cõſuetudine incõcuſsè ſer-

vaſſe, neminem latet, ut præ alijs te-
ſtatur digniſſimus *D. R. Capyc. Galeota*
cit. reſponſ. fiſc. 11. nu. 27. verſic. nec di-
ctum, & verſic. conſuetudo pagin. 126.
ubi innumera congerit exempla.

Pęnis igitur, quibus ſubſtitutus obnoxius
reperitur, Ioſephum ſubſtituentem
teneri, omnimodo fatendum erit.

Iuvatquè nihilominùs, adverſariorũ ar-
gumẽtis obviã ire; pænas ſcilicet ſuos
46 inſequi auctores vulgatis *l. abſenti*
5. l. crimẽ 26. D. de pænis, & l. ſancimus
47 *22. C. eodem*, ex alterius delicto ne-
minẽ plecti poſſe *Exodi cap. 23. Da-*
nielis cap. 13. Iob. cap. 4. Ezechiel. cap.
18. ex quo *Can. iam itaq; 1. q. 4. Can.*
ſi habes 24. quæſt. 3. & Can. quæris de
conſecrat. diſtinct. 4. cum innumeris
alijs Iuribus, & auctoritatibus penes
Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 8. in princ.
Farinac. in prax. criminal. lib. 1. qu. 24.
num. 1. & ſeq. etiam ſi de viro, atquè
48 vxore, de parentibus, filijſq; ageretur
cit. cap. 18. Ezechiel. & Levit. cap. 14. et
Reg. 4. cap. 4. & 14. paralipomen. lib. 1.
cap. 25. & Deuteron. cap. 24. extantque
titulis 12. & 13. Cod. lib. 4. Ne uxor pro
marito, vel maritus pro vxore, vel ma-
ter pro filio conveniatur. Ne filius pro
patre, vel pater pro filio &c. & poſt
Gigant. de crimin. læſa majeſt. lib. 3. tit.
de pænis quas filij incurrunt qu. 1. n. 1.
cæteroſquè *Proſper Farinac. cit. q. 24.*
num. 2. Barboſ. in collect. ad cit. tit. Cod.
12. & 13. lib. 4. Martin. Mager. de Ad-
vocat. armat. cap. 16. n. 849.

Et ad rem, pro alterius nẽpe adminiſtra-
tione obnoxium, pænis nequaquã ſu-
49 bijci, in quas Magiſtratus ipſe delin-
quendo incidiſſet, *Antoninum Cæſarẽ*
Severi Imperatoris patris ſententiam
quoq; ſequutũ, inquiunt reſcripſiſſe *in*
l. unic. C. de peric. eorũ, qui pro magiſtr.
interven. lib. 11. ibi, *non in ijs, quæ ob*
culpã, vel delictũ eis, PÆNÆ NOMINE
irrogentur. quodq; pluribus exornat
Iuribus *Io: de Platea in ead. l. unic. n. 1.*
verſic. itẽ nec id, & poſt *Bart. Angel. &*
Caſtrenſem, D. R. de Ponte cit. conſil. 85.
num. 4. lib. 2.

Nam reſponſio ſub manum profectò eſt;
ſuperius videlicet deducta, veriſſima
ſuis in ſpeciebus haberi; Nec fiſcũ qui-
dẽ autumaſſe, pænã mortis, qua ſcriẽ-
dus ſubſtitutus reus eſſet, ipſi Ioſepho
irrogandam. Quinimo, nec Criminali
Iudicio ipſum fore diſtringendum;
ſed ex civili cauſa, officio privandum
50 eſſe; cùm notiſſimi juris ſit ſubſtituen-
tem, (ni particeps delicti fuerit) pro
ſubſtituti Crimine, non niſi civiliter
obſtrictum remanere *gloſſ. in l. obſer-*
vare §. proficiſci verſic. ratio, & vin-
dicta D. de offic. proconſul. Bald. & An-
gel. ibidem, Paulus de Caſtro in l. 1. §.
familiæ in fin. D. de publican. & vecti-
gal. D. R. Revert. deciſ. 530. nu. 2. juxtà
ordinem D. R. de Marinis, D. R. Con-
ſtant. in cit. l. nullus C. decurſonibus n.
68. in princip. par. 1. D. R. Rovit. d. conſ.
87. ſub num. 4. lib. 1. & deciſ. 79. ante
num. 1. Montan. de regalib. officijs num.
76. circ. fin. verſic. cum igitur, Amican-
gel. de regalibus offic. qu. 7. nu. 21. D. R.
de Marin. in obſervat. ad deciſ. D. R. Re-
51 *vert. 206. num. 5.* Ideòquè remotionis,
privationiſquè officij cauſam, civilem
eſſe edocuit, ex *Bart. in l. 1. §. damus D.*
de ſuſpectis tutor. Aretin. in rubric.
Decret. de Iudicijs nu. 22. in fin. ſequi-
tur *D. R. Revert. in deciſ. inordin. D. R.*
de Marin. 440. n. 2. in fin.

Atqui, licèt civiliter contra ſubſtituen-
tes fiſcus agat; nõ eo minus, (ut dice-
bamus) ijſdem pænis, quibus ſubſti-
tuti puniri deberent, & ipſi, civili ta-
men ordine, multandi ſunt; Et idcir-
co ſi ſubſtituti ad pecuniarias pænas
52 damnantur, ad eas etiam ipſi con-
demnantur; ſi ijdem ſubſtituti gra-
viſſimis pænis corpori inflingendis, &
officij privatione, (ſi id ipſorum foret)
afficerẽtur; & ſubſtituẽtes ipſi, (corpo-
ris pęnis poſthabitis) officij tamẽ pri-
vationem ſuſtinere coguntur, ut præ-
ter *DD.* ſupra congeſtos *n. 37.* apertè,
& nominatim illuſtrarunt

Grammaticus in celebri *ſuo voto 29.* quo
fratres de Carnago, ex ſubſtituti de-
licto, officio Cuſtodis Carcerum pri-
van-

vandos diffinivit; Idquè magnā Curiam Vicariæ,nemine diſſidente,commendaſse teſtatur *n.16.circa fin.*

Grammaticus ipſe,id idem confirmans in *Conſtit. Regni Cuſtodem ſub tit. de Cuſtodia captivorum pag. mihi* 44. *&* 45. vbi, enarratum M. C. Decretum privationis officij adversùs, fratres de Carnago interpoſitum, per Sacrum quoq; Conſilium confirmatum inquit, atquè executioni demandatum *in cit. cōſtit. cuſtodem in fin.*

Boerius Grammaticum ſequutus *deciſ.* 217.*nu.*8.*verſic.quod dicit eſſe verum.*

Iulius Clarus Grammaticum pariter imitatus *lib.* 5. §.*fin.qu.*68.*num.*8.*verſic. & hanc quidem.*

Farinacius Grammaticum ſimiliter laudans *de Carcer. & carcerat.qu.*31.*nu.* 49. *&* 50.

*D. R.Rever.in cit.deciſ.*206.*ſecundum ſeriem D. R. de Marin. circa finem lib.*1. vbi, in cauſa ſpectabilis Comitis Sanctæ Agathæ Magiſtri portulani Provinciæ Principatus citrà, injunctā illi ex ſubſtituti delictis fuiſſe interdictionem, pronunciatum retulit.

*D. R.Rovit.cit.conſil.*87.*lib.*1.*nu.* 4. vbi ſic inquit, *nam licet culpa commiſſa à ſubſtituto ſit adeo gravis, ut ex ea ſit injuncta pæna amiſſionis officij; & propterea in caſu,in quo officialis teneretur de culpis, & defectibus ſubſtituti, veniret privandus officio ex hujuſmodi culpa ſubſtituti.*

Idem *D.R.Rovit.deciſ.*72.*nu.* 68. *in fin. &* 69.ibi *& ſi non ſunt participes,* (loquens de ſubſtituentibus) *debeant ſaltim privari officio ex delicto commiſſo per ſubſtitutum, ſi eſſet tale, per quod officium perderetur; Nam ſubſtituens tenetur de culpis, & defectibus ſubſtituti.*

Et in *deciſ.* 79. vbi quęſtione latè diſcuſſa,ſententiā refert;per quā eadem pergravi, licet pecuniaria pœna, qua ſubſtituti, ſubſtituentes inſolidum damnati fuere X. Kalendas Ianuarij M.DC.XXX. ut *in cit. dec.* 79.*in fin.* & in actis exſtat hujuſce terminationis èxemplum *fol.*25.

*D.R.Fabius Capyc.Galeot.*qui uti inſignis
53 Fiſci patronus, in eadē cauſa à *D. R.*
Rovit. relata *cit.deciſ.*79. doctiſſimas
edidit allegationes, ut *in reſponſ.fiſcal.*11.*per tot.*in cujus fine *ſub verſ.altera deciſio* ad relationem ſcientiſſimi,
54 atq; eximij Iuris Cōſulti D.Regentis,
tùnc Regiæ Cameræ Præſidētis Matthiæ de Caſanata judicatum tradit; fuiſſe ſcilicet Antonium Mariconda totius pecuniæ Credenzerium, ob culpas in officio à Io:Vincētio Roſsetto, ab eo ſubſtituto commiſsas, eodem officio abdicatum;dum decretum fuit officium vendi debere, pretiumq; in emptionem cum Regia Curia converti; quodquè, etiàm quòad fructus, pro omnibus per Regium Fiſcum prętenſis, ſub vinculo remaneret, ut ex Senatus determinatione XIV. Idus Decembris anno M. DC. XXI. lata dilucide colligitur.

Io: Baptiſta Thorus eandem doctrinam, ac diffinitiones ſectatus *in ſupplement. deciſ. Regni verb. officialis Regia Camera Summariæ pag.*456.

*D.R.de Marin.in obſervat.ad deciſ. D.R. Revert.*325.*circa finē lib.* 1.ſic aiens, *nō tamē ille tenetur eadē pæna, vt puta mortis, vel corporali, quo tenetur ipſe ſubſtitutus, ſed ſolum mitiori, vt puta privationis officij.*

Et in *obſervat.ad deciſ.ejuſdem D. R. Revert.*530.*in fin.lib.*2.ſubdit,*ſi tale eſſet delictum per ſubſtitutos commiſſum, per quod officium perderetur, poſſent & ipſi ſubſtituentes officio illo privari, ut ſic de culpis, & defectibus ſubſtituti teneantur.*

Deliberationē tandē,(nec parvi equidem faciendā) à noſtro Senatu in hac cauſa prolatam, executioniq; demandatā adducimus; qua nulla, ſubſtituendi facultate,cujus vi Felicius (vt præfati ſumus) pollebat, ratione præhabita; & pro officij exercitio, perſonam eligi juſsum fuit, & emolumenta
55 deponi. Quod interdictionis decretum, privationis eſse primordium,

Digitized by Google

ex *DD.RR.de Franch.Revert. de Ponte Merlin.Sanfelic. Marinis*, alijſq; ſuperius traditum fvit *nu.*33.

Neq;in hac ſanè ſpecie,non vulgarē illam excutere quæſtionē neceſſum eſt;an ex

56 Rei delinquentis exhibitione, ſubſtituti nempe, ſubſtituens pro eo obſtrictus, ab obligationis nexu liberetur; de qua poſt *Parid. de Putea Grammatic.& Farinac.loc. cit. alioſque* ſolemniter tractatum fvit *in deciſ. D.R. Revert.*206. *& deciſ.*325.*lib.*1.*& deciſ.* 530.*lib.*2.*& deciſ. cit.D.R.Rovit.*79. *& D.Conſil. Carleval. Apolog. poſt ſecundū tomū tract. de Indicijs pag.*404. *et cit.fiſcal.reſponſo D.R.Capye.Galeot.* 11. Namq; de more,ex clauſulis, tùm regalibus in conceſſionibus, tùm inſtitutionibus, Senatuſquè decretis, (permiſsas tamen ſubſtitutiones probantibus) inſertis, rem quidem non dubiam fiſco in præſentiarum effectam, tradidere *DD.RR. Rovit.* & *Capyc.Galeot,locis præallegatis*. Præterquam quod ex facto innoteſcit,nefariū hunc hominem nequaquam hucuſq; exhibitum fuiſse;quinimo de apertiſſima eiuſdem abſentia, fugaq;liquere;quæ quāti ſint pōderis,inferius diſseretur.

Vt proindè, & ex patrato à ſubſtituto, tantique ponderis ſcelere; & ex ſubſtituentis nexu, etiàm ex privilegij viſceribus illuceſcente; pro fiſci Iuſtitia, pro publicæ rei incolumitate, pro cæterorum exemplo,eundem ſubſtituentem officio privandum eſse firmiſsimè Inſtemus. Kalendis Maij M.DC.LVI.

Diffinitionem vide Diſſert. XVIII.

S V M M A E.

1 *Virtus,etiàm in hoſtibus eſt probanda.*

2 *Pena, ipſo quoquè jure indicta, ſententiam requirit declarantem.*

3 . . *quod etiàm in notorijs permulti receperunt; ſed vide nu.* 13.

4 . . *ea autèm, non niſi in ſpeciebus à jure expreſſis, infligi debet.*

5 . . *ipſo jure in eam non inciditur.*

6 *Sententia declarans in officij etiam privatione, expoſcitur.*

7 *Iudicis partes, erga cōfeſſum,in damnando verſantur.*

8 *Citari quis poteſt ad Informandum, & capitulo, ex indicijs ad torturam exiſtentibus.*

9 *Probationes lucidiſſima, in Officialem conſiſtere debent, ut de crimine damnari queat, officioq; privari; ſed quo pacto nu.*14.*& ſeq.*

10 *In notorijs, declarantis Iudicis ſententiam non requiri, graviſſimi DD. ſenſerunt.*

11 *Vaſſalli felonia, ſi adeo eſt notoria, ut adversùs eam defendi is nequeat, ſententia declarante opus non eſt.*

12 *Notorius Rebellis, bona, quæ abſq; declaratione ſententiæ,ei à fiſco occupata fuere, & in alium diſtracta, obveniente poſtmodum indulgentia, ob manifeſtā rebellionem nō recuperat.*

13 *Sententiam declarantem, in notorijs officialium criminibus, non requiri, qui dixerint.*

14 *Delictis in occultis præſumptiones, conjecturaquè ſapè ſapius admittuntur.*

15 *In criminibus Officialium, quæ clanculum patrantur, præſumptionibus, conjecturiſquè vtendum.*

16 . . . *in ijs ſemiplena probatio de Iure, & partis ſufficit Sacramentum.*

17 . . . *ac talis, qualis probatio, eſſe ſatis exiſtimatur.*

18 *Probationis ſupplementum, quod ex partis jure jurando, contra officiales admittebatur, in præſenti conſuetudo non recipit.*

19 . . . *quanā autem eſſe ea debeat, prudētis Iudicis relinquitur cōſcientia.*

20 *Fuga Inquiſiti, quanti ponderis ſit, remiſſivè.*

21 . . *ex ea arguitur dolus.*

22 . . *ac, ex patrato crimine, timor.*

23 *Innocentia propria, cuique eſt ſcutum.*

24 *In-*

24 *Innocens propria fiſus conſcientia, arma non timet.*

25 *Fugiens ſeipſum accuſat.*

26 *Officialis, è commiſſa provincia aufugiens, majeſtatis crimen committit.*

27 . . . *licet non primi capitis, & quanam pœna plectatur.*

28 . . . *pendente ſyndicatu, ſivè in officio inquiſitione, ſi aufugerit, pro confeſſo, & cõuicto habetur, & ſub n.31.*

29 *Caſtillus Bovadilla commendatur.*

30 *Io: Baptiſta Larrea paritèr laudatur.*

31 *Confeſſio partis rem efficit notoriam.*

32 *Officiales latitantes, jure communi, uſque ad mortem puniri poſſe, quì ſenſerint.*

33 . . . *ac, ex eadem cauſa officijs privari, judicatarum rerum auctoritate comprobatur.*

34 . . . *contra eos, ad officij privationẽ, ciuilitèr agi poteſt.*

35 *Probationes adversùs reos in criminibus, meridiana luce clariores eſſe oportet.*

36 . . . *cùm civiliter contra officiales agitur, non ità lucidiſſimæ requiruntur; ſed indicia, ac præſumptiones admittuntur.*

37 . . . *ac tales, quales, (ut inquiunt) recipiuntur.*

38 *D. R. Revert. deciſ. 400. pro fiſco, in hac cauſa perpenditur.*

ARGVMENTVM.

Pœna, & ſi ipſo jure infligatur, Iudicis ſentẽtiam expoſcit declarãtis; quę tamen in notorijs, non ſemper deſideratur. Probationes in criminibus, officialium præſertìm, quando lucidiſſimæ, quando verò, tùm communi, tùm Regni jure, non adeò efficaces exquirantur; fugaquè in Criminoſis quanti æſtimetur, quantiquè in ijſdem officialibus ponderis ſit; rerum etiàm judicatarum exemplis exornatur.

PRO REGIO FISCO

In eadem Cauſa.

Diſſertatio XV.

1 CVM, vel in hoſtibus præclara virtus ſit commẽdabilis, quod ex Pindaro *Simon Majolus* hiſce verbis vertit in latium, VIRTVS ETIAM APVD HOSTES, ET BARBAROS IN ADMIRATIONE EST *dier. Canic. tom. 3. colloq. 2. pag. 702. colũ. 2. lit. B.* Vndè *Cic. in Piſon. orat. 37. ſub verſ. hic tu, Habes hoc VIRTVS, quam tu, ne de facie quidem noſti; ut viros fortes ſpecies ejus, & pulcritudo, etiam in HOSTE poſita delectat,* & *Ouid. Triſt. 1. eleg. 4.*

Sæpè fidem adverſis etiàm laudavit in armis;
Inquè ſuis amat, hanc Cæſar in HOSTE probat.

Ac hetruſci Regis Porſennę pręclarũ id facinus manifeſtat; quippè qui Cloeliæ Virginis, ex Romanis hoſtibus virtutem, & commendauit, conciviũquè obſidũ largitate donauit, inquiẽte *Tito Liu. lib. 2. ab vrb. cõdit.* & *apud regem Hetruſcũ, non tuta ſolũ; ſed honorata etiam VIRTVS fuit, laudataquè Virgine, partẽ obſidum ſe donare dixit, ipſa, quos vellet, legeret.*

Non

Non ignobilem idcircò, excitatam ab
Adverſarijs in præſenti cauſa, fate-
mur controverſiam; eamq; quadam-
tenus ab ingenio mirè dilaudandam:
quà ſuperiori per nos reſponſo diſ-
ſerta, ijdem convellere nituntur; ea
autumantes, vigere quidem poſſe, vbi,
pro admiſso facinore, jus dicétis præ-
ceſserit declaratio; At eum ſubſtitu-
tus hucuſque damnatus non ſit; ſed
dumtaxàt, conſuetá noſtratum formu-
la, ad informandum, & capitula cita-
tus; ſatis aſperum videri, ut, ſubſti-
tuto Reo indamnato, officij privatio-
ne, nominantem multari, poſtuletur.
Scitum etenim ajunt, generaliterquè re-
ceptum eſſe; vt, licet ipſo jure, ſivè
2 quibusvis alijs verbis, pæna imponā-
tur; ſecundum communiorem tamen
opinionem, vt infligatur, de Crimine
priùs pronunciari neceſſum ſit; quam
noſtri, declaratoriam nuncupant ſen-
tentiam *l. ejus, qui delatorem 29. D.
de Iur. fiſc.* ibi *verum oportet conſtare
prius, & de crimine pronunciari, cap.
cum ſecundum leges 19. circ. fin. de hæ-
reticis in 6. Grammatic. decis. 15. nu. 9.
& ſeq. & decis. 105. num. 55.* ex *Bart.
Ancharan. Felin. Abb. Guglielm. à mon-
te, Laud. Couarr. in cap. alma mater §. 2.
num. 9. verſic. quinto perpenſa de ſen-
tent. excommunicat. in 6.* ex *Gaetan.
Navar. Vittor. Soto, Silueſtr. Adrian.
& Symanca, R. P. Molin. de Iuſtitia, &
Iure lib. 1. tract. 2. diſp. 95. nu. 14. Ti-
raquell. in repet. l. ſi vnquam in verb.
revertatur nu. 400. C. de revocand. do-
nat. Gonzales ad regul. 8. Cancellariæ
gloſſ. 15. num. 155. Mynſiger. ſingular.
obſervat. cent. 6. obſervat. 77. præſer-
tim num. 3. & 4. Clapper. cauſar. ratio-
num cauſ. 32. qu. vnic. nu. 12. & 14. in
fin. Peregrin. de Iur. fiſci lib. 4. tit. 5. n.
8. Farinac. vot. 61. n. 11. poſt ſecundum
volumen conſiliorum, Maſtrill. de Indul-
tu cap. 23. num. 25. & 26. D. R. Revert.
decis. 92. nu. 1. lib. 1.* ex innumeris re-
centioribus *Gratian. diſcep. forenſ. cap.
440. num. 2. & ſeq. tom. 3. Stephanus
Quarant. in ſumma bullarij in verb.
alienatio rer. Eccleſiar. nu. 49. D. R. Ca-
pyc. Latro decis. 73. n. 6. 9. & 27. lib. 1.
Giurba conſil. crimin. 65. num. 46. &
conſil. 75. num. 10. Græve in obſervat.
ad Gaillum lib. 1. concluſ. 15. nu. 4. Hie-
ronym. Buccaron. de differentijs inter
Iudic. Civil. & Crimin. different. 198.
num. 21. D. R. de Marin. in obſervat. ad
decis. D. R. Revert. 72. nu. 1. & decis. 92.
nu. 1. & 2. lib. 1. & in obſervat. ad de-
cis. 516. num. 4.*
Quòd, etiàm in notorijs ſibi locum vin-
3 dicare ex *cap. inter delictos 11. de ex-
ceſſibus prælator.* putarunt *Grammatic.
cit. decis. 15. num. 8. Covarr. in cit. cap.
alma mater §. 2. num. 9. verſic. ipſe verò
de ſent. excommunicat. in 6. Clarus re-
cept. ſentent. lib. 5. §. fin. q. 9. n. 8. verſic.
nihilominus Borell. in ſumm. decis. lib.
2. tit. 30. de ſentent. diffinit. nu. 412. D.
Reg. Capyc. Latro d. decis. 73. num. 9. in
fin.*
Et in noſtra, de qua agitur re; Quia offi-
4 cij privationis pæna, non nisi in ſpe-
ciebus à Iure expreſſis, prout cæteræ,
irrogatur, ad text. *in l. at ſi quis 14.
§. idem labeo verſic. diuus D. de reli-
gioſ. & ſumpt. funer. §. ſin autem Au-
thent. de non eligendo 2. nuben. gloſſ.
ſingularis in cap. fin. verſic. ex vi Iuris
patronatus in fin. de Iure patronatus,
Abbas, Anan. Barbat. Alex. Immola,
Iaſon*, & alij, quos refert, & ſequitur
*Aviles in cap. prætorum cap. 9. verb. ley
nu. 2. Azeved. lib. 4. nova recopilat. tit.
25. leg. 23. nu. 1. circ. finem tom. 2. Fa-
rin. conſil. 5. nu. 20. volum. 1. Modeſtin.
Piſtor. illuſtr. quæſt. par. 2. qu. 57. num. 4.
& quæſt. 90. nu. 1.* ex quampluribus
*Iacobus Schult. in addit. ad eundem Pi-
ſtor. cit. par. 2. qu. 68. num. 4.* Ipſo jure
5 priondè, eam non incurri, ex citatis in
præcedenti *Rota Roman. decis. 769. nu.
1.* & *812. par. 1. in noviſſimis* probat
*D. R. Merlin. contr. forenſ. cit. cap. 28. n.
6 15. centur. 2.* ſed diffinientem ſenten-
tiam expoſci concludunt *Capyc. decis.
121. n. 23. verſic. in caſu noſtro, & nu.
24. Farinac. de delictis & pæn. cit. qu.
19. num. 48. verſic. quia etiam, Laurent.*

Vrſell.

Digitized by Google

*Vrſell. concluſ. legal. concluſ.*128. *in verb. appellatio ſub n.* 475.*verſic.quãvis tamen tom.*2.*D.R.Revert.dec.*516.
juxtà ſeriem D.R.de Marinis nu. 3. ſecundum cujus ſenſum, ibidem terminatio emanaſſe videtur, *cit.deciſ.*516. *circa finem*.

Enixiùſquè argumentum perſtringentes,
ajunt, extrà omnẽ quoq; controverſiã
eſſe, ſententiam priore loco in hac
7 cauſa deſiderari; cùm non agatur de
Reo confeſſo, in quo jus dicentis, (ut
fertur) partes ſunt in condemnando
*l.*1.*D.de confeſſis l. proinde* 25.§. *fin.D.
ad l. aquiliam,Caball.tract.de omni genere homicid.poſt tom.*3.*reſolut. criminal.n.*617. ex alijs *D.R. Merlin. contr.
forens cap.*24.*nu.*9.*centur.* 2.ante eum
*Vgo Donell. in l. vnic. Cod. ex delict.
defunctor. ſub num.* 58. vndè concinnè *Ovid.lib.*2:*de Ponto*.

Non eſt confeſſi, cauſa tuenda Rei.

Sed de homine, non niſi ad informandũ
tantum, & capitula citato; quiq; confeſſus dici non valet, cùm in præſentia non ſit carceribus mancipatus; nec
forſan convictus; in hac etenim, licet
formidabili citatione, apud nos plena
8 probatio non requiritur; Sed quæ
alioquin Reum, ſi præſens foret, quæſtioni ſubijciendi, indicia ſatis eſſe dijudicarentur *Afflict. in conſtit. Regni
pœnam eorum num.*48. & ibidem *D. R.
Tapia num.*31.*lib.*3.*Iuris Regni, Dom.
R. Rovit. in pragm.* 1. *de ſentent.forjudic.nu.* 36.*Giurb.conſil.criminal. deciſ.*
83.*n.*4.*Novar.dec.Apuleæ* 18.*n.*3. poſt
cæteros *D. Iudex Baldaxar.de Angelis
in addit.ad deciſ. Gizzarell.* 13.*in fin.
Angelus Scialoya in prax. forjudicat.
cap.*4.*num.*2.*D.Conſil.Io: Maria Campan. in tract.forjudicat. reſolut.*15.*ſub
num.*61.

Quapropter, cum firmè aſſeverari nequeat, ſubſtitutũ Reum de patrato crimine cõvictum fuiſſe, quod citatio (ut
9 mox dicebamus) etiam ex indicijs ad
torquendum ſufficientibus fieri potuerit; nec æquum, nec juſtum ſubdunt eſſe, ut ſcelere, & quidèm lucidiſſimè non probato, ad officij privationem deveniatur *ad text. in l. quod
evitandi* 3.*C.de condition. ob turpem
cauſam*; ibi *Indubia probationis luce
conſtiterit, Authent. novo jure in princip. C.de pœna judic. qui mal. judic. Et
hoc probaverit, l.fin.in fin.C.ad l. Iuliã
repetundarum, Qui convictus fuerit,
d.l.ſi aliquid* 12.*C.de ſuſceptor. propoſ.
& arcar.lib.*10.*Nemo eorum ſemel de
interverſione convictus, id rurſus officium gerat,cit.l.Iudices* 12.*C.de dignitat. lib.* 12.*Fuerunt maculaſſe convicti*, & Regni Iure eſt Conſtitutio *corruptela crimen, ſub tit.de pœnis judic.
qui mal. judicav.* ibi, *De corruptione,
legitima probatione convictis*. DD. in
*pracit.juribus Amedaus Iuſtin.in tract.
de ſyndicat.n.*168.*Paris de Puteo in eodem tract. verb. probatio cap.* 2. *incipient. contra officiales n.* 1. *&* 6.*Boſſius
in tit.de oppoſit. contra teſtes num.* 59.
*Grammat. conſil. criminal.*35.*ferè per
tot.Bertazzol.conſil.*71.*n.*11.*& conſil.*
81.*n.*7.*lib.*1.*Maſc.de probation.cõcluſ.*
1137.*pro officialibus n.* 12. *&* 13.*tom.*
2.*Farinac.de varijs criminibus q.*111.
*num.*264.*D.R.de Ponte deciſ.*7.*nu.*11.
& 16.*in fin. Camill. de Medic. Paulus
Chriſtin. D. R. Tapia, & Gabriel Berart.* penes *D.R.Merlin.controverſ.forenſ.cap.*29.*num.*1.*centur.*2.

At vitreus horum apparatus arietum, facili frangetur negotio; ſi meminerimus, nequè ex facto cuncta huic cauſæ adaptari, neq; ex jure ità ſimpliciter admitti poſſe; in pœnis etenìm imponendis, declarationem requiri concedendum regulariter fatemur; ſed cum de duplici id intelligi queat; altera privationis officij; commiſſi Criminis altera: Si de priori Adverſarij loquantur, contendimus vltro; eamque editis jam præ noſtri Conſilij imbecilitate juris allegationibus, fiſco nũc pronunciandã poſtulamus. Si verò de poſteriori, delictum nempè aperiète verba faciant; & in hoc (cæteris miſſis quæſtionibus) animadvertendum erit non tàm facilè aſſerendum,

ut

Digitized by Google

ut in notorijs, (in quibus verſari cre-
dimus) talis ſempèr ſententia expo-
ſcatur; quãdoquidẽ idem inſignis *Co-
var.* graviſſimos Patres contrariũ ſen-
tientes affert *in cit. cap. alma mater* §.
2. *num. 9. verſic. ſiquidem de ſentent.
excommunic. in 6.* quemadmodum il-
10 lam, in verè manifeſtis ſupervacaneã
exiſtimarunt *Andr. Tiraquell. in re-
pet. l. ſi vnqnam verb. revertatur nu.*
401. *C. de revocandis donation. Pere-
grin. de jure fiſci lib. 1. tit. 3. nu. 57. per
tot. D. R. Sanfelic. decis. 15. n. 17. lib. 1.*
quamobrẽ *Ludovic. Schrad.* ex *Andr.
de Iſern. Alvarot. Præpoſit. Matthæo de
Afflict. Iacob. Belviſ. Abbat. Felin.* ac *Ti-
raquell. loc. cit. de feudis tom. 1. 2. par.
9. partis principalis ſect. 8. nu. 47. ver-
ſic. atq; hac;* eadem hæc declaraſſe, quæ
11 ex præcitata regula, ad Vaſsallum
feudo privandum quoquè requiritur,
opus non eſse, inquit, quotiens Vaſ-
ſalli defectio, adeo eſt aperta, ut pa-
lam fiat, eidem nullam ſupereſse de-
fenſionem, ſequitur *Dom. R. de Marin.
in obſervat. ad mox. citandam D. R. Re-*
12 *vert. decisionem num.* 2. qua per ſupre-
mum Collaterale Conſilium diffinitũ
fuit, cujuſdam publici rebellis bona, à
fiſco, nulla prævia damnationis ſen-
tentia, occupata, & in alium tranſlata;
eidem rebelli ex ſupervenienti poſt-
modum indulgentia, (à qua tamen
alienata bona excipiebãtur,) ob mani-
feſtam, claramq; ſceleris notã reſtituta
nullatenus fuiſse *dec. 72. n. 1.* & 2. *lib. 1.*
id, quod ex Regni juribus probaverãt
*Lucas de Penna in apoſtill. ad Cap. nu-
per apud tranum, Grammatic. dec. 105.
nu. 57. & 58. D. Iudex Camill. Larath.
conſil. 5. nu. 126.* annotatq; idem *D. R.
de Marinis eadem obſervat. ad cit. dec.
72. num. 1.*

Et in Officialibus, quorum res agitur,
hanc quoquè in notorijs coarctatio-
nem firmarunt *Capyc. decis. 121. num.
25. verſic. & licèt in notorijs, Giurba
cit. conſil. 65. num. 46. in fin. verſic. ex-
ceptis ſolum.*

Puniri autem officialem nequaquã poſ-
13 ſe, niſi commiſsum ſcelus, evidenti
probatione conſtiterit; neque affir-
mandum tàm expeditè paritèr puta-
mus; namquè, ne generaliter occulta
14 delicta, quæ clam, ac ſubtilibus ad-
hibitis inventis patrari conſuevere,
inulta probationum remanerent de-
fectu; prçſumptionibus, coniecturiſq;
in ſceleſtes animadvertendum, ſenſe-
runt *Bart. Bald. Decius, Anton. de Bu-
trio,* alijquè penes *Grammat. vot. 3. n.
3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 255. n. 5.
lib. 1. Anton. de Ballis in tract. var. lib.
3. caſu 1. q. 3. n. 24. & ſeq. D. Larrea
allegat. fiſcal. 48. nu. 20. lib. 1. Hippolyt.
Graſſet. epitom. necis proditoria 29. n.*
15 257. & in ſpecie ex *Innocent. Bald.
Parid. de Puteo, Decian. Maſcard. Fari-
nac.* & alijs, quos inſequuntur *DD.
RR. de Ponte decis. 16. num. 11. & 12.
& Merlin. cit. contr. 29. num. 10. & 11.*
Quodq; ſcitiſſimus *Robertus Rex* digno-
ſcens, ſic in *cap. Regni Vulgaris fama
proloquium, poſt princip.* fuit affatus &
*quia probationum non eſt anguſtanda
facultas, maximè, vt crimina clareãt,
& ea, quæ fiunt, cõſueveruntq; fieri clan-
culò vulgarem probationem, & lucidam
cõmunitèr habere nõ poſſunt, propter eo-
rũ tamẽ graſſantiã illã puniri expedit;
ut ſit locus exemplo: circa indagationẽ
exceſſuum, hac forma vobis deſcribi-
tur.* Quadere, in his in officio crimi-
16 nibus, ſemiplenam probationem, ad-
verſæq; partis jus jurandum ſufficere
edocuit *Lucas de Penna in l. ſi aliquid
C. de ſuſceptoribus lib. 11. & in cit. l.
Iudices C. de dignit. lib. 12. num. 1.* ex
gloſs. auctoritate *in §. neceſſitatẽ verb.
oſtenditur Authent. ut Iudices ſine quo-*
17 *que ſuffragio fiant;* eumq; noſtri præ-
ſertim ſequuntur, talem, qualem, (vt
vulgo circumfertur) probationem his
ſpeciebus ſatis eſse inquientes *Capyc.*
nempe *d. decis. 121. num. 22. Plot. con-
ſil. 94. num. 21. Tiraquell. de pænis tem-
per. cauſ. 58. nu. 7. Caſtill. Bovadill. po-
litic. tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 22.* & ad
ornatum Hiſpani juris *l. 6. tit. 9. lib. 3.
nova recopilat. D. Larrea cit. allegat.
fiſcal.*

*fiſcal.*48. *num.* 2. 3. *& ſeq.lib.*1. *Marcell. Calà de modo articulandi tit. de prima ſpecie probat. quæ fit per teſtes num.*492. *D.R.Conſil.de Giorg. allegat.* 42.*n.*30. *D.R.Rovit.deciſ.*36.*num.*25. *in princip.* ex alijs *Dom.R.Merlin. cit. contr.*29.*num.*5.*&* 6.Qui licèt ex Domino Regente *Tapia lib.*2.*Iuris Regni in cap. item quod in omni ſub tit. de*
18 *ſyndic pag.*493.Iuſiurandum,ad probationes ſupplendas , antiquitùs acceptum, ab aula receſſiſse , & ſolerter teſtetur *loc.* proximè *cit.n.*7.attamèn, cum aliæ juris vehementes præſumptiones , in id probationis genus
19 ſubrogari poſſint; prudentis idcircò, temperatique Iudicis arbitrio , conſcientiæque id relinquendum *poſt D. R.de Ponte dec.* 16. *n.*10.cenſuit accuratè *contr.forenſ.cit.contr.*29.*n.*8.*&* 9. Iudicis autèm in hac re rectiſſimi arbitrium, non niſi fiſco adhæreſcere oportebit; Prætèr & enim ea,quæ dilucidè ex criminalibus actis,cōtrà ſubſtitutum conſiſtunt, notorijque in Civitate ſceleris. clamorem ; ejuſdem quoque Rei, vel à principio improba latitatio, atque apertiſſima adeſt fuga;
20 Quæ ſi in cunctis crimininibus, alijs jūcta adminiculis , in jure maximi penditur,vt poſt cæteros latè probāt *Clar. lib.*5.§.*fin.q.*21.*n.*21.*& ſeq. Maſcard. de probat.lib.*1.*concluſ.*819.*num.*1.*& ſeq. Menoch.de præſumption. lib.*1. *qu.* 89. *num.*36.*cum ſeq.Farinac. de Indicijs & tortur. q.*48.*nu.*1. *cum ſequent. Caball.reſolut.criminal.caſ.*288.*n.*43.
21 *cum ſeq. centur.*3. Ex ipſa namq; fuga, dolus arguitur *l. impuberibus* 7.§. *præterea , & ibidem gloſſ. in verb. ſententia ſua, & in* §. *item ſi quis D. de ſuſpect. tutor. Cravetta conſil.* 6.*n.*37. *verſic. decimo tertio, Caball. cit. caſ.* 288.*nu.*43. commiſſiquè facinoris ti-
22 mor elicitur , ut *Geneſ. cap.* 3. vbi , cum Dominus fugiētem Adamum vocaviſſet, reſpondit ille *vocē tuam Domine audivi in paradiſo , & timui ; eo*
23 *quod nudus eſſem , & abſcondi me ; qui enim fiduciam innocentiæ gerit ,* ait *Alex. in l. ſororem* 10. *Cod. de ijs quibus , ut indign. adversùs omnem calumniam maximam habet ſecuritatē.*Nam *FIDES VERI,*ut *Diocletianus , & Maximianus* inquiebant *in l.ſi non convitij* 5.*C.de Iniurijs ,à CALVMNIA TE DEFENDIT*,&Bald.*in conſil.*176. *incipiēt.Cæcilia in princip.& cōſ.*353. *incipient. examinanda colum.* 2. relatus à *Caballo loc.cit.n.*44. *maximam*
24 ait *præberi ſecuritatē ab alacri CONSCIENTIA* . Vndè *Saluſt. ad Cæſarem, ſuus cuiq; animus , ex CONSCIENTIA ſpē præbet*,& Venuſ. *car.lib.*1. *ode* 22.

Integer vitæ, ſceleriſquè purus ,
Non eget mauris Iaculis,neq;arcu,
Nec venenatis gravida ſagittis ,
Fuſce , pharetra .

et *lib.*1. *epiſtol.*1.*idem Horatius*

HIC MVRVS aheneus eſto,
Nil CONSCIRE ſibi , nulla PALLESCERE culpa

Quadere Diuus *Auguſtin.* 21. *de Civit. Dei, Tranquillitate CONSCIENTIÆ* edocuit,*nihil excogitari Beatius poſſe.* Prout ex adverſo mala conſcientia,pec-
25 cantis dirus eſt tortur, ut vetus gręcorum fert adagium,

CONSCIENTIA ANIMVM VERBERAT .

prout notat *Iuſtus Lipſius lib.* 1. *Civil. doctrin.c.*5.Atq:argute *Iuuenal.Satyr.*5

Nocte, diequè ſuum geſtare in pectore TESTEM ,

Quamobrem vtrāq; tā bonæ , quā malæ cōſcientię vim,atq; efficaciā cōplexus *Cic. in orat. pro Milone* aiebat , *& magna vis ejus eſt in vtramque partem ; vt nequè timeant ij , qui nihil admiſerunt, & pænam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccaverunt; &* Senec. *Epiſtol.*97.

At bona CONSCIENTIA prodire vult, & conſpici .
Ipſas nequitia tenebras timet .

Coronatquè id idem illud Sapientis *proverb.cap.*28.*in princip.*

Fugit IMPIVS nemine perſequente.

Ideoquè ad rem,de qua agimus,fugiēdo, quis ſemetipſum accuſat , vt mo-

Digitized by Google

nuit Iuſtinianus in §. ſi verò etiam Au-
thent. de exibendis reis, hiſce verbis ,
ſit jubere omnimodò exhiberi reum,tan-
quam perjurum, & penè ſui accuſato-
rem per FVGAM factum, notatq;idem
Caball.loc.cit.num.44. in fin. & exor-
nat eruditè de more Annaus Robert.
rer. judicatar. lib. 1. cap. 10. pag.
167.

In officialiũ verò ſceleribus , ipſamet fu-
26 ga tanti ponderis eſt , vt ſpeciale ex
ſe crimen conſtituat : Officialis nam-
què , qui è commiſsa ſibi Prouincia
aufugit, ita plectitur,ac ſi in læſæ Ma-
jeſtatis crimen incidiſset §. ſi quis au-
tem Authent. de adminiſtrat. collat. 7.
Amedeus Iuſtin.de ſyndicat.num.26.&
nu.106. Paris de Puteo in verb.fuga
officialis cap.1. an ſi officialis ſub num.
primum, & verſic. eſt Reus Majeſtatis ,
poſt innumeros , quos allegat Maſcar.
de probation.lib.1. concluſ.499.nu.11.
& lib.2.concluſ.819.nu.35. & concluſ.
821.num.5.Farinac.de Indic.& tortur.
cit.q.48.nu.86.

Quod tamèn , non primi capitis Maje-
27 ſtatis ſcelus eſse, ex alijs admonuit
cit. quæſt. 48. num. 49. prout antè
eum , illius quoquè pænam enarravit
Amedeus Iuſtinus loc.cit.num.16. Sed
confluentibus, vti in hac re, in of-
ficio quoque criminibus : ſi officialis,
28 iuſtiſſimis haud præuijs cauſis, ſyndi-
catu, ſivè inquiſitione pendente aufu-
gerit,pro confeſso,convictoq;habere-
tur l.conſiliarios 3. §. pro confeſſo C.de
aſſeſſor. Bart.ibidẽ Felin.in cap.nullus
n.2.de præſumpt.Io:Igneus in l.legeCor-
nelia n.65.D.ad Syllanianũ par.2.Rom.
in l.admonendi n.58.D.de Iur.Iur.Frã-
ciſcus Curtius ibidem n. 161. Ripa nu.
173.Cato Saccus n.57.Pet.Ptolomeus n.
81.Clarus Cõmuni ductus sẽtẽtia cit.
§.fin.quæſt.2.nu.29. poſt cæteros Ma-
ſcard. de probation.cit.concluſ.499.nu.
5. vbi num. 8. & ſeq. Bartoli , & ſe-
quacium inductionem citatæ legis
Conſiliarios 3.C. de aſſeſſoribus egre-
giè tuetur , et cit. concluſ. 821. num.4.
Farinac.cit.qu.48.num.81.& 82. antè
eum Capyc.d.deciſ.121.num.22.verſic.
quod eſt verum,ex compluribus longa
ſerie congeſtis Caſtill. Bovadill. Hyſ-
29 pani Iuriſprudentiæ cæli ſplendi-
dum ſydus polit. tom.2. lib.5.cit. cap.
1.num.118. & in notis lit. K. quem
ſequitur , non inferioris luminis Iure-
30 Conſultus D. Io: Baptiſta Larrea cit.
allegat.fiſcal.48.num.32.& 33.lib.1.

Vt nil mirum, ſi de notorijs hic agi deſu-
31 per dictum fuerit ; cùm inter ea, quæ
manifeſtũ efficiunt,partis confeſſio cõ-
numeretur cap. veſtra 7. cap. tua nos
8.& cap.fin.de cohabit.Clericor.& mu-
lier. Grammat. deciſ.36.num.30. Ma-
ſcard.de probationib.concluſ.1107.nu.
1.tom.2.Farinac. de delict.& pœnis q.
21. num. 31. Pacian.de probation. lib.
1. cap.11.num.44. D.R.Capyc. Galeot.
contr.illuſtr.contr.61.nu.23.lib.2.

Et quãvis crebriùs ſupra laudati DD.ad
plenam efformandam probationem ,
adverſæ quoquè partis ſacramentum
expetiere : (quòd ut diximus in præ-
sẽtiarũ,cõſuetudine exolevit;) ſat , ſa-
tiſquè illius loco criminale , ut vul-
32 go fertur , examen , & quæ emana-
vit ad informandum , & capitula ci-
tatio , ſunt profectò habenda ; cùm ,
generali jure ad ſimilia in muneri-
bus facinora , ac meritò compeſcen-
da, ut abſens, ac latitans, etiã ad mor-
tem vſquè damnari poſſit , Honorius ,
ac Theodoſius ſtatuerint in l. ſi appari-
tor 6.C.de cohortalibus lib.12. Cui niſi
fuerit ſatisfactum , meritò in LATI-
TANTEM à Iudice pro qualitate pecca-
ti ſententia profertur.veniã enim tali-
bus non permittimus , nec indulgentijs
crimina ſublevamus , comprobatquè
ibidem Bart. & enixè Io: de Platea in
33 princip.Dom.Præſes de Franch. deciſ.
457.num.11.D.R. Rovit. veriſſimum
id,jure communi faſſus conſil.85.num.
17.lib.1.D.R.Galeot.reſponſ.fiſcal.15.
num. 55.

Ac tandèm,vt ſuperius exarata, ſecuriùs
firmentur , neque noſtris juribus ali-
quid immutatum dici valeat,ſpeciales
ſupremi Collateralis Conſilij adduci-
mus

Digitized by Google

mus terminationes, ut apud *D. Præſid. de Franch.cit.dec.*457. in qua latitantes officiales privatione officij damnati fuere *d.deciſ.*457.*in fin.*

Ac penès *Dom. R.Rever.deciſ.* 257.*lib.*1. juxtà ordinem *D. R. de Marin.* quæ, cum de criminibus in officio cõmiſſis, Regius Suſceptor inquireretur, jſquè aufugiſset: ex ſola fuga fuiſſe crimen probatum; atq;ideo munere abdicandum, Senàtus, ſupremũq; Collaterale Conſilium pronunciarũt, cui poſt *Anton.deNigris in cap.Regni* 132.*n.*12.& *Vivium cõmun. opinion.lib.*1.*opinion.* 343. *num.* 35. libentiſſimè ſubſcripſit *D.R.de Marin. in obſervat. ad eandem deciſ.*257. *in princip.*

Quæ cuncta, firmiores in hac re partes ſibi obtinẽt;dũ cauſa,ut inquiebamus, civilis eſt; proùt civiliter contra ipsũ
34 quoquè criminoſum agi ad officij privationem poſſe tradidit *Dom. Præſes de Franch.in d.deciſ.* 457. *nn.*9.& *in fin.* Qua in ſpecie adverſa concluſio, tot auctoritatibus roborata, vt ad officialem nempè plectendum luci-
35 diſſimę requirãtur probationes: quẽadmodum in cæteris quoquè criminibus, cõmuni opinati ſunt calculo ex *l. ſciant cuncti fin.C.de probation.*de Iure Hyſpano *ex l.*12.*tit.*14.*par.*3.*gloſſ. & DD.in juribus prædictis,D.Præſes de Franch. deciſ.* 372.*num.* 1. *Maſcard. de probation. lib.* 1.*concluſ.* 497. ex innumeris *Giurba conſil. criminal. deciſ.*2.*nu.*31. *Camill. Borell. in ſumma deciſ.lib.*2.*tit.*16.*nu.*2.& 3. *Auguſtin. Barboſ.in collect.ad Codic.cit. l.fin.lib.*4.*tit.*19.*num.*2.*Franc. Niger. Cyriac. contr.forenſ.contr.*356.*nu.*5.*tom.*2.*D.R.Conſil.Io:Mar.Prat.contr.forenſ.cap.* 29.*n.*48. *lib.* 1. crebriùs reſtringitur, quoties non ad corporis pænam; ſed civiliter,ad pecuniariam fortaſſis, ſivè officij privationem ageretur; Nam tũc
36 ex indicijs, præſumptionibuſvè Iudicium ferri poſse, firmarunt *Amedeus de ſyndic.n.*168.*Grammatic. conſil.*35. *nu.*45. *Decian. in tract. criminal. lib.* 8.*tit.*38.*num.*2.*Maſcard. de probation. lib.*1.*concluſ.*165.*n.*1.*& ſeq.*

Nequè, cùm ciuili Iudicio cauſa tractatur, adverſus Reum plena opus eſse; ſed talem qualẽ,(ut diximus) ſufficere
37 probationẽ,& ſingula,quæ non iuuãt, ſimùl collecta prodeſse, concluſere *Cravett.conſil.*73.*n.*19.*in fin.& conſil.* 134.*num.*39.*in fin.lib.* 1. ex alijs *Anton.Gabriel.communium concluſ. lib.*1. *tit.*1. *de probationibus concluſ.*1.*n.*26. *D.R.Conſil.de Giorg.allegat.*42.*nu.* 31. & 32. *D.R.Rovit.deciſ.*36.*n.*25.

Et perpendenda quidem adhoc eſt alla-
38 ta *Domini Regentis Reverterij* deciſio, in cauſa Regij Dohanerij ſalis noſtræ fideliſſimæ Civitatis, qui,cùm peculatus crimine, ſivè ſecundum aliorum ſententiam de reſiduis accuſaretur; probationeſquè, ad pænam inferendã deficerent, & negans bis tortus in reatu perſiſteret; non ex eo, quod criminali Iudicio plecti nequivit; pretij tamen ſalis reſtitutionem,officijquè addictionem in fiſci commodum valuit effugere, vt in *deciſ.* 400. *juxtà ſeriem D.R.de Marin.lib.*2.

Reſolutis igitur objectis, ex ijs, quæ in ſuperiori Diſsertatione deduximus, officio, ex Senatus ſententia, ſubſtituentem privandum fore, iterùm poſtulamus. Idibus Iunij M.DC.LVI.

Diffinitio eſt ſub Diſſert. XVIII.

S V M M A E.

1 *Lis litem parit.*
2 *D.Io:de Solorzan commendatur.*
3 *Actiones ex delicto ortum habentes, Rei morte regulariter extinguntur.*
4 . . . *præcipuè, quæ adversùs aliquẽ, pro alterius delicto conceduntur.*
5 *Filius, ipſo jure, patris hæres efficitur, paternumquè magis continuare dominium, quàm noviter quærere cenſetur.*

6 *Hæres vniverſalis, in officio dicitur pariter inſtitutus.*

7 *Conſulti, reſtrictionibus magis, quam regulis incumbentes exiſtimandi.*

8 *Actiones ex delicto deſcendentes, in divinæ Majeſtatis Crimine in hæredes pertranſeunt.*

9 . . *Sicuti in Majeſtatis humana.*

10 . . *quemadmodùm jure quoquè canonico inſpecto.*

11 *Petrus Barboſ. commendatur.*

12 *Actio ex delicto proveniens, in criminibus, quibus ipſo Iure pœna imponitur, in hæredes tranſmittitur, & num. 15.*

13 . . *& quamuìs id aliqui receperint, ſi ſententia declarans præceſſerit.*

14 . . *id tamen ex localibus Conſtitutionibus vigere fundatur.*

15 . . *non autē Iure communi, quò prior ſententia, ut ad hæredes actio porrigatur, receptior probatur.*

16 . . *etiam in officijs.*

17 . . *ex clauſulis præſertìm in privilegijs in Regno apponi ſolitis, & ſub num. 18.*

18 *Clauſula donèc, quouſquè, ſivè quamdiù, conditionem important.*

19 *Hæredes ex repetundarum delicto tenentur.*

20 . . . *ſicuti in crimine peculatus, ac de reſiduis.*

21 . . . *proùt in eoſdem, improborum defunctorum Iudicum pecuniaria pœna pertranſit.*

22 . . . *ſed præſertim, ex furto alligantur, & ſi nihil ad eos pervenerit.*

23 *Litis conteſtatio, in ſummarijs Iudicijs per primum actum, inter partes geſtum inducitur.*

24 *Heredes ex criminibus tenentur, lite cum defuncto conteſtata.*

25 . . . *licet nonnulli Rei quoquè confeſſionem, plenamque probationem requirant.*

26 . . . *vel in privatis delictis conteſtationem ſufficere, in publicis verò vtrumquè inquiant deſiderari.*

27 *Ex litis conteſtatione actio perpetuatur, tranſitquè ad hæredes.*

28 . . . *ac ex ea, nova naſcitur obligatio.*

29 . . . *& de re in judiciū deducta, quaſi contractus efformatur; quo exortæ obligationes, etiam adverſus hæredes pertranſeunt.*

30 . . . *ex ea perfectè jus quæritur adverſario; ideoque poſt eamdē litigatoribus pœnitentia non datur.*

31 *Actio ex delicto, ad hæredes tranſit, cum civiliter agitur.*

32 *Iudicium criminale exiſtimatur; cum pœna, licèt pecuniaria fiſco addicitur; ſed qui contrarium ſenſerint n. 34. & 35.*

33 . . . *ad hæredes, etiàm lite conteſtata non porrigi, qui dixerint.*

36 . . . *privationis officij in Regno præſertìm, omnimodò civile exiſtimatur.*

37 *Hæres, ex defuncti delicto regulariter non tenetur, cùm moritur reus delinquens; ſecus, ſi mortem appetijſſet is, qui pro criminoſo obſtrictus eſſet.*

38 *Nominante vita functo, electio in officio iterum fieri nequit; neque contrà nominantis voluntatem, ad aliū nominatio porrigitur.*

39 *Filius ab inteſtato, ſecundum receptā ſententiam, in officio nominatus cenſetur.*

40 *Teſtati cauſa, inteſtati cauſam proſternit.*

41 *Hæres adeundo, quaſi contrahit; & idcircò à defuncto geſta ſeruare tenetur.*

42 . . *ſicuti ab eodem, teſtamento diſpoſita,*

43 . . *contrà ipſius defuncti factum, venire nequit,*

44 . . *& dummodò, nullum non ſit,*

45 . . *ratum habere compellitur:*

46 . . *in re quoque propria, ſi hæreditatis vires ſufficiunt.*

47 *Teſtatoris voluntas, uti lex eſt ſervanda,*

48 . . *idquè reipublicæ intereſt.*

49 *Teſtamentum, individuum judicatur,*

50 . . . *& proindè pro parte valere non poteſt, & pro parte reſpui .*

51 *Individuum non poteſt per partes conſiſtere .*

52 *Teſtatoris voluntas individua putatur .*

53 . . . *illius idcircò diviſio , non eſt inducenda ;*

54 . . . *ſed integerè, non pro parte accipienda .*

55 *Contra tabulas beneficium , Prætor, fuit filijs impartitus ;*

56 . . . *præteritis tamèn , vel non ritè exhæreditatis , non autem inſtitutis .*

57 . . . *nec competit filijs , qui paternũ Iudicium agnoverunt .*

58 *Tex.in l.fin.G.de rei vindicat. expenditur .*

ARGVMENTVM.

Defunctorũ maleficijs Iuris Regula eſt, hæredes non obligari: ſed varijs hæc comprimitur exceptionibus; Præſertim verò, cùm ipſo jure, pœna fuerit indicta, cum lis conteſtata, cùm de officiorum agitur criminibus; in his etenim hæredes judicium ſubire omnimodo oportet; Quod tamẽ, (quicquid communi Romanorum Iure, ob pœnam fiſco commiſſam, dici queat) apud nos, pro officij privatione civile prorſus exiſtimatur: Hæredes, quæ defunctus, vel geſſit, vel juſſit rata habere, ejuſquè voluntatem uti individuam, quìn inviolabilem tanquàm legem ſervare compelluntur. Inſtituti propterea, ſi teſtatoris agnoverint judiciũ, contra tabulas eundi, carent poſtmodùm beneficio.

PRO REGIO FISCO

In eadem Cauſa .

CVM

D.Carolo de felice Doctoris Ioſephi filio,

A C

Reverendis infirmorum Patribus, ſivè Ioſepho de Neapoli ab ijſdem nominato .

Diſſertatio XVI.

VErax aſſiduè illud, decantatum experimur adagium, quod ex Phocylide, ſuida, alijſq; illuſtrat *Eraſm. in adag. pag. 479. LIS LITEM SERIT, ET NOXA, NOXAM PARIT*, adnotavitq; *Eguinarius Baro in proœmio tract. de divid. & individ.obligation. in fin.tract.tom.6.par. 2.pag.366.*& exornat;*Rev P.Cornelius à Lapid. in Comment. In Eccleſiaſt.cap. 28.pagin.608. col.2. lit.D.* Cùm ſæpè
1 ſæpiùs, finem dùm ceptæ liti imponere ſpem habemus ; vel ad principium jterum vertimur, vel ex vno duplex gignitur litigium, quòd appoſitiſſimè hoc expreſſit Epigrammate, *Petr. Ca-*
2 *ſtal. in pegmat. pag. 255.* cujus non-

fvit

ſvit immemor, doctrinæ, eruditioniſquè venuſtate præclariſſimus Iurecōſultus *D. Io: de Solorzan emblem. 68. pag. 566.*

Volnitur inter ſeſe, rnrſuſq; revertitur ad ſe
Serpens, nec finis flexibus eſſe poteſt:
Hac ſpecies expreſſa fori eſt, hac forma Senatns:
Dnm nequit heù, MINIMIS LITIBVS eſſe modus:
Qumquè putas, finem tantis inſtare qnerelis,
Auditur tibi, LIS, qua fuit vna, DVPLEX.

Quòd revera in hac cauſa obveniſſe cōperitur; dùm dicēdā etenìm illuſtrē fiſco ſentētiam præſtolaremur; ſata LIS triplicis LITIS parturijt fructus: vita nāq; infando contagionis tempore V. I.D. Ioſepho de felice interea functo, in vltimis ſuis tabulis vniverſalem ſibi hæredem D. Carolum filium inſtituit; in officij verò prorogationem eum nullatenus vocans: quinimò illud Reverendis infirmorū Patribus, ſivè perſonæ ab eiſdem nominandæ relinquens; Quo factum fuit, ut Regius fiſcus, nùnc quoquè primùm ſibi Iudicium poſtulet explicari; cùm, ob patrata à ſubſtituto crimina, officium Ærario vindicandum inſtetit, ut *in pracedētibus diſſertat.* 14. & 15.

Cumquè è converſo filius judicium illud evanuiſſe, ac ſuper ampliatione, de qua agitur, ſibi ipſi ſolummodò, non autem fiſco actionem ſupereſſe contendat; Eccè extemplò exurgit Ioſeph de Neapoli; ac uti ab ipſiſmet infirmorum Patribus, ampliationis vi nominatus; & D. Carolum filium, tanquam à Genitore non electum, excludendum; & fiſco, ſi quæ ei reliqua eſt actio, adversùs primçuū officium, ſivè fructus à die commiſſi ſceleris decurſos, eā ſibi comperijſſe, proferendū cſflagitat: Quamobrē, quæ VNA primùm; TRIPLEX jā jā facta eſt cauſa. In qua, licèt quod ad contrarium elidendum conſortem attinet, tàm natus, quàm nominatus fiſco blandiatur, ejus expetens patrocinium: quod ad rei verò effectum pertinet, uterquè & conſortem, & fiſcum demum ſatagit vincere. Et quoniam, cùm hoſtibus nunquam tutum eſt fædus; jdcircò adverſus vtrumquè, ſeparata tamen tuitione, fiſci jus conabimur lucidiſſimum demonſtrare.

Filij igitùr petitio, quàm aliqualis pietas comitari videtur, nullius momenti cenſebitur; ſi ejuſdem argumentis, ut decet, liquidò ſatisfiet.

Priore etenìm loco (vt annuebamus) D. Carolus, ait, nō niſi ex ſubſtituti delicto, fiſcum officj privationem appetere; ſed quum judiciū hoc cùm defuncto patre finem ex ſententia non receperit; perperàm contra hæredem explicandum poſtulari: cùm notiſſimi
3 juris ſit, actiones ex delicto deſcendentes, ad hæredes minimè pertranſire *l. defuncto 6. D. de publicis Indicijs l. ex judiciorū 20. in fin. verſic. ex cateris D. de accuſation. l. vnic. C. ex delict. defunctor. l. 1. C. ſi reus, vel accuſator mort. fuer. §. non autem omnes Inſtit. de perpet. & tempor. action.* concordat *lex hyſpanica 25. emienda tit. 1. par. 7. gloſſ. C in. Bart. Bald. Salic. Angel. Fnlgoſ. Donell. Veſembecins, Cujac.* alijquè penès *Alex. de Nevo in Syſtem. ad cit. l. unicam C. ex delict. defunctor. lib. 4. Cod. tit. 27. num. 1. & Barboſ. ibidem in collect. ad rnbric. cit. l. vnic. n. 1. & 2. Farinac.* cætera jura, auctoreſq; innumeros afferens *de Inquiſit. q. 10. n. 36. Sebaſtian. Medic. in tract. mors omnia ſoluit par. 2. concluſ. 32. nu. 91. & ſequ. Anton. Gomez. var. reſolut. tom. 3. cap. 1. de delictis num. 87. Boer. deciſ. 64. Ozaſcns deciſ. 149. num. 3. & ſeq. & deciſ. 152. num. 1. & 2. Snrd. deciſ. 89. nu. 14. Peregrin. de Iure fiſci lib. 4. tit. 1. nu. 1. Guazzin. ad defenſa reorum defenſ. 33. cap. 26. nu. 1. & 2. & de confiſcatione bonorum concluſ. 18. nu. 1. Caball. criminal. reſolut. caſu 298. num. 3. centur. 3. D. Præſidens Amatus conſil. 55. nu. 7. Amaya in l. fin. C. de Iur. fiſci lib. 10. n. 3. & ſeq.*

Digitized by Google

*& ſeq. D. Conſil. Carleval. de Iudicijs
tom.2.lib.1.diſp.1.n.17.Neguerol. al-
legat.12.n.157.in princip. D.R.de Ma-
rinis reſolut. Iuris cap.244.nu.3.lib.2.*

In ſpecie id poſtmodū amplificās,vbi pro
4 vnius commiſſo; contra alterum judi-
ciū intenderetur; utputa pro officialis
crimine, contrà poteſtatem, ſivè no-
minantem ageretur ex *l. ſed & ij 13.
§.ſivè autem D.de publican. Bart.Paul.
de Caſtro,& alijs, Peregrin.de Iure fiſci
cit.lib.4.tit.5.num.1.verſic. ampliatur
etiam, Guazzin.de Confiſcat.bonor.cit.
concluſ.18.nu.3.verſic.tertio amplia.*

Hujuſcemodi ergo actionis in hæredem
tranſitu, Ioſephi patris obitu præpe-
dito;ad officij prorogationem ſeſe ad-
mittendū D.Carolus decertat; nō mo-
dò, quoniā filius, qui ipſo jure lubens
5 hæres efficitur, paternumq;dominium
continuare potius dicitur, quā acqui-
rere, ut latiſſimè egimus *diſſert.VI.n.
27. cum pluribus ſeq.* ſed quia hæres,
ſcriptùs paterno cernitur teſtamento:
quandoquidem indubitati paritèr ju-
6 ris eſt, ut qui univerſalis hæres inſti-
tuitur, in tranſmiſſili ad hęredes mu-
nere, nominatus quoquè cenſeatur *ad
tex.in l.vnū ex familia 69.§ ſi duos D.
de legat.2.cum concord.Freccia de ſub-
feudis lib.2. q.45.ſub num.3. cum ſeq.
Montan.de Regalib. officijs num.5.Ami-
cangel. cod.tract.qu.16.nu.8. D.R.de
Marin.in obſervat. ad deciſ. D. R. Re-
vert.411. num.2. tom. 2.* cum alijs ſu-
perius digeſtis *diſſer.VII.n.13. cū ſeq.*

Ioſephi autē de Neapoli nominationem,
nullius momenti exiſtimandam ſub-
dit, ex aliàs à nobis traditis,& nuper-
rimè, adversùs eundem Ioſephum
(ut eum nō pręterit) firmandis:ideoq;
officium indubiè ſibi adſcribendum
flagitat vehementer.

At primæ oppoſitioni, *Dom. Antonij de
Philippo* laudabilis ſemper memoriæ,
mei genitoris monumento, libeat re-
ſpondere,qui *in Reſponſ.pro Illuſtr.mō-
tis militum Principe, cum Apycij Baro-
ne* Conſultos nēpè, inquiebat, regulas
7 amplexantes,ab ipſo flocci ſemper fa-
ctos;earūdem verò receptis reſtrictio-
nibus inſigniter, & ingenioſè ſeſe in-
nitentes, maximi ſemper penſos fuiſ-
ſe. Propoſitam ergò regulam, ex ***de-
lictis defunctorum hæredes minimè cō-
pellēdos***,libētiſſimè admittimus;tot au-
tē eā diſtringi,dicimus,exceptionibus,
8 ut vix paucis in rebus,ſoliditatem va-
leat obtinere: Mittimus in deteſtabili
omni æuo Diuinæ læſæ Majeſtatis
ſcelere, eam reſpui *l. Manichaos 4.§.
praterea C. de heretic. & manich.Can.
fin.24.qu.3. cap.fily de hareticis lib.6.
Clarus in cit.qu.51.nu.14.verſic.ſunt
tamen*, cum cæteris penès *Peregrin. de
Iure fiſci lib.4. cit.tit.5.nu.29. Gomez
var.reſolut.tom.3.cit.cap.1. de delictis
num.80.Farinac.cit.quaſt.10.num.37.
Flamin.Cartar.de exequut.ſent.contr.
bannit.n.345. Sebaſtian.Guazzin.de
Confiſcat.cit.concluſ.18. num.22. R.P.
Molin. de Iuſtitia, & Iure tom.4.tract.
3.diſp.43.num.6.verſic.ſecundum.*

Proùt in humanæ Majeſtatis crimine
9 *d.l.ex iudiciorū 20.verſic.excepto D.de
accuſation. l. pantonius 85. §. rei per-
duellionis D.de acquirend.hæredit. d.l.
Manichaos 4.§.praterea C. de haretic.
& Manichais l.fin.C.ad l.Iuliam Maje-
ſtat.* cūm alijs à *Gomez.* allatis *cit.cap.
1.num.80.Clar.vbi ſupra, Gigan. de
Crimine laſa majeſtat.tit.qualiter in
crimin.laſa maieſt.proced.qu.20.lib.1.
& in tit.de pænis cōmit.crimin.laſ.ma-
jeſtat.q.31.lib.2. Farinac.cit.q.10.nu.
42.Guazzin.d.concluſ.18.nu.25. R.P.
Molin.cit.diſp.43.n.6.in princip.*

Sicuti Canonum Iure amplexū obſerua-
10 tur;ac proinde ex defunctorū delictis,
pro eorumdē exonerandis conſciētijs;
& ſi impęnitētes, vt ajunt,ijdē deceſſe-
rint, nec lis cōteſtata fuerit,aut aliquid
commodi ad hęredes pervenerit;ipſos
tamen hæredes obſtringi, edocuerunt
ex *cap.fin. de ſepultur.*& inhibi *gloſſ. &
DD. ex cap. in litteris 5. de raptor. &
cap.tua nos 9.de vſuris,Covarr.var.re-
ſolut.lib.3.cap.3.nu.7. Gomez. cit.cap.
1. de delictis num.27. verſic. ſexta li-
mitatio,&ſeq.*plurimos congerunt Fa-

rinac.

Digitized by Google

rinac.cit.q.10.num.60. Guazzin.dic.
concluſ.18. num. 82.egregie quidem,
11 ac diſtinctiſſimè *Petrus Barboſ. in l.*
filiusfamilias 15.nu. 138.& 139. &
143. cum ſeq. D. de Iudicijs, Cald.Pe-
riera in commentar.ad l.vnic.C.ex de-
licto defunctorum num. 4. & ibidem
Auguſtin.Barboſ.in collect. nu.7.D.R.
Moles in deciſ.man.ſcript.8.in tit.de
pœnis, quibus tenent.official. relata per
Dominum Regentem de Marin.reſolut.
Iuris cap.244.lib.2.n.17.& 18.

Ac ijs quoque in criminibus, quibus ip-
ſo jure, ipſovè facto, amiſſionis bono-
12 rum pœna imponitur; adeovt,pro ea
inferenda,ſententia tantũmodò decla-
rantis Iudicis expoſcatur ; neq; actio-
nem ſimiliter interire ; ſed in hæredes
poſſe exerceri *l.Cajus 22.D. ad Senat.*
conſult. Syllan. d. l.ex Iudiciorum 20.
verſic.adeo D.de accuſation. cap.1. de
homicidio in 6. Gomez extera pendens
jura *cit.cap.1. de delictis n.* 80. *verſic.*
ſextus caſus,Tiraquell.in repet.l.ſi vn-
quam verb. revertantur num. 296.&
298.Cod.de revocand. donation. Bald.
Novell.in tract.de dote par.12.nu.25.
Covarr. de ſponſalib. par.2. cap. 6. §.8.
num.6.Clarus in d.§.fin.qu.51. verſic.
ſcias etiam,Ozaſcus cit.deciſ.149.n.2.
in fin. Egidius *Boſſius in pract.Crimi-*
nal.tit.de pœnis num.34.verſic. & in-
ter cæteros caſus, & in tit.de ſententijs
*n.*47. vbi omnes ita ſentire ait *Vaſqu.*
Mench. contr. illuſtr.cap.96.ſub n.20.
& contr.vſu frequent. vbi de commu-
ni *lib.1.cap.7.nu.15.Peregr.de Iure fi-*
ſci lib.4.cit.sit.5.n.7.Gail.de pace pu-
blica cap.20.n.14.Menoch. in tract. de
recuperand.poſſeſſ. remed.1.n.159.Ba-
jard.ad Clar.cit.q.51.n.34. & q.78.n.
102. ex penè innumeris, ac de com-
muni quoquè teſtatus *Farinac. cit.q.*
10.nu. 68.& 70.Carpan.ſuper conſtit.
Mediolan.tom.1.cap.32.num.99.Tira-
quellum ſequitur *loc.cit.Guazzin. de*
Confiſcat.bonorum q.18. nu.50. & 52.
Iacobus Scultes in obſervat. ad Mode-
ſtin. Piſtor. par.2. q.97.num.18.Dom.
Praſ.Amat.d.conſil.55.n.9.D.R.Rovit.
hanc ſententiam, vnico ore Doctores
amplexos inquiẽs *cit.dec.64.n.10.&*
11.D.De Valdaur.reſol.ill.83.n.7.lib.2

Et quamvis, propoſitionem hanc com-
13 plures admittendam cenſuere; dum-
modò ante criminoſi mortem,ſenten-
tia ipſum declarãs delictum præceſſe-
rit,ut *ex Iaſon.Dec.Ripa,Gabrielio,* alij-
ſquè notat *Farinac.cit.q.10.n.69.ver-*
ſic. ſublimita, & probant præcipuè ex
Curtio ſenior.Plot.Boſſ.& Claro,Petrus
Surd.conſil.425. num.23.lib.3. ac no-
viſſimè *Negueruol. etiàm ex Garronio*
allegat.12.n.157.

Verior tamèn, magiſq;recepta , ſuperior
in exceptione contẽcta, ſẽtẽtia eſt,ut
ex interpetrum numero,eorumq; gra-
vitate colligitur : eoquè mage, quòd
14 contrariorum pars major , localibus
diſpoſitionibus innixa dignoſcitur ;
Curtius enim *ſenior conſil. 58. num. 6.* id
non juribus probat; ſed potius decre-
ti ducalis formula niſus .
Plotus conſil.30.num.32. & conſil.50.nu.
7. eundem Curtium ſequitur, ipſivſq;
decreti ducitur verbis .
Boſſius de accuſat .num.34. eodem quoq;
patriæ perpenſo loquitur decreto; ut
illius diſpoſitione poſtpoſita , cõmuni
Romanorum Iure veriſſimam noſtram
fateatur opinionem, ut *in tit. de pœnis*
num.34. circa princip. & *inter cæteros*
ait, *caſus, qui proponuntur pro limita-*
tione ad dictam regulam,quod pœna de-
lictorum non tranſeunt ad hæredes,ille
eſt, quando IPSO IVRE imponitur pœna,
quia tunc talis pœna afficit hæredem, &
eſt opinio certiſſima , & inferiùs, poſt-
quã de ducali ordinatione verba fe-
ciſſet, ſic ſubdit,*extra decreta,an pœna*
ademptionis bonorum tranſeat in hære-
des, dic abſolutè,quod ſi imponitur IPSO
IVRE tranſit,& *in cit.tit.de ſentent.n.*
47. omnes ita ſentire confirmat, *Iaſo-*
nem his verbis invectus , *attamèn ar-*
bitror, Iaſonem errare, quia præter id,
quod dicat contra alios omnes &c.
Clarus nitidiſſimè , ducali decreto poſt-
habito , & communem noſtram vocat
ſententiã,eãq; generali Quiritum jure
intrepidè amplectitur *cit. quæſt.51.n.*
15. ibi , *& eſt communis opinio* , & in-
frà,

frà, *vbi dicit, quod omnes ita tenent.*
Cumquè Ducalis decreti, & exindè
iudicati meminiſſet, ſubdir, *Credo ta-
men, quod hoc de Iure vix poſſet ſuſti-
neri*, inferius, *& ſi caſus contingeret,
fortè non recederem à communi opi-
nione, præſertim, cùm noviſſimis con-
ſtitutionibus videatur hic articulus,
relictus diſpoſitionibus Iuris cõmunis.
Angel.Stephan. Garron. ad Conſtit. Me-
diolanenſ. lib. 4. tit. de privileg. fiſci
artic. 36. num. 19. pag. 120. verſic. con-
demnati fuerint*, præcitatos patrios
ſequitur auctores *in terminis*, ut is
ideminquit *ipſarummet conſtitutionũ*;
15 Vnde, communi Romanorum jure
inſpecto, nefas eſſet ab recepto ſenſu
abhorrere, ut pęna ſcilicet, ipſo jure,
inflicta, ad hæredes indubitate per-
tranſeat; quod perbelle contrarijs ſi-
gillatim rejectis, reſpondent, prę alijs
*Menoch. conſil. 99. num. 172. lib. 1. Pe-
regrin.* veteres, recentioreſq; id pari-
ter amplexos tradens, de *Iure fiſci
lib. 4. cit. tit. 5. num. 12. & ſequ. Fa-
rinac.* communem, & crebriorem
vocans *cit. qu. 10. n 69. verſic. ſed his
non obſtantibus, Flamin. Cartar. de
execution. ſentent. cõtra bannit. cap.
1. nu. 356. & ſeq. Sebaſtian. Guazzin.*
crebriorem quoq; magiſq; communẽ
teſtatus, etiam ex *Carpan. & Bajard.
in addit. ad Clar. cit. concluſ. 18. nu.
52. Hortenſius Cavalcan. de Brachio
Regio par. 4. n. 142. verſic. ſed, Boſſius,
Petrus Caball. reſolut. crim. cit. caſu
298. n. 5. 6. & 7. centur. 3. D. R. Rovit.
cit. deciſ. 64. n. 13. Ill. D. Creſpi de Val-
daur. obſerv. ill. obſerv. 83. n. 7. tom. 2.*
Nequè ad hanc firmandam opinionem,
abs re moram traximus; namque ve-
16 riorem de Iure putat ſententiam *Fa-
rinac.* ex contextu præſertim *l. ſi ali-
quid 12. C. de ſuſceptor. & arcarijs
lib. 11.* ut officij ſcilicet privationis
pæna, ob crimen in eodem patratum
indicta, ipſo jure impoſita cenſenda
ſit, ità pariter per *Rotam Romanam*
judicatum referens, *de delictis, &
pænis cit. quæſt. 10. num. 47.* ſequitur
*Laurent. Vrſell. concluſ. legal. concluſ.
128. verb. appellatio num. 475. ver-
ſic. & præſertim tom. 2.*
Et ab hac opinione, quamquam diſce-
dere viſus fuerit *Capyc. deciſ. cit. 121.
ſub num. 23.* quo loci ſic fatur *in ca-
ſu noſtro, non reperio vſq; adeò legem
volentem, quod ipſo jure officio prive-
tur quis, ob delictum in eo commiſſum*,
eumquè ſequitur *D. R. Revert. in dec.
man. ſcript. 19. par. 6. n. 16.* quam, uti
jacet typis demandavit *D. R. Rovit. in
2. volum. conſil. in fin. pag.* 450. ſatis-
que arcte compilavit *D. R. de Marin.
cit. deciſ. 516. volum. 2.*
Attamèn, ijs non deguſtatis, quæ *n. 12.
cũ ſeq.* dicta ſunt, neq; his perpenſis,
quæ peritiſſimus Farinacius exorna-
vit, noſtrates hoſce auctores id sẽſiſſe
credendũ erit; Nec privilegiorũ præ-
17 ſertìm formis perſpectis, penſatiſq;
in quibus ſuperiùs ponderatę vigent
particulæ DONEC, & QVANDIV,
ſivè QVOVSQVE FIDELITER TE
GESSERIS; quibus attentis, nulli du-
biũ ãplius erit, quin apud nos in offi-
cijs delinquẽtes, ipſo jure ſint mune-
ribus abdicãdi, & rectiſſimè quidẽ, cũ
clauſulæ pręenarratę cõditionẽ pro-
18 fectò præferãt *l. pater ſeverinã 100.
§. fin. D. de condict. & demonſtrat. &
ibi Bart. Gonzal. ad regul. 8. cancella-
riæ gloſſ. 43. n. 123. Didacus de Britt.
in repet. cap. potuit gloſſ. 4. de locato n.
20. verſic. quandiù litem, Barboſ. de
Diction. diction. 93. nu. 12. & diction.
307. nu. 2.* quibus non impletis, prin-
cipales reſolvi cõceſſiones, æquũ, ju-
ſtumquè eſt; adeout declaratio dum-
taxat Iudicis deſideretur; Et ne
peculiaris deſit auctoritas; quini-
mo ſupremorum Senatuũ diffinitio
his præsẽs ſit, ſic noſtrũ Ærarij, Colla-
teraleq; cõſiliũ fiſco pronunciaſſe cõ-
perimus, penès *eundem D. R. Revert.
dec. 50. man. ſcript.* in cauſa D. Anto-
nij de Soria, filij legitimi, & natu-
ralis Magnifici Michaelis, tributorũ
provinciæ Principatus vltrà ſuſcep-
toris, *verſic. præterea eſt, & verſic.*

& quarto, quàm in hunc ſenſum D. R. de Marinis redegit deciſ.440.nu.4. volum. 2. ibi, Vlterius conſiderabatur, quod quando bona, ob delictum patratum, ipſo jure fiſco quæruntur, morte non extinguitur delictum, notant Bald. Angel. & Imola in l. qui à latronibus §.1.D.de teſtament. ſed in caſu, de quo agebatur, officium IPSO IVRE fuit Regia Curia quæſitum; ergo poterat de delicto poſt delinquentis mortem cognoſci; probatur; Nam cùm officium prædictũ fuerit in perſonã dic. D. Michaelis collatum, donec, & quouſquè fideliter, & legaliter ſe geſſerit. dũ demũ delinquit, fuit eo IPSO IVRE privatus; hæc enim dictio, donec, quouſquè, quandiù, conditionem importat Aretin. in l. ſi quis poſthumos §. ſi filium D. de liber. & poſthum. & in l. quod meo D. de acquirend. poſſeſſ. Paulus de Caſtro in l. ſervitutes la grande D. de ſervit. vbi allegat text. in l. pater ſeuerinam §. fin. D. de condict. & demonſtrat.

Sed jucundius erit, eam in fonte ipſo introſpicere. Nam, cùm quatuor pro fiſco capita Dom. R. Reverterius comprobaſſet; quorum vltimum præſentem continebat quæſtionem, hiſce verbis eam reſeravit, Hæc tamen ſententia non erit privativa, neque inductiva, quia IPSO IVRE à lege privatus fuit; ſed ſolum erit ſententia declaratoria, quæ nihil novi inducit, ſed inductũ declarat. de hac cauſa fuit facta relatio Illuſtriſſimo Dom. Proregi, in Regio Collaterali Conſilio, & fuit votatum in favorem fiſci per omnes DD. Regentes Regiam Cacellariam, & per Regiam Cameram Summariæ nemine diſcrepante, & demum fuit latum definitivum decretum.

Sed propriùs rem quoquè attingentes;
19 in repetundarum crimine, poſt delinquentis fatum, ex ipſius crimine hæredes obſtringi, Modeſtinus in cit. l. ex Iudiciorũ 20. D. de accuſat. ſic prudẽter expreſſit Excepto repetũdarũ, & Majeſtatis judicio: quæ etiã MORTVIS REIS, quibus cũ nihil actum eſt, adhùc exerceri placuit, ut bona eorum fiſco vendicentur, & Scæuola in l. 2. D. ad l. Iuliam repetundar. Datur ex hac lege, & in HÆREDES actio, firmantq; Gomez. in cit. cap. 1. de delictis n.80. verſ. tertius caſus tom. 3. Clarus § fin. cit. q. 51. num. 14. verſic. ſunt tamen, Peregrin. dit. tit. 5. lib. 4. num. 31. verſic. quintus caſus eſt. Farinac. cit. qu. 10. num. 75. Caldas in l. vnic. C. ex delictis defunctorũ 4. par. n. 32. & 5. par. num. 2. & 16. Decian. in tract. criminal. lib. 8. cap. 39. nu. 37. Petrus Herod. rerum judicatarum lib. 9. tit. 3. de repetundis cap. 10. & 22. Guazzin. de confiſcat. bonor. cit. concluſ. 18. nu. 36. R. P. Molin. de juſtitia, & jure tom. 4. tract. 3. cit. diſp. 43. num. 6. verſic. quartum, Barboſ. in collect. ad l. vnic. C. ex delict. defunctorum nu. 12. D. R. Moles deciſ. 8. de pænis, quibus tenentur officiales relata à D. R. de Marin. reſolut. juris lib. 2. ſub cap. 244. n. 14. D. R. Revert. deciſ. 516. num. 2. in fine D. Præſes Amat. d. conſil. 55. num. 12. D. R. Rovit. deciſ. 64. nu. 7. 8. & 9. D. R. de Marin. in obſervat. ad deciſ. D. R. Revert. 65. ſub nu. 1. & reſolut. juris lib. 2. cit. cap. 244. n. 4. ex Bovadilla, Annæo Rober. Antonio Fabro, Oſuald. Rodulph. Forner. Iano Langleo alijſq; D. Larrea allegat. fiſcal. 47. n. 5. lib. 1. D. Creſpi de Valdaur. dit. obſerv. 83. n. 17. & D. Io: de Ayllon. in addit. ad Gomez. de delict. tom. 3. cit. c. 1. nu. 79.

Quemadmodùm in crimine peculatus, ac de reſiduis, ut Papinianus reſpon-
20 dit, ad hæredes quoquè pæna pertranſit in l. fin. D. ad l. Iuliam peculat. Publica, inquiẽs, judicia peculatus, & de reſiduis, & repetundarum ſimiliter adversùs hæredem exercentur, Anton. Gomez. cit. cap. 1. num. 80. verſic. quartus caſus, Clarus d. qu. 51. n. 14. verſic. ſunt tamen, Caldas in comẽtar. ad cit. l. vnic. C. ex delict. defunctor. par. 2. n. 33. Peregrin. d. tit. 4. num. 31. in fin. Farinac. cit. q. 10. num. 73. R. P. Molin. loc. cit. verſic. tertiũ, Guazzin. d. concluſ.

Digitized by Google

concluſ.18.nu.38.Barboſ. in collect.ad cit.l.vnic.n.13.D.R. Moles dic.decis.8. ſub tit. de pænis, quibus tenentur offi-cial.cit.n.14.D.R.Rovit. alleg.dec.64. num.26.D.Io.de Ayllon.d.nu.79. ac D. Creſp. de Valdaur.loc.cit.n.18.

Quapropter, generaliter adversùs im-
21 proborum Iudicum, officialiumve
hæredes, pecuniariã pænã tranſitũ fa-
cere *Cæſares* ſanxere in *l.ſciãt judices 2.C.ad l.Iuliam repetundar.*ibiq;*gloß. Salicet.* & alij,ex multiſq; tradidit *Gabriel Berart in ſpecul.viſit.cap.3.n.21* Officialium hæredes, inquiens, pro il-
licitis concuſſionibus, ac furtis ab de-
fũctis perpetratis,Iure poſſe cõveniri.

Et nil mirum, ſi in furtis id quoq; pro-
baverit, quævè ab hac ſpecie non ab-
fuere; ſiquidèm ſpeciale paritèr in ijs-
22 dẽ eſt, ob frequentem eorum graſſa-
tionem vitandam; quãvis fures defũ-
cti ſint, vt in eorum tamèn hæredes,
ad quos etiam nihil ſubtractæ rei per-
venerit, actio porrigatur *l. ſi pro fure 7.§.condictio D.de condiction.furtiva §.fin.inſtit. de obligation. quæ ex delicto naſcuntur,Gomez cit.tit.de delictis tom.3.cap.1.nu.85.verſic.quod limita, ex gloſſ.Aret.Neguſ.Duen.Capra,Sebaſtian.Medic.*cęteriſq;*Farin.cit.q.10.n. 72.Petrus Barboſ.* poſt *Vaſquiũ contr. illuſtr.lib.3.cap.96.nu.24.* varias affe-
rens rationes *in dic. l.ſi filius familias num.126.cum pluribus ſeq. D.de judicijs, Anton.Faber.coniectur.lib.4. cap. 1.n.1.& ſeq.Guazzin. cit.concluſ.18. num.39.Anton.Pichard.in §.pæna manifeſta nu.25.& ſeq.Inſtit.cit. de obligat. quæ ex delicto naſcun.* ſat elegan-
ter *Gaſpar. Schifordegher. ad Anton. Fabr.lib.2.tract.1.q.9.& 10.*

Præterea, neq;extra propoſitam regulã, nos verſari opinamur; ſi ex facto palã iterum fiet, in hac cauſa ante Ioſephi ſubſtituentis obitum, & litem fuiſſe motam, & conteſtatam; Poſt etenim commiſſum à ſubſtituto ſcelus, fiſcus pro exercitij interdictione, (quàm obtinuit) officijq; privatione inſtetit; cui, & ore, & calamo Ioſephus ipſe ſe atq; enixè quìdẽ oppoſuit; quòd in hac inſtantia, quæ pura juris circum-
ſcribitur quæſtione, & in judicio,quo
vertimur, quod ſummarium eſt, litis
23 conteſtationem induxiſſe neminẽ la-
tet;cùm in ſummarijs judicijs primum
actum litis conteſtationis loco recipi,
cunctis innoteſcat *Geminian. conſil. 145.num.1.Lapus allegat.112. n.2.& 3.Cardinal.Tuſc.lit.L.concluſ.390. n. 7. Marant.in ſpeculo aureo diſtinct. 9. num.15.& membro 10. nu.1.& eodem membro verb.quartus actus n.3.*plures
alios congerũt *Borrell.in ſumma deciſ. lib.1.tit.50.num.106. D. Conſil. Carleval. de judicijs tom.2.diſp.4.num. 8. D.R.Capyc. Galeot.contr.37.ſub nu.24. & 25.lib.1.D.R.Capyc.Latro dec.102. ſub n.32.lib.1. D.Conſil.Staiban.reſol. forenſ.reſol.71.n.9. lib.1.* Quod, ſi in
iſthac re litis adeſt cõteſtatio;rectiſſimè
intrà proprios ejuſdem regulæ can-
cellos, cauſam diximus comprehen-
di: cùm ex delictis defunctorum hæ-
redes non teneri edictum ſit; dum-
24 modo, vel nihil ad eos commodi per-
venerit, vel, (quod ad nos attinet) cũ
vita functo, lis cæpta, ſivè conteſtata
non fuerit,*d.l.ex judiciorum 20.in fin. D.de accuſat.* ibi *incipere ab hærede ita demum poteſt,ſi vivo reo accuſatio MOTA EST,licet non fuerit condẽnatio ſecuta,l.omnes 25.D.de action.et obligat. Omnes pænales actiones POST LITEM INCHOATAM,etiã ad hæredes trãſeũt, l.pęnalia 125.D.de regul.juris,Pænalia judicia SEMEL ACCEPTA, in hæredes trãſmitti poſſunt,l. omnes 182.D.eodẽ, Omnes actiones,quæ morte, aut tempore pereũt,SEMEL INCLVSAE IVDICIO ſalva permanẽt.*Et pro litis cõteſtatione,jura ſunt aperta *in l. conſtitutionib. 32.D.de action.& oblig.quaſi lite CONTESTATA cum mortuo,l.ſciendum 57. D.eodẽ,Ex omnibus cauſis LITES CONTESTATAS, & in hæredem,ſimileſq; perſonas tranſire, l.nemo 88.D. de regul.juris, Deniquè poſt LITEM CONTESTATAM hæredi quoq; proſpicitur, et hæres tenetur ex omnib.cauſis,l.vnic.*

C.ex delict.defūct.Poſt LITIS CONTESTATIONEM *§. non autem omnes verſic. pœnales Inſtit.de perpet. & tempor. action.* ibi *Si ab ipſis principalibus perſonis fuerint* CONTESTATÆ, *& hæredibus dantur,& contra hæredes tranſeūt,l.hiſpanica 25.emēda tit.1.par.7. et ſtyli l.67.* DD.ferè omnes pro regu. la incontrariū deſuper recēſiti, *Gomez var.reſolut.cit.cap.1.de delictis n. 84. tom.3.Vaſquius contr. illuſtr. cit. cap. 96.num.25.lib. 3.* ex cæteris *Farinac. cit.qu.10. num.50. Gail.de pace publica cap.20.num.13. Caldas Perier. in dic.l.vnic.3.par.Gregor.Lopez in cit.l. 25.tit.1.par.7.verb.aſsicomo in princip. Caball.criminal.reſolut.caſ.298.n.10. & ſeq.centur.3. Guazzin. de Confiſcation.bonor.cit.concluſ.18.num.55. Donell.in cit. l. vnic.C.ex delicto defunctorum num.48. & 58. Petrus Barboſ. in d.l.ſi filius familias 15.num.153.& 154. D.de Iudicijs, Gaſpar Schifordegherius ad Anton.Fabrum.lib.1. tract. 10.qu.1.colum.3.verſic. qua cum ita ſint, D.Franciſcus de Amaya in l.fin.C. de Iure fiſci lib.10.num.10.D.R.Rever. deciſ.65.num.3.lib.1.* & ibi *D. R. de Marin.in obſervat. nu.1. circ.princip. D.R.Rovit.cit.deciſ.64.n.9.in princip.*

Et quamvis nō pauci, nō litis ſolūmodo
25 conteſtationem; ſed & plenā criminis probationem, Reivè confeſſionem affectent *Ozaſc. cit.deciſ.149.num.9. Caball.dic.caſ.298.n.25.et ſeq.Cavalcan.de brachio Regio par.4.ſub n.141. Sebaſtian.Guazzin.de defenſ. reor. defenſ.33.cap.26.ſub n.2.& ſeq.*

Id tamen, non modò, adversùs tot graviſſimos laudatos Auctores; ſed præcitatis, perpenſiſquè juribus oppugnare manifeſtè videtur; quibus, vel motam litem, vel ipſius ſaltìm conteſtationem ſufficere edocemur. Quamo-
26 brem,ad Scopulū iſthunc effugiendū, diſtinctionis fædere,opiniones conciliandas, quamplurimi dixerē; ut in publicis nempè judicijs, non ſolùm litis conteſtatio, ſed & Rei confeſſio, aut plena in eumdem probatio requiratur; alioquìn, ejuſdem interitu, & reatus, pœneq; omnes extinguantur; In privatis verò ſceleribus, litis ſolū conteſtatio ſatis eſſe, exiſtimetur *Argumento leg. prima D. de privat. delict.& l.3.l.defuncto 6.D.de publicis Iudicijs cum concordant.Bart. Alberic. Angel. Decius, Boſſ. Sebaſtian.Med[illegible] Vulpellius,* alijquè penes *Farinac. cit. qu.10.nu.53.Guazzin.cit.concluſ.18. de confiſcat.bonor.n.59.Petrus Barboſa in dic.l.ſi filius familias nu.155.D.de judicijs, D.R.Rovit.cit.dec.64.n.5.*

At ratio, quæ legem animat, nobis ſuadere nō ſinit, litis cōteſtationis virtutē ipſam (licet contra criminoſū nequè integra probatio, neque propria conſiſtat confeſſio,) id efficere; ut propoſita ſcilicet actio,in omni judicio,ad hæredes valeat pertranſire; Duo etenim litis conteſtatio præcipuè operatur, quę huic actionis progreſſui maximoperè conducunt; Primùm, ut
27 ex ea actio perpetuetur, tranſeatque ad hæredes *l. aliam 29. verſic. nequè enim D. de novation. l. nam poſtea 9.§.ſi is qui temporaria D. de jurejurando l.fin.C.de præſcript.30.vel 40. annorū,Raphael.Fulgoſ.in d. l.vnic.n. 1.in princip.Cod. ex delict. defunctor. Bart.Bald. Salicet.Caſtrenſ. Felin. Abbas, Soccin.Faber,Balbus,Covarr. Padill.* penes *Guttierez de Iuramēto confirmatorio par.3. cap.1.2.& 3. Vſuald. illiger.ad Donell. Enucleat. lib.5. cap. 31.fin.lit.H.& lib.16.cap.8.lit.D.& ibidem in notis,D. Reg. Sanfelic.deciſ. 387.nu.8. lib.3.D.Conſiliar.Statb. reſolut.forenſ. reſolut.104.num.63.centur.2.*

Alterū, ut cùm ex eadem litis conteſta-
28 tione nova obligatio exoriatur *l.3. §. idem ſcribit D. de peculio l. nulla*
29 *23 C. de procurator.* videaturq; perindè de re in judicium deducta,quaſi contractus celebrari; meritò idcircò, inſolidum adversùs hæredes porrigitur actio; cū ex contractibus veniētes actiones hæredibus dentur, & in metipſos citra dubietatē valeant exerceri

ceri l.ex contractibus 48.D.de action.
& obligation.l.hoc jure 195.in fin.l.ad
ea 200. §.fin.ff. de regul.Iuris, & ita
ſingulariter tradiderunt Fulgoſ. in
cit. l.vnic.C.ex delict.defunctor.n.1.
verſic.cujus primi notabilis, & ibidem
Donell.num.57.in fin.& 58.in princip.
Gregor.Lopez.in d.l.25.tit.1.partit.7.
verb.aſſi como, Vaſquius contr. illuſtr.
lib.3.cit.cap.96.nu.25. Petrus Barboſ.
in cit.l.ſi filius familias 15.nu.154.Ga-
ſpar Schifordegher. ad Anton. Fabr.
lib.1.tract.10.cap.1.colum.3.verſic.
prior cauſa, ex Duareno, & Ottomano
D.Franciſcus Amaya in cit.l.fin.n.11.
C.de jure fiſci lib.10. Vndè Bald. in
Authent. habita C.ne filius pro patre n.
92. pænitentiam, poſt litem conteſta-
30 tam nō dari edocuit, quia eſt jus per-
fecte quæſitum adverſario.

Quæ cuncta maximè ſibi partes vindi-
31 cant; cum civili Iudicio, ut in hac
cauſa, res peragitur gloſſ. in d.l. de-
functo verb.pœna D. de publicis Iudi-
ciis, & ibi Bart.in §.quocunq. ſub nu.
1.Bald.in d.l.vnic.C.ex delict. defun-
ctor.num.5.Marc.Anton. Eugenius cō-
ſil.21.num.6.lib.1.alijq; paſſim.

Hujuſce autem doctrinæ cauſa, non vul-
gare fortaſſis excitabitur argumentū;
ut cùm præſens ſcilicet judicium non
32 civile, ſed criminale putandū ſit; quo-
niam pœna, ex officij privatione injū-
genda, quamquam pecuniaria, non
privati alicuius commodo; ſed fiſci
addicitur compēdio gloſſ. in l.prætor.
3.verb.centum aureorum D.de ſepulcro
violat. vbi Bart. num. 1. gloſsæ opi-
nionē omnes amplecti fatetur, poſt Fe-
lin.Anton.de Butr.Aretin.Alex.Deciū,
Matthesilaū, Barbat.Gratian.Alber.Ve-
ſtriū, Bertazzol. alioſq; ac uti commu-
nem, magiſquè communem ſequun-
tur Clar. lib.5.receptar.ſentent. §.fin.
q.1.ſub n.2.verſic.& quorū omniū, Ma-
ſcard.de probation. concluſ.762.nu.9.
lib.2.Menoch.de arbitr.Iudic. lib.2.caſ.
265.num.4.ex l.licitatio 9.§.quod illi-
citè D.de publican. Peregr.de Iure fiſci
lib.4.tit.8.num.7.& 8. Sigiſmundus
Scacc. de judicijs cauſar. civil. & cri-
minal.lib.1.cap.5.nu.3.Farinac.de va-
riis, ac diverſis quæſtionibus q.100.n.
10.D. Præſes de Franch.deciſ.162.nu.
16.& 17.D.Præſes Amatus conſil.cit.
55.num.11.D.R.Sanfelic.deciſ.237.n.
4.lib.2.D.R.Marcian.diſputation.Iuris
diſp.64.num.13.& ſeq. lib.2. etiam
conteſtata lite, ac privatis pariter in
33 criminibus, ſi de pœnis (ut diceba-
mus) fiſco addicēdis tractetur, ad hæ-
redes nō progrediatur, prout ex Bart.
Angel. Alberic. Decio, aliiſq; tradidit
Farinac.cit.qu.100.n.54.

At quamuìs reſponderi poſset, propo-
ſitam ſententiam, ut quum pœna
nullatenùs parti, ſed fiſco tribuitur,
34 criminale conſtituat Iudicium, haud
eſse vndiq; tutā, cum gloſſographus pa-
rum ſibi conſtans, contrarium ſenſe-
rit in l.ſi qua per calumniā 22.in verb.
auri C.de Epiſc.& Cleric. & in l. qui
ſepulcra 4.in verb. videtur verſic. vel
alias C.de ſepulc.violat.alijſq; in locis
per eundem Farinac.collectis in cit.q.
100.n.11. Idq; ſacram Romanam Ro-
tam ſectatam agnoſcimus in deciſ.an-
tiquior.ſub tit.de appellat.deciſ.10.in-
cipiente, an Iudex pag.600. eamq; ſe-
quuti ſunt Menoch.de arbitrar. Iudicū
lib.1.qu.82.nu.3.& 4.Scaccia de Iudi-
ciis cauſar.civil.& criminal. d. lib.1.
cap.6.num.2.

Ac diſcrimen, inter fiſcum, privatamquè
perſonā, à contrarijs amplificatum, ra-
35 tione procerto carere; dùm in euen-
tibus, in quibus ad hæredes actio trā-
ſire valet, hanc conſtituere differen-
tiā cōtra publicā cauſam, cui fiſci ineſt
ratio, eſſet equidē reſpondere, vt per-
bellè eam improbat Ozaſc. cit. deciſ.
149.n.8. et 9. pro fiſco inibi pronun-
ciatum referens, eūq; ex aliis ſequitur
egregiè Petr.Caball.reſolut.crim.cit.
reſolut.298.n.18.19.& 20.

Verumtamèn, nè à communi ſenſu, ſub-
tilitatibus innixi, diſcedere videamur;
libeat ulteriùs reſpondere: non mo-
do ex hoc capite, ſed quampluribus
36 ex alijs, ſuperiùs nos firmaſſe adver-
ſus

ſus hæredes fiſcalem actionem tranſijſſe;atq;eò præſertim, quoniam præſens Iudicium omnimodo civile reputari oportet. Quamvis etenim, in ſubſtitutum, ut pro commiſso is facinore plecteretur, criminale foret;pro officij tamen privatione, & præcipuè in delinquentem, ut experimur, civile eſt prorſus judicandum.

Licèt namquè originē à ſubſtituti crimine, id habeat; criminalem attamèn naturam, contra ſubſtituentem nec aſſumpſit, nequè aſſumere vnquam valebit; cum non niſi civiliter; ni particeps ſceleris fuerit, ſubſtituens teneatur, ut prçter antiquiores, ex *DD. RR. Rever. Conſtāt. Rovit. Marin.* alijſq; diſsertū fuit *diſſer.* 14. *n.* 50. Et huc referri poteſt, quòd ex non paucis juriū diſpoſitionibus *Sacra Romana Rota* diffiniuit;quòd de crimine civiliter quotiés agitur, & ſentétia ea methodo fertur; civilis, non autem criminalis cauſa ſit habenda *in decis. antiq. tit. de Iudicijs decis.* 19. *pag.* 396. Eoq;magis, cùm hujuſmodi Iudicij principia, vel ex quaſi contractu dependent, litis conteſtationis virtute noviter efformato; vel, & rectiùs ex primçvis initijs, quibus impertitionis ipſe contractus compoſitus fuit: ut nempè, *fide*, ac *recto* ab adminiſtratore non ſervatis, conceſſio vèl ex ipſa radice ſolveretur: & vtroq; evētu, in hæredes, uti ex civiliſſimo (ut ita dicamus) judicio actionem dari, nemo certè poterit hæſitare. Quamobrem in hac privationis officij ſpecie, Iudicium civile omnimodo cēſendū ex *cap. per tuas* 32. *de Simonia*, ijs verbis, *ſed CIVILITER, ut ab adminiſtratione amoveretur*; probaruntq; ibidē *Canoniſtæ, Rota Roman. in deciſ. antiq. tit. de dolo, & contumacia deciſ.* 7. *num.* 2. *incipient. nota quod regulariter pag.* 417. *Bart. in l.* 1. §. *Domus verſic. veritas eſt D. de ſuſpec. tutor.* ſat ſcitè *Franciſcus Aretin. in rubric. decretal. de Iudicijs in fin. verſic. ſed eſt quadam tertia ſpecies pænæ*, ex pluribus *doctus Maranta in prax. de ordin. Iudicior. par.* 4. *diſtinct.* 1. *num.* 32. *Farinac. cit. q.* 100. *num.* 21. *&* 25. *D. R. Revert. dic. deciſ.* 50. *manuſcript. ſub verſic. hac nominatio lib.* 5. *pag.* 279. *& ſecundū ſeriem D. R. de Marin. dec.* 341. *n.* 2. ex alijs *D. R. Rovit. deciſ.* 64. *num.* 21. *& ſeq.* quo loci ex eadem hac ratione, neque litis conteſtationem expoſci; ſed moram tantummodo ante officialis obitum inſtantiam, ſufficientem putavit, firmavitquè ex pluribus *cit. deciſ.* 64. *n.* 22. *&* 23.

Ex his ergò receptiſſimis ſanè exceptionibus, & ſimùl, & ſingillatim perpēſis, propoſitæ regulæ vis, ut in hæredes judiciū hoc dari non poſſit, evanuiſſe cōſpicitur;quēadmodū ex eiſdē reſtrictionibus, nullius quoq;roboris id eſſe, quòd deſuper ſpecificè inducebatur *n.* 4. ut nō teneretur ſcilicet hæres, pro unius quoties delicto, (ut in hac re) adversùs alium actio intēderetur.

Atqui, ne inultum id etiam permaneat;
quinimò, ut idem obiectum in ad-
verſarios retorqueatur: reſpondere
37 juuabit, ex facti, juriſquè errore eoſdem deceptos fuiſse;Quandoquidem verum dicimus eſſe, ut regularitèr ad hçredes pariter actio non tranſeat, quum alter pro alterius crimine alligaretur; ſed intelligēdū id fore, ubi qui deliquerit defunctus eſſet; ſecus vero ſi is, qui pro ſonte reperiretur obſtrictus, mortē obijſſet; prout in hac cauſa obveniſse reminiſcendum erit; cū nequaquàm ſubſtitutus criminoſus mortuus ſit;ſed actorū magiſter ſubſtituēs, qui nō ex eius peculiari, ſed ex ipſius ſubrogati criminibus civilitèr pænas ſubire cōpellitur. Id quod, & ratio metipſa naturalis ſuadet, ut diſcuſſæ deſuper quæſtiones, tūc differēdæ ſint; cùm de proprij delinquentis, non autèm ſubſtituentis morte tractatur, laudatiq; id *DD. Caſtrenſ. Peregr.* alijq; enucleant;& ijſdem è præallegatis juribus colligitur, ac potiſſimum ex *l. ex judiciorū* 20. *D. de accuſation.* illis verbis, *& mortuis Reis d. l. defuncto* 6. *D.*

de

de publicis judicijs, DEFVNCTO eo, qui reus fuit criminis, d.l.2.D.ad l.Iuliã repetũdar. A MORTE ejus, qui arguebatur, rubr.tit.C. ex delic. DEFVNCTORVM ijſq; inibi verbis *eo, qui vim fecit, vel cõcuſſionẽ intulit, vel aliquid deliquit DEFVNCTO, rubr.tit. C.SI REVS, vel accuſator MORTVVS fuerit, §.non autẽ omnes Inſtit. de perpet. & tẽpor. action. in hæredem REI non competere*.

Sed præſertìm ex cit. *l.* in contrarium inducta, *Sed & ij 13. §. ſivè autem D. de publican. & vectigalib.* vbi, cùm ex ſervi crimine dominus eo edicto teneretur; liberari eum *Cajus* reſpondit: ſi noxius ſeruus, mortuus fuerit, *ſivè autẽ*, Iuriſcõſultus inquit, *vendidit ſeruum proprium, vel manumiſit, vel etiam fugit ſeruus, tenebitur ſervi nomine, qui tã factioſã familiã habuit. Quid tamen ſi ſeruus DECESSERIT? videndum eſt, an publicanus teneatur, quaſi facti ſui nomine. ſed puto, quia facultatem non habet exhibendi, nec dolus ejus interceſſit, debere eũ liberari.*

Nequaquam igitur domini, principaliſve officiarij, ſivè ſubſtituentis mors intervenire debet; ſed ſontis ſervi, ſivè ſubſtituti hominis fatum attenditur: ut ſiuè exploſæ regulæ, ſivè adductis exceptionibus locus eſse poſſit; ut idcirco, & ex Iure in hac ampliatione, & ex facto ab integra regulari concluſione dicendum ſit, ſalva eorum pace, Adverſarios aberraſſe.

Et ſicuti, in criminoſi Adminiſtri hęredes ſi ageretur, ex coarctationibus, declarationibuſquè deſuper traditis, res decernenda foret; quas, & adducere, & firmare operæ pretium fuit, ut & contrarijs ſatisfieret, & vndiquè fiſci juſtitia inconcuſſa demonſtraretur; ità pariter in præſentia, dum contra ſubſtituentis hæredes, fiſcus ipſe inſtitutum proſequitur judicium, ſecundum *in præcedentibus diſſertat. firmata*, non ob Ioſephi ſubſtituentis obitum; ſed ob ſubſtituti ſcelera, officium regiæ addicendum Curię, pronunciandum erit.

Et cùm, adversùs Ioſephum de felice, fiſci jus, pro muneris privatione, ſic liqueat, ut diſputationi cum D.Carolo filio, illiuſquè hærede locus eſse non debeat, an ſcilicèt juſtè ad prorogatũ officium ſe admittendum efflagitet; Cum vltimæ genitoris tabulæ, ipſo poſthabito, alium elegerint; atq; huc vſquè diſſerta, hanc etiam quæſtionẽ abſorbeant; Si enìm, ex ſubſtituti delicto, pater officio orbandus erat, (id quod prorogationem quoque comprehendere in *ſequenti* dilucidè palã fiet,) incaſſum, an filius ad ampliationem vocari poſſit, diſceptandum proponitur.

Attamèn in hac etiam parte, ut iniquè D. Carolum filium poſtulare oſtendatur, hæc brevibus ſubnectere, conſvltò cenſuimus.

Brevibus certè. Nam in Superioribus diſsertationibus, ſat diffusè probatum fuit; completa, (vt in hac cauſa) per
38 patrem nominatione, ipſoque vita functo, novæ electioni aditum dari non poſse; cũ nominatio, ex eligentis morte, firmitudinẽ magè cõſequatur, quàm revocãdi jus valeat cõtribuere; nec eã ab univerſali hærede iterũ expleri poſse: quippè quæ ſoli nominanti patri, ſummaq; fuit fide demandata. Quinimò, ſi irrita diceretur, nominato id non officeret; cum eligentis voluntas pro illo ſanè propugnaret; & ſi ſubſtineri forſan nequiret; ad Regẽ potius, quàm ad hæredem reſoluta facultate, nominandi jus idẽ rediret, caducũvè fiſco efficeretur; ſibiquè ipſi demum nominans imputare deberet; cur cõceſsa facultate, aut nõ legitimè, aut inutiliter uſus fuerit, ut ne papyros, (licèt ex utiliſſima repetitione) implere videamur, appoſitiſſimè obſervari hæc poterũt *in diſſ.5.ſub n.38. cum ſequent. diſſert.6. num. 17. & ſeq. & diſſert.7. n. 34. 37. cum plurib. ſeq.*

Sed ut aliquid novi ex aliquali facti varietate, in hac ſpecie ſuperaddatur; triplicem proindè modum, quo officium D.Carolus appetere valet, oppugna-

pugnare conabimur; Aut enìm ab in-
teſtato, Aut ex teſtamento, Aut deniq;
contra ejuſdem teſtamenti tabulas, id
poſtulare intendit; ſed in his omnibus,
manifeſti juris labitur erroribus; ex
omni igitur parte ejus petitionem
reijci oportebit.

Ab inteſtato namquè, licet filius ex re-
cepta de more ſententia, in officio le-
39 gitimè nominatus cenſeatur, ut ex
Io: Vincent. de Anna, Iacobo Antonio
Mauro, Maſtrill. Gratian. D.R. Rovit.
D.R. de Marin. alijſquè admiſsum fuit
cit. diſſert. 7. n. 21.

Id tamèn locum ſibi obtinere non valet,
40 paterno exiſtente teſtamento: cùm
nec vulgares quoquè prætereat, ab
teſtamenti tabulis, inteſtati cauſam
devinci, eeſsareque l. quandiù 39. D.
de acquirend. hæredit. l. quandiù 90. D.
de regul. juris l. antequã 8. C. commun.
de ſucceſſ. Surd. conſ. 268. n. 46. lib. 2. D.
R. de Marin. reſolut. Iur. lib. 2. cap. 219.
ſub num. 14. D. Conſil. Hodiern. contr.
forenſ. cap. 8. n. 1. D.R. Capyc. Latro con-
ſul. 77. lib. 2. ſub num. 3. & conſult. 86.
num. 9. eod. lib. 2.

Si verò id ex teſtamento autumat affe-
ctare; & non paucis ſimilitèr juris, (ut
dicebamus) principijs id repugnare
infraſcripta ſuadent; hæredem nempè
adeundo quaſi contrahere, ideòq; ob-
41 ſtringi à defũcto geſta adimplere, poſt
Bald. Deciũ, Roman. Curtium Iunior. &
alijs, Surd. deciſ. 93. num. 9. Gratian. di-
ſceptat. forenſ. cap. 657. n. 45. 46. et 54.
lib. 4. cap. 878. n. 12. lib. 5. D. Conſil. Stai-
ban. reſolut. forenſ. reſolut. 29. nu. 40.
& reſolut. 100. nu. 15. centur. 1. proùt
42 ab eodem in teſtamento diſpoſita, ex
pluribus Surd. conſil. 143. nu. 9. lib. 1.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 839. nu. 4.
lib. 5. D. Conſil. Staiban. cit. reſol. 29. n.
43 41. contrà defuncti factum eidem,
non modò venire nullatenùs permiſ-
ſum vulgat. l. cum à matre 14. C. de
rei vendic. l. 2. C. ſi adverſus venditor.
pign. l. ea, quæ à patre 7. C. de reſtitut.
milit. Ozaſc. deciſ. 41. numer. 10. Dom.
Præſ. de Franch. deciſ. 83. num. 3. D.
Conſil. Staiban. reſolut. 183. num. 227.
44 centur. 2. ſed, ni evidenter nullum
id certè ſit Dom. Præſes de Franch. de-
ciſ. cit. 665. num. 3. Grammatic. deciſ.
93. num. 8. D. Reg. de Ponte de poteſtat.
proregis tit. de aſſenſ. Reg. ſup. dot. §. 1.
num. 17. ex conſil. 61. num. 31. lib. 1. D.
R. Tapia deciſ. ſupremi Senatus Italiæ
2. num. 395. D.R. Capyc. Galeot. contr.
1. num. 87. lib. 1. D.R. Capyc. Latr. con-
ſult. 23. num. 15. & conſult. 46. num.
28. lib. 1. D.R. Merlin. cõtr. forenſ. cap.
81. nu. 12. centur. 2. D. Conſil. Staiban.
cit. reſolut. 183. n. 228. ratum quidem
45 habere adſtrictum eſſe Grammat. d.
deciſ. 93. num. 7. Capyc. deciſ. 121. n. 3.
D. Præſes de Franch. d. deciſ. 83. nu. 3.
& dec. 153. n. 16. D.R. Marcian. conſil.
36. num. 10. lib. 2. D.R. Capyc. Latro
deciſ. 3. numer. 33. deciſ. 139. num. 19.
deciſ. 176. num. 31. & conſult. 10. nu.
58. lib. 1. conſul. 45. n. 40. lib. 2. D. Con-
ſil. Staib. reſolut. 183. nu. 127. proprijs
46 etiam in rebus, quatenus hæreditatis
ſuppetunt vires d. l. cum à matre 14. C.
de rei vindic. quem textũ optimum ad
hoc probandum cenſuit D. Præſes de
Franch. d. deciſ. 153. num. 16. & deciſ.
565. num. 2. & ſequenti, ſequitur ex
Arto Pinello in l. 1. par. 3. num. 81. ver-
ſicul. ampliatur primo C. de bonis ma-
ternis, D.R. Conſil. Staiban. cit. reſolut.
29. num. 52. centur. 1.

Teſtantium voluntates, uti leges ſervan-
47 das eſſe l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. §.
diſponat Authent. de nuptijs, cum con-
cordantibus, relatis per D. Conſil. Car-
leval. de Iudicijs tom. 2. tit. 3. diſp. 5. n.
20. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 7. n.
21. & artic. 11. ferè per tot. Pratis de
interpetrat. vltimar. volunt. lib. 5. in-
terpetr. prima dub. 1. ex num. 1. Craſſus
in §. teſtamentum qu. 62. num. 1. Galga-
net. de condict. & demonſtrat. 2. parte
cap. 1. qu. 50. Surd. conſil. 210. num. 13.
D.R. Tapia deciſ. ſacri Conſilij 33. n. 5.
D.R. Valenzuol. conſil. 105. nu. 3. lib. 2.
ex alijs Giurba deciſar. obſervat. par. 1
obſervat. 3. ſub num. 1. & 3. quique
48 cas tali pacto, inviolatas cuſtodire

publi-

publicæ rei, fundat intereſſe ex *l. vel*
negare 5. D.quēadmodū teſtament.ape-
riant. Can. vltima voluntas 13. qu. 2.
ac ex *Bald.Viglio,Vaſquio,Padill.D.R.*
*Valēz.& Auguſt.Barboſ.*idē *Giurb.cit.*
obſeruat.3. nu.3. in princip. compro-
bat *D.R.Merlin. contr.forenſ.cap. 61.*
n.11.cent. 2. Quamobrem, ſi paterno
D.Carolus incumbit teſtamento;& ex
eo declaratus extitit hæres; paternam
non poterit diſpoſitionem contraire ;
ſed eam adamuſſim, ac uti inviolabi-
lem legem, adſeruare.
Nequè, cæteris ſervatis, completiſquè,
in hoc ſolummodo à paterna recede-
re voluntate, ſibi relaxari forſan poſſe
49 opinetur; teſtamentū etenim,uti indi-
viduum *l.furioſum 9.C.qui teſtam.fa-*
cer. poſſ.& ibi *gloſſ.verb.pro nihilo, ex*
Bald.Immola,Theſaur. q.q.forēſ.lib.4.
quaſt.28.num.7.Manent.deciſ.59.n.9.
Thomat.deciſ. Rota macerat. 68. num.
81. *Polidor. Rip. de Individ. ſect.22.*
num.16.Giurb. dicta obſervat. 3. nu-
50 *mer. 2.* pro parte quidem valere,
ac pro parte nō poteſt infirmari *l. cum*
ex cauſa 139.D. de verbor.obligat. l.in
hoc judicio 28. D. familia ercifcund.
DD.in l.ſtipulationes nō dividūtur 77.
D.eod.tit.de verbor. obligation. Io:An-
ton.Bellon.conſil.27. num.38. Giurba
*loc. cit. num.2.*Individuum namq; ne-
51 quit per partes conſiſtere *l.ſi quis 25.*
D.de teſtam.& d.l.furioſum, Alex. Tu-
raminus lib. ſingular.ad tit.de legibus
par.1.cap.3.num.9. & par. 2. cap.10.
num.20.
52 Sicuti, quia teſtatoris voluntas ſi-
militer eſt individua *l. eum qui 18. §.*
fin.D.de his, quibus, ut indignis l. qui-
dam elogio 20.Cod. de jure deliberand.
Petra de fideicommiſſis q.14.num.6. Io:
Anton.Bellon.cit.conſil.27.& conſ.56.
53 *nu.9.*illius diviſionē nunquā eſſe in-
ducendā,vi eiuſdē *l. eū qui 18.§.fin.in*
*fin.D.de his,quibus, ut indign.*edocuit
Anton. Faber.in ſuo Cod.lib.4. tit.43.
de Iure emphiteut.diffinit. 20. num. 6.
in allegat. quem ſequitur *Giurba cit.*
obſervat.3.n. primo verſic. nunquam
54 *enim*, prout in totum, non pro parte
accipiendam,ex *l. legatarius 38. D.de*
legat. primo l.neminem 4. D. de legat.
2. l.ſi ex aſſe 10. D. de acquirend. hæ-
*redit.*tradidit *Io: Anton.Bellon.dic.con-*
*ſil.56.n.10.*cum abſurdum demùm ſit,
defuncti judicium partim probare, &
partim evertere, vt poſt *Salyc. & alios*
firmat *Sebaſtian.Nevius in ſyſtem.par.*
2.D.lib.38. tit.2. de bonis libertor. in
l.nam abſurdum.
Iuridicæ igitur veritati repugnat,ex con-
traria patris voluntate, muneris am-
pliationem hæredem filium appetere.
Si tandem adversùs paternas teſtamenti
tabulas,id ſibi competere D. Carolus
adſtruit; pergraui quoque labitur er-
rore,non ſolùm ex ſupra firmatis; ve-
55 rum etiam quia Prætorianum illud cō-
tratabulandi beneficium, filijs indul-
tum, ut *in tit. D. & Cod. de bonor.poſ-*
ſeſ.contr.tabul. § ſunt autem Inſtit. de
bonor. poſſeſſ. Huic ſpeciei non con-
gruit; ut etenim eruditioribus inno-
56 teſcit, id præteritis filijs, vel non ritè
exhæredatis; non autem ſcriptis tri-
buitur hæredibus, ut in hac re, qua
D.Carolus filius vniuerſalis fuit hęres
inſtitutus, ut in *l. 1. D. cit. tit. de*
*bonor.poſſeſſ.contr.tabulas,*ibi *ſi neque*
EXHÆREDATI sūt.dic.§.sūt autē In-
ſtit.de bonor.poſſeſſ.qua PRÆTERITIS
liberis datur, vocaturq; contra tabulas,
DD.in juribus prædictis, & in l.poſthu-
mo 2.C. de bonor.poſſeſſ.contr. tabulas,
vbi *Salycet.num.1.Angel.num.2.* & ex
alijs *Alexan.de nauo in ſyſtem. num. 1.*
verſic. bonorum poſſeſſio, Io:Harprect. in
§. eadem num. 2. Inſtit. de hæreditat.
qua ab inteſtato deferuntur,Gomez.var.
reſolut.lib.1.cap.11.num.5.Petrus Gre-
gor.ſyntagm. Iuris Civilis par. 3. lib.
42.cap.4.num.3. Craſſus in tract. de
ſucceſſ.§.bonorum poſſeſſio qu.20. nu.1.
Cancer.var.reſolut.lib.1. cap.4.nu.26.
verſic.poteſt etiam.
Eo præſertìm, quoniam teſtamentū ipſe-
met filius ratum jam habuit;cum ex eo
hæres in M. C. fuerit declaratus. Vn-
de ſi quod competeret, atque effica-

citer ſibi contratabulandi remedium, ex defuncti Iudicij agnitione evanuiſset, ut præ alijs notat *Iacobus Cujacius ad eis. titulum de bonor. poſſeſſ. contra tabulas lib.3.§.15. verſic. quod ſi filius oper. tom.2.*

Nulla igitur ratione niſus, & contra paternam diſpoſitionem, ab ipſo quoque agnitam, (quando in priori parte diſserta non vigerent) D. Carolus filius officiū expoſcit, cui ſaltim ex vulgato adagio è *l.fin.C.de rei vindic.* deprompto, dicere fiſcus valet. quod ad te, liberas Ædes habeo.

Diffinitionem vide in ſeq. Diſſert. XVIII.

S V M M AE.

1 *Fortuna adſcribitur, hoſtium diſcordia, eiuſdemq; adducitur pernicies ſub num.4.*

2 *Officium in prorogatione comprehenſum, a priori officio diuerſum vtique cenſetur.*

3 . . . *in eo, etiàm extraneus expreſsè nominari poteſt.*

4 *Vtile per inutile an vitietur; & nu. 11. & ſeq.*

5 *Nominatus apud nos maximè, vt nominantis hæres officium conſequitur; ideoque & illius alligatur oneribus, & ob eius crimina officio privatur, ſicque pluries affertur diffinitū. n.7.*

6 *Vſusfructus, licet nouus ſis in filio; ſi tamèn pro hæredibus pater ſtipulatus fueris, ad ipſius onera filiū obſtringit.*

8 *Nominandi facultas, inutilitèr alys demandatur.*

9. . . *ideòque, ea in ſpecie, nominante viſa functo, ad concedentem Principem deuoluitur.*

10 *Nominantis culpæ adſcribendum, ſi cum facultate is fuerit abuſus, caduca illa efficiatur.*

11 *Vtile per inutile, in rebus tamèn ſeparabilibus, ac diuiduis nō infirmatur.*

12 . . . *In indiuiduis verò vitiatur.*

13 . . . *præſertim ys, quæ talia ex voluntate conſtituuntur.*

14 *voluntate, individua fieri valent diuidua.*

15 . . . *eiuſdē non eſt diviſio facienda.*

16 *Dividuum factum, ex diſponentis voluntate individuum fieri poteſt.*

17 *Vtile per inutile, in feudalibus quoque ſeparabilibus non vitiatur.*

18 . . . *ſecus in indiuiduis, ex voluntate præcipuè conſtitutis.*

19 . . . *proùt in electione, vtile per inutile irritum ſtatuitur.*

20 *Individuorum intelligentiam, Noſtri acutiſſimam putarunt.*

21 *Vtile per inutile an irritum fiat, quæſtionis non eſt, cum vtrumque, quod geritur, cernitur vitioſum.*

ARGVMENTVM.

Quamquam in prorogato officio, quodque à priori ſeiunctum exiſtimatur, apud nos potiſſimum extraneus etiam (dummodo id expreſsè fiat) valeat nominari; ob eligentis tamen ſcelera, ex hæreditaria præſertim qualitate, quæ inconceſſionis ineſt Codicillis, nominatum ipſum munere abdicari poſse, ex judicatis quoquè rebus apertiſſimè firmatur; Quemadmodum nominandi facultatem alijs inutiliter demandari. Vtile per inutile, quibus euentibus infirmetur, ſubtili dividuorū, Individuorūque proprietate delibata, & in qua maximopere eorum, quorum intereſt voluntas ſpectatur, brevibus enucleatur.

PRO

PRO REGIO FISCO

In ipſamet Cauſa.

cum eiſdem

Dſſertatio XVII.

QVæ adverſus D.
Carolum filiũ vl-
timóloco objeci-
mus, Doctor Io-
ſeph de Neapo-
li alacri excepit
1 animo, profutu-
rã ſibi exiſtimãs
intèr fiſcum, filiumque diſcordiam,
iuxta illud *Tacit. de moribus German.*
nihil præſtare majus fortuna poteſt,
quàm HOSTIVM DISCORDIAM; Et
exindè filio ejecto, ſeipſum fore ſi-
nè ambiguitate, ad officij ampliatio-
nem, nominationis virtute admitten-
dum. Nec ſibi exaratas priore loco
quæſtiones, officere; an ſcilicet in
hæredes actio ex ſubſtituti delicto
porrigatur, nec nè: Iudicium an Ci-
vile, an Criminale putandum ſit: cum
tota illarum vis, fructus tantummodò
à die patrati criminis, vſque ad Ioſe-
phi de Felice principalis officiarij obi-
tum decurſos, valeat comprehendere,
inter fiſcum, filiumque hæredem di-
ſceptandos; poſt verò Ioſephi Feli-
cij fatum, de ampliatione dumtaxat
eſse pertractandum; adverſus quam,
eaſdẽ diſputationes non obeſſe; cũ of-
2 ficium in prorogatione contentum di-
verſum, ſeparatumque à priori mu-
nere dijudicetur *Freccia de ſubfeudis*
lib. 2. author. 1. quæſt. 50. n. 4. Franciſ.
de Amicis in tit. de his, qui feud. dar.
poſſ. verſic. natura etiam colum. 2. pag.
61. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 28.
num. 25. & in addit. ad Petr. Gregor.
de conceſſion. feudi par. 3. quæſt. 7. verſ.
ratio potiſſima, D.R. Reuert. cit. dec. 516.
nu. 2. in princip. par. 2. D. Conſil. de
Georg. in repet. feud. cap. 54. n. 81. & 82.
Montan. Amicangel. DD. RR. Rovit. Ca-
cac. & Capyc. Latro à nobis relatis *in*
diſſ. 5. n. 6. quibus iungendi ſunt *Boer.*
dec. 284. n. 22. Surd. conſ. 202. n. 9. lib. 2.
D.R. de Ponte de poteſt. pror. tit. 10. ru-
bric. de poteſt. ſubſtit. in offic. num. 6.
Neguerol. alleg. 21. num. 18. & ſeq. &
poſt *Stephan. Gratian. Dom. Larrea al-*
leg. fiſc. 22. num. 30. lib. 1.

Neque ambigendum quoque, quin filio
poſthabito ipſe, licet extraneus eligi
quippe potuerit; ſiquidem receptiſſimũ
apud nos eſt, ab inteſtato, ſiue ex le-
gitima nominatione gradus, ſexuſque
prærogativam attendi; ſpeciali verò
3 ex nominatione; (clauſulis præſertìm
perpenſis in conceſſionibus inſertis,)
quemquam ætate maiorem, etiam
ex particulari inſtitutione in officio
poſse nominari; extantque peculiares
de re hac Regiæ Cameræ, Collate-
raliſq; Conſilij diffinitiones, vt penes
Io: Vincentium de Anna allegat. 32. &
D.R. Revert. deciſ. 390. num. 2. & in fin.
juxta ordinem D. R. de Marinis lib. 2.
ibiq; idem *D.R. de Marin. in obſervat.*
D.R. Rovit. conſil. 106. nu. 4. lib. 2.

Neque negotium demùm, inquit, faceſſe-
re, nominationem in ſui perſonam non
à Felicio teſtatore; ſed à Reverendis
infirmorum Patribus peractam fuiſſe;
namq; ipſemet diſponens expreſſit, vt
quẽ ipſi Patres elegiſſent, is etiam vti
à ſemetipſo nominatus haberetur, ibi,
quale perſona nominãda da detti Padri
eſſo teſtatore, ex nunc pro tunc, ſequta
ſua morte la nomina in detto officio, in
virtù della poteſtà, è facultà, che tiene
della Regia Corte. vt vel ex *vulgaribus,*
ipſum teſtatorẽ nominaſse dicẽdũ ſit.

Nec prętermittendũ ſubdit; vt quia ſpe-
ciatim, oreuè proprio teſtator ipſum
non nominauerit; ſed alijs, eius ta-
men nomine, eligẽdi fecerit copiã, no-
minatio irrita ſit cẽſẽda; dum nominã-
di facultas legitimè, ac utiliter penes
ipſum Ioſephum reſidebat; modus au-
tem eam exercendi, alteri nempè eam
4 tali pacto cõmittẽdo, dubius, ſivè à iure
nõ probatus putari forſan poteſt; qua-
dere juris ſibi, ait, præceptum faucte,

vtile, ſcilicet, per inutile vitiandum non fore l. 1. §. item quaritur D. de aqua quotid. & aſtiva l. 1. §. ſed ſi mihi D. de verbor. obligat. l. ſancimus 34. C. de donat. l. eos 26. vbi gloſſ. in verb. de ſuperfluo C. de vſuris, Capyc. deciſ. 49. num. 3. Tiraquell. de retract. convent. ad finem tituli num. 145. & 146. Gratian. diſcept. for. cap. 644. n. 32. & cap. 657. num. 9. lib. 4. Caſtill. contr. Iur. lib. 4. cap. 13. num. 13. Gizzarell. deciſ. 22. nu. 29. Rota Romana penes Rubeum deciſ. 185. num. 8. tom. 2. D. R. Lanar. conſil. 47. num. 5. Novar. deciſ. 3. nu. 7. Io: de Monte Sperell. conſil. 287. num. 2. Franciſcus Pfeils conſil. 22. nu. 11. cent. prima, Regnerius Sixtin. inter conſil. Hermann. Vultei lib. 2. conſil. 21. n. 45. Vveſemb. conſil. 23. ſub nu. 3. vol. 1. Io: Coedd. eod. vol. 1. conſil. 26. num. 263. Laurent. Kirchovins conſil. 53. nu. 38. vol. 2. Vrſell. legal. concluſ. lib. 1. concl. 45. num. 12. Franciſcus Niger. Cyriac. contr. 320. n. 23. lib. 2. & contr. 457. n. 8. lib. 3. Io: Iacob. ſpeidel. quaſt. iurid. lit. V. verb. vtile, verſ. regula.

Sed minis ſpretis, quas, ob excitatam inter fiſcum, ac Felicium diſcordiā incutere adverſarij priore loco affectarunt, cujus ſacram nos vim non ignoramus; cum nihil in exercitu, (cujus inſtar togata regitur militia) pernicioſius accidere poſſit, quam Ducum diſſidium, Polybus tradiderit lib. 4. vt concordiam numantiæ primo victoriam, diſcordiam verò deinde exitium demum attuliſse, Tireſius Scipioni reſponderit apud Petrum Diaconum Hyſtoriar. lib. 4. cujuſque efficaciam fabulosè licet, ſic Silius deſcripſit lib. 9.

DISCORDIA demens
Intravit Cælos, ſuperoſque ad bella coegit.

Sed Sanctius, prout certius Divi Matthaus cap. 12. & Luc. cap. 11. Omne Regnū in ſeipſum DIVISVM deſolabitur.

Ac propterea ab hujus controuerſiæ initio, in vtramque partem propugnacula nos diximus paraviſſe, ut Iacula proinde minus feriant, quæ prævidētur. eoque magis, cum ex ſe ſe oppoſita fiſcum nequeant rerritare; quippe quæ longe ab veris juris tramitibus, (quibus ſpeciē hanc diffiniri congruit,) penitusq; abhorreāt. Nequaquā etenim abnuimus, quin officium in ampliatione comprehenſum diverſum, ſejunctumque à priſtino, quod nominans exercebat, haberi poſſit; attamèn in quæſtione, in qua verſamur, ea admiſſa ſententia, ut pro patratis à ſubſtituto criminibus, officia is ipſe ſubſtituens munere privandus ſit, ut in differt. 14. & 15. eodem ferendo decreto, (ſi res ab his penderet principijs,) & nominantē ſi vitam duceret, & nominatum hæredem ampliatione privandos fore, contenderemus.

Licèt enim antiquitùs, incurioſa hæc non fuerit diſceptatio; an ſcilicet filius in officio nominatus, ob patris eligentis ſcelus, ſivè ante, ſivè poſt nominationem commiſsum, officio privandus eſset; & in qua totius cōtroverſiæ ſtatus, is ſanè fuit; an ex propria perſona, an vti patris hæres ad officium filius evocaretur; in præsētiarū autē, cùm ex
5 clauſulis in conceſſionibus appoſitis, non niſi uti nominantis hæres, officiū cōſequi filius valeat; abſoluta equidē res eſt, ut ad omnia patris onera teneatur; & quemadmodum contrahendo, nominans ipſe hæredem obſtringere, ſic pariter eidem officere queat delinquendo; ut latius erudiri quiſque poterit ex traditis à Marin. Freccia de ſubfeud. lib. 2. authorit. 1. quaſt. 53. n. 4. D. R. Revert. deciſ. infra citandis, D. R. Tapia lib. 2 Iuris Regni in conſtit. officia, qua perſonis num. 10. pag. 126. Horat. Montan. in repet. cap. imperialem §. praterea Ducatus num. 31. verſic. ſed hac doctrina cum ſeq. lib. 2. D. R. Capyc. Latro deciſ. 6. num. 24. lib. 1. D. Conſil. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. cap. 49. num. 27. D. R. de Marin. in obſervat. ad deciſ. D. R. Revert. 375. num. 1. lib. 1. Vſusfructus inſtar, (quo argumenti genere in hac ſpecie noſtros dicebamus vti,) qui licet in filij perſona

nouus

nouus eſſet,& regularitèr paternis one
6 ribus nõ obnoxiùs;ſi hæreditaria tamẽ
qualitate addita, pater pro ſe,& hæredibus ſtipulatus fuerit; paterna ſubire onera filius nominatus hæres compelletur, ex *Bart. Phanucio, Alciat. Freccia*, alijſq; *D.R.Rovit.cit.conſ.*104. *num.*8.*& conſil.*106.*n.*5.*lib.*2.*D.Conſil.Arias de Meſa loc.cit.n.*23.*&ſeq.D. R.de Marin. loc. mox cit.verſ.addit,D. Rovit.* Et in ſpecie tandẽ, ut ob patris nẽpe crimen filius in officio nomina-
7 tus, ex ſupra firmatis, eo abdicandus ſit,terminatum retulere *D. R. Revert. deciſ. man. ſcript. Antonij Gazzella cum Regio fiſco* 56. alias 64. *par.*4.ſivè 375. *juxta ſeriem D. R. de Marin. cit. lib.* 2. recenſita quoq; à *Dom. R. Rovit.in fin.cit.vol.*2. *conſil.ſub num.*24. *pagin.* 449. & in Cauſa Io: Dominici Guadagno, à Iulio Cęſare patre, in officio nominati, *vt d. conſil. D.R. Rovit.*104.*&* 106. & propriè *ſub nu.*22. probaruntque *D.R.Capyc. Latr. D.Cõſil.Arias de Meſa,& D.R.de Marin.locis cit.*

Hæc igitur, pro officij privatione ſatis equidẽ eſſent,ſi ipſe Ioſeph de Neapoli à Ioſepho de Felice teſtatore in officio electus foret;ſed cũ teſtator ipſe nominationem non perfecerit; ſed alijs faciundam commiſerit; verum, propriumque huius controuerſiæ ſpecimen eſt, an ſcilicet à Rege nominandi tributam ſibi facultatem, alijs potuerit Ioſeph Felicius demandare; & legitimè, ſi id non fecerit, an facultas metipſa Regiæ Curiæ caduca fuerit effecta.

Qua in re intrepidè dicendum, (prout aliàs diſſerebamus) nominandi hanc facultatem, non modo perſonalem,
8 ſed,ut aiũt, perſonaliſſimam eſse,nec in alios tranſmitti poſſe; cum impropriè à Felicio nominatus diceretur, qui ab alio, licet ex illius juſſu, eligeretur; quod in hujus generis rebus, ſuſtineri ſanè nõ valet.Neq; cõditio,quæ in regia cõceſſione ineſt,ut ipſe nempè Felicius eligeret; ſi alius nominaret, impleretur;Nec Regiæ voluntati,quæ de ipſo dũtaxat Ioſepho,cjuſq;cõfidit induſtria, obtemperaretur; Ideòq; nominandi facultatem perſonalem eſſe, ad hæredes minime transfundi,ac nominãtis inde obitu extingui, tradidere *Freccia de ſubfeud. lib.*1.*qu.*44.*D.Præſes de Franch.deciſ.*60.*num.*2. *Annęus Robert. rerum Iudicatar. lib.* 8. *cap.* 4. *pag.*760.*D.Præſes Amat.conſil.*8.*n.*21. *& ex l.cum pater* 79. §. *hæreditatem D. de legat.* 2. *l.ex facto* 17.§.*ſi quis rogatus fuerit filijs D.ad Senat.conſult. Trebell.& l.fin.*§.*ſed & ſi quis C.communia de legat. Montan. de regalibus officijs num.*44.*D.R.de Marin. in obſeruat. ad deciſ. D.R.Revert.*411.*n.*1.

Quod ſi alijs facultas hæc tranſmitti nequit, futilitèr illam à Reverendis Infirmorum Patribus exercendam, te-
9 ſtator injunxit,ac propterea,ac ſi nunquam eadem vſus is foret, Iudicium habendum erit *ad tex.in l.ſi ſe non obtulit* 4.§. *Condemnatum D. de re Iudic. cum vulgarib.* quinimò his eventibus, ad concedentem Regem facultatem ipſam devolui, accuratiùs putandum, ex *Freccia lib.*2.*de ſubfeud.qu.*43.*verſic. ſic ego autem num.*3.*cum ſeq; vſq; ad fin.Caldas de Iure emphyt.lib.*2.*de nominat. emphyteut.qu.*7.*num.*6.*& q.*13. *num.*19.*Giurb.deciſ. obſervat.lib.*1.*obſeruat.*40. *num.*12.*&* 13.*Montan. de regalibus officijs nu.*51. *Amicangel. eodẽ tract.q.*16.*n.*9. quẽadmodũ pluries per noſtrum Cameræ Senatum diffinitum tradidit *D.R. de Ponte conſ.* 109. *num.*20.*lib.*2.

Neq;ex clauſulis in privilegio appoſitis, rem quippe mederi poſsunt, vt ſcilicet, nulla facta nominatione, ab inteſtato hæres nominatus exiſtimetur; (ut bonam fidem, proùt tauti præſertim Regis decet Advocatum agnoſcentes, admiſimus libenter *diſſert.* 7. *n.*41.& 42.) ex facto etenim, duplici ex capite replicatio hæc vigere non poterit; Primò, nam inteſtati cauſam amplecti ineptum eſt, vbi tabulæ extant teſtamenti; ſecundo, quoniàm

Io-

10 Ioſephometipſi de Neapoli,nequaquã
id prodeſſet ; Cùm nõ modò teſtatori
penitus extraneus, ſed nullo quidem
gradu conjunctus ſit : Inevitabile igi-
tur eſt , ut deuolutum jàm officium, fi-
ſco non quæratur ; ſibique ipſi Feliciũ
teſtatorem, qui nominandi facultate
pollebat, adſcribere juſtius erit; Si eã,
extrà impertitam poteſtatẽ, legitimũq;
modũ inutiliter exercuerit, ut perbellè
Marinus Freccia admonuit de ſubfeud.
lib.2.q.43.n.4.
Ex his ergo palã fit,proprijs juris princi-
pijs inſpectis,quibus in cauſa pronun-
ciãdum eſt,omni prorſus ratione Ioſe-
phum de Neapoli deſtitutum agnoſci.
Ac Propoſitam quæſtionem, vtile per
inutile an vitietur, peculiariter ad hãc
rem aptari non poſſe;Attamen, ut fiſci
jus,& ſi de ea ageretur, adhuc exurgat
inviolabile ; vtile perinutile , hac in
ſpecie irritum quoq;dicimus cẽſendũ;
contrarium namque ſuperius n.4.fir-
11 matum , in diuiduis, ac ſeparabilibus
rebus, locum ſibi vindicat d. l.1.§.ſed
ſi mihi D. de verbor. obligat. cum con-
cordant.ibique DD. præſertim Crotus
à num.5.Alciat.nu.4.Duaren.pag.251.
in fin.Bart. in l.grace §. illud.nu.3. in
fin.D. de fidejuſſor.Tiraquell.de retract.
convent.ad fin.tit.num.145. Molin. de
primog.lib.1.cap.21.num.28.verſic. in
prima ſpecie,Caldas Pereir.de emption.
& vendit. cap. 32.num. 36. Cardinal.
Mantica de tacit. & ambig. conuent.
lib.14.tit.36.nu.3.Gamma deciſ. 323.
nu.4.Rota Roman. penes Seraph.deciſ.
483.num.8.par.1.apud Farinac.deciſ.
649.nu.4.tom.2.ac Durand. deciſ.286.
num.12 par.2. Barboſ.cæteros conge-
rens axiom. 231. num. 2. & in collect.
lib.4.ad cap.vtile de regul.iur.in 6.n.1.
D.Conſil.de Giorg.in repet.feudal.cap.
38.num.8. D.R.Lanar. in repet.cap.1.
de his, qui feud. dar.poſſ.num. 190. D.
Valent. Forſter. inter conſil. Hermann.
Vultei.conſil.8.nu.7.lib.1.Iacobus Tho-
ming.conſil.37.n.44.lib.1.Abel. Straſ-
burgius conſil.9.num.2.poſt 2. vel. con-
ſil. eiuſdem Thoming. Kirchou. conſil.
34.num.14.vol.2.Vrſell.legal. concluſ.
lib.1.concluſ.86.num.15.& lib.2.con-
cluſ.151.num.13.& concluſ.157.n.14.
Franciſcus Niger.Cyriac.contr.90.nu.
29.& contr.181.nu.45.& contr.198.
num.22.& contr.457.num.9 lib.3. D.
R.Merlin.contr.forenſ.cap.15.num.2.
cent.2. Andr.Kohl. de ſervit.feud.par.
4.ſub.num.141.D.Creſp.de Valdaur.re-
ſol.illuſt. obſer.111.num.55.tom.2. ſe-
12 cus in individuis , in quibus vtile per
inutile penitus infirmatur, l.1.§. item
quæritur, & §.trebatius D.de aqu.quo-
tid.& æſtiua,Bartol.loc.cit. nu. 3.circ.
princip.Alciat.in l.1.§. ſed ſi mihi n.9.
D de verbor.obligat. ex cõpluribus, de
ſuper præcipuè laudatis Barboſ. loc.
cit.Clar.in §.emphiteuſis q.6. ſub n.2.
verſic.non enim,Cardinal.Tuſch.pract.
concluſ.lit.V.concluſ.373.nu.41. Surd.
de aliment.tit.7. q.17.nu.27.& deciſ.
7. num.35. Rot. Roman.penes Farinac.
deciſ.63.nu.7.par.2.Gabed. deciſ 84.
num.7.par. 2. Gratian. diſcept. forenſ.
cap.752.num. 62.tom. 4. D.R. Lanar.
conſil.33.num.8.Intrigliol.de feud.cen-
tur.2.artic. 7. num.74.in princip. Ma-
ſtrill.de magiſt.tom.1.lib.1. cap.23.n.
54. & 73.ex nõnullis Rota Rom. deciſ.
Vrſell.legalium concluſ. lib. 1.concluſ.
17.num.24 & concluſ.86.num.13. &
ſeq.& cit. concluſ.157.num.14. lib.2.
Franc.Niger Cyriac.contr.181.nu.45.
& contr.198.num 2.lib.1.D. R.Merlin.
contr.forenſ.cit.cap.15.num 25. & nu.
37. centur. 2. quòdquè in indiuiduis,
13 non modò formæ,ac naturæ recipitur;
ſed in ijs etiam , quæ indiuiſa contra-
hentium formantur voluntate l. Pe-
dius 7.§.1.D.de recept. arbitr.l.2. §.2.
& l.in executione 85.D.de verbor.obli-
gat.Bart.in cit. l.grace §.illud num. 4.
D.de fidejuſſoribus,Alciat. in d.l.1.§.ſed
ſi mihi pamphilum . nu.16. & 17. ver-
ſic.individua res voluntate . Eguinar.
Baro de divid.& individ.obligat. cap.
6.nu.1. in princip.tractat tom. 6.par.
2.pag.370.ex Imola, Angel.Felino,Ge-
minian.Roman. Natta, Cravett. Rota
Romana,alijſque Cardinal. Mantic. de
tacit.

tacit.& ambiguis conventione.lib.5.tit.
5.nu.21.tom.1.Gratian.diſcept.forenſ.
cap.752.nu.68.lib.4.Barboſ.cit.axiom.
231.ſub num.3.D.R.Lanar.cit.conſil.
33.num.8.verſic.ita etiam,D.R.Conſil.
de Anna conſil.41.num.5.& 7.lib.1.
Montan.de regalib. officijs ſub num.79.
verſic. reſpectu vero pag.248. D. Reg.
Merlin.cit.cap.15.nu.28.verſic.quo ad
14 *tertium cum ſeq.* Quemadmodum è
contrario, multa in jure civili indivi-
dua,eorum,quorum intereſt cõſenſu,
vel Pretoris Iuſſu diuiſionem recipere
dicuntur, ut poſt *Hottom. quæſt. illuſt.*
18.& 19.notat Henning. Arniſæ. de
jur.maieſt.lib.2.cap.1.n.1.verſic. mul-
ta enim.

Quod autem, ſi de hac diſputatione tra-
ctaretur,ut de individuis Iudicium fe-
rendum eſset, nemini credimus late-
re: non modo; quia de teſtamenti ta-
bulis agitur, quas individuas oſtendi-
15 mus eſſe in *præcedent.diſſert.n.49.* cu-
juſmodi teſtantis, quoque habendam
voluntatem *ibidem n.52.* proùt gene-
raliter, ejuſdem voluntatis diviſionẽ,
reſpuendam,ex multis firmat *Gratian.*
diſcept.forenſ.cit.cap.752.n.69.lib.4.
ſed de individuo Principis conceſſu,
qui, (ut traditum eſt) Ioſepho de feli-
ce primo ejus officiario; non autẽ ejus
hæredi, & multò minùs extraneis, ſi-
bique penitus ignotis, præſtitit fidem;
vt idcircò ex volũtatis individuo,diſpo
16 ſitionem omnem corruere, confiteri
oporteat; ſicvti dividuvm factum,ex
diſponentis etiã velle individuum ef-
fici,ex *Bart.* ſenſit *Cardinal.Puteus de-*
ciſ.323.num. 7. in fin.lib.1. & ex alijs
Camill.Borell. in ſumma deciſ. tom. 2.
tit.30.de ſentent.diffinit. num.320. in
regalium præſertim, quo verſamur
ordine; è quibus, ad feuda validiſſi-
mum, tanquàm à majori ad minus,no-
ſtri putant argumentum; cum arctioris
rationis officia,quam illa exiſtimentur;
in quibus,licèt non pauci in ſeparabi-
17 libus, diviſiſque regulæ adhæſerunt,
ut utile, nempè, per inutile non vitie-
tur, intèr quos *Andreas in cap.impe-*
rialem §.præterea Ducatus ſub nu.36.
de prohib.feud.alien.per Frideric.Paris
de Puteo de reinteg. feud. cap.29. n.4.
Intrigliol.de feud.centur.2.cit.artic.7.
nu.76. Aroſenthal de feud. lib.1.cap.
4.concluſ.8. num.8. Schrader. de feud.
par.2.cap.2.num.20.tom.1.& par.10.
sect.9.num.74. & sect. 19. num. 129.
tom.2. Gizzarell. deciſ. 22. num. 28.
Dom. Reg. Tapia deciſ. Sacri Conſil. 5.
num.36. Dom. R. de Marin. reſol. Iur.
tom.3.allegat.141. num.18. In ijs ve-
18 rò,quæ individua certò ſunt,puta frã-
corũ feuda in hoc Regno; hiſq; ſimilia,
ſiuè ex individuo pendent voluntatis,
vtrumque tam vtile, quam inutile in-
firmari, enixè cenſuerunt *Loffred. con-*
ſil.9.num. 16. in fin.& 17. Camer. in
repet.cap. imperialem de prohibit.feud.
alienat. per Fridericum pag.32.& 33.
D.R.de Ponte de poteſt. proreg.tit.8. de
refut.feudal.§.1.n.6.cũ ſeq.et §.3.num.
21.22. & 25. D. R.Revert.deciſ.133.
n.2.lib.1. Dom. R. Rovit. conſil.18. nu.
11.circa finem, & n.12.lib. 2. Dom. R.
Conſil.Theod.allegat.31.n.11.D.R.Cõ-
ſil.Staiban.reſolut.forenſ. reſolut.61.n.
48. & 49. & reſolut.99.num. 39. cen-
tur.1. & reſolut.172. num.64.lib.2.

Quibus omnibus,nominationis,electioniſ
q; ſpecies, de qua agitur, accedat; quà
de jure diſpoſitum invenitur, ut utile
19 per inutile labefactetur *cap. cum meſ-*
ſana 56. de elect. quo loci Sũmus Pon-
tifex Præſulis electionem, uti indivi-
duã, tùm à Canonicis, tùm à laicis ex-
pletam protinus infirmavit, & ibidem
adnotavit *gloſſ.in verb.per laicos, ver-*
ſic. item hic habes, ſequitur *Auguſtin.*
Barboſ.in collect.ad cit.cap.vtile de re-
gulis juris in 6.n.1.circa fin.tom.4. an-
te eum *Io:Baptiſta Vivian. in rationali-*
bus juris Pontific. ad idem cap.cum meſ-
ſana lib.1.tit.6.

Hęc ſunt, quæ ad oppoſitionem exol-
20 vendã,afferre non piguit in ſalebroſo,
ac ſubtiliſſimo hoc individuorũ gene-
re, vt *DD.* tradiderunt in *allegatis ju-*
ribus,& præcipuè *in l.4.§.Cato D.de*
verbor.obligat. Inquientes,in illius in-
telli-

telligentia, non minùs noſtrorum, quã Herculis in hernæo conflictu, cordæ palpitaſse, proùt præ alijs teſtatur *Anton. Gomez. var. reſolut. tom. 2. cap.* 10. *de individuis n.* 1. ſed revera, longè à ſordidioribus, (ut dicebamus,) hujus rei Inſtitutis diſpunctum argumentum diſtare comperitur: ſicuti neque facto conſonat; cùm, non ſit utile inviolatum, quod permaneat; neque inutile,
21 quod, ut infirmum vitietur; cũ utrumq; quod geſtum eſt, (tam ſcilicet in Reverendos infirmorum Patres collata nominatio; quam ipſorum expleta electio,) inane, atque irritum, vel ab exordio dignoſcatur, vt egregiè, cæteris conſulto omiſſis, obſervavit *Io: Anton. Cannet. in extravagant. ad capit. valentes in cap. incipient. & corrolarie num.* 28. *cum pluribus ſeq. pag.* 159. *&* 160. & proprie *cit. num.* 28. *in princip.* ijs verbis, *cum ergo vterque contractus ſit prohibitus, & nullus; non conſiſtit argumentum, quod utile per inutile in dividuis non vitiatur, cum iſto caſu ſit utrumque inutile; Ideoque inutilis, AC VANA TALIS ARGVMENTATIO.*

Kalendis Maij M.DC.LVIII.

In ſequenti Res iudicata Adinuenitur.

SVMMAE.

1 *Parentum erga filios, nullus vincit amorem.*
2 . . . *affectio natorum magis, quam propriam expetit ſalutem,*
3 . . . *ac longiorem vitam.*
4 . . . *conſilium cæteris antecellit.*
5 *Filij ſæpe ſæpius Patri aſſimilantur.*
6 . . . *quique ſunt diſſimiles ab Ariſtotele notantur.*
7 *Paulus Zacchia commendatur.*
8 *Filij quandoque patri ſunt diſſimiles.*
9 . . . *præſertim magnorum virorum.*
10 . . . *hujuſce rei, qui referãt rationes.*
11 *Parentum aliquot, qui acerbè in filios degeneres ſæviere, recẽſentur exẽpla.*
12 . . . *in filios, ob inobedientiam præſagia.*
13 *Hæres, & defunctus una, atque eadem cenſentur perſona.*
14 . . *eiuſdemq; defuncti poteſtate prępollet.*
15 *Actiones, & actiua, & paſſiua in univerſalem tranſeunt hæredem.*
16 . . . *& ſi perſonales fuerint.*
17 *Inſtantia cũ defuncto incepta, ad ejus tranſit hæredem.*
18 . . . *& eodem circumſcripta tempore, ad ornatum legis properandum* 12. *C. de Iudicijs.*
19 . . . *in feudis verò ad hæredes, in gradu comprehenſos tantummodo tranſitum facit.*
20 *Hæreditas quid ſit.*
21 *Nemo in alium, pluſquam in ſe eſt, Ius transfert.*
22 *Hæredi non admittitur, quod teſtatorẽ denegatur.*
23 . . . *& ſi filius is fuerit.*
24 . . . *idque ex natura Iure deſcendit.*
25 *Effectus nequit majus jus habere, quam cauſa.*
26 *Cauſa maior abſorbens, eſt priore loco tractanda.*
27 *Officia ſunt perſonalia.*
28 . . . *nec ad hæredes transferuntur.*
29 *Officiarij morte pereunt.*
30 *text. in l. operarum* 29. *D. de operis libert. expenditur.*
31 *Inſtantia capta contra gravatum hæredem, in fideicommiſſarium datur.*
32 . . . *vt inde fideicommiſſarius hæredi cavere teneatur.*
33 *Argumentum de officio ad vſumfructum paſſim recipitur.*
34 *Vſusfructus morte finitur.*
35 *text. in l. ſi quis domum* 9. §. 1. *D. locat. inducitur.*
36 . . *prout l. neceſsario* 8. *D. de peric. & commod. rei vendit.*
37 *Mandatum vſusfructuarij, eius morte extinguitur.*
38 . . . *ſicuti Eccleſiarũ adminiſtratorũ*

39 *Vſuſ-*

39 *Vſusfructuarij inſtantia, ad ipſius non tranſit hæredes.*
40 . . . *ſicuti ſtipulatio.*
41 *In Iudicijs quaſi contrahitur.*
42 *Senatuum diffinitiones ex argumentis præcipuè, quæ cauſarum latent patronos, emanant.*
43 *Vſusfructuarius, proprietarij Iuris dicitur procurator.*
44 . . . *& in rem propriam.*
45 *Officia vſusfructus inſtar ad hæredes non tranſeunt.*
46 *Philoſophia, aut logico ſaltim lumine in literarum ſtudijs opus eſt.*
47 *Accidens non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*
48 . . . *niſi miraculi vi.*
49 . . . *accedit ſubiecto, uti actui ſubſtantiato.*
50 . . . *tollitur ſubiecto ſublato.*
51 *Text. in l. 2. D. de vſufruct. & quemadmodum quis vtatur, peculiari exprimitur intelligentia.*
52 *Commenda Indiarum feudis aſſimilantur.*
53 . . . *duorum poſſeſſorum vitam non egrediuntur.*
54 . . . *pro ijſdem formata inſtantia, ſecundo poſſeſſore vita functo, ad eius non tranſit hæredes.*
55 . . . *quamvis pro fructibus in commendatarij vita decurſis, quæſtio ſit inter Hyſpanos.*
56 *Illuſtriſſimus militum Dux Aloyſius Podericus commendatur.*

ARGVMENTVM.

Filios erga Parentes, eorum amātiſſimos, morum pariter deceret ſimilitudo; quæ tamen rarò in Principum potiſſimùm natis adinvenitur. Actiones omnes, tam activè, quam paſſivè univerſalibus hæredibus, & in eoſdem dantur; quemadmodum, & cæptę in judicijs inſtantiæ; dummodo rerum, de quibus agitur perpenſa ratione, tranſmiſſiles hæc ſint; ut idcirco Eccleſiæ adminiſtratorum, fructuariorum, hiſce ſimilium inſtantiæ, ac præſertim Officialium, qvorum obitu officia ſimiliter extingũtur, ad ipſorũ ſucceſſores, rei quoque repugnante natura, pertranſire non valeant.

PRO REGIO FISCO

In ipſamet Cauſa

CVM

ijſdem, ac D. Caroli de Felice hæredibus.

Diſſertatio XVIII.

CVM paterno amori, nullus ſanè ſit ſimilis, nullus maior affectus *Ariſtot. lib. 8. Ethic. cap. 12. l. iſti quidē 8. §. fin. D. quod metus cauſa, l. nam & ſi parentibus 15. D. de in officioſ. teſtam. l. fin. C. de curat. furioſ. Tiraquell. in l. ſi vnquã n. 7. cũ ſeq. C. de reuoc. don. D. Preſcs Io: Philippi conſil. 13. nu. 39. Cujac. poſth. tom. 1. lib. 11. qq. Papinian. ad l. 5. de confirmat. tut. colum. 2. lit. E. D. Conſil. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 3. cap. 1. in princip. de Petris conſil. 58. num. 2.* vt ex Euripide illud citetur.

Cunctis hominibus LIBERI ſunt animæ.

& ex *Maron. 1. Æneid.*

Omnis in Aſcanio, cari ſtat cura parentis.

Filiorum proinde ſalutem magis, quàm propriam genitores affectãt, *Quis enim* Tertulian. *lib. 2. aduerſus Marcionem,* aiebat, *non magis FILIORVM ſalutem, quam ſuam curat?* maiorem etenim docebat Ariſtoteles, *id, à quo aliquid eſt, cum genito habet neceſſitudinis connexionem, quam quod factum eſt cum eo, QVI FECIT Ethic. lib. 8. cit. cap. 12.* atque hocce proprium parentum votum eſse, cenſuerunt ex *Senec.* præſertim *Anna.* infra laudandus ijs verbis, *ita mihi libero, & vinere contingat, & mori, ita oculos meos FILII manus operiant.*

& Ouid. *in Epiſt. Penelop. ad Vlyſſ.*

Di precor, hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Ac ut *Annaus Robertus* annotavit, *quis enim Parens eſt tam inhumanus, qui non longiorem LIBERIS, quam ſibi ipſi VITAM exoptet, rer. judicat. lib. 2. cap. 13. pag. 464.* vnde *Ovid.* idẽ *lib. 6. faſt.*

Eſt mihi, ſitquè precor noſtris diuturnior annis
Filia, qua felix, ſoſpite ſemper ero.

Parentum idcirco conſilium cæteris omnibus dicitur præcellere, inquiente
4 Papiniano *in l. nec in ea 22. §. fin. D. ad l. Iul. de adult. quod plerumque pietas paterni nominis CONSILIVM pro liberis capit;* ac Triphonino *in l. ſi furioſo 16. in fin. D. de curat. furioſ. NE quem pater vero CONSILIO prodigum credidit, eum magiſtratus, propter aliquod forte ſuum vitium idoneum putaverit;* probaruntque *Tiraquell. in l. ſi vnquam num. 36. in præfat. C. de reuocand. donat. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 148. num. 2. D. Reg. Rouit. deciſ. 8. n. 7. Franciſcus de Petris cit. conſil. 58. n. 1. D. Reg. Merlin. contr. forenſ. cap. 3. nu. 4. centur. 1.*

Quemadmodum eorundem genitorũ in filios pariter, interdum terrificum creditur judicium; licet etenim patribus
5 ſimiles ſæpiſſimè nati putentur, vnde vulgo cũ *gloſſ. in l. quod ſi nolit 31. §. in cauſa, verb. non infamata D. de adilit. edict.* dicitur.

Sæpe ſolet filius SIMILIS eſſe patri;

& Horat. *lib. 4. carmin. Od. 5.*

Laudantur SIMILI prole puerperæ.

& Iuuenal. *Satyr. 14.*

PATRVM veſtigia ducunt.

Ac Tull. 10. *ad attic. 1. circ. princ.* & *SIMILLIMVS eius FILIVS eodem eſt apud me pondere, quò fuit ille.* & 2. *de finibus pag. 61. n. 10. Qui hunc noſtrũ reliquit, effigiẽ, et humanitatis et probitatis ſuæ FILIVM,* & Epiſ. Cæcinnæ *lib. 6. ep. 6. in fin. huic qui adeſt imagini animi, & corporis tui Conſtantiſſimo, atque optimo FILIO TVO;* Vt Ariſtoteles mõ-
6 ſtrum eum fermè cenſuerit, qui parentibus non ſit facie ſimilis, formaue externa *lib. 4. de generat. animal. cap. 3.* pluraq; de hac paterna ſimilitudine cõ-
7 gerit eruditè vtriuſque philoſophiæ adamator *Paulus Zacchia quaſt. Medic. legal. lib. 1. tit. 5. q. 3 per tot.* & propriè *n. 27. cum ſeq.*

Multoties tamen ita diſſimiles evadunt;
8 ut *Homer. Odyſſ. 2.* ſic in latium verſus, cecinerit,

PAVCI enim filij ſimiles patri ſunt,
Plures peiores, PAVCI patre meliores.

Atque adeo virtute degeneres, præſertim Principum, ut adagio locum faciant.

HEROVM FILII NOXÆ,

9 Ac *Spartani* dicto in *Seuer. neminem,* inquientis *prope magnorũ virorũ VTILEM filium reliquiſſe;* quadere Auguſtum Cæſarem adverſus Iuliæ filiæ, neptiſque dedecora exclamaſſe *Suetonius* refert in *ejus vita cap. 65. O'Vtinam cælebs vixiſſem, orbuſque periſſem,* vt *Valerium Maximum,* non minus graviter, quam dolenter *lib. 3. cap. 5.* titulum dignoſcimus inſcripſiſſe *De ijs, qui à parentibus claris degeneraverunt.*

Cætera eruditè congerunt, & Auctoritate, & illuſtrjum exemplis virorum, à quibus filij decidere, *Spartian. in vita Sever. n. 47. Valer. maxim. lib. 3. cit. cap. 5. Tiraquell. de pænis temper. cauſ.*

Digitized by Google

canſ. 51. num. 44. & ſeq. Io: Baptiſt. Egnat. lib. 1. cap. 5. Anton. de Guevar. in horiol. princip. lib. 2. cap. 42. Hieronym. Altimir. de filijs official. cap. 6. ex *num. 120. Io: Baptiſt. Leucius obſervat. polit. 58. Henning. Arniſaus de Republ. tit. an ſucceſſ. præfer. elect. cap. 2. ſe-*
10 *ction. 4. num. 59. cum ſeq.* rationes ad id tum Theologicas, ac Phiſicas, ſivè naturales, tum Politicas adducens *loc. mox cit. nu. 64. cum plurib. ſequent.* quemadmodum naturales dumtaxat repetere conatus fuit *Io: Huartes in examin. Ingenior. cap. 5. ſub* §. 4. ſicuti non ignobilem ex nutricio lacte *R. P. Franciſc. de Mendozza in viridar. Sacr. & profan. erudit. lib. 4. problem. 7.*

Quibus aptiſſimè addendum cenſemus;
11 quod ex *Plutarc. in Apophtheg.* notat *R. P. Cornel. à Lapid. in lib. Sapient. cap. 9. pag. 199. lit. A. & B.* Raconem ſcilicet Dametriam filium, qui inerter in bello ſe geſſerat occidiſſe; cum diceret, *nequaquam convenire, ut ex fortiſſimis parentibus, natus filius ignauus ſuperſtes eſset*. Sicuti Lacenam alteram ſimili filio effeciſſe, ut ex eodem, hocce deſumpſit Epigrammate.

Germen iners abeas ad tartara, teque peroſus
Eurotas, ceruis nec det aquam timidis,
Ignauus Catulus mala ſors, hinc vade ſub orcum:
I ſpartà Indignus, quem nec ego peperi.

Atque hæc filiorum, ſiuè ſtultitia, ſiuè prauitas prudentibus patrum oculis, adeò obviam it; ut aliquoties ij conſultò ad extra ordinem teſtamentarias ſeſe conferant diſpoſitiones; infelices ferè natorum exitus, eorum potiſſimum vitæ breuitatem præſagientes, *Exodi* documento edocti *cap. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis LONGÆVVS ſuper terram*, & Eccl. 3 *qui honorat patrē ſuū vita vivet LONGIORE.* Et *D. Paulus*, cum obedientiam filijs iniungeret *ad Epheſ. cap. 6.* rationem reddens, ſubdit, *Vt bene ſit tibi, ET SIS LONGÆVVS SVPER TERRAM*, vnde lepidè *B. Petr. Damian. lib. 8. epiſt. 4. Qui ſuis genitoribus non obedit SORTIS funiculum in terra viventium non admittit*; eumq; refert *R. P. Henric. Engelgrave in Luca Euangel. emblem. 6. pag. 55. verſic. quam materiam.* Ac vltra ſtupendum illud exemplum, quod in Cataloniæ Principatu in Ciuitate Svi Valentiam prope accidiſse refert *Diuus Berardin. Senenſ. oper. tom. 2. Domenic. 2. in quatrageſ. Sermon. 17. artic. 3. cap. 1.* non nulla, ad huiuſce rei probationem cōgerit *Paulus Arinch. in tract. mort. pecc. peſſ. lib. 4. cap. 5.* Prout in hac re divinaſſe quodāmodo ſolers Senex Ioſeph de Felice videtur, qui infelicis filij introſpiciens
12 mores, penitus extraneos, (licet minus rectè) in officij prorogatione, quam ipſum gnatum maluit nominare. Quemadmodum Vuenceslaus II. Boemiæ Rex ante eius obitum, Vuenceslai III. Iunioris eius filij indignum exceſſum, breuēq; principatum viſus eſt præſagiuiſſe, vt ex *Rain. hiſt. Boem. an. 1306. num. 16.* notat idem *Arinch. loc. cit. n. 2.* Namque dum hæc ſub Aſtreæ trutina penderent, infandum D. Carolus filius incidit in fatum: ob quod ſolam cum Ioſepho de Neapoli, à Reverendis Infirmorum patribus electo, quæſtionem terminandam, ac vtiliter ſupereſse opinabamur; ſed nuper, & extempore Senatum D. Caroli hæredes adiere, ac ut illjus Iura validè, ſe oſtendant exhibere, iſthæc laudare, ac audacter nū metvere. Ipſos ſcilicet cū
13 D. Carolo vita functo vnius perſonæ vnitatem referre, ex *Iuſtiniano in Authent. de jur. jurando à morient. præſtit. collation. 5. in princip.* deduxerunt *Aflict. deciſ. 278. num. 2. Farinac. in fragm. de vltimis volunt. verbo hæres num. 2. D. Præſes Io: de Philipp. conſil. 21. num. 23. Ludovic. piſtor. quæſtion. jur. qu. 124. num. 66 par. 3. Iacobus Schultes in addit. ad eundem Piſtor. quæſt. 140. num. 8. par. 4. D. R. Valenz. conſil. 60. num. 39. vol. 1. D. Con-*

ſiliar. Carleual. de Indicÿs par. 1. diſp.
2. quaſt. 5. ſub nu. 288. Andr. Kobl. de
14 ſubfeud. cap. 5. num. 18. Ideoq; eadem,
qua defunctus poteſtate, ipſoſmet in
Cauſa pręepollere Frec. de ſubſeud lib.
2. cap. ſupereſt qu. 5. n. 4. verſ. quia ha-
res, Surd. de aliment. tit. 1. quaſt. 42. n.
115. Stephan. forcatul. in l. 1. n. 12. D.
de ſeruit. Frideric. Prukman. conſil. 47.
num. 67. lib. 1. quod hoc expreſſit dy-
ſticon. Hermann. Vueſſenlig. nomogno-
ſticon. Iur. vniverſ. verb. hares.

Si quis defuncto ſucceſſit, non minus
hunc lex,
Quam cui ſucceſſit, juris habere pu-
tat.

Quodque Iuris innititur inſtitutis, cum
actiones omnes, tum actiuè, tum paſſi-
15 uè tranſeant in hæredes l. ſi pactum 9.
D. de probation. l. ex contractu 48. D. de
action. & obligation. generaliq; ſtatuit
Iuſtinianus ſanctione in l. fin. C. ut ac-
tion. ab haredib. & contra haredes in-
cip. probaruntque Tiraquell. de vtroq;
retract par. 1. gloſſ. 10. nu. 118. Schrad.
de feud. par. 10. ſection. 6. nu. 97. Dom.
Praſes Philipp. conſil. 6. ſub nu. 13. Fri-
deric. PruKman. conſil. 19. num. 47. lib.
2. Franciſcus Pfeils conſil. 44. ſub n. 19.
centur. 1. Andr. Kobl. de ſubfeud. cit.
cap. 5. num. 5. etiam ſi perſonales eę-
16 dem fuerint l. 1. §. ſi hares D. ad Senat.
Conſult. Trebellian. Iacob. Heinrich-
man. conſil. 1. num. 57. tom. 1.

Ac proinde, quæ motæ actionis virtute
beneficia ad defunctum D. Carolum
pertinebant, ipſis pariter contribuen-
da contendunt.

Nec quæſtionem, inquiunt, conſtituen-
dam eſſe, an ipſius D. Caroli Inſtan-
tia in ipſos tranſitum fecerit, vel ne;
cum vulgatum ſit axioma, Inſtantiam
17 cum defuncto cęptam ad vniverſales
jurium ſucceſſores pertranſire l. ſi is,
qui Roma 34. D. de judic. l. ſi eum homi-
nem 34. D. de fidejuſſ. cap. quia V. 11.
de judic. ibiq; DD. præcipue Panormit.
num. 9. Barboſ. in l ſi coſtante n. 15. 20.
& 21. D. ſolut. matrimon. Peregr. de
fideic. art. 53. num. 18. D. Reg. Revert.
decif. 290. num. 2. lib. 1. ibique D. Reg.
de Marin. in obſervat. num. 3. Marcell.
de Maur. alleg. 101. nu. 13. D. R. Valenz.
cit. conſ. 60. num. 34. lib. 1. D. R. Tapia
deciſ. ſuprem. Senat. 5. num. 9. D. Conſil.
Carleval. de judic. diſputat. 2. q. 5. num.
310. tom. 1. D. Conſil. Staib. reſol. forenſ.
reſ. 122. n. 18. lib. 2. ante hos ex Gaill.
Theſaur. Molin. Caſar Barz. Alvar. Va-
laſc. Surd. Mart. Parlador. Trentacinq.
Mareſcott. Io: del Caſtill. cæteriſque
Giurb. deciſ. 84. num. 12. D. Io: Solorzan.
de Indiar. Iur. lib. 2. cap. 29. num. 62.
lib. 2.

Atque ita æqua lance, ut quo ad trienniū
18 ab Iuſtiniano in l. properādum 13. C. de
Iudicÿs, litibus conſtitutum, cæptum
cum defuncto tempus, in hæredes no-
vum non ſumat initium; ſed inceptum
cōtinuetur l. hares abſens 19. dic. l. ſi is,
qui Roma 34. D. de Iudicÿs, Franciſc.
Marc. deciſ. delphin. 321. num. 4. vo-
lum. 2. Cęſar. Barz deciſ. bonon. 36. n. 6.
cum ſeq. & deciſ. 49. num. 23. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 53. num. 18. Bor-
rell. in ſumm. deciſ. tit. 64. de inſtant. n.
41. tom. 1.

Neque tandem, quod de regalibus agi-
tur, hæſitari poſſe perorant, an ad ip-
ſoſmet hæredes defuncti tranſierit In-
ſtantia; cum intra feudalis ſucceſſionis
19 gradus eos conſiſtere, neminem am-
plificent præterire, ad tradita poſt Ma-
rin. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. cap. pluribus
pag. 161. num. 53. à D. praſid. de Fran-
ch. deciſ. 593. num. 5. 6. & propriè n. 9.

Iis vero haud inficias, ibimus; cum hu-
jus rei cardo, à ſplendidioribus pen-
deat rudimentis: quis enim quæſtio-
nem habebit, hæredem defuncti indui
perſona? in eum prout hæreditatem,
cunctas etiam actiones actiuè, paſſiuè-
que deferri? deductam in judicio In-
ſtantiam, cum ſua cauſa in eundem
tranſitum facere? Veruntamen, ſe-
cundum ea, quæ ex facto proponun-
tur, hæc eadem intelligenda fore; cum
ſcilicet defunctus ea, de quibus Iudi-
cium eſt, valuit ad hæredes trāſmitte-
re, dum etenim hareditas nil aliud eſt,
ut

20 ut Iulianus *lib. 6. digeſtor.* reſpondit,
quam ſucceſſio in univerſum jus, quod
defunctus habuit tempore mortis;& hoc
jure mortis tempore D. Carolus ca-
rebat; ad ejus id hæredes, non potuit
equidem transferre; vulgo enim *Vl-*
piani circumferuntur reſponſa, *Ne-*
21 *mo* videlicet *plus juris ad alium*
transferre poteſt, quam ipſe habet.
ABSVRDVM eſt plus juris habere eum,
cui legatus ſit fundus, quam hæredem,
aut ipſum teſtatorem, ſi viveret. NON
debeo melioris conditionis eſſe, quam
auctor meus, à quo jus in me tranſit, ut
in *juris regulis* 55. 121. §.*fin.* & 136.
22 §. *non debeo.* Hinc hæredi non licere,
quod teſtatori non permittitur, ait
Frecc. de ſubfeud. lib. 2. cit. cap. ſupereſt
num. 4. in princip. nec filium habere
majus ſibi poſſe quam pater, à quo
23 ipſiuſmet juris cauſam vindicat, *argu-*
mento text. in l. de acceſſionibus 14. *D.*
de diverſ. & tempor. præſcript. & l. 2.
§. *ſi ſit agnatus D. ad Senat. Cōſult. Ter-*
tyll. fert *D. Io: Solorz. de indiar. Iur. tom.*
2. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 5. idque rerum
24 natura obvenire ſenſit *D. Præſes Phi-*
lipp. Reſponſ. 6. *ſub n.* 14. & poſt *Mart.*
Monter. Matth. Vveſemb. et Andr. Kohl.
ac philoſophicam quoq; afferre ratio-
nem conatus *Guilhelmus Anthon. de*
25 *Freundeberg.* ne plus Iuris ſcilicet ſit
in effectu, quam in cauſa *de reſcript.*
morat. tit. 6. *concluſ.* 12. *num.* 22.

Videamus ergo, quo nam jure ſuæ mor-
tis tempore D. Carolus potiebatur; ut
ex eo, quod potuit ad hæredes tranſ-
mittere, diſſeratur.

Ad officij, ut compertum eſt, ampliatio-
nem nanciſcendam Iudiciū D. Caro-
lus molitus fuerat; illud igitur, (ſi ip-
ſius rei natura non repugnat,) nec ma-
jori, quam defunctus vi, proſequi hę-
redes queibunt; & idcirco, ſi illi obie-
ctum, & juſtiſſimè fuit, ob ſuſtituti rea-
tum, tam priſtinum munus, quam il-
lius prorogationem fiſco fore addi-
cendam; idq; ex ſuperioribus reſpon-
ſis diſſertiſſimè conſtitiſſe aperitur: ad
hæredes ergo non niſi hujus judicij
declarationem deferri potuiſſe dicen-
dum eſſet; quodque tamquam cœtera
huius diſceptationis capita abſorbens,
26 ante omnia ediſſerendum foret; *Per*
minorem namque *cauſam*, Paulus in-
quiebat *in l.* 54. *D. de Iudicijs, majori*
cognitioni præjudicium fieri non opor-
tet: maior enim quæſtio minorem cau-
ſam adſe trahit; & in hac quæſtione,
quam rectè, juſtèque fiſcus egerit, in
XIV. Diſſertatione firmata, perabundè
demonſtrant.

Sed cum id rei qualitas non patiatur;
quippè quod, cum de officiorum ma-
27 teria agatur, quæ ſuaptè, (ut ſæpius
diximus,) natura, ſunt perſonalia
cap. fin. §. *cæterum de offic. delgat. D. R.*
de Ponte conſil. 137. *nu.* 6. *lib.* 2. *Fran-*
ciſc. de Amic. Montan. Amicangel. DD.
RR. de Ponte, Revert. Rovit. Galeot. Ca-
pyc. Latro, de Marin. ſuperius relati
diſſert. 1. *num.* 20. & *diſſert.* 5. *nu.* 10.
28 Ad hæredeſq; proinde minimè tranſ-
miſſilia, *ut in cit. diſſert.* 1. *num.* 10. &
numer. 15. *cum ſequ.* officiarijq; obi-
29 tu regulariter extinguantur *l. cujus bo-*
nis 9. *D. de curator. furioſ. l. curatoris*
17. *C. de negot. geſt. l.* 1. *C. ſi quis igno-*
rans rem minor. eſse Frecc. de ſubfeud.
lib. 2. *quæſt.* 50. *num.* 2. *D. Reg. Revert.*
deciſ. 70. *num.* 2. *deciſ.* 230. *nu.* 2. & *de-*
ciſ. 381. *par.* 1. *D. Reg. Rovit. deciſ.* 72.
num. 35. *D. Reg. Capyc. Latro deciſ.* 6.
num. 26. *in fin. lib.* 1. & *deciſ.* 182. *ſub*
num. 13. & nos latius *cit. diſſert.* 1. *nu.*
14. & *ſeq.* & *diſsert.* 5. *num.* 11. Non
eſt idcircò quid in hac facti ſpecie, (&
ſi ſuperior quæſtio de officij ob ſubſti-
tuti crimen abdicatione, controuerſiā
non abſorberet,) ad Caroli hæredes
valeat tranſire; quamuè ij inſtantiam
in judicio proſequi ſanè queant: pri-
mum etenim officium, (ea quoque vt
mox inquiebamus de ſubſtituti ſcele-
re cōtentione poſthabita,) Ioſephi pa-
tris fato expiravit: ampliatio ad vnius
tantummodò hæredis vitam imparti-
ta, ac ſuper qua, lis inter fiſcum, D. Ca-
rolum defunctum, & Ioſephum de
Neapoli interceſſerat, ipſiuſmet D.
Ca-

Caroli reſpectū, eius morte finita eſt;
quid ergo in præſenti ejus hæredes, ex
vulgaribus deſuper, expoſitis, aut ex-
petunt? aut conſequi valebunt? A-
pertiſſimi namque juris eſt; (ut ad ap-
poſitorum receptas conuertamur re-
reſtrictiones,) quod qvū de rebus agi-
tur, quæ ſui natura ad hæredes tranſi-
tum nō faciunt, nec ad eoſdem actio-
nes, nec promotas in Iudiciis inſtan-
tias poſſint pertranſire.
Exempli ut gratia, aliqua promantur, cō-
gruēs profectò eſtimaverimus; utputa
ſi de re fortaſſis feudali pertractetur,
cujus natura eſt, ut licet ad hæredes
deferatur; non tamen ad omnes tran-
ſitum faciat; ſed ad eos tantum, qui in
exquiſito ſucceſſionis gradu reperiun-
tur: tunc etenim ad feudorum tantum-
modo ſucceſſores eiuſdem rei pera-
ctam in judicio inſtantiam transferri,
ijdē Adveſarij deſuper probavere, ex
Frecc. & D. Præſid. de Franch. loc. cit.
quibus addimus *Menoch. conſil.* 984.
num. 15. & 16. *volum.* 10. *Thor. in ſe-*
cunda parte compend. decis. Regni ſub
verb. inſtantia capta pag. 270. *D. Io: So-*
lorz. de Indiar. jur. tom. 2. *lib.* 2. *cap.* 29.
num. 66. qvorum non nulli *textum* ex-
30 pendunt *in l. ſi operarū* 29. *D. de oper.*
libert. ijs verbis, *ſi operarum Iudicio*
actum fuerit, cum liberto, & patronus
deceſſerit, cōvenit TRANSLATIONEM
hæredi extraneo non eſſe dandam.
Si de inſtantia adverſus teſtatorem cæp-
ta agatur, eamque in grauatum hære-
dem, qui fide impleta fideicommiſſa
31 bona reſtituiſſet, Actor proſequi con-
cupiret; explorati namque Iuris eſt,
eam haud in hæredem, ſed in fidei-
commiſſarjum eſse experiendam, vt ex
Senatus conſulti verbis *Vlpianus* re-
ſpondit *in l.* 1. *D. ad Senat. conſult.*
Trebell. Cum eſſet æquiſſimum, referens,
in omnibus fideicommiſſarijs hæredita-
tibus, ſi qua de his bonis judicia pen-
derent, ex his eos ſubire, in quos jus, fru-
ctuſque transferretur potius, quam
cuique periculoſum eſſe fidem ſuā; placuit
actiones, quæ in hæredes, hæredibuſq; da-
ri ſolent, eas neq; in eos, neq; eis dari,
qui fidei ſuæ commiſſum, ſicuti rogati
eſſent, reſtituiſſent, annotaruntque
Bart. in l. ſi cum hominem num. 3. *D. de*
fidejuſſor. poſt alios *D. Reg. Valenzuol.*
32 *cit. conſil.* 60. *num.* 41. ita ut indemnis
gravatus ſeruetur, fideicommiſsarjum
illi cavere oporteat *l. cum hæreditas* 36
D. eod. tit. ad trebellian.
Si de vſufructu judicium ſit, à quo ad of-
33 ficia valere erebriùs putant argumen-
tū, *ex tex. in l. ſi vſus fruct. mihi in biē-*
niū 6. *D. de vſufruct. legat. Maſtril. lib.*
1. *cap.* 1. *n.* 22. *D. Reg. Revert. dec.* 382.
nu. 2. *par.* 2. & *deciſ. manuſc.* 19. *tom.*
6. *num.* 3. relata per *D. R. Rovit. in fin.*
conſil. vol. 2. *Amicangel. de regal. offic.*
34 *quæſt.* 11. *num.* 14. quiq; cum morte
finiatur *l. ſicut* 3. §. *fin. D. quibus modis*
vſusfruct. amitt. l. vſum fructum 5. *D.*
de vſufruct. legat. l. corruptionem 16.
C. de vſufruct. §. *finitur Inſtit. de vſu-*
fruct. ad hęredes minime idcircò trāſ-
ferri poteſt. Quod adeò verum eſt, ut
ſi in quinquennium fructvarjus fun-
35 dum locaverit, deceſſeritq; *Vlpianus*,
ex *Marcello lib.* 6. *Illuſtr.* ſubdit, *here-*
dem eius in quinquennium non teneri,
ut frui præſtet, non magis quam, ut in-
ſula exuſta teneretur locator conducto-
ri, vt in *l. ſi quis domum* 9. §. 1. *D. locat.*
36 quodq; *Paulus* etiam edixerat *in l. ne-*
ceſſario 8. *D. de peric. & comod. rei ven-*
dit. in eadem etenim ſpecie, quà jus
utendi, frvendiq; vſusfructuarjus ven-
diderat, ita reſpondēs, *Nam priore ca-*
ſu etiam ſi ſtatim MORIERIS nihil
mihi hæres tuus debebit: Vt exinde
noſtri excerpſerint, mandatum quoq;
37 à fructuario, vſusfructus ratione da-
tum, ejus morte, etiam re non integra
continuò expirare *Bald. in l. mandatū*
21. *C. mandat. Dom. Reg. Valenzuol. cit.*
conſil. 60. *num.* 30. *lib.* 1. quodq; reci-
piendum pariter eodemmet argumen-
38 to exiſtimant, in eccleſiarum rectori-
bus, qui eum vſufructvarijs, dum vi-
tam agunt, aſſimilentur, (ad materiam
text. in cap. ex literis 5. *de pignoribus, &*
cap. præſenti 9. *de offic. ordinar. in* 6.)
eorum

eorum obitu, mandatum proinde, re ſimiliter non integra extingvatur, ut ex *Bart.Paul.de Caſtr. Roman. Capell. Tholoſ.Anton.Gabriel.Vant.Medic.Flamin. Pariſ. Roderic.Suarez*, ac *Burſat.* probat *D.Reg.Valenzuol.cit. conſil.*60. *nu.*31. *&* 32.*volum.* 1. certiſſimamq; exindè traxerit conſequentiam, ut ſicuti ad hæredes vſusfructus non tran-
39 ſit;ita, & pariter pro illius apud Iudices efformata,non transferatur inſtantia *dict. conſil.* 60. *num.* 35. quod ex *Bald.* didicerat *in conſil.*217. *incip.ego puto colum.*2.*num.*3.*circa fin.volum.*3. in ijs verbis, *in inſtantia Iudicij harum rerum non ſuccedit hæres;quia non videtur contractum cum filio, qui venit ex alio capite, ut in VSVFRVCTV, ET DIGNITATIBVS*; & viva pariter ratio eſse poteſt; Nam quemadmodum pro uſufructu contractus, ſivè ſtipulatio
40 ad hæredes non porrigitur *l.ſtipulatio iſta* 38.§.*ſi quis ita D.de verbor. obligat.* Vlpiano ſic inquiente, *ſi quis ita ſtipulatus fuerit uti frui ſibi licere, ad hæredem ſtipulatio iſta non pertinet*, & paululum inferius, *non puto ſtipulationem DE VSVFRVCTV ad hæredē tranſire*; ſic & ſimiliter in judicijs, in qui-
41 bus quaſi contrahitur *l.*3.§.*idem ſcribit D de pecul.cū alijs* penes *Barb.axiō.* 132.*n.*2.deducta nec pertranſit inſtantia, ut doctè confirmat idem *D.R.Valenz.cit.conſil.*60.*nu.*36.*& ſeq. lib.* 1.

Oppoſitionē autem,quā *Io:Vinc. de Anna* auctoritate magni faciunt *allegat.*14. *per tot.* cuiq; ſubſcripſit,(quamquā ob cauſæ exitum non voti compos) *Dom. Reg.Conſil.Staiban. reſolut.forenſ.reſolut.* 122. *centur.* 2. minimè putamus obeſſe; licet etenim inibi, & firmatum, & iudicatum fuerit, Fructuarij inſtantiam in proprietarium pertranſire; id obvenire forſan potuir, ex ceteris forſan concluſionibus eadem in cauſa propoſitis; cum ſæpe ſæpius ex
42 argumenris cauſarum patronis penitus ignotis,earum prodeant diffinitiones; ſicuti teſtantur *DD. RR. Rovit. conſil.*98.*nu.*22.*verſic. nec moveat lib.* 1. *& deciſ.*49.*num.*13.*Merlin.controverſ. forenſ. cap.*47. *in fin. & cap.* 69. *num.*10.*centur.*1.*Capyc.Latr.deciſ.*91. *num.*13.*& deciſ.*111.*ſub num* 4.*lib.*1. *DD.Conſ.Provenzal. ad Cōſuet.Neapolit.ſi quis vel ſi qua obſer.*27.*nu.* 12.*& Pratus diſcept.forenſ.*13. *nu.*70. *lib.*1.

Rursùs Adverſarios labi manifeſto facti dicimus,errore;non enim in hac cauſa quæſtionis eſt, an Fructuarij, mota vſusfructus ratione Inſtantia, ad proprietarium trāſeat;qua de re penès *Io: Vinc.de Anna,& D.Conſil.Staiban.*tractabatur;Sed an ad ipſiusmet fructuarij hæredes, (quæ noſtra ſpecies eſt) judiciū porrigatur; quod nam ad proprietariū attinet, id trāsferri facillimè ſuſtineri poteſt;cū vſufructuarius pro-
43 prietarij conſtitutus dicatur de jure procurator *l.* 1. §.*fin. D. de nou. oper. nunciat.ſed procuratorio nomine*, conſultus air, *nūtiare poterit*, vbi *gloſſ.in verb. procuratorio* monuit, vti in rem
44 ſuam procuratorem efficere id poſſe, probaruntque *Anton. Oliban. in* §. *æque, de action.par.*1.*lib.*2.*n.*2. *&* 3. *D. Reg.Rovit. conſil.*88.*num.*1.*&* 2.*lib.*1. *D.Conſil.Staiban.dicta reſolut* 122.*nu.* 12. ut jure merito ex diverſis illationē facere,eiſdem adverſarijs *vulgatis juribus* denegetur: firmataq; magis noſtra maneat concluſio, ut officiarij, ſicuti uſufructuarij inſtantia,ad eorum non tranſeat hæredes; quemadmodū ad eorundē hæredes,& vſufructus, &
45 officiū ſui natura pertinere non poſſū:;quod præter deſuper diducta,perbellè hiſce expreſserunt verbis *D.Reg. Revert. deciſ.*70.*nu.*2.*lib.* 1. *IMO quod iſta officia habeantur ad inſtar VSVSFRVCTVS, qui morte finitur, & ad NVLLOS tranſit HEREDES*; Ac *Maſtrill. de magiſtrat.lib.*1.*cap.*28.*n.*21. *confirmantur inquiens prædicta, Nā ſicut VSVFRVCTVS ad hæredes non tranſmittitur, cum ſit merè perſonalis; ita pariter dicendum eſt in OFFICIIS, in quibus de vno ad aliud licitum eſt Arguere; & propterea ſi ad vitam concedantur,ſunt perſonalia, & morte extin-*

Digitized by Google

extinguntur ; *NEC AD HÆREDES TRANSMITTVNTVR*.

Quod ſi officium hoc,tãquam extinctum,
ad Caroli heredes tranſmitti nequi-
vit;quo nã pacto cęptũ pro eo Iudiciũ
in eoſdem transferri poſtulatur?repu-
gnante (ut dicebamus) ipſiuſmet mu-
neris natura ? Idque, ſi philoſophari
46 conſultis apertè, quandoque liceret,
quod per neceſſarium *Cicero* duxit,
cum dixerit, *nam nec latiùs, nec copio-
ſiùs, de magnis, variјſque rebus ſine
PHILOSOPHIA poteſt quiſquam dicere,
Ad Mar. Brut. Orat. poſt princip. oper.
tom.1. & de Orat. eod. lib.1.* de eadem
loquutus ſciẽtia *tractationem*, inquie-
rit,*orationis,quæ ſine illa ſcientia NVL-
LA EST* ; vt logico ſaltim lumine,
niſi literarum in ſtudijs peregrinatio
copuletur,miſerabilis quædã *Scaligero*
viſa fuerit erratio *exerc.369.ſect.3. ac
Guig.Anthon.à Freũdeb.de reſcrip.mo-
rator.in epil.n.25*.Ad noſtrę adoloſcẽ-
tię ſtudia redeuntes,paucis,proprijſq;
dialecticorũ verbis, abſoluere potuiſ-
ſemus; officium ſcilicet hujus contro-
verſiæ ſubiectum eſſe ; inſtantiam au-
tem, ad illud quærendum , eiuſdem
purum accidens fuiſſe; cum enti in ip-
ſius actu completo acceſſerit: ut id-
circo philoſophiæ principijs expenſis,
defendi nullatenus queat , ut corruẽ-
te ſubiecto , eius, (non niſi miraculi
ui) ſubſtineri valeant accidentia.
Quodque nec noſtris equidem latuit
jure peritis, qui eadem ſequuti, (pro
ut decebat) inſtituta, accidens pariter
47 annotarunt, ſine ſubſtantia ſubiectiuè
eſse non poſse, *Iulij Pauli* inducentes
reſponſum *in l.ſi ſeruum 4. in fin.D.de
action. empt.* ijs verbis *non poteſt æſti-
mari bonitas loci, qui non extat, gloſſ.
Marginea in ead.l.4.§.fin.D.de action.
empti, Bald. in cap.ſignificante verſic.
nam accidentia de appellat. Cardinal.
Tuſch. practic. concluſ. lit. A. concluſ.
82.num.13. Surd.de Aliment. tit.2.in
præambul.num.2.& tit.9.quæſtion. 29.
num.23. & deciſ.70.num.6. Gonzalez
ad regul.8.cancellar. gloſſ.5.§.7.n.70.
gloſs. 37. num. 32.* niſi ab divina po-
48 tentia miraculi gratia id efficeretur;
ut ex *Anchar.conſil.208.num. 17.* tra-
didit *Cardinal. Tuſch. cit.concluſ. 82.
ſub n.14.* quodq;ſubiecto ſublato,cui-
49 que tanquam ſubſtantiato actui, (ut
ajunt) accidens acceſserat, *Surd.deciſ.
114.n.23. Bald. Barbat.Marant.Alex.
Raudenſ.* ac *Everhard.* penes *Guilhel.
Anthon. de Freũdeberg. de reſcript.mo-
rator.concl.49.n. 157.* & ipſum quo-
50 q; accidens tolli , neceſſe eſt , poſt
antiquiores *Franciſc. Balb. de præ-
ſcript.in cap.Celſus num.24.tract.tom.
17.pag.113. Cardinal.Tuſch.cit. con-
cluſ.82.num. 14.Frideric. Pruckman.
conſil.21.n.139.& conſil. 25. num.96.
lib.2.Doring.in Bibliot.Iur.Conſ.verb.
accidẽs.n.1.*argumẽto *text.in l. etiam
15. §.ſi quis abſentis D.de petition.he-
redit. l. eius qui in provinciam 41. §.
quod ſi ſtipulatus D.ſi certum petatur l.
huic ſcriptura 15.D. ad l.Aquil. l.1.§.
item illud D.ad Senat.Conſult. Syllan.*
Sed mirè ad ſpeciẽ, & clarioribus ex-
51 plicuiſſe verbis *Celſus* videtur *in l. 2.
D. de vſu fruct. & quemadmod. quis
vtat. EST enim* ,ajens , *vſusfructus
jus in corpore : QVO SVBLATO, & ip-
ſum tolli neceſse eſt* .

Vt vero cujuſvis jus dicentis animus cõ-
quieſcat omnimodò, elegantem, & ad
rem mirabiliter conducentem afferi-
52 mus quæſtionem,in Indiarum,(ut vo-
cant) cõmendis diſceptari ſuetam,quę
feudorum ſimilitudinem referre, edo-
cuit *D.Io: de Solorzan. de Indiar. Iur.
tom.2.lib.2.cap.16.ferè per tot.*& pro-
priè *num.11.21. 23.* & *ſeq.* & *nu. 33.
54.72.&* 84. prout iſta , officijs apud
nos fermè exequata(& ſuperius ſcrip-
ſimus,& latiſſimè inferius oſtẽdemus,)
in quibus Indicijs commẽdis, quę non
niſi ad duorum dumtaxat poſſeſſorum
53 vitam impartiuntur,ut egregiè firma-
vit idem *D.Io. de Aſolorzan.* regijs re-
cenſitis literis *de Indiar. jur. tom. 2.
lib.2. cap. 11. num.3.& cap.16.nu.* 8.
in princip. num. 10. *& num.* 92. &
apertius *ſub num.* 101. controuerſum
quandoque fuit, an à ſecundo com-
mendatario incepta inſtantia , (prout
no-

Digitized by Google

noſtra ſpecies eſset,) in qua D. Carolus pro ampliatione, ideoque pro ſecundæ vitæ fruitione Iudicium promoverat,) ad ipſius vltimi morientis hæredes pertranſeant; in qua controverſia digniſſimi Hyſpani interpetres nequaquam ambigere, ut extincto per litigantis mortem, principalis commẽdæ Iure, cujus contemplatione ex regijs diplomatibus ad Supremum Senatum cauſa delata fuerit; non poſſe ibidem inſtantiam, tanquam acceſſoriã ſubſiſtere, diſcuſſamque proinde deſuper regulam, ut *adhæredes, ſucceſſorcſve tranſeat inſtantia*, in ſpecie cõprimentes, quoties hæres, ejuſdem

54 commendæ juris ſucceſſor non eſt; at in cæteris bonis, quovis alio modo defuncto ſuccedit litigatori, ut poſt aljos teſtatur *D. Io: Solorzan. cit. lib. 2. cap. 29. n. 56. & ſeq.* & propriè *nu. 63.* vbi hæc verba fecit, *Nam hac regula, inter alias limitationes, illam præcipuè patitur, ut procedat in ſucceſsore EIVSDEM IVRIS*, non vero in eo, qvi *EXTINCTO IVRE, cujus occaſione Inſtantia capta eſt, quovis alio modo litiganti ſuccedit*. Sed ſolum apud eos viguit diſceptatio, an coram

55 iiſdem ſupremis Iudicibus, pro fructibus ab vltimo commendatario motũ judiciũ, detur hæredibus; quodq; ipſiſſimis noſtris niſus principijs negandũ exiſtimavit *Io: Matthienſ. in l. 9. tit. 7. lib. 5. recopilat. gloſs. 2. ex num. 4. cum ſeq.* qvamvis id temperandũ cenſverit *D. Io: Solorzan. de Indiar. Iur. cit. cap. 29. num. 56. cum ſeq.* Qvò verò ad noſtram pertinet quæſtionem, nemo ex his, quos viderim, dicere vnquam auſus fuit; ut pro jure commendæ jam extincto, univerſalis alioquin ſucceſſor, judicium, ipſiuſque inſtantiam coram eiſdem electis Iudicibus proſequi valeat: cum id, non modo Iuriſprudentiæ; ſed aliarum ſcientiarum Inſtitutionibus apertiſſimè, firmavimus repugnare.

Quæ cum ita ſint, vel priorem cauſam, quaſi cæteras abſorbentem quæſtiones decet Senatum diffinire; cum ex ſubſtituti noxijs Senem Ioſephum de Felice officio abdicandum inſteterimus; quo, & fructuum quoq; diſceptatio finietur, alijſque conſimilibus cauſis in poſterum erit exemplar. Vel Ioſephi de Neapoli, uti ab Reverendis infirmorum Patribus nominati, propoſitis, nec legitimè, nec ſapidè oppoſitionibus rejectis: quemadmodum D. Caroli hæredum parviſactis, perẽpto ob illius mortẽ, in munus ſuccedendi jam Iure; ad ejuſdem officij venditionem in Ærarij compendium continuò deveniendum, terminare tãdem oportebit.

VII. Kalendas Auguſti M.DC.LIX.

Senatus cum cerneret prjorem cauſam, ob ſubrogati nempe ſcelera ſubſtitventem munere privari debere; ex Ioſephi patris, ac D. Caroli filij morte, jam evanviſſe; cum amborum deceſſu, vtraque conceſſio extincta foret; controverſiæque compendium, fructus ſolummodo à die commiſſi criminis introſpicere poſſe, pro quibus privilegiarij quoq; creditores in actis inſteterant; ſolertiſſimè igitur quæſtionem inter fiſcum, ac Ioſephũ de Neapoli, non ritè, nec rectè nominatum, in Regij ærarij commodum dilucidè inpræſentiarum duxit explicãdã; ſuper fructibus vero à die patrati facinoris decurſis, & in quibus in ſuperjoribus reſponſis diducta, nec

inutiliter (ut dicebamus) diſcuti fas erat, judicium ſibi maturjus reſervavit: Ac nè præjudicjum, nec qvidem minimum in decreti formula concipienda pararetur, ſi fortaſſis ob D. Caroli filij mortem officjum vacaſſe diceretur, quaſi aſſeri poſtmodum queiſſet, illud forſan ſi ſuperviveret; fviſſe ipſum conſequuturum, in ejuſdē decreti rubrica, non niſi ſuper munere, qvod Ioſephi patris dumtaxat fuit, diffinitionem cecidiſse, nobili cautjone hac methodo pronuncjavit.

Die 30. Ianuarij 1660. Neapoli.

Super devolutione officij magiſtri actorum Sacri Regij Conſilij, quod fuit V.I.D. Ioſephi de Felice, *ad beneficium Regiæ Curiæ ex cauſa inquiſitionis, & delicti Ioſephi Gaetani affictatoris dicti officij à dicto Ioſepho de Felice poſſeſſore illius, vt ex actis.*

Viſis actis, ac Inſtantijs Regij fiſci fol. 1. 7. 9. & 138. per Dominum militem V.I.D. Io: Dominicum Aſtutum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione, coram Illuſtriſsimo Domino *Locumtenente, alijſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito* Domino *fiſci patrono, fuit per Cameram ipſam Conſ. proviſum, & decretum eſt, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, quod Regia Camera declarat prædictum officium vacare in beneficium Regiæ Curiæ; ſalua proviſione facienda reſpectu fructuum maturatorum à die inquiſitionis* Ioſephi *Gaetani per Regium fiſcum ob eius inquiſitionem, & delictum prætenſorum, hoc ſuum &c.*

Franciſcus Antonjus Pepe Actvarius.

Cumque, regiorum Codicillorum virtute, idem ſibi officjum deſcri-
56 bendum petijſset Illuſtriſſimus Eques, ac nobiliſſimus noſter Concjuis Aloyſius Podericus, mira ſtrenuitate, ac bellica dexteritate inſignis miles, militumque Dux præclariſſimus; eadem repetita, tum in Rubrica, tum in decreti corpore cautjone, ſic Senatus cenſuit.

Die

Die 14. Februarij 1660. Neapoli.

Super inſtantia facta in Regia Camera Summaria per Illuſtriſsimũ Aloyſium Podericum pro inteſtatione officij Magiſtri actorum Sacri Regij Cõſilij, quod fuit quondã Ioſephi de Felice pro exequutione Regalis privilegij Suæ Catholicæ Maieſtatis exequutoriati per ſuam Eccellentiam, & Regium Collaterale Conſilium, ut in actis.

Viſis actis per dominum Militem V.I. D. Io: Dominicum Aſtutum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera, coram Illuſtriſsimo Domino Locumtenente, alijſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito domino fiſci patrono, fuit per Cameram ipſam Conſ. proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, quod viſo privilegio ſuæ Maieſtatis exequutoriato per Suam Eccellent. & Regium Collaterale conſilium, pro exequutione illius inteſtetur in beneficium Illuſtriſsimi Aloyſij Poderici officium Magiſtri actorum Sacri Regij conſilij, quod fuit quondam Ioſephi de Felice vacatum in beneficium Regiæ Curiæ, hoc ſuum &c.

Franciſcus Antonius Pepe Actuarius.

SUMMAE.

1 *Fiſci patronus nequit calumnijs uti.*
2 . . *tutori dicitur ſimilis.*
3 *Bonam fidem tutor debet agnoſcere.*
4 . . *prout fiſci Advocatus.*
5 *Quod quiſque juris in alterum ſtatui cupit, in ſe ipſum decet accipere.*
6 *Nihil, ex nihilo fit.*
7 *Non entis nulla ſunt partes.*
8 *Privilegia, non à precibus, ſed à conceſſione dependent.*
9 . . . *licet ab ijs ſoleant interpretari.*
10 *Gratia in Principis reſidet lingua.*
11 *Officia, non niſi principali conceſſione poſſunt obtineri.*
12 *Gratia haud à Senatus conſultatione, ſed à Principis pendet confirmatione.*
13 . . . *ex principali verbo fiat, regulariter perfectionem dicitur obtinere, ſed num. 22. & ſeq.*
14 . . . *nec proinde poteſt impediri.*
15 *Verbi fiat, quanta ſit potentia.*
16 *Gratia in Principis ore conſiſtit, licet in ſcriptura teſtimonium, in exequutione ſtet commoditas.*
17 . . . *ipſius data tempus attendi, qui ſenſerint, quiquè contrarium, & ſub num. 18.*
18 . . . *ſeù illius ſignatura.*
19 *In officijs juriſdictionem habentibus, geſtionis tempus, non conceſſionis attenditur.*
20 *Aſſenſus Regis apud nos, niſi Cancellaria ſolemnibus impleantur, inutiles cenſentur.*
21 . . . *omni quæſtione ſublata.*
22 *Gratia ex Cancellaria literis, proba-*

tionem recipit, formam, ac perfectionem.

23 . . . *conditionem dicitur continere; ſi literæ expediantur.*

24 . . . *idque probatur auctoritate,*

25 . . . *communiq; Romanorum jure.*

26 . . . *ex verbo ſiat, dici poſſet perfecta, quo ad ipſius ſubſtantiam, ſecus quo ad probationem, exequutionemve.*

27 . . . *neque ex hac ſolemnitate, Principis obumbratur majeſtas.*

28 *Iuſtitia Regna ſervat, firmat, & auget.*

29 *Reges noſtri potentiſſimi, ob rationis, juſtitiaque cultum, gratias per Cancellarias perfici juſſere.*

30 *Gratia, quamvis à Cancellaria perficiatur, adhuc à Principe dicitur pendere.*

31 *Princeps, quandoque precum importunitate, non concedenda impertitur.*

32 . . . *conſilio idcircò omnimodò dicitur Indigere.*

33 *Gratia non dicitur perfecta, ſi ex Curiæ conſuetudine, ſiue Principis juſſione expoſcitur ſcriptura.*

34 . . . *nec interim conceſſionario jus tribuit.*

35 . . . *quoad exequutionem, Cancellaria requirit literas.*

36 . . *maximè cum ad aliquid faciendum concederetùr.*

37 *Conditio ex ablativo abſoluto infertur.*

38 . . . *ex dictione ſi, futuri temporis præſertim verbo adiuncta.*

39 . . . *in ſpecifica forma, eſt adimplenda.*

40 . . . *ac perfectè, ſiuè ex omni ſui parte.*

41 . . . *ſi non impletur, inutiliter ex ea effectus exquiritur.*

42 . . . *cum actus, eu non exiſtente, futilis putetur.*

43 *par eſt aliquod non fieri, vel ſub conditione, cui non pareatur.*

44 *Conditio ſi deſit, ipſius etiam deficit ſubiectum.*

45 . . . *ac contractus, vel à principio reſolvitur.*

46 *Gratia conditionalis, nil conditionibus non impletis, operatur.*

47 *Modus potiùs, quam conditio in dubio præſumitur.*

48 *Dictio prius, jus inducit, ante omnia implendum.*

49 . . . *& conditionem, ac formam.*

50 *Forma ex ablativis abſolutis inducitur.*

51 . . *eſt individua,*

52 . . *ſiuè de indiviſibilium genere.*

53 . . *in ſpeciè eſt implenda.*

54 . . *ſiue ad literam.*

55 . . *alias actus nullus judicatur.*

56 . . *& ſi in minima parte forma ipſa non expleretur.*

57 *Modus, ſi non compleatur actus, reſolvitur.*

58 . . *ac conditio, quo ad egreſſum æquātur.*

59 . . *ſi non ſervetur, quemadmodum, ob non conditionis eventum, actus nullus exiſtimatur.*

60 . . *ſi non completur, conceſſio ſub ea facta nullius putatur roboris.*

61 *Conceſſionarius poſt gratiam debet ſupervivere.*

62 *Actus morti proximi, ſuſpicione non carent.*

ARGVMENTVM.

Fiſci patronum bonam decet in cauſis fidem agnoſcere. Gratia, quæ haud à precibus, ſenatuſvè conſultatione; ſed ab Principis pendet ore, ex verbi fiat præſertim potentia, licet quo ad ſubſtantiam, quandoque à conceſſionis die dicatur abſoluta; quo ad exeqvutionē vero, literas Canceliariæ expoſcere ſecuriùs cenſetur, ac prçipuè, cum vel ſub conditione, vel ad aliquid efficiendum

dum impertitur. Conditio,
quę ex ablativo abſoluto, et
dictione ſi, ſæpè ſępius indu-
citur, in ſpeciali forma eſt ex-
plenda, ac perfectè; adeò ut
nihil implēdum ſuperſit, alio-
quin actus In utilis reputatur.
Quemadmodum id idem re-
ſpectu formæ, de individuorū
genere conſtituitur; modus
vero, quamvis rē, ſicuti condi-
tio principio nō ſuſpendit, quo
ad egreſsum verò ipſimet con-
ditioni exęqvatur.

PRO REGIO FISCO

CVM

D. Petronilla Ardia.

Diſſertatio XIX.

1 PER pragmati-
corum ora nil
profectò jucū-
dius quotidie
circumfertur,
quam protritū
illud Adagiū;
debere ſcilicet
fiſci patronū,
BONAM in cauſis tractandis FIDEM
agnoſcere, cum *fiſci nomine privatis*
audere is nequeat *calumnias commo-*
vere l. fiſci 3. C. de Advocat. fiſc. in fin.
2 Tutoris inſtar, cuiq; aſſimilatur, teſte
D. Larrea alleg. fiſcal. 1. num. 14. lib. 1.
3 qui fidem, ac veritarem in judicijs pa-
riter dignoſcere alligatur, *l. quoties*
10. §. ſicut autem D. de adminiſ. tut. vbi
Iulianus inſigniter per hæc verba re-
ſpondit, *tueri enim debet cauſam pu-*
pilli SI IVSTA EST; Idcirco quoque
ſi mala cauſa pupillaris eſt, denuntia-
re VERVM ſibi debet; NEQVE enim,
paululum ſubdit, *prohibentur tutores*
BONAM FIDEM agnoſcere; ſicuti in
4 ſpecie in fiſci advocato, quidquid in
contrarium ſenſerint *Bald. in Rubric.*
Cod. de conſtit. pecun. num. 14. & Ber-
tachin. in verb. Officialis, verſic. ſepti-
mo, juſtè quidem poſt *Gothofred. An-*
ton. fabr. alioſque probarunt *Alphar.*
de offic. fiſcal. gloſs. 9. num. 39. & Dom.
Io: Baptiſt. Larr. allegat. fiſcal. 1. n. 15.
cum ſeq. lib. 1. qvibus libētiſsimè ſub-
ſcribimus, *Caſſiodori* qvoque ducti au-
ctoritate *lib. 1. var. epiſt. 22.* qvi illa
vera principum lucra dijudicans, quæ
integritate ſuffragante percipiuntur,
ad rem dignè ſubnectit, *quando lauda-*
biliùs à parte fiſci perditur, cum IVSTI-
TIA non habetur.

At nil æquius pro certò foret, quam, ut
id qvoqve in fiſco Adverſantium ani-
mis æqva lance experiremur; omniq;
5 etiā Iuri conſentaneū profecto foret,
quis enim, in l. 1. D. quod quiſque juris
Vlpianus reſpondit, *aſpernabitur, idem*
jus ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel
dici effecit? qvodqve Cæſares in
l. ratas 7. C. de reſcindend. vendit. ita
imitati ſtatuere, *eadem lege conventa-*
mini, quam vobis tribus poſtulatis; con-
firmavitque S.P. *Innocentius 3. in cap.*
cum omnes 6. §. cum igitur. de Conſtit.
Catonis quoque avctoritate ſic uſus,
(ut *Contius ibidem* notat,) *& ſapientis*
dicat auctoritas, patere legem, quam tu
ipſe tuleris; ac ſummus itidem Paſtor
Gregor. IX. *in cap. dilecti 13. §. cum*
igitur, de maior. & obedient. Cum igi-
tur, inqviens, *non deceat alij te feciſſe,*
quod ab alio fieri tibi nolles; ac *Tob.*
cap. 5. QVOD ab alio oderis fieri tibi,
nè tu aliquando alteri facias; Divique
Matthæus, ac Lucas alter *cap. 7. OM-*
NIA ergo quæcunque vultis, ut faciant
vobis homines, & vos facite illis. Al-
ter *cap. 6. & prout vultis faciant vobis*
homi-

Digitized by Google

homines , & vos facite illis ſimiliter.
DD.in *cit.l.1.ac tot.tit.D. quod quiſq; juris, Vveſſenbec. in paratit.n. 3. Cardinal.Tuſch. practic.concluſ.tom.6.lit. Q.concluſ.49.Decian.reſponſ.25.n.71. volum. 1. & conſil.2.nu.96.lib.2.Thoming.deciſ.26.nu.1.Coraſ.* ex Zaleuci facinore *miſcell. jur. lib.2. cap.25. nu. 2. Prukman. conſil. 6. num. 73. conſil.17.nn. 133. & conſil.24. num.151. lib.1.Guilhelm. Anthon.de Freundebergh. de reſcript.morator.concluſ.52.n.2. & ſeq.* ex *Palingen. Zod.vit.lib.9.* hæc referens carmina .

Quodque tibi nolles , alijs feciſſe caueto ,
Quodque tibi velles , alijs praſtare ſtudeto ;
Hac eſt natura lex optima .

Idquè Radamanti tribuerat legibus Ariſtoteles,& ſi Ethnicus,ac gētilis *Ethic. lib.5.cap.5.circ. princ.* ſic peculiariter diſponentibus ,

Si contra paſſus fuerit , quod fecerit idem ,
Iudicium plane rectum, vindictaque fiet .

vel ut *Decianus* vertit *cit.reſponſ.2.n. 96.vol.2.*

Si quod quiſque facit, idem patiatur & ipſe ,
Id juſtum fiet, denique judicium .

Quapropter, ſi quemadmodum à fiſci patrono,ac tam audacter BONA FIDES poſtulatur,eidem pariter ingenuè reddetetur; non tam facilè ad invictiſſimi Regis inconcuſſa alioquin jura tuenda aſſiduè evocaremur : neque præſenti negotio,rectiſſimam fiſci cauſam D.Petronillam Ardia non agnituram deſperaremus; Quis etenim in hac facti contingentia, (ſi BONAM vellet FIDEM dignoſcere) officium quodvis, impertitæ prorogationis virtute , ſibi deſcribi peteret; quotiens ampliationis conceſſio,non modo perfecta non eſt ; ſed neque in eſſe deducta dici valet? invincibili ea ſaltim ratione
6 perterritus, quod ex nihilo, nihil ſanè
poſſit progigni, *ad text.in l.2. D. de uſufruct. l.Seja 26. D. de tutor. & curator.Cancer.variar. reſol.lib.2.cap.5. nu.51.Giurb.ad Conſetud. Meſſan.cap. 16.gloſſ.1.num.8.par.1.* ſivè non exi-
7 ſtentis rei, nullæ ſint qualitates *l. ejus,*
qui in provincia 41. verſic. quoniam D.ſi cert.pet.l.Pomponius 13.D. de acquirend.poſſ. cum cæteris vulgaribus apud *Gratian. diſcept.forenſ.cap.767. num.36.tom.4.Barboſ.axiom.162.numer. 1.*

Quod autem ita res ſe habeat, vel ex ſolo ipſiuſmet facti liquet contextu ; cũ enim D. Hyacintus de Silua y meſa munere ſcribæ portionis liberationum potiretur, illiuſque expeteret ampliationem, Excellentiſſimo Caſtrillę Comiti, Regni tũc moderatori ſimiles cõcedendi prorogationes , regiam poteſtatem habenti, preces obtulit , ijſque Senatui trãſmiſſis XIV.Kalēdas Octobris præteriti anni M. DC. LVIII. favorabilem ab eodem conſultationem obtinuit; aſſueta tamen ſolutionis conditione hiſce verbis adjecta, *pagandoſi per detto D.Giacinto de Silua , y meſa quello ſarà liquidato da queſta Regia Camera per il terzo del prezzo di detto officio* ; cumque Eccellentiſſimus idem ProRex, Collateraleque Conſilium conſultationem exequendam ſtatuerint juxta *ipſius* (ut dicitur) *ſeriem , continentiam , ac tenorem* ; ac proinde ad ampliationem ipſam perficiēdam D.Hyacintus vacare, & anxiè debuiſſet ; injunctoque parens juſſui tertiæ partis pretij facta ſupputatione ſolutionem ærario complere, rem diù ſub ſilentio repoſuit ; adeò ut non niſi V. Idus labentis menſis Ianuarij pro eius parte aditum Tribunal fverit, ut decretum ſibi interponeretur ; quod facta ſcilicet ſolutione in Curiæ commodũ aureorum circiter ſeptingentũ triginta trium, in quibus ampliationis pretium ex actis liquebat , poſtulata frueretur ampliatione ; dum ipſe interea D. Hyacintus, (quod equidem Senatum latuit) animam ageret, quàm poſt horas demum efflauit .

His

His in facto exaratis Iuris allegationibus,
fiſcus non indigere utique videretur;
cum eadem ipſa loquatur enarratio; ſi
etenim Senatus Conſultationem in-
ſpicimus, & ex ſeſe ſolum abſq; Prin-
cipis conceſſione nihil noſcimus pro
futuram: ſi conceſſionem poſtmodum
conſideramus, & eam non modo ſolu-
tionis conditionem continere; ſed præ-
cedentis ſupputationis actum, ab eo-
dem Senatu explicandum injungere,
obſervamus: ſi noviſſimam tandem
exolvendæ quantitatis terminationem
pendimus, & eam pariter ſpecialem
præviæ ſolutionis conditionem cerni-
mus decreviſſe; Quadere cum condi-
tionibus, ijs non impletis D. Hyacin-
tus mortem appetierit, fas eſſet, ut D.
Petronilla Ardia, uti in ultimis D. Hya
cinti tabulis hujuſce imperfectiſſimæ
ampliationis vi nominatæ, liberè fate-
retur, officiũ nẽpe ex ſui natura perſo-
naliſſimum, quodque exercentis obi-
tu finitur, ad Regiæ Curiæ compen-
dium fuiſse devolutum.

Sed, quod Adverſaria abnuit agnoſcere,
congruens eqvidem erit, juris ſigilla-
tim præceptis confirmare; ac ut rem
ab initio repetamus; quemadmodum
8 nuda petitio nil Don Hyacinto va-
luit proficere; cum privilegia non à
ſupplicatione, ſed ab impertitione vi-
res capeſsant *DD. in cap. inter dilectos*
6. de fid. inſtrum. Decian. reſponſ. 86. *n.*
53. *&* 54. *volum.* 3. *Surd. conſil.* 281. *n.*
7. *&* 8. *lib.* 2. *Berlich. par.* 2. *concluſ.* 36.
num. 19. *Io: Baptiſta Cæſar. conſil.* 13. *n.*
9 *par.* 1. *Vulteius conſil. Marpungenſ.*
21. *num.* 192. *volum.* 3. *D. R. Revert. in*
deciſ. relata à *D. R. Capyc. Latr. Conſul.*
108. *ſub num.* 40. *lib.* 2. quamvis ex
9 precibus quandoq; ſoleant interpetra-
ri *cit. cap. inter dilectos*, ibi *ex forma*
titionis, l. ſi defẽſor 10. §. *qui interroga-*
tus D. de interrogat. action. Farinac. in
pract. criminal. quæſt. 29. *num.* 41. *De-*
cian. cit. reſponſ. 86. *num.* 49. *Vultejus*
dict. conſil. 21. *n.* 212. cum alijs à *Fre-*
undebergh. congeſtis *de reſcript. mora-*
tor. concluſ. 54. *n.* 6, ante eum *Menoch.*
conſil. 180. *num.* 1. *& conſil.* 244. *n.* 2. *&*
ſeq. Surd. dicto conſil. 281. *n.* 5. *Raudenſ.*
reſponſ. 21. *num.* 202. *volum.* 1. ita ſo-
lam Senatus Conſultationem jus nul-
lum, eidem dicimus attuliſſe; namque
non modo precum oblatio, ac Iudi-
10 cis conſultatio; ſed Principis expoſci-
tur gratia, quæ in ſola ipſius Regnan-
tis lingua dicitur cõſiſtere *Hieronym.*
Gonzal. ad Regul. 8. *Cancell. de alter-*
nat. Ment. gloſſ. 12. *num.* 47. *& gloſſ.* 55.
nu. 23. *Azeued. in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *novæ*
recopilat. n. 13. *D. R. Valenzuol. conſil.*
104. *num.* 13. *D. Reg. Capyc. latro deciſ.*
154. *nu.* 13. *par.* 2. ac in eiuſmodi præ-
11 ſertim largitionibus, quæ ſine ſpecia-
li Domini conceſſione nequeunt obti-
neri *l. officia* 3. *C. de officio quæſtor. l. qui-*
cunqve 2. *C. de fund. limitrop. lib.* 11.
cap. ſuper qvibuſdam 26. §. *præterea de*
verbor. ſignificat. Conſtit. ſcire volumus
& Conſtit. ea, quæ ad ſpeciale decus,
Grammatic. deciſ. 59. *nu.* 15. *Freccia de*
ſubfeud. lib. 3. *formul.* 2. *num.* 25. *&* 26.
Regner. Sixtin. de regalib. lib. 1. *cap.* 5.
num. 76. *&* 77. *Koppen. deciſ.* 32. *nu.* 4.
Montan. de regalib. offic. ſub num. 2. *D. R.*
Salernit. deciſ. 51. *nu.* 29. *D. R. Revert.*
deciſ. 449. *n.* 1. *lib.* 2. *D. Reg. Rovit. de-*
ciſ. 72. *num.* 38. & nos fusè ſuperiùs
diſſert. 1. *num.* 39. ut lectiſſimè ad rem,
imo in fortiori ſenſu dixerit *Ludovic.*
Molin. de primog. lib. 2. *cit. cap.* 7. *n.* 59.
quod & ſi à primarijs Conſiliarijs, qui
inibi vocantur *de la Camera* verbum
12 *FIAT* prolatum foret, nec plenum cõ-
ſequeretur effectum; dum poſſet fortè
à Principe res geſta improbari; *Idque*
maximè, inquit *D. Io: del Caſtillo* ipſum
ſequutus, *quia à Senatu Regia Came-*
ra per modum Conſultationis proponi-
tur Principi, qui poteſt non ſubſcribere,
aut non confirmare, ut jam ſupra vidi-
mus. quotid. contr. iur. cap. 67. *num.* 64.
tom. 5. *ſub verſic. idq; maximè ex Valaſc.*
quoque *Gutierez*, ac *Sanchez*.

Quo ad gratiam igitur attinet, quæ con-
ſultationis fuit exeqvutio, quęq; Pri-
die Kalendis Novembris emanavit,
nullo pacto exquiſitam abſolutionem

eam

13 eam dicimus recepiſse; quamquã et-
enim incontrarjum adduci qveat, per-
fectam illam dici poſſe; qvonjam ſta-
tim, ac Princeps inqvit FIAT, perfe-
ctionem videtur largitioni tribviſſe.
Bald. in l. humanum 8. *Cod. de legibus, Felin. in cap. Rodulf. nu.* 26. *de reſcript. Afflict. deciſ.* 253. *& D. Præſes de Franch. deciſ.* 62. *num.* 2. *deciſ.* 326. 509. *n.* 1. *& deciſ.* 663. *nu.* 1. *Surgent. Neapol. illuſtr. cap.* 18. *n.* 16. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 7. *ſub num.* 59. *tom.* 1. ex *Canon. Inſtitutionis* 25. *q.* 2. *& Clement. dudum* §. *fin. de ſepult. Maſcard. de probation. concluſ.* 845. *n.* 2. *Flamin. Pariſ. de reſignat. beneficij lib.* 8. *quæſt.* 2. *n.* 8. *&* 9. *& lib.* 10. *q.* 1. *num.* 2. *Petrus Gregor. in ſyntagm. Iur. univerſ. lib.* 17. *cap.* 15. *num.* 16. *D. Reg. Tapia in rubric. tit. de Conſtit. Princip. cap.* 1. *numer.* 13. *& lib.* 6. *Iur. Reg. in annot. ad pragm. vnic. ſub tit. de privileg. infr. ann. num.* 1. *& deciſ.* 8. *S. C. n.* 1. *Giurb. conſil. deciſ.* 57. *nu.* 16. *cum alijs adductis* per *DD. RR. Valenzuol. cit. conſil.* 104. *num.* 7. *D. Io: Solorzan. de indiar. Iur. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 50. *&* 51. *& Capyc. Latro deciſ.* 154. *num.* 5. *Rot. Roman.* penes *Rubeum deciſ.* 68. *num.* 12. *tom.* 1. vnde *Cæſar Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ.* 253. *n.* 1. ex *Felin. Bald. Rip. & Caſsan.* ait
14 quod poſtquam gratia eſt per verbũ
FIAT impetrata, nihil eſt, quod ipſam amplius remoretur, ſeqvitur *Guilhelm. Anthon. de Freundebergh. cit. concluſ.* 54. *num.* 4. illud *Cunteri* referens in *Ligur. lib.* 3. quodq; nec latvit Arumæum *de Comitijs cap.* 8. *num.* 23.

Nudo jus, & reverentia VERBO,
Regis in eſse ſolet, quovis juramine major.

ſubdens quoquè ex *Afflict.* potiſſimũ
cit. deciſ. 253. *num.* 6. *& ſeq.* tantę effi-
15 caciæ eſse principale verbum iſtud
FIAT, *ut hoc caſu*, inquiet, *perĩde tenere promiſsjonem Principis, ac ſi magnis bullis, & ſigillis confirmata fores*, illud *Homeri* advocans de ſuo Agamemnone, quod retulit *D. Franciſcus Pfeils centur.* 1. *conſil.* 79. *num.* 9. *ſub verſic. grave eſt.*

Mox ſimul, ac dictum eſt VERBVM,
Res ipſa peracta eſt.

Quare licet in ſcriptura teſtimonium, in
exequutione cõmoditas, initio tamen
16 in Principis ore ſtat gratia *Gonzal. ad Reg. Cancell. de menſ. & alternat. gloſ.* 12. *numer.* 47. *Andr. abexea in tract. de pactis n.* 455. *Azeved. in leg.* 2. *tit.* 25. *lib.* 8. *noua recopilat. Borrell. de magiſt. edict. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 27. *Giurb cõſil. deciſ.* 57. *nu.* 16. *verſic. gratia enim Guilhel. Anthon. à Freundebergh. de reſcript. morat. cit. concluſ.* 54. *ſub num.* 4.

Et proinde, ad rem arctiùs accedentes,
datæ, ut ajunt, ſolummodò diem at-
17 tendendum ex *cap. capitulum ſanctæ Crucis* 30. *de reſcript. cap. eum cui* 7. *de prabendis in* 6. alijſq; Iuribus aſserunt firmaſse *Io: Andr. Anton de Butr. Felin. Rebuff.* cęteroſq; penes *Io: Vincẽt. de Anna allegat.* 37. *n.* 4. *D. Præſes de Franch. deciſ.* 62. *num.* 1. *D. Reg. Valenzuol. cit. conſil.* 104. *num.* 6. *Clapper. cauſar. ration. cauſ.* 55. *quæſt. vnic. Maſtrill. de indult. cap.* 70. *n.* 13. *Geor. alleg.* 37. *n.* 29 *Thor. in compẽdio deciſ. par.* 1. *in verb. præcedere an debeat*, *R. P. Molfeſ. conſil.* 15. *num.* 4. *Alex. Trentacinq. var. reſolut. tit. de ſolut. reſolut.* 1. *num.* 27. *D. Conſil. Fab. de Anna conſil.* 42. *Laratha conſ.* 87. *à num.* 16. *Mar. Antonin. lib.* 1. *var. reſolut.* 24. *num.* 127. *Caſtill. de tertijs debitis cap.* 41. *num.* 62. *lib.* 6. *tom.* 7. *Barboſ. in collect ad cit. cap. eum cui num.* 1. *&* 3. *de prabend. in* 6. *Giurb. conſil. deciſ.* 57. *num.* 6. *D. Conſil. Arias de Meſa var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 2. *&* 3. ſiuè ſignaturæ ſolum-
18 modò tempus, fore inſpiciendum, ex *Geminian. Cardinal. Puteo, Caſſan. Verall. Farin. alijſque* tradidiſse *Rubeum d. deciſ.* 68. *num.* 11. *par.* 1. *& D R. Capyc. Latro cit. deciſ.* 154. *num.* 6. *& ſeq. par.* 2.

Attamen, re maturiùs perpenſa, & miſſis ijs, quæ pro contraria ſententia afferuntur ex *cit. cap. capitulum* 30. *de reſcript. & cap. ſuper eo* 12. *in fin. & cap.*

ut

vt debitus honor 59. de appellation. ut
ex *Zabarell. & Felin.* notat *Conſil.*
Arias de Meſa loc.cit.num.3.

Ijſque itidem poſthabitis, quæ in offi-
cijs adminiſtrationem, juriſdictionẽq;
annexam habentibus expenduntur, in
19 quibus non tempus datæ; ſed geſtio-
nis,ſeù quaſi poſſeſſionis diem attendi,
receptiori calculo traditum eſt,ex *tex.*
in l.1.C. de Conſul.lib.12. l. vnicuique
7.C.de proxim. Sacr. Scrin. l.1.C. de
prapoſit. ſacr. cubicul. l. 1. & 2. C. de
præfect. prætor. eod. lib. 12.cap.1. de
*majorit.et obedient.*quæq;expẽdere nõ
omiſit *D.Conſil. Arias de Meſacit.c.41.*
n. 28. poſt infràſcriptos, qui acerrimè
id idem cõprobarunt *Surgent.* ſcilicet
de Neapol. illuſtrat.lib.1.cap.5. n.28.
& cap.27.n.40. Maſtrill. de magiſtrat.
lib.5.cap.4.num.9.et ſeq.Cabed. deciſ.
3.num.5.D.Præſes de Franch.deciſ.62.
num.11.Conſil.Fabium de Anna conſil.
42.& conſil.136.à nu.10.R.P. Molfeſ.
conſil. 15.n.2.volum.2. DD.RR. Tapiā
deciſ.Ital.21.à n.15.Valenzuol. conſil.
34.à n.36.lib.1.Fuluium Conſtant. in
d.l.1.à num.25.de Conſulibus num.12.
Sanfelic. deciſ. 269. à num.2. & ſeq.
par.2.

Atque his demum prætermiſſis,quæ ab-
ſimilium ſaltim, apud nos expromi
20 poſſent argumento; aſſenſus videlicet
Regios, in quorum licentia Prore-
ges, Collateraleque Conſilium eo-
dem præclaro verbo FIAT, uti con-
ſuevere; ex Pragmaticis noſtris ſan-
ctionibus, Cancellariæ cunctis ſo-
lemnitatibus,ac plenè nõ impletis nul-
lius roboris exiſtimari *Afflict. deciſ.*
335.n.15. & ſeq.D.Præſes de Franch,
cit.deciſ.663.num.2.& 3. Reg. Lanar.
conſil.33.num.6. Reg. Tap.dec. S.C. 8.
num.9.& ſeq. Reg. de Pont. de poteſtat.
proreg.tit.7.§.9.num.1. vſq. ad nu. 4.
& in conſil.3.num.16. & ſeq. conſil. 5.
num.32.44.& 68.conſil.67.num.23.&
36.lib.1.conſil.150.num. 27. & conſil.
157.num.14. lib. 2. Gizzarell. deciſ.3.
num.15.D.Conſil. Staiban. reſolut.fo-
renſ. reſolut. 1.nu.24. lib.1. ac ex *Vr-*
ſill.D. R. Rovit. Capiblanc. Novar. Pe-
*tra ad Capyc. Thor.*cæteriſq;addentes
ad *Gizzarel.dic.deciſ.3.num.8.15. &*
21 *ſeq.*Vnde ex his, juris hanc diſcepta-
tionem, apud nos patrio jure eua-
nuiſse noviſſimè teſtatur *D. R. de Ma-*
rin. in obſervat.ad deciſ.Dom. Reg.Re-
vert. 166.lib.1.

Tripliciter quoque juvabit reſpondere;
& primò, quod proponitur,in gratio-
ſis datæ tempus ſolummodò expoſci,
neutiquam ſic ſimpliciter eſse intelli-
gendum; ſed vbi gratia metipſa per
electi conſilij examen, aſsuetaſque
Cancellariæ regulas, ac debitas lite-
rarum, (ut uulgo dicimus) expeditio-
22 nes,perfectionem receperit: per lite-
rarum namque abſolutionem, conceſ-
ſionis inducitur probatio, forma, atq;
perfectio *Rota Romana deciſ.diverſor.*
deciſ.273.num.3.par.3.lib.3.Cæſar.de
Graſſis deciſ. 47. aliàs 1. de probation.
Ludovic.Gomez. in regul.Cancellar.de
non judicando quæſt. 1. verſic. nam per
expeditionem; quaſi gratia, hanc in ſe
23 conditionem continere videatur, *ſi li-*
teræ ſcilicet *expediantur*, poſt *Io:Bap-*
tiſtam ferret.conſil.388.nu. 2. Flamin.
Pariſ. de reſignat.beneſic. lib.10. qu.1.
num.10. D.Reg. Valenzuol. loc. cit. nu.
120. D.Io: de Solorzan. de Indiar.Iur.
tom.2.lib.2.cap.13.num. 4. nt, jure id-
circo merito Athletas, ſui ſectatores,
hæc ſententia ſibi vindicet pręclariſ-
ſimos,

Decium nempe *in rubric. de conſtit.in ſe-*
cunda lectur.num.16.

Felin.ibidem nu.6.

Rotam Roman. diverſ.deciſ.273.n.3.par.
3. ibi *quia ſupplicatio,ſignata GRATIA*
24 *eſt informis, quæ per eſpeditionem li-*
terarum accipit formam.

Eandem *Rotam in deciſ. 458. in tit. de*
conceſſ. præbendæ in novis deciſ. 20.
num. 5. ibi *ſed quia GRATIA facta per*
Principem, ante confectas literas eſt
quædam res informis, ſivè imperfecta,
quæ poſtea in confectione literarum for-
maliter ponitur, & ad ſtatum etiam
perfectum reducitur, & inferius, *igitur*

antequam ſunt confectæ literæ, non videtur pars habere titulum cauſarum in ſuo eſſe perfectum.

Oldrad. conſil. 326. colum. 3. verſic. quod gratia.
Mohedan. decis. 28. de renunciat. nu. 30.
Io: Baptiſt. Ferrett.
Flamin. Pariſ.
Ludovic. Gomez.
Cæſarem Graſſum.
Dom. Reg. Valenzuol. loc. cit.
Maſcard. de probation. concluſ. 845. nu. 1. & 2. & concluſ. 1388. num. 10. & ſeq.
Hieron. Gonzal. ad Reg. Cãcel. de mẽſ. & altern. gl. 12. n. 47. verſ. vnde ne gratia.
Clarus in § fin. q. 59. nu. 10. verſic. & quia plerumque.
Theſaur. decis. 21. num. 1.
Franciſc. Monald. conſil. 4. n. 18. lib. 2.
Cardinal. Mantic. decis. 286. num. 10.
Io: Staphil. de grat. expect. c. 1. n. 26. tract. tom. 15 pag mihi 264.
Mieres de majorat. quaſt. 62. nu. 1. & 4.
R.P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 29. num. 1.
Molin. de Hiſpan primogen. lib. 2. cap. 7. n. 52. 53. 54. & ſeq.
R.P. Molin. de juſtit. & Iur. lib. 3. diſput. 599. num. 3.
Cabed. decis. Luſitan. par. 1. decis. 3. num. 7. & decis. 39. num. 8. par. 2.
D. Io: de Solorz. de indiar. jur. tom. 2. lib. 2. cap. 13. num. 4. & lib. 4. cap. 4. nu. 38.
Caſtill. quotid. contr. lib. 5. cap. 67. n. 64.
D. Reg. Capye. Latro dict. decis. 154. n. 39. lib. 2. & conſult. 80. nu. 39. & 40. lib. 2.
D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaur. non modò communi; ſed patrio præſertim Iure, nervosè hanc eandem illuſtrans ſententiam *obſervat. illuſtr. obſervat. 5. num. 288. 294. & ſeq. & obſervat. 37. nu. 30. cum ſeq. lib. 1. & obſervat. 114. num. 37. lib. 2.*

Diximus communi Romanorum Iure;
ex eo etenim apertiſſimè (ni fallimur)
elicitur, non ex ſolo Principis verbo
gratias perfici; ſed Senatus ſubſcrip-
25 tione, cæteriſque delibatis ſolemni-
bus opus eſſe, ex Cæſarum Conſtitu-
tionibus in *l. ſancimus 3. l. ſacri affatus 6. l. fin. verſic. nam, & vir magnificus quaſtor C. de divers. reſcript.* & *l. 3. C. de offic. quaſtor.* & apertiùs ex Iuſtiniani *nouella* 114. tum in *tit. Authent. ut divinæ Iuſſiones SVBSCRIPTIONEM habeantglorioſiſſimi quaſtoris*; tum in *text.* ibi *ſcientibus Iudicibus, vel adminiſtratoribus vniverſis, quod ſi in quolibet negotio ſacrã ſuſceperint juſſionẽ, niſi eum quaſtoris viri magnificentiſſimi fuerit ſubiecta ADNOTATIO, mulcta &c.* ex quo, Authenticam deſumpſit legẽ *Dionyſius Gothofredus*, eamq; in fine *tit. Cod. de diverſ. reſcript.* repoſuit, hiſce verbis adſtructam, *Glorioſiſſimi quoque quaſtoris SVBSCRIPTIO eſt neceſſaria: in qua continetur, & inter quos, ad quem Iudicem, & per quẽ ſacrum dirigatur oraculum: alioquin à nullo Iudice ſuſcipiatur, & qui contrafecerit 20. lib. auri plectatur, & eius officium ſimili pœna percellatur*; probaruntque idem *Dionyſ. Gothofred. in ijſdem Iuribus, Belluc. in ſpecul. princip. rubric. 6. ſub num. 6.* & licet his in citatis *D. R. Capye. Latr. conſul. 80. ſub num. 39. lib. 2.* ac ex alijs *D. Creſpi de Valdaur. obſervat. illuſtr. obſervat. 5. num. 293. obſervat. 37. num. 30. lib. 1.*

Vt, quod deſuper dictum eſt, ex princi-
pali tantummodo verbo FIAT, gra-
26 tiam eſſe abſolutam, ſubſtineri for-
taſſis queat; ſivè cum nil amplius agendum ſupereſt, ut inferiùs; ſiuè quo ad ejuſdem indulgentiæ pertinet ſubſtantiam; ſecùs quo ad probationem, exequutionemvè, ſeù ut ex ea conceſſione quis in Iudicio poſſit experiri *Maſcard. de probation. cit. concluſ. 845. num. 14. Garzia de beneficijs par. 4. cap. 2. ſub num. 37. Sanchez de matrim. lib. 8. diſputation. 29. n. 2. Maſtril. de magiſtr. lib. 3. cap. 7. num. 60. R.P. Diana reſolut. moral. par. 8. tract. 3. reſolut. 84. D. R. Capye. Latr. loc. mox cit. & decis. 154. num. 39. lib. 2. Dom. Creſpi de Valdaur. reſolut. illuſtr. cit. reſol. 5. num. 292. & reſol. 37. num. 31.*

Nec graue, politicumque his obſiſtet obiectum, quo hanc excerpiunt conſe-

Digitized by Google

ſequentiam; ergo Principis gratia, non
ab ejus libero velle; (quo nihil abſur-
diùs, ſed à cõſilij pendet volũtate,) nã-
27 q; egregiè eam reſpuit, totiq; occurrit
argumẽto inſignis *Dom. D. Chriſt. Cre-
ſpi di Valdaur. obſervat.* 114. *n.* 40. *&
ſeq. lib.* 2. Adeo, inquiens, pijſſimo no-
28 ſtrorum Regum cordi inſitã eſſe juſti-
tiam; quippè, quæ Imperia ſeruat, fir-
mat, augetq; ut nè ab ejuſdem æquili-
brio liberalitas deflectat; ſivè in vitiũ
benemeriti quoq; munus cadat, ſi inno-
centis, utputa contingat eſſe diſpen-
diũ; gratias etiam, ac remunerationes,
cæteraſq; largitates per Cancellarias
perfici, & à Cõſiliarijs recognoſci, fir-
29 marique, ijdem Reges ſingulari exem-
plo demandarint *loc. cit. n.* 40. quod le-
pidè in Trajanũ commendavit *Plinius*
in ejuſdem *Panegyr.* dum dixit, *augeo
Principis munus, cũ oſtendo liberalitati
ejus ineſſe RATIONEM; Ambitio enim,
jactantia, & effuſſio potiùs, quã liberali-
tas cenſenda eſt, cui RATIO non cõſtat.*
Nequè ſaluberrimam hanc methodum,
30 idẽ *D. Creſpi* ſuperaddit efficere, quin
largitionem omnem à Principis dũta-
xat voluntate pendere, ambigatur, *cit.
obſer.* 114. *n.* 41. *&* 42. etenim id, no-
bili pariter cum probaſſet exemplare,
ſic tandem *ſub n.* 43. mirificè rem ab-
ſolvit, *Quid enim* (ajens) *juſtiùs, & pru-
dentiùs, & majeſtate digniùs, quam hoc
examen ante expeditionem præcedere,
& non poſt bellum, ut ita dicam, auxi-
lium mittere? Hæc enim ante perfectam
gratiam examinare, & damno in tem-
pore occurrere, eſt voluntatem rationi, et
non rationẽ voluntati ſubjicere:* Quæ *eſt
vera RATIO Regnandi, & felix, fau-
ſtaq; via regendi*; prout id agnoviſſe
Auguſtum Cæſarem teſtatur *Dion.
Caſſius Rom. hiſt. lib.* 53. *pag. nobis* 585.
lit. B. ijs verbis, *Enim verò, non omnia
proprio conſilio Auguſtus egit; ſed mul-
ta publicè deliberanda propoſuit, ut ſi
quid alijs diſpliceret, corrigere id poſſet:
Omnes verò adhortatus, ut ſuũ ſibi CON
SILIVM aperirent, ſi quid rectiùs inve-
nirent, libertatem omnem eis concedẽs:
Eorumq; motus ſententijs, quædam re-
tractavit.* Idq; Æmilius Conſul ſic
Romano Populo explicauerat, teſte
Livio hiſt. lib. 44. *Non ſum, qui non exi-
ſtimem admonendos Duces eſſe, imo eũ,
qui de ſua vnius ſcientia omnia gerat,
ſuperbum judico magis, quam ſapientẽ.*
Quodque Cæſares non modo lata ſan-
31 ctione probaſſe erudimur *in l. huma-
manũ* 8. *C. de legibus*, cum dixerint *Hu-
manum eſse probamus, ſi quid de cætero
in publica, priuatauè cauſa emerſerit
neceſſariũ, quod formam generalem, &
antiquis legibus, non inſertã expoſcat,
id ab omnibus antea tam proceribus no-
ſtri palatij, quam glorioſiſſimo cœtu ve-
ſtro (patres conſcripti) tractari: Et ſi
vniuerſis tã Iudicibus, quàm vobis pla-
cuerit, tunc legata dictari: Et ſic ea de-
nuò collectis omnibus recenſeri. Et cum
omnes CONSENSERINT, tum demũ in
Sacro noſtri numinis conſiſtorio recita-
ri, vt vniuerſorũ CONSENSVS, noſtræ
ſerenitatis auctoritate firmetur. Scitotè
igitur (P.C.) non aliter in poſterũ legẽ
à noſtra Clementia promulgandam, niſi
ſupradicta forma fuerit obſeruata. Be-
nè enim cognoſcimus, quod cum veſtro
CONSILIO fuerit ordinatũ, id ad beati
tudinẽ noſtri Imperij, & ad noſtrã gloriã
redũdare*; ſed rara animi modeſtia, ſeſe
plerumque falli poſſe, hiſce effari ver-
bis, indignum non retuliſſe *in l.* 1. *C. de
petit. bonor. ſublat. lib.* 11. *Sed quoniam,
plerumq; ita in nonnullis cauſis, invere-
cunda petentium inhiatione conſtrin-
gimur, ut etiam, NON CONCEDENDA
TRIBVAMVS.* Quemadmodum S.P.&
id annuit; & æquiſſima animi pace, ſibi
replicandum indulſit; ac eadem ferè
ductus ratione, æquanimis ſpopondit
ſubſtinere, *Quia patienter ſubſtinebi-
mus, ſi non feceris, quod prava nobis
fuerit inſinuatione ſuggeſtum capit. ſi
quando* 5. *de reſcrip.* Idq; ad felicem aſ-
ſequendi Regiminis finem, idoneum
Athalaricus Rex cenſuit apud *Caſſiod.
lib.* 8. *Epiſt.* 9. cũ dixiſſet, *ſolatiũ curarũ
frequenter ſibi adhibent maturi Reges,
& hinc MELIORES exiſtimãtur, SI SO-*

Digitized by Google

LI omnia non PRÆSVMVNT; Expertuſq; fuit Auguſtus metipſe, qui cum ob amiſsos Agrippam, ac Mecænatem ejus familiares in principalis Domus celiberationibus aliquoties aberraſſet, ingenuè perniciē dolens, ſic ſæpè exclamavit, ut *Senec.lib.6.de benefic.cap.32.* ferebat, *Horū mihi nihil accidiſſet, aut ſi Agrippa, aut Mecænas vixiſſent.*
Vt jure merito neceſſitati potiùs, quā electioni eruditiores tribuere, Principes
32 ſcilicet peritiſſimorū virorū Imperio
conſulere; eos enim INSTRVMENTA BONI SECVLI appellare cōſuevit *Symāc.* penes *Arumaum de Comitijs c.1.n.2.* & Athalaricus Rex apud eūdē *Caſſiod.* ſic Aratori reſcripſit *var.lib.8. epiſt.12. Perfectionē neceſſariarū rerū completā eſſe judicamus, ſi quemadmodū eligendo virum magnificū Patritiū armata Reipublicæ parti providimus; ita, & de ſociando literarū peritiſſimo cōſulamus. Decet enim, tractatores habere doctiſſimos, quibus poteſtas sūma cōmittitur: ut nullo defectu impediente meritorū provisa Reipublicæ vtilitas explicetur.* Ac rationem aliam præ reliquis attulit *Anton.Guevar.lib.3.c.14.in horiol.Princip. Princeps enim*, aiens, *quātumvis acris, & magno judicio præditus ſit, & rerum agendarū eximia experiētia polleat; quia tamen Imperij moles, et negotiorū quotidiè remeantiū varietas, non rarò mentis caliginē, & torporem, quaſi obducere ſolet, eū ſibi Senatum adſciſcere, eoſq; Conſiliarios in curarū, & moleſtiarum partē vocare debet, qui pace, & bello ſalutaria Conſilia ſuppeditare; Et quidem tēpore pacis de rationibus belli, hoc vero de medijs pacis vtiliter conſultare poſſunt.* Quemadmodum ex alio quoq; præcepto præmonere non deſierat *cit. tr. lib. 1.c.43. circa princ. Principes*, inquiens, *qui ſapientum non magni æſtimant conſilia, certo ſibi perſuadeant, fore ut ſua contēnantur mādata*, eūq; cętera pergētē ſequitur *Arumæus de Comitijs cit.c.1.n.3.* & ex *Platon. Ariſtot. Tito Livio, Plutarc. Salluſt. Quintilian. Briſſon.* alijſq; comprobant *Petrus Greg.de Republic.lib.24 cap.1. Borrell.de magiſtr.edict.cap.8.* ex *n.44. D. Io: Solorzan. de Indiar. jure tom.1. lib.3.cap.2.n.10.& ſeq.*

RESPONDETVR ſecundo, quæſtionem ſuperiùs diſſertam, de virtute gratię ex datæ tēpore, ob verbi FIAT efficaciā, perperàm ad hanc cauſā induci; ſiquidem in ea cōtrouerſia enixa Principis præſumitur voluntas, purè, atq; ex tūc concedere eligentis; ut nil mirum, ſi ab exordio gratia perfecta valeat exiſtimari; ſecus autem in noſtra ſpecie dicēdum, ubi nō aliud ProRex equidem egit, juſſitque niſi Senatus conſultationi aſſentiri: idcircoq; juxtà in eadem diſpoſita, & pretij declarationē, illiuſq; ſolutionem ante omnia demandaſse, cenſendus erit. Quamobrem ſi eadē D. Hyacintus implere, cum viveret, non curavit; nil eſt, cur ejus hæredes de fiſco cōqueri valeant; cū jure
33 cautū ſit, ut ſi ex Curiæ more, conſuetudinevè, ſivè Principis juſsu ſcriptura, aliæq; ſolemnitates requirātur, tūc priuſquam omnia compleantur, gratia nullatenus dicatur abſoluta, ut ex *Felin. Dec. & Gabed.* fundat *D.Reg.Capyc. Latr.cit.dec.154.n.35.& 36.* ſubdens hac in re nullo pacto datæ tēpus inſpici; ſed ex ſervatis implementis gratiam
34 perfici, poſt *Franch. Mandoſ.* alioſque *dic.dec.154.n.37.* ac tradiderat *Barboſ. in collect.ad cap.cū cui n.4.de præbend. in 6.* Ideoq; conceſſionario ex conſimili imperfecta gratia, nullū quæri jus, niſi poſtquam eadē exequutionē meruerit, edocuerunt *Afflict. Tuſch. & Barboſ.* quos ſectatur idem *D.R.Capyc. Latr.alleg.deciſ.154.n.38.par.2.* Et in
35 hoc ſenſu intelligenda *Domini Præſid. de Franch.* opinamur verba, inquientis, in ſimilibus Reſcriptis à principio non perfectis, quò ad exequutionem, omnimodo Cancellariæ literas expoſcēdas *cit.deciſ.62.n.15.* idq; amplectitur *D.R. Latr.dic. deciſ.154. num. 39.* Sed nè multas agere videamur ambages; ſic in ſpecie ex eodē validiſſimo verbo
36 FIAT, gratiam perfectā haud cenſendam,

Digitized by Google

dam, quoties, (ut in hac re) ad aliquid faciendum impartiretur, perbellè cernimus firmaſſe *Bald.in l.falſus nu.21. & 24. C.de furt.* poſt *Oldrad. Archid. Io: Andr. Felin. Frãc. Dec. Rip. Bero.* cęteroſq; *Molin.de primog.lib.2.cap.7.n. 57.in princ.& ſub nu.58.63. in fin. & 64.Boſſ.de Principe n.292. Peregrin.de jur.fiſc.lib.5.tit.2.n.13.Mantic. deciſ. 41.nu.2.& ſub nu.5.Guttierez practic. qq.lib.2.q.75.ſub n.2.& canon.qq.lib. 2.c.17.n.4.Caſtill. quot.reſolut. lib.5. cap.67.nu.64. Fontanell.de pact. nupt. tom.1.clauſ.4.gloſſ.12.nu. 43. verſic. gratia,D.de Valdaur.reſolut.illuſtr.reſol.5.n.292.& reſol.37.n.31.lib. 1.*

TERTIO,(ac deſuper diſſerta confirmãtes) reſpondetur, non modo Proregẽ, gratiam,de qua agimus,appoſitas forſan in conſultatione cõditiones remittentem,abſoluere à principio noluiſſe; quinimo cõditiones metipſas expreſſè repetẽdas ſtabiliuiſse;cùm iuxtà eãdẽ Senatus deliberationem adamuſsim reſcripti verba diſpoſuerit, ibi *pagandoſi per detto D. Giacinto quello ſarà liquidato da queſta Regia Camera, per il terzo del prezzo &c.* Quæ verba, latio ſermone vertuntur, *vel ſoluta quantitate*, (vt dicimus) *liquidanda*; *vel ſi ſolverit quantitatem liquidandam*; & vtraq; oratione conditionem eſſe inductam, hæſitari credimus non poſſe.

In prima namque ex ablatiuo abſoluto,
37 quo conditionem inferri, prætèrit equidẽ neminem, ad text. *in l.à teſtatore 108.D.de cond.& demonſtrat.l:evictis 18.D.de vſuris cũ concord.Cravet. conſil.949.nu.22.lib.5.Signorol.conſil. 68.n.14.Soccin.Iunior. conſil.1.nu.33. lib.1.conſil.172. nu.15.lib.2.& conſil. 145.n.2.lib.3.Roland.conſil.90.nu.10. lib.3.D.R.de Pont. conſil.3.n.80.lib.1. et conſil.34.n.15.lib.2.D.Conſil.de Anna conſil.105.n.5.lib.2.D. Conſil.Marcian.conſil.11.n.10.lib.1. D.Præſes Amat.conſil.19.n.3.Ruin.in l.1.n.50.D. de condit.& demonſtrat. Coraſ. in rubric.D.ſol.matrim. n.10.Barboſ.*ibidẽ *par.1.rubrica n.24.Matthæus Gribald. in eadem quæſt.9.verſic. quando, Oxaſcus deciſ.145.nu.6. & 7.Vrſill.ad Afflict.deciſ.355.n.10.D.R.Tapia deciſ. ſupr.Senat.Ital.23.n.115.Duran.deciſ. 459.n.4.& 5.tom.2.& in tract.de condit.et demonſtrat.impoſſib. 3.par cap.4 n.5.Tuſch.practicar. concl.lit.A. concl. 32.n.1.& ſeq.Galcagnet. de condit. & demonſtrat.par.1.cap.1.quæſt.89.n.21. & q.26.par.2.n.5.Gratian. diſcept.forenſ.cap.307.nu.1.tom.2. & cap.939. n.21.& 31.tom.4.D.Reg.Galeot.contr. 10.n.15.& cõtr.23.n.49.lib.2. D.Præſes Merlin.controverſ.forenſ.cap.86.n. 9.centur.1.D.R.Capyc.Latr.deciſ.105. num.47.tom.1.D.Conſil. Staiban.reſolut.149.num.65. centur.2.*

In ſecunda,ex dictione SI, quã conditio-
38 nem parere ſcitum eſt,præſertim, (ut in hac ſpecie) cum futuri temporis verbo copulatur *l.1.* ibiq; *DD. D. de condit.& demonſtrat.& in l.quibus diebus 40.§. quidam* Titio *D.eodẽ D.Præſes de Franch.deciſ.231. n.2. Seſſe deciſ.Aragon.131.num. 11. Vela diſſert. forenſ.7.nu.7. Rota Roman.* penès *Rubeum deciſ.77.n.3. tom.3.* ex compluribus *Barboſ.de dictionib.& clauſul.d. diction.364.nu.1.Gratian. diſcept. forenſ.cap.250.n.5.*Si conditionalis igitur fuit gratia; & in ſpecifica forma appoſitæ conditiones adimpleri debe-
39 bant *l.qui hæredi 44. & l.Mævius 54. D.de condit. & demonſtrat.Surd.deciſ. 209.n.3.Covar.practic.qq.cap.39.n.2. & 7.D.R.de Ponte conſil.5.n.56.lib.1. & conſil.118.n.7.lib.2. D.Præſes Merlin.contr.forenſ.cap.86.n.10.centur.1. R.P.Gibalin.de vniverſ.rer.negot.tom.*
40 *1.lib.3.cap.2.art.2.q.9.n.4.*atq; abſolutè,totæq; non autẽ ex parte *l.cui fundus 55. D. de condit. & demonſtr.* ibi *SCINDI ex accidente conditio non debet, Gibalin.loc. mox cit.n.5.* ante eum *Flaminius Pariſ.de reſignat. lib.1.q.3.*
41 *n.17.*eiſdem non impletis,effectus vllus fruſtra exoptatur *DD.in rubric.D. eod. tit. l. cedere diem 213. D.verbor. ſignific.l.legata 41.D. de condit.& demonſtrat.l.vnic.§.ſin antẽ C.de cadut. tollend.*

Digitized by Google

matrimon.lib.3.diſput.5.nu.20.D.Præ-
ſes Merlin.cit.cap.86. nu.11. centur.1.
Formam autē,utpotè individuā l.hæredes
51 palā 21.§.fin.l.ſi quis 25.ff.de teſtā.ibi-
q;Bald.in 1.notab. Io:Caddeus inter cō-
ſil.Herman.Vultei conſil.28.n.26.lib.3.
Martin. Mager. de advoc. armat.cap.9.
52 nu.15.ac de indiviſibilium, (ut ajunt)
genere Bald.l.teſtamētum n.3. C.de te-
ſtam. Tiraquel. de retract. conſangui-
nit.§.2.gloſſ.21. nu.12.Eſcobar.de ra-
tiocin.cap.11.num.19.Beccius conſil.12.
num.30.Surd.conſil.282.num.9. lib.2.
Gratian.diſcept.forenſ.cap.853. nu.28.
tom.5.Caldas Pereyr.de poteſt.elig.cap.
7.nu.13.prope finem,D.R.Merlin.contr.
forenſ. cap.15. num.25.centur. 2. in
53 ſpecie adimplendam eſse , poſt Bald.
& Roland.à Valle tradiderūt Tiraquel.
de vtroq;retract.dic.par.1.§.2.gloſſ.21.
10. Gratian. cap. 27. num. 4. lib. 1.
54 ſivè , ut ajunt , ad literam l. 1.§. ſi
quis D.de verb.oblig.l.conſtitutionibus
24.D.ad municip.l.certa 4.C.de jur.fiſc.
lib.10.Surd.conſ.375. n.39. ex cōplu-
ribus Guilhel.Anthon. de Freundeberg.
de reſcript. morat. d.concluſ.49.n.210,
55 ne alioquin actus, omninò nullus exi-
ſtimetur DD. in l. Manius 54. & l. qui
hæredi 44.D. de condit. & demonſtrat.
l.1. & 2.C. quand. provoc. non eſt ne-
ceſse, D.Præſes Aniat.conſil.64.nu.6.&
conſil.69.num.5. & ſeq. D.Reg.Valen-
zuol.conſil. 112.num. 58.cum alÿs ad-
ductis per Barboſ.axiomat.100.n.3.
56 Quod adeò verum eſt, ut ſi minima
ejus in parte, deſit compleri , actum in
totum corruere , ex l.cum hi 8. §.ſi
prætor D. de tranſaction. l. qui Romæ
122.§.Flavius D.de verbor.obligat.do-
cuerint Gloſſ.Bart.Bald. Alex, Decius ,
Calderin. Tuſch. Maſchard. Sebaſtian,
Medices, Gāma,Guttierez,Velaſc.& alÿ
penes Barboſ.loc. proxim. cit.n.15. &
axiom. 12. num. 24. ante eum Molin.
de primog. lib.1.cap.9.nu.17.Gratian.
cit.cap.853.n.28.Surd. dic.conſil.289.
num.9. Frideric. Pruckman. conſil. 19.
num.22.lib.1.Philipp. Knipſchilt. de
fideic.famil. nobil.cap.11.num. 482.D.
Io:Solorzan.de Indiar. Iur.tom.2. lib.2.
cap.26.ſub num. 40.

Præterea, ac tandem , ut fiſci juſtitia vn-
dequaque illuceſcat, miſſum non faci-
mus , ut licet verba , ſuperiùs perpen-
ſa, nullatenus conditionem , ſed mo-
dum deſignarent; adhuc ex fato , in
quod antequam conditionibus pare-
ret D.Hyacinthus,conceſſit,ampliatio-
nem omnimodò reſolutā fateri opor-
57 teret ; Quoniam, modo non impleto,
actus ſub eo conceſſus reſoluitur , ac
removetur l.libertas 17.§. hac ſcriptu-
ra D.de manumiſſ. teſtament. l.1.C. de
donation.quæ ſub modo quem textū for-
malem nuncupat D. R. Rovit. infra
laudandus l.1.C.de his,quæ ſub modo,l.
cum te fundum 6.C.de pact.inter empt.
& vēdit.Bart.in l.quibus diebus §. ter-
milius D. de condition. & demonſtrat.
ibiq; Soccin.nu.8.Menoch. de præſumpt.
lib.4.præſumption. 175.num. 11. quos
nominatim ſequitur D.R. Rovit. deciſ.
4.num.13. inquiens ex Gloſſ. in rubric.
D.de condition.& demonſtrat.Raphael.
Cuman.in eadem rubric.num. 2. modo
non impleto, ita quem relicto privari,
ac ſi ab initio, conditione deſciſcente,
58 non caperet; Nam conditio, ac modus
inter ſe ſe,quoad effectum,egreſſumvè
cōveniunt maximoperè Iſern. cap. 1.
§. ſed nec alia juſtior.n.40.quæ ſit prim.
cauſ.benefic.amittend.& in cap. præte-
rea in fin.quibus mod. feud. amitt. An-
na allegat.42.nu.3. D.Conſil.de Georg.
alleg.31.num.8.D.Conſil.Marcian.conſ.
37.num.4.in fin.lib.1. ea dumtaxat di-
ſtinctione præhabita , ut conditio actū
ſuſpendat,modus verò reſoluat; Ideo-
que tam arctè modus , & conditio in
hoc æquiparantur , ut modo non ſer-
59 uato, ac ſi conditio non eueniſſet, cō-
tractus ut non factus dijudicatur , ut
ex Bar.Iaſ. Alciat.Corn.& Menoch. fir-
mat idem D.Reg.Rovit. d.deciſ.4.num.
15.cum ſeq. & ſequitur D. Reg. Capyc.
Latr.conſultat.139.num.44.& 45.lib.
60 2. Et ad rem, ut impertitione ſcilicet
facta ſub modo , ſi eidem non pa-
reatur, nullatenus valeat conceſſiona-
rius gaudere , poſt Bart.in d.§. termi-
lius

*lius num.*17.*& Soccin. n.*14. *verſic. ſecunda concluſio, Bald. Alex. Soccin. Menoch. Corſet. & Bald. nouell.* probat *Io: Petrus Surd. conſil.* 487. nullum jus *n.* 23. *volum.* 4. cujus non fuit immemor idem *D. Reg. Rovit. d. decis.* 4. *n.* 19.

Et ex his ſuperiùs diductis, ſat, ſatiſque innoteſcit, tum conſultatione, tum Proregis, Collateraliſque Conſilij cõfirmatione, ac demum Senatus decreto perpenſis, conditiones in eiſdem inſertas nequaquam in vita D. Hyacinti fuiſſe expletas; ut idcircò, juſtiſſimè Regius fiſcus pro officij, uti ad ærariũ reverſi, inſteterit venditione.

Quod ſi his omnibus addantur, longæva D. Hyacinti (ut circumfertur) ægrotatio; mora poſt conſultationis confirmationẽ contracta; Mors illicò poſt decretum, ipſa die quoque eidem obventa; quis negare auſit vnquam, ex aſſuetis in ſimilibus Cancellariæ regulis, & gratiam irritam non cenſendam, & in fraudem cuncta, ſicque futiliter diſpoſita ſanè fuiſſe? prout ad ſpeciem,
61 requiſitæ (ut uulgo ajunt) ſupraviventiæ, extat *regula* 19. *Cancellariæ ſub tit. de Infirmis ſua beneficia reſignanti-*
62 *bus*, ubi cõcordantia affert jura *Quintilian. Mandoſ. quæſt.* 1. *num.* 1. *&* 2. & de actibus, morti proximè geſtis, iura ſunt in *l. filia mea emancipata, & ægra* 60. *D. ſolut. matrim. l. liberto* 7. *D. de bon. libert. cap. de his* 4. *de ſepultur. DD.* in juribus prædictis, & in *l. ſi filio* 26. *§. ſi vir in quinquenniũ D. ſolut. matrim. Bald. Angel. Anania, Barbatia, Imola, Alex. Speculat. Ruin.* & alij penes *Tiraquell. l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos num.* 74 *C. de revocand. donation. &* poſt *gloſs. Ancharan. Alberic. Cottam* alioſq; *D. Reg. Conſil. Io: Andr. de Giorg. alleg.* 22. *num.* 12. *cum ſeq; vſque ad num.* 20.

Hæc curriculo quidem congeſta, ſat equidem eſſe deberent, ut D. Petronilla Ardia, rectiſſimam fiſci cauſam agnoſcens, liti cederet, manus daret, officijque venditionem perficiendam non protalaret. Cætera ſapientiſſimi conſenatores ſuppleant. Pridie Kalendas Februarij M. DC. LVIII.

Quæ de Iure, ex adverſo appoſita fuere, ex ſuperius allegatis diſpuncta conſpiciebantur, ex facto tamen vnum dumtaxat ex obiectis vim facere videbatur; Nam Pridie kal. Ianuarij M. DC. LVII. ſicq; multis ante officiarij obitũ diebus, Apoca, ſeu fides crediti aureorũ 733. 1. 3. $\frac{1}{1}$ pro ampliationis pretio Actuario tradita fuerat; ac proindè conditioni illi, *(ſolutis &c.)* quæ poteſtatiua exiſtimari debebat, paritum eſſe dicebatur; & idcirco ſummæ noſtri Senatus æquitati viſum fuit, ut res tranſactionis placitu decideretur; Ideoque aucto ampliationis pretio, ad alios aureos ferè quingentum vſque, D. Petronilla officio frueretur; ſicuti ex celebri eiuſdem Senatus conſultatione lubebit obſervare, quam non ſolum ſupremum Collaterale Conſilium, ſed Idem Dom. Prorex peculiari reſcripto IV. Nonas Februarij M. DC. LIX. hiſce verbis comprobavit.

El

Digitized by Google

El Conde mi Señor hà viſto leha Conſulta, que la hecho eſſa Regia Camera en 11. de Febrero del año proximo paſado, tocãte à la tranſacion, que ſe hauia apuntado de mil y ducientos ducados por la ampliacion del officio de hazer las libranzas en la Eſcriuania de racion, que pretendia el fiſco hauer vacado en beneficio de la Corte, por muerte de Iacinto de Silua, no obſtante la ampliacion, que pretendia hauer obtenido la perſona nombrada por el dicho Iacinto de Silua, ſobre deque hauia pleyto en eſſe Tribunal, y porſer dudoſa la determinacion de eſse punto, y cõſulta la dicha tranſacion, atẽto el derecho ordinario de la ampliacion no importaua mas, que ſeticentos y treinta y tres ducados vn tarin tres granos y vn tercio; y ſe aumento haſta la dicha cantidad de los referidos mil y ducientos; y aſsi atendiendo S.E. à lo referido, y a las de mas razones, que ſe repreſentã en la dicha Cõſulta, viene S.E. en aprouar la dicha trãſacion, conformandoſe con el parcſer, que da en ella eſſe Tribunal, de que me hà mandado auiſar à V.S., paraque aſsi ſe execute. Dios guarde à V.S. Palacio 2. henero 1659.

Quapropter pro complemento ſic rem Senatus abſoluit.

Die 10. Ianuarij 1659. Neapoli.

Viſo retroſcripto Villecto ſuæ Excellentiæ, per ſubſcriptum D. Militem V.I.D. Ioannem Dominicum *Aſtuto Regiæ Cameræ ſummariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaque de* Contentis *relatione in dicta Regia* Camera *coram alijs Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam* Con: *proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod exequatur ordo ſuæ Excellentiæ, pro cuius exequutione expediatur certificatoria, hoc ſuum &c.*

SVMMAE.

1 *Iudices proprios adire, prudentiæ aſcribendum.*

2 . . . *ſibi dari exquiſierunt Fabricenſes.*

3 . . . *ſchola militantium in Sacro Palatio.*

Oo 4 . . . *Ca-*

4 . . . *Caſtrentiani, ac Miniſteriani.*
5 . . . *Silentiarij .*
6 . . . *Decani .*
7 . . . *Cubicularij .*
8 . . . *Præpoſiti in rebus agentium .*
9 . . . *Militantes in ſacris ſcrinijs .*
10 . . . *Milites .*
11 . . . *Curiales .*
12 . . . *Barones .*
13 *Parium Curiæ Interventus, nunc ferè aboletus .*
14 *Tribunalia quamplurima apud nos recenſentur .*
15 *Delegati Iudices maiori, quàm ordinarij, fulgent auctoritate .*
16 . . . *præcipuè in eius cauſæ genere, ad quod delegati ſunt .*
17 . . . *proprium verò nihil habent, ſed mandata vtuntur juriſdictione .*
18 . . . *ut fides eis adhibeatur, delegationis literas debent exhibere .*
19 . . . *eorum juriſdictio, ex reſcripto robur, ac vim recipit .*
20 . . . *ac donec literas non exhibent, non valent exercere .*
21 . . . *& ratio ſubnectitur .*
22 *Iuriſdictio regiæ Dohanæ Neapolis Delegati Iudicis, quæ nam ſit .*
23 . . . *delegata ut odioſa, eſt reſtringenda .*
24 . . . *nec de re in rem, nec de perſona in perſonam extendenda .*
25 *Origo rerum ſpectanda eſt .*
26 *Credentierius maris à Regia Camera officij noſcit originem .*
27 . . . *ab eadem recepit Inſtitutiones .*
28 . . . *locumtenentes qui nam præſidebant, dum eadem fuerunt conſtituta .*
29 . . . *qua pœna mulctetur, ſi eas non ſeruet .*
30 . . . *rationes in eodem ſenatu reddere tenetur .*
31 *Iudex, qui leges dat ſubdito, de eodem, ut cognoſcat, in illumq; animadvertat, retinet poteſtatem .*
32 *Procurator Cæſaris de patrimonialibus cauſis cognoſcit, & n.33.*
33 *Io: Angelus Piſanellus commendatur .*
34 *Officiales à proprio Tribunali, prout illius ſubditi, non ſunt diſtrahendi .*
35 *Iuriſdictio in Præſidentes, cæteroſquè ſubditos, Regiæ Cameræ competit privativè .*
36 . . . *ut illi nequeat renunciari .*
37 . . . *neque ex conſuetudine eidem poſſit derogari .*
38 . . . *fiſciq; id Iuribus dicitur expedire .*
39 *ſubditus quiſque ſuo Iudici cenſetur .*
40 . . . *nec origine, aut domicilio propriè ſit, aut ex contractu, ſivè ex delicto, ſed ex magiſtratus Iuriſdictione .*
41 . . . *eius ſit, cujus cogitur parere mandatis .*
42 *Lites vitare, non ſemper humanæ eſt prudentiæ .*
43 . . *ſunt doli, inimicitiarum, ac ſcelerum ſeminarium .*
44 . . *domum, ac familiam exagitant ;*
45 . . *litigatorum animos perturbant .*
46 . . *perdere ſatius eſt, quam vincere .*
47 *Officiales inter perſonas beneficio legis vnica Cod. quand. Imp. inter pupil. & vid. pollentes, enumerantur .*
48 *Regia Camera de Civilibus ſolummodo patrimonialium Cauſis, indubiè communi jure cognoſcit .*
49 . . . *Regni autem Iure ſecus, præſertim in Criminibus in officio patratis .*
50 . . . *ſicuti ex privilegijs, ac antiquiſſima conſuetudine de omnibus etiam extra officium commiſſis, & num. 51. vſq; ad num. 57. & ex rebus judicatis num. 58.*
51 *Dom. Præſes Parthenius Pitagna commendatur .*
52 *Prout Eminentiſſimus Cardinalis Columna, ſub invictiſſimo Carolo V. Cæſare Regni Prorex .*
53 *Ac Matthæus de Afflicto .*
54 *Et D. Reg. Franciſcus Revertera .*
55 *Iuris Conſulto de patria conſuetudine teſtanti, eſt fides præſtanda .*
56 *D. Reg. Fabius Capyc. Galeot. itidem laudatur .*
57 *D. Præſid. D. Gregorij de Ganaver. peritia, haud feliciter commendatur .*

59 *D. Reg.*

59 *D.Reg.Conſil. D. Petrus Varays laudatur.*
60 *Fiſcus, ſivè actor, reuſvè, ſivè auctor laudatus apud ſuos litigat Iudices.*
61 *Reſcripta fiſco damnoſa non impetranda, nec impetrata obſunt.*
62 *Epicheia humanorum actuũ ſuperior eſt regula.*
63 *... aliquando eſt amplexanda.*
64 *A pluribus ſecuriùs, ac rectiùs, quam quod à paucis judicari.*
65 *... dictum magis attendendum.*
66 *... firmatum potentius eſt.*
67 *... Principeſque decet conſilia perquirere.*
68 *... longè melius, quam ab vno judicari.*
69 *Vnius vis nulla.*
70 *Salus, vbi plura conſilia.*
71 *.. idque apud Hebręos oſtenditur præceptum.*
72 *.. apud Dhanos.*
73 *.. & Athenienſes.*
74 *Epheta penès Athenienſes, qui nam dicebantur.*
75 *Centum virorum apud Romanos, non inſipida referuntur monumenta.*

ARGVMENTVM.

Compluribus hominum generibus, vetuſtiſſimo ex more dati judices fuere; Delegatorum autem juriſdictio, licet præclarior, eſt ſuis tamen literis comprimenda; quænam vero apud nos ſuper vectigalibus, illius propriè ſit exercitium. Regij Credentierij maris munus expenditur, noſtri Aerarij Senatus juriſdictio, tum erga ejus Præſidentes, ac Rationales, tum cæteros cujuſvis miniſterij ſubditos, tàm civilibus, quàm criminalibus in cauſis, activè, paſſivèquè agitatis, jure pręſertim patrio antiquiſſima conſuetudine, Regni peritorum, judicatarumquè rerum auctoritate oſtenditur ampliſſima. Extra proprium Tribunal, nec juri conſonum eſt, nec fiſci cõmodum, eoſdem adminiſtros pro infeſtis litibus diſtrahi, fiſci maximè inſtante patrono; & potiſſimùm, ſi coram vno dumtaxat judice, multorum, ſaniorique prætermiſſo conſilio, cogerentur litigare.

PRO REGIO FISCO

ET

Magnifico Maris Credentierio Io: Baptiſta Tartaglione,

CVM

Magnificis Regiæ Dohanæ Gubernatoribus.

Diſſertatio XX.

1 CAuſas apud proprios, datoſq; Iudices pergere tractandas, non modo lectiſſimi Cõſilij; ſed ut neceſſitatis præceptum, peritiſſimi ſemper coluere; non modo etenim legum id conditores non improbarunt, quin paſſim varios hominum cætus; ſivè de

Imperio benemeritos, ſivè nè ab eorũ
muneribus, ac Principis, magiſtratuũ-
vè obſequijs diſtraherentur; dignum
eſſe duxerunt ejuſmodi fori immuni-
tate inſigniendos: Sic profectò Cæſa-
2 res Fabricenſibus conſulvere *l. eos 6.*
C. de fabricenſibus lib. 11. in ſacro Pa-
3 latio militanrium ſcholis *l. 2. C. de pri-*
vileg. ſcholarum lib. 12. Caſtrenſianis,
4 ac miniſterianis *l. 3. & 4. C. de Caſtren-*
ſian. & miniſterian. eod. lib. 12. Silẽtia-
5 rijs *l. ne ad diverſa 4. C. de ſilentiar. eod.*
6 Decanis *l. noſtra 2. C. eod. lib. de deca-*
7 *nis*, Cubicularijs *l. cubicularios 3. C. de*
præpoſ. ſacr. cubicul. Præpoſitis in re-
8 bus agentium *l. hac ſaluberrima 2. C. de*
9 *præpoſit. agent. in rebus*. In ſacris mili-
tantibus ſcrinjis *l. in ſacris 9. C. de pro-*
10 *ximis ſacr. ſcrinior. eod. lib.* 12. Militi-
bus *l. qui cum vno 4. §. reus D. de re*
milit. l. Magiſteria 6. C. de juriſdict.
11 *omn. judic.* Scholaribus *Authentica*
habita Cod. ne filius pro patre, Curia-
libus *l. officium 12. §. fin. D. de re mili-*
tar. l. 2. C. de offic. magiſtr. milit. cit. l. 3.
C. de decanis lib. 12. l. viros 12. verſ. in
alijs C. de palat. ſacr. largit. lib. 12. apud
nos *rit. M.C. 228. & 232.* Vtilibus feu-
12 dorũ Dominis *c. 1. de cõtr. feudor. apud*
pares terminand. cap. 1. apud judicem,
vel Curiam Domini, Conſtit. Regni Vt
univerſis de ſervand. honor. Comit.
13 (quod tamen parium judicium apud
nos perpaucis in cauſis recepit con-
ſuetudo, ut perpeuſo *rit. M.C. 46.* an-
notarunt ibidem *Carauit. nu. 16. Dom.*
Reg. de Ponte *de poteſtat. proreg. tit. 7.*
§. 7. n. 4. Capiblãc. de Baron. pragm. 8. 2.
par. c. 85. nu. 3. D. Conſil. Carleval. de ju-
dic. tom. 1. lib. 1. diſput. 2. numer. 696.)
14 Quamobrem plurima peculiarium
Iudicum Tribunalia Sereniſſimos no-
ſtros Reges, particularibuſque etiam
hominum generibus indulſiſſe, nemi-
nem vllum præterit, & brevitatis er-
go, cæteris omiſſis, obſeruari poſſunt
penes *Dom. R. Conſil. Carleval. de judic.*
tom. 1. cit. diſput. 2. à n. 689. vſq; ad n.
697. ac Iudicem Taſſon. de antefat.
verſic. 3. obſervation. 3. à num. 137. uſq;
ad nu. 396. Inter quæ, cum noſter Ae-
rarij Senatus è primi ordinis Tribu-
nalibus præmineat, inconcuſſamque
in ſubditos ſibi ſeruet cognitionem;
Iure igitur merito Magnificus Io: Bap-
tiſta Tartaglionus Regius Maris Cre-
dentierius apud eundem Senatum, nõ
autem penes regiæ Dohanæ delega-
tum judicẽ, prout Magnifici illius Gu-
bernatores autumanr, ipſius cauſam
priore loco poſtulat pertractandam.
Quod autem rectiſſimè id Credentierius
expoſcat, palam equidem fiet, ſi me-
15 memoriæ mandemus; quod delegati
quamquam à Principe Iudices, majo-
ri communiter ordinarijs Ius dicenti-
bus cenſeantur auctoritate pollere *cap.*
ſanè quia 11. de offic. judic. deleg. cap. pa-
ſtoralis 11. §. præterea de offic. Iudic. or-
dinar. antiquioribus relatis *Auguſt.*
Barboſ. in collect. ad cit. c. ſanè de offic. et
poteſtat. Iudic. deleg. nu. 1. & 2. tit. 29.
lib. 1. & ad cit. cap. paſtoralis §. præte-
rea num. 10. eod. lib. 1. tit. 31. Caſtill.
Bovadill. politic. lib. 2. cap. 21. num. 59.
tom. 1. R. P. Ludovic. Molin. de Iuſtit. &
Iure tom. 4. tract. 5. diſp. 26. nu. 1. Fran-
ciſcus Molin. de brachio ſeculari cap. 6.
n. 12. Gratian. diſceptation. forenſ. cap.
111. n. 65. lib. 1. ex alijs *Io: Ant. Bellon.*
de mandat. Iuriſdit. cap. 9. quæſt. 9. n. 3.
4. & 8. Laurent. Vrſell. concluſ. legal.
lib. 2. concluſ. 128. num. 630. Modeſtin.
Piſtor. quæſt. illuſtr. qq. 179. nu. 47. An-
guian. de legibus lib. 3. contr. 33. nu. 35.
& 36. ad ejus ſaltìm cauſæ genus, cui
16 præpoſiti fuere *Bovadill. Anguian. et R.*
P. Molin. loc. cit. Bellon. cit. cap. 9. nu. 10.
Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 111. n. 65.
& ſeq. ante eos egregiè *Io: Coraſ. Mi-*
ſcell. juris civilis lib. 3. cap. 19. num. 8.
in princip. Quia tamen nil proprium
17 habent; ſed eius, qui mandavit juriſ-
dictione vruntur *l. 1. §. qui mandatam*
D. de offic. eius, Alex. in rubric. eiuſdem
tit. num. 12. & ibidem *in commentar.*
Coraſ. ad rubric. n. 9. & in d. §. qui mã-
datam num. 1. & ſeq. oper. tom. 1. & Mi-
ſcellan. juris lib. 3. cit. cap. 19. num. 1.
verſic. quod & ſi, Alciat. in rubric. de
offic.

offic.ordinar.nu.6. Bellon.lib.1.ſupput.
juris cap.11.Menoch.de arbitrar.Iudic.
lib.1.quaſt. 12.num. 5. & 6.Gratian.
diſcept. forenſ.capit. 992. numer. 13.
tom. 5. mandantis idcirco Principis,
18 , ut ſibi fides adhibeatur, datas literas
exhibere coguntur *cap.cum in jure 31.*
de offic. & poteſt.Iudic. deleg.Guid.Pa-
pa deciſ. 286. Borgogn. Cavalc. deciſ.
ſvizan.11.nu. 9.lib.1.Achil. de graſſ.
*deciſ.53.Caroc.deciſ.79.num.24.*Pere-
grin. in tract. var. rubric. de offic. &
poteſt.Iudicis delegat.num.27.verſic.in
primis lib.1. Alex.Raud. var. reſol.cap.
67.num.11.in pradicamento qualitatis
verſic. ideo formiter, Io: Vincent.de An-
na alleg.24.nu.2. & ſeq.& alleg. 143.
num.1.Borell.in ſumma deciſ.tit.41.de
Iuriſdict.& Imper. num.202.lib.1.Vr-
ſell.concluſ.legal. concluſ.126.nu.101.
tom.2. Licet etenim, ex ſolo Principis
conceſſu,in eos juriſdictio transfunda-
19 tur; illius tamen exercitium, non niſi,
ex actuali reſcripti exhibitione, robur
capeſſit *Creſcent. de conceſſion.praben-*
da deciſ.13.Verall.deciſ.324.n.4.par.1.
Cardinal.Mantic.deciſ.84.n.4. Peregr.
in cit.rubric.de offic.& poteſt. judic.de-
legat.nu. 28. Maſtrill.tom.2.lib.5.cap.
6.num.107. Borell. in ſumm. deciſ.cit.
tit.41. num.85.& 129. ex innumeris
Giurb.obſervat. deciſ.obſervat. 30.ſub
num. 1. Adeout , nec quid minimum
20 interea, ij valeant exercere *Bald. in l.*
falſus n.19.C.de furtis,Felin.in cap.cũ
ex officij num.40. de praſcript.Rota in
antiquioribus deciſ. 4. de conceſſ. pra-
benda num.5.& deciſ.6.alias 142. de
offic delegat. & deciſ.7. num.2. de pro-
curat.in antiquis, Peregrin.loco cit.ſub
d.num.28. Alban.conſil. 514. D.R.Va-
lenzuol.conſ.125.num.13.& 14. lib.2.
Giurb.cit.obſervat.30.ſub.nu.1. verſic.
ut nec quid. Quod ſumma ſanè fuit
21 cum ratione conſtitutum ; ut qualis,
quantavè nimirùm mandata ſit juriſ-
dictio, dignoſcatur ; cum præter co-
dicillorum verba,finesvè, juris dicun-
di eis denegetur poteſtas *cap. cum di-*
lecta 22. ibique *DD. de reſcript. Car-*
dinal. Tuſch. practic. concluſ. litt. I.
concluſ. 434. numer. 1. & ſeq. & con-
cluſ.544.num.12.Bero.conſil.1.nu.25.
lib.3.Bec.conſil.21.ſub num.14. lib.1.
Guttierez lib. 2. canonicar. quaſt.cap.
15. numer. 121. Barboſ. in collect. ad
cit.cap.cum dilecta ſub num.4.& 5.lib.
1.tit.3.Giurb.cit.obſervat.30.ſub n. 1.
verſic.Iuriſdictionem.

Quadere, cum ex pragmatica ſanctione,
ab Illuſtriſs. de Ognatte Comite edi-
ta IX. Kal. Nouembris anni M. DC.
XLIX.ut *pragm.22.ſub tit.de vectiga-*
libus tom.2. Iuriſdictio delegatis hiſce
22 Iudicibus tributa,non niſi ad vectiga-
lium regimen, ipſorumque compendij
exactionem data conſpiciatur, præſer-
tim *in §.& in quanto à nu.1.uſq; ad 8.*
ipſaque delegata juriſdictio, (ut dice-
bamus) arctiſſimi juris ſit, ac uti odio-
23 ſa comprimenda *d. l.1.§. qui manda-*
*tam D.de offic.ejus,*ibiq;*DD. cap.cum in*
jure peritus 31.& ibi gloſſ.& DD.de of-
fic.delegat.Marant.in tract. de Iudicijs
diſt.5.num. 30. & 31. Natta conſil. 39.
per tot.lib.1.Becius cit.conſil.21.nu.14.
lib.1.Pacian.de probation.lib.2.cap.43
num.44.Anguian. de legibus lib.3. cit.
contr.33.num.23.Riccius collect. 498.
lib.2. nec de re ad rem,nec de perſona
24 ad perſonam protendenda *Anguian.*
loc.prox.cit. D.Epiſc.Riccius deciſ. 60.
nu.3.part. 3. Ad hujuſce ſpeciei pro-
inde cognitionem , (quando cætera
non ſufficerent) extendi profectò ne-
quiret.

Præterea , ac peculiariter rem perſtrin-
gentes , Delegato vectigalis Iudici, in
hac cauſa juriſdictionem in Creden-
tierium deeſſe, ſat non eſſe ducimus
probaſſe ; ni eam ſolidè Regiæ Came-
25 ræ Senatui , cæteris prorſus excluſis ,
competere,enixèque firmemus . Ac ut
originem, in cunctis inſ, iciendam, re-
petamus *Cic.1.Tuſcul.& in Somn.Sci-*
pion.l.nam origo 8.D.quod vi, aut clam.
l.1.§.non ſolum D.de poſ. l ſi procurato-
rem 8. in primo reſponſo D. mandati l.
Pomponius 16.D.de negotijs geſtis,Car-
dinal.Tuſch.practic. concluſ. lit.P. con-
cluſ.

Digitized by Google

cluſ.703, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 202. num. 11. D.R.Rovit. in pragm. 1. de Senat. Conſult. Macedon. nu. 29. & ſeq.
Officium hoc, de quo agimus, non
niſi à Regia Camera ortum dicimus
26 habuiſse, ſicuti demonſtrant, illius
nẽpe creatio, quæ ab eodem tribunali
ſumpſit principia: diſtractiones, quæ in
eodem perficiuntur: Inſtitutiones, quæ
ab ipſomet quoque pervetuſtis etiam
temporibus, ne dum nouiſſimis hiſce
noſtris, formatæ fuere; ut priores, quę
27 ſub annum M.D. XI. Hieronymo de
Franciſco magni Camerarij Locumte-
nente emanarunt; prout ſecundæ ſub
Domino Hieronymo Severino, anno
28 M.D.XL. ac poſtremæ, tempore Do-
mini Ferdinandi Fornarij anno M.D.
XLVIII. in quibus omnibus noſtri iti-
dẽ Senatus apertiſſimè ſubditus Cre-
dentierius deſignatur; dum eidẽ quid
curare debeat, quidvè vitare manda-
29 tur; pęnis etiam indictis, officij præ-
ſertim privatione, quibus in contu-
maciam feriri præcipitur: fiſcique de-
mum procuratori iniungitur, ut recep-
tam illarum, ſervari curet conſuetudi-
nem. In muneris poſtmodum ſuſcep-
tione, de benè, & fideliter id exercen-
do, ac eaſdem Inſtitutiones adſervan-
do, cautionem præſtare compellitur, ac
30 rationes demum in eodem Tribuna-
li, juxta formam *Regiæ Pragm. 1. §. 3. de offic. proc. Cæſar.* reddere alligatur. Vt
propterea, cùm ambigi nequeat huius
officij ortum, vitam, atq; exceſſum in
eodem Senatu conſtitui, ſervari, ac re-
cipi, juſtiſſimum pariter putandum ſit,
ut ipſemet, qui id exercendi formas,
legeſque tribuit; quæ facienda permi-
ſit, quæque effugienda imperavit;
ijs nõ cuſtoditis, ex punitionis ſibi jure
reſervato, de eodem ſibi ſubiecto co-
gnoſcendi, animadvertendiq; retineat
31 poteſtatem, *ad tex. in l. legis virtus 7. D. de legibus*, & præclarã legis diſpoſi-
tionem *l. imperium 3. D. de Iuriſdict. omnium Iudicum*, uti poſt *Alciatũ, Duaren. Govean. Coraſ. Petrum Gregor, Vult. Turonen. Foreat. Clapper. Hopper. Sainxon. Maſuer.* alioſq; notat *Camill. Borell. in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. 41. de Iuriſdict. & Imper. num. 39. & 40.*
Cõmuni deinde Romanorũ Iure, *Cæſares*
32 id planè ſancivere; ut ſcilicet inter pa-
trimoniales, eorum procurator cauſas
cognoſceret. Quemadmodum *Conſtantinus* ad Bulephorum SVMMAE REI
rationalem reſcripſit *in l. Dominicis 7. C. vbi cauſ. fiſcal. Dominicis Colonis*, in-
quiens, & *PATRIMONIALIBVS gravitatem tuam cenſuimus diſceptatricẽ eſſe debere*: prout ad Polemiũ *Gratian. Val. & Theodoſ. in l. nullum. 10. C. eod. tit.* ijs verbis, *Nullum ex officio RATIONALIS, qui exactioni, vel chartis inſerviat, in aliud Iudicium adduci oportet;*
firmaruntquè *Gloſſ. Cyn. Bart. Salycet. Bald. Caſtrenſ. Fulgoſ. Alberic. Sicard. Sebaſtian. Neu. & Auguſtin. Barboſ. in cit. Iurib. Peregrin. de Iure fiſci lib. 7. cit. tit. 1. nu. 13. Petrus de Gregor. ſyntagm. Iur. lib. 47. cit. cap. 40. num. 24. verſic. jure communi*, ex noſtris probarunt
Io: Angel. Piſanell. in addit. ad deciſ.
33 *Afflict.* 56. quem eximium Doctorem
nuncupat, ſequiturquè *Foller. in pract. criminali verb. audiantur excuſatores nu. 138. D. Præſes de Franch. deciſ. 545. num. 5. D. Reg. de Pont. deciſ. 36. num. 5. D. Reg. Tapia lib. 2. jur. Regn. rubric. de offic. procurator. Cæſar. num. 11. D. Reg. Rovit. deciſ. 74. num. 6. & 7. D. Conſil. Carleval. de Iudic. diſput. 2. nu. 711. D. Reg. Sanfelic. deciſ. 291. num. 14. lib. 2. Thor. 1. par. Compendij verb. officiales actu, D. Reg. Capyc. Galeot. reſponſ. fiſc. 1. num. 100. & ſeq. Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 198. par. 2.* vbi ſic per Collate-
rale Conſilium bis judicatum refert,
eiuſque judicatæ rei, immemor nõ fuit
D. Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. in addit. ſive deciſ. ad prax. pertin. pag. 243. in fin. & 244. ante hos *D. Reg. Revert. deciſ. 7. per tot.* ibique *D. Reg. de Marin. in obſervat.*
34 Inter eas vero, quæ penduntur ra-
tiones, duæ potiſſimùm videntur aptio-
res, altera ſcilicet, nè ab jure redden-
do magiſtratus, ſivè à juſſibus inferio-

res

res parendo, Regijq; patrimonij mini-
ſterijs, quorũ ſũt obſequio deputati, cę
teri diſtrahantur; quæ ſanè ratio ex Ze-
nonis elicitur reſcripto, Ne ad diverſa
tracti, viri devoti ſilentiarij judicia, ſa-
cris ABSTRAHI videantur obſequijs l.
ne ad diverſa 4.C. de ſilent. lib. 12. &
bis Paulus edixerat in l. non alias 24.
§.1.D. de judic. primo, ut ſi ſubducatur
ei miniſterium, non ſit concedenda actio,
ac poſtremo, & merito; ideo enim
non datur actio, ne ab OFFICIO ſuſcep-
to legationis AVOCETVR; Quodque
nobis attigiſſe Cæſares videntur in l.
2.C. de decan. lib. 12. vbi cum decanos
corã Illuſtri officiorum dumtaxat ma-
giſtro cõveniendos ſtatuerint, ita ſub-
dunt, Hoc namque modo, neque manſue-
tudinis noſtra obſequia DECIPIVN-
TVR, & agentibus adverſus eos jure
adhibetur reſponſum, probaruntque
Lucas de Penna in rubric. C. lib. 12. tit.
de apparit. præfect. vrb. nu. 2. ſub verſic.
item nota, quod apparitores, D. Reg. Ta-
pia deciſ. S.C. 13. num. 7. D. Reg. Rovit.
deciſ. 74. num. 1. D. Reg. Capyc. Latr. cit.
deciſ. 198. num. 3. alijquè mox deſu-
per laudati.
35 Ac exinde, & juriſdictionem hanc
Senatui nequaquam cumulativè; (ut
vulgo dicimus,) ſed privativè, quo ad
alios quoſcunque Iudices impertitam
intelligi, potiſſimum firmarunt D. Reg.
Capyc. Galeot. cit. reſponſ. fiſcal. 1. num.
104. cũ ſeq. D. Præſ. de Ganaver. cit. dec.
56. num. 9. & ſeq. ac illius foro, ſive
36 Præſidentes, ſivè reliquos ſubiectos
non poſſe quidem abrenunciare, poſt
alios D. Reg. Capyc. Latr. cit. deciſ. 198.
num. 17. lib. 2. (quodq; nos, quidquid
ſibi recentiores velint, latius in ſecun-
da parte, Deo Duce, diſſeremus.) Idq;
D. Præſes de Ganaverr. tali pacto exor-
37 nauit, ut cũ hoc nempe in ſubditos co-
gnoſcendi privilegium, non modo au-
ctoritate, verum, & vtilitate quoque
publici juris ſit; neque per conſuetu-
dinem, Principe inconſulto, eidem va-
leat derogari, ex Innocent. Felin. ac Ge-
minian. cit. deciſ. 56. nu. 56.

Altera, & plauſibilis profectò videtur ra-
tio, quam idem D. Præſes de Ganaverr.
retulit egregiè in cit. deciſ. 56. ſub n. 55
quia, congruens videlicet fiſcali Rei-
publicæ ſanè non eſt, ut ipſius Admi-
38 niſtri alijs Iudicibus ſubijciantur; ne
ciſdem, ab patrimonij Iuribus extra-
neis, fiſcalis contribuatur auctoritas.
Et quamvis hæcce opinatio doctorum
gravitate conſpiciatur exuta; Iuris ta-
mẽ præceptis, ab experiẽtia ſplendidè
cernitur decorata; cum etenim perno-
39 tum ſit, ob juriſdictionis præeminen-
tiam quempiam Iuſdicenti ſubditum
quippe fieri, ut ex Vlpiano colligitur
in l. Imperium 3. D. de juriſdict. omnium
judic. ibi MISTVM IMPERIVM eſt, cui
etiam juriſdictio ineſt, ac in l. jubere 4.
D. eod. tit. jubere caveri prætoria ſti-
pulatione, & in poſſeſſionem mittere IM-
PERII magis eſt, quam Iuriſdictionis;
ut hujuſce Imperij, juriſdictioniſvè ra-
tione, ſubiectum eum eſſe, qui cogitur
pati Iudicium; ſuperiorem vero, qui
judicat, ex cap. licet 6. in fin. de ele-
ction. tradiderint Ludovic. Roman. conſ.
47. num. 5. Menoch. conſil. 21. nu. 10. &
conſil. 75. nu. 22. Anton. de Roſell. tract.
de Imper. poteſt. §. fin. num. 21. Daniel.
Otton. de jur. public. cap. 10. verſic. deni-
que pag. 245. ac dilucidiùs ſubditum
40 propriè, neq; originem, domicilium-
vè, ſivè contractum, aut crimen face-
re; ſed Iuriſdictionem dumtaxat, ma-
giſtratus, ſuperioritatiſq; (ut dicimus)
vi competentem Frideric. in tract. de
proceſſ. extrab. lib. 2. cap. 46. num. 5. &
ſeq. PruKman conſil. 27. num. 56. & 63.
lib. 1. Martin. Mager. de Advocat. armat.
cap. 10. num. 498. Ideoque generaliter
41 alicui eum ſubijci ferunt, qui illius
obedire obſtringitur mandatis, ex In-
nocent. in cap. cum olim 17. de reſtitut.
ſpoliat. columm. fin. Berous conſil. 165. n.
21. volum. 3. Maſcard. de probat. concluſ.
1345. num. 1. Pacian. de probation. lib.
2. cap. 35. nu. 16. & 21. ex alijs Philipp.
Kniſchilpt. de Iur. & privileg. Civit.
lib. 1. cap. 12. num. 55. merito idcircò
ab hoc parendi genere, extra proprium
ſummæ

Digitized by Google

ſummæ rei Tribunal Præſidentes, Ra-
tionales, cæteroſque ſubditos dicimus
eleuandos;Quis nam, (ſi veritatem,ut
decet colimus) ignorat, quanta ſit iſt-
hec Iudicis Iudicem adire ſubiectio;il-
lam declament, qui licet inviti ob ad-
verſariorum multoties duritiem, te-
meritatemq; lites coguntur ſubſtinere:
nō enim prudentiæ ſēper datur huma-
42 næ cunctas, infandaſque lites præca-
vere *Iurg. Valentin. in parth. litigioſ.*
lib.2.cap.1.num.6.in fin.& num. 7.Di-
ximus infandas; namq;(prout pluries
43 ſumus deteſtati) nil ijs agnoſcimus
pernicioſius; cum doli,inimicitiarum,
ſæpèque criminum ſint ſeminarium.
Clement.dudum 2.de ſepult.l.properan-
dum 12.*C.de Iudic. Petrus Gregor. Syn-*
*tagm.Iur.lib.*47.*cap.*1.*n.*10. Domum,
44 familiamq; totam exagitent *Iurg.Va-*
*lent.eod.lib.*1.*cap.*1.*num.* 29. *in fin.&*
45 *num.* 30. ac litigantium animos adeo
innumerabilibus ſollicitudinibus per-
turbant,ut in *l.omnes* 31.§. *nullus C. de*
Epiſc.& Cleric. Aguſti ſic expreſſe-
re,*à Turbulenta obſeruatione PRÆTO-*
RII vacare contigerit, comprobantque
eruditè *Petrus Greg.loc.cit. nu.*11.*Va-*
*lent.idem lib.*1.*cap.*4.*n.*12.*&* 13. ut
46 vinci prudentiùs, quam lites ſectari
ſenſerit poſt alios *Tiraquell.de retract.*
lign.§.8.*gloſ.*7.*nu.*20. oſtenderintque
*Martial.lib.*7.*Epigram.* 64.

Ah miſer., & demens, viginti litigat
annis
Quiſquam; cui VINCI, Gargiliane,
licet?

Ac *Terent.in phorm.Act.*2.*ſcen.*3.

Et ſi facta mihi Iniuria eſt, verun-
tamen
Potius, quam LITES ſecter, minas
quinque accipe.

Vt Ælian. *hiſtor.lib.*9.*cap.*18. *de Themi-*
ſtocle,(inaffectata,ut ſolebat oratione,)
ſcripſerit *ſi mihi, quis duas vias mon-*
ſtraret, alteram ad infernum ducentem,
alteram ad Tribunal, multò libentius
ingrederer eam, quæ rectà ad infernum
tēderet,Ac piiſſimè,prout verius ad eas
vitandas monuerint *Divi Lucas cap.*6.
AB eo,nēpè,*qui aufert tibi VESTIMEN-*
TVM, etiam TVNICAM noli prohibere,
& Matth. *cap.*5. *ET ei,qui vult tecum*
in Iudicio contendere, & TVNICAM
tuam tollere,dimitte ei, ET PALLIVM.
Sat ſit igitur noſtris Adminiſtris,perpetuò
Iudicandi muneris ferè oppreſſis, (ex
47 cujus anguſtijs inter perſonas *l. vnica*
C.quando Imper. inter pupill. beneficio
ſuffultas,eos recenſere,non erubuerūt
*Rebuff.Mandoſ.Azeved.*ac *D. Reg. Tap.*
penes *Novar. in prax. electіon. & va-*
*riar.for.ſection.*4.*q.*35.*n.*1. *&* 2.ac *D.*
*R.Capyc.Latr. dec.*198.*n.*16. reliquiſq;
ſubiectis,ſi à litium periculo nequeunt
ſe liberare, ut ajebat *Cic.*3. *in verrem*
68.eas omnes, quamvis amaras ſubi-
re,tuerique: at in alio Tribunali in du-
ram ipſorum ſubiectionem, proprijq;
Senatus incommoda,perniciēq; etiam
ex hoc capite, non permittendum ju-
ſtiſſimè credimus cenſuiſse *D. Præſi-*
*dem de Ganauerr. cit. deciſ.*56. *nu.*55.
Et licet Iuriſdictionē met iſtam noſtro
48 Ærarij Senatui in civilibus tantum-
modo cauſis, (quod pro præſenti ſpe-
cie ſatis equidem eſſet,) aſſerant con-
tribuendam; Criminales vero à Pro-
vinciæ Præſide, præſente tamen fiſci
procuratore cognoſci oportere, *ad*
*text.in l.*2.*& d.l. nullum*, & clariùs *in*
l.cum aliquid 8.*C.ubi cauſa fiſcales*, &
prǫter *DD.*deſuper allegatos,cōprobāt
Io:Garzia de nobilitate gloſſ. 3. *in prin-*
*cip.n.*3. *D. Regens Sanfelic.* ex *pragm.*
61.*cap.*20. *de offic. procurator. Cæſaris*
*deciſ.*250.*num.*10. *& deciſ.*291. *nu.*3.
& 6.*par.*2.*D.R.Capyc.Latro deciſ.*198.
*num.*1.*in princ.par.*2.*D.Creſpi de Val-*
daur.obſer.illuſtr. obſervat. 62. *num.*1.
2.*&* 3.*lib.*2.
Attamen, ex privilegijs à retro Regibus
conceſſis, ac ex vetuſtiſſima conſuetu-
dine, in omnibus cauſis, tùm civili-
bus, tùm criminalibus, ac mixtis, &
paſſivè, & activè Senatum, non tam
reſpectu dominorum Præſidentium,
ac magnificorum Rationalium; quam
cęterorum ejus ſubditorū,ac huius ge-
neris præſertim officialiū, omnimodā,
iuriſ-

jurisdictionem habere ; neminem in-
præſentiarum, vera profitentem credi-
mus latere.
49 Ac, ut paulatim progrediamur, quo
ad Crimina in munerum adminiſtra-
tione patrata; nulli dubium cenſemus
eſse, quin ad idem noſtrum Tribunal
horum pertineat cognitio, ut ex *Regia
Pragmatica* 61. alias 62. §. 5. *de offic.
procur. Cæſar.* ibi, *Item contro quelli,
che commettono delitti, è dolo nell'am-
miniſtratione de'loro vfficij; che ſaran-
no ſoggetti à detta Regia Camera*, & in
cit. §. 20. *ejuſdem Pragmatica*, in reſtri-
ctionem Iuriſdictionis Magnæ Curiæ
Vicariæ conceſſæ, ſic Illuſtris Oſſunē-
ſium Dux ſubdit, *purche ſijno detti de-
litti di coſe extra l'amminiſtratione di
detti loro vfficij*; & fatentur *D. R. Tapia
tom. 2. juris Regni in comment. ad pra-
gmat.* editam tempore Illuſtr. D. Petri
de Toledo anno M. D.XXXIII. *& D.
R. Sanfelic. d. deciſ. 291. n. 8. par. 2.*
Sed, (ut deſuper dicebamus,) ex privi-
50 legijs, & antiquiſſima inſimul con-
ſuetudine, in omnibus cauſis, tum acti-
vè, cum paſſivè agitatis, delictiſque,
etiam extra officium commiſſis, vulgo
communibus nuncupatis, Regiæ Ca-
meræ integram, cæteriſque abdicatam
juriſdictionem ineſse, apertiſſimè pro-
batur; & primo, ex ſupplicatione anno
Domini M.D.V. à fideliſſima noſtra
Neapoli vrbe Sereniſſimo Ferdinan-
do Catholico Regi porrecta; qua vtra-
que, & privilegia, & conſuetudinem
faſſa, Cum, ut eiſdem derogaretur, pe-
tijſset, nil Civitas ipſa valuit obtinere,
ut *D. R. Conſil. Carlev.* teſtatur *in tract.
de Iudicijs lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 7.
num. 590. & ſect. 9. num. 711.* quem
ſequuti fuere *D. R. Sanfelic. cit. deciſ.
291. num. 13. lib. 2. & D. Præſidens* Re-
51 giæ Cameræ *Parthenius Pitagna* cele-
berrimus, tùm privatorum, tùm fiſci
Patronus *in allegatione* pro eadē cau-
ſa, longè poſt hæc ſcripta in lucem edi-
ta, inter *allegat. diverſor. D. R. de Ma-
rin. reſolut. juris lib. 3. allegat. 100. ſub
num.* 8. & dilucidè ſupplicationis ver-
ba demonſtrant *in cap.* Regis Catho-
lici Segoviæ impertitis *cap.* 54. *pag.*
46. *Item ſupplicano, che attento l'infra-
ſcritti Tribunali videlicet, lo Regio
Conſilio, REGIA CAMERA de la Sum-
maria, Grā Corte de la Vicaria, la Corte
dello Admiraglio, e la Corte deli maſtri
Rationali de la Zecca, haueno per privi-
legij, riti, & obſeruantie, che qualſeno-
glia officiale de ipſi tribunale Maſtrod'
atti, ſcriuani, et altri ſequēti epſi Corte,
poſſano eſſere cōuenuti, & tratti da altri
fora de loro Tribunali, e quando alcuno
de loro hàueſſe ad cōuenire altri, lo pò cō-
venire ad lo tribunale ſuo, e così TRA-
ziere no ſiendo razon, que el ſuplicante tenga otro ſuperior, como nunca le han tenido ſus anteceſſores en el dhò officio, en que recibira mercè &c. Y hauiendo viſto lo que el ſuplicante repreſenta, y ſuplica en el jnſerto memorial; ha paracido encargaros, y mandaros, como lo hago proveays, y de ys laorden, que conbenga paraque ſe obſeruen inbiolabilmente las ordenes, y Inſtruçiones del Tribunal de mi Regia Camera de la ſumaria, y offreziendoſe os algo, que advertir en eſto, me dareys quenta de loque ſe os offreçiere, à fin, que viſto yo mande tomar la reſolucion, que mas conbenga, que tal es mi voluntad; la preſente reſte al preſentante. Datum en Madrid à diez de Octubre de mil ſeiſcientos y cinquanta, y ocho anos.

YO EL REY.

SVMMÆ.

1 *Vxores Indorum dilectiores, cum defunctis viris, vna cremari, humarique contendunt.*

2 *Vir, & vxor, etiam fiſco excluſo, agnatis, cognatiſque deficientibus, altrinſecus ſibi ſuccedunt.*

3 *. . . idque primum Romulus edixit, & in 12. tabulas deinde fuit redactum.*

4 *. . . ſibiq; partes regulariter vindicat, ſi vſq; ad gradum decimum agnati, cognatique non ſuperſint.*

5 *Edictum Prætorium, vnde Vir, & vxor in Regno, contra fiſcū haud ſibi locum dicitur obtinere.*

6 *Leges Longobardæ in Regno, Iuri Romano præferuntur.*

7 *Vincens eum, qui vincit ſe vincere conantem; multò fortiùs victum ſuperabit.*

8 *Vir, atq; vxor, in ſucceſſorum numero, in Regno non cernuntur recenſiti.*

9 *. . eos inuicem apud nos non ſuccedere, qui tradiderint.*

10 *Lex, niſi expreſsè, non corrigitur.*

11 *. . noua, quod non edicit, in veteri linquit diſpoſitum.*

12 *Virū, vxorēq; à fiſco non excludi, qui è conuerſo ex noſtratibus dixerint.*

13 *. . . Conſtitutionum jura, fiſcum videntur excludere; non autem Longobarda, ſed num. 19. & ſeq.*

14 *Ius Longobardum in Regno, anteferri Romano, qui ſenſerint.*

15 *Quod noſtræ conſtitutiones omiſere, ex longobardis diſpoſitionibus diffinitur.*

16 *Vir, & vxor priori Romanorum jure fiſcum non excludebant.*

17 *Fiſcus, Prætoris edicto, à coniugum ſucceſſione repellitur.*

18 *. . Hiſpano tamen jure, à viro, atque vxore non excluditur.*

19 *Conſtitutionum Ius, apud nos commune exiſtimatur.*

20 *Hæreditas defuncti, legibus defertur.*

21 *In fiſcum quidē non facilè reſpondendum.*

22 *Geminatio, enixam, maioremq; ſtatuentis deliberationem, oſtendit.*

23 *Dictio, prædictis, præcedentium eſt (ut ajunt) repetitiua.*

24 *. . . ad deſuper nominatos, orationem repetit, ac reſtringit.*

25 *. . . ad eos propriè refertur, quorum nomina ſtatuto, ſivè Inſtrumento legi queunt.*

26 *. . . quo ad alios reſtrictionem operatur.*

27 *Fiſco inaudito, quod geritur, nullum eſt.*

28 *In-*

28 *Iudicatum dici nequit, non appoſitum, neq; diſcuſſum.*

29 *Iudices contra ſacras conſtitutiones nequeunt judicare.*

30 . . . *ſed ſecundum eas, legeſve.*

31 . . . *nec proprij capitis ſententiam ſectati.*

32 . . . *neque contra jus ſcriptum, propria allecti conſcientia.*

33 . . . *& ſi dura lex ſcripta videretur.*

34 . . . *ſivè ſcriptum ſtatutum.*

35 . . . *vel ratione carere diceretur.*

36 Lex *ſcripta, imaginariam ſuperat æquitatem.*

37 *Ius Iurandum antiquitus, ad promiſſa ſeruanda maximi habitum.*

38 *Iudices ſecundum legem Iudicare, Iuramento obſtringuntur.*

39 Leges, *ut perpetuo inviolatæ cuſtodirētur, in æs veteres inſcripſere.*

40 *Deus O. M. in lapideis tabulis Moyſi inſcriptam tradidit legem.*

41 *Lex in homines, non vero homines in legem, ſibi vindicant poteſtatem.*

42 . . *eſt Iudicis anima, Iudex autem vox illius.*

43 *Iudex ſi contra legem Ius diceret, potius legum conditor, quam adminiſter eſſet.*

ARGVMENTVM.

Indicarum Mulierum ſeruatus mos in virorum morte recenſetur. mariti, vxoriſque poſt agnatos, cognatoſque ſucceſſio, quæque à Romulo traxit initia, & prætoria poſtmodum æquitate etiàm fiſco ſummato, apud Romanos recepta; noſtro patriæ, ac Longobardo præſertìm, quo obſtringimur Iure, nullatenus dicitur admittenda; idquè licèt moribus videatur inviſum, non ignobilibus argumentis, provt ſpeciali quoq; comprobatur auctoritate; quemadmodum, & Iudices oportere, non propria ſequutos arbitria, ſed ſecundum leges, conſtitutioneſq; judicare.

PRO REGIO FISCO

CVM

Victoria Lingua;

Diſſertatio XXII.

Lingua, & calamo, adverſus Victoriam lingua nobis ſtrenuè decertandum decrevimus; ut poſtulantis ejus linguæ erroribus detectis, læta, atq; inſignis fiſco victoria pariatur; Hæc namq; Mulier, Indicarū haud imitata fœminarū mores, (improbandos quidē nobis, qui hoc impiū ducimus;) quarum dilectiſſima inter vxores habita, morienti viro non modo commori; ſed mox vrenda, etiàm per flammas proſequi geſtit, eodemq; igne abſumi, vnaq; concremari, acer-
1 rimè contendit, vt poſt cæteros teſtatur *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. cap. 7. verſic. indorum*, & ex *Bardaſan. ſyr. Oneſicrit. Strabon. Plutarc. Solin. Æliano, Valerio Maximo*, alijſq; notant *Andr. Tiraquell. ad leges connubiales l. 7. gloſſ. 1. par. 7. nu. 20. & in annotat. ad Alex. loc. cit. lit. V. pag. 231. Hennin. Arniſa. de Iure Connub. cap. 5. ſect. 2. n. 3. & 4.* nec horum immemor fuit *Thomas*

mas Porchacchus in Opuſculo funeraliũ antiquor. cap. 17. pag. 83. vnde *Property* carmina *lib.3. elegia* 11.

Fœlix cois lex funeris vna maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque, vbi mortifero jacta eſt fax vltima lecto,
Vxorum fuſis, ſtat pia turba Comis;
Et certamen habent lethi, quæ viva ſequatur
Conjugium; pudor eſt non licuiſſe MORI.
Ardent victrices, & flamma pectora præbent,
Imponuntque ſuis, ORA peruſta VIRIS:

Hincq; *Cic. Tuſc. quæſt. lib. 5. oper. tom.* 8. *pag. 260. mulieres vero in India, cũ eſt cujuſq; earum vir mortuus, in certamen, judiciumque veniunt, quamplurimum ille dilexerit; plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptæ, quæ eſt victrix, ea læta, proſequentibus ſuis, vna cum viro in rogum imponitur: illa victa, mæſta diſcedit.*

SED vxor iſthæc, vitæ per commoda, diutiùs protrhaendæ ſtudens, effuſas ob viri fatum lacrymas, triſtemq; animum, per adipiſcendam illius bonorum poſſeſſionem, & abſtergere curat, & cõſolari; ac propterea ad ejuſdem viri officium, Cuſtodis ſcilicèt Reg. Dohanæ ſeſe fore admittẽdã expoſtulat, ampliationis, qua vir potiebatur virtute; ob cuius efficaciam, ſicuti vivens quemlibet eligere ille poterat; ità quod in humanis agens, id
2 non expleuerit, ipſam (ab his diſcedens) vxorem, cenſendus ſit nominaſſe; cum ex vetuſtiſſimo Iure, vbi omnis parentum, liberorumque, ſeu propinquorum legitima, vel naturalis deficit ſucceſſio; Maritum, vxoremq; fiſco etiàm excluſo ſibi altrinſecus ſuccedere gnoremus *leg. vnic. D. & Codic. vnd. vir, & vxor*, ibique *Doctores leg. vacãtia 4. C. de bonis vacantib. lib.* 10. *Peregrin. de Iure fiſci lib. 4. tit. 3. nn. 3. Oſuald. illig. ad Donell. lib. 9. commentar. cap. 1. ſub lit. H. Regnèr. Sixtin. de regalibus lib. 2. capit. 9. numer. 4. Farinac. in fragmens. criminal. part. 1. verb. fiſcus nu. 111. Maſtrill. de Magiſtrat. tom. 1. lib. 3. cap. 10. nu. 383. Guttierez practic. quæſtion. lib. 2. qu. 113. Renat. Choppin. de domanio Frãciæ lib. 1. tit. 12. ſub nu. 9. Caſtill. de tertijs debitis cap. 41. num. 154. Alphar. de offic. fiſcal. gloſſ. 20. §. 9. nu. 136. Borrell. de præſtant. Regis Cathol. cap. 14. n. 19. & ſeq. D. Larrea allegat. fiſcal. 49. nu. 12. lib. 1. Amaya in l. vacantia n. 3. in fin. Cod. de bonis vacantibus lib.* 10. & hyſpano diſponitur Iure *in l. 6. verſic. e ſi ſal pariense tit. 3. par. 6.*

Quod priore loco à Romulo inſtitu-
3 tum, ac poſtmodum in 12. tabulas relatũ ex *Dionyſ. Halicarnaſ.* firmat *Borrell. cit. cap. 14. num. 23. verſic. nonum tamen*, antè eum *Franciſc. Balduin. in ll. 13. & 14. ejuſdem Romuli Regis pag. 19. & 20.* & ex *Plutarc.* in ipſomet *Romulo* probat *Renatus Choppinus de domanio Franciæ lib. 1. cit. tit. 12. nu. 9. circa princip.* Nos autem *Dionyſ. Halicarnaſei* verba referre non piguit *antiquitat. Roman. lib. 2. pag. nobis 95. n. 40. VXOR enim pudica*, inquientis, *& marito in omnibus OBSEQVENS, Æq; ac ille domus erat domina; & in ejus defuncti bona ſuccedebat heres, ſicut filia in Parentis: ex aſſe quidem, ſi is ſine liberis, ac inteſtatus decederet: Quod ſi prolem haberet, ex æquo cum liberis.*

Aſt nos, nequaquàm ambigimus Romanorum Iure agnatis, cognatiſque ad gradum vſq; decimum non exiſten-
4 tibus, etiam fiſco ſummoto virum, atq; vxorẽ ſibi invicem ſuccedere *cit. tit. D. & Cod. vnde vir, & vxor*, & ex *§. hoc loco Inſtit. de ſucceſſ. cognat. Angel. de Areſin.* ibidem, *Balduin.* itidem *in verſic. & ſi decimo gradu, Pichard. in eodem §. n. 1. in fin. Peregrin. de Iure fiſ. cit. tit. 3. n. 3. in princip. lib. 4. Maſtrill. de Magiſtrat. cit. cap. 10. lib. 3. n. 366. Borrell. in cit. cap. 14. num. 8. & 9. Caſtill. de tertijs d. cap. 41. num. 153. tom. 7. Alphar. de offic. fiſcal. gloſſ. 20.*

§. 9.

§.9.*n*.125. *Amaya in cit. l. vacantia num.3.verſic. & ſic quilibet C.de bonis vacantib. lib.*10.Ijs etiã ſpeciebus expenſis, quæ arctiori quàm decimo concluduntur gradu, *vt in l.ſi quis inceſti 6. C. de Inceſtis nuptijs l. 2. D.de veter.et milis.ſucceſſ.*§.*multis Inſtit.de ſucceſſ.libert.* & præ alijs eruditè notant *Balduinus in cit.tit.Inſtit. de ſucceſſ. cognatorum circà finem*, ac *Renatus Choppinus de domanio Franciæ dic. tit.12.num.7.lib.* 1. & rationem nonnulli ex æquiſſima *Caſſiodori* ſententia excerpſere *var.lib.6.ep.*8.hiſce reſcripta verbis, *Proximos defũctorum nobis legaliter anteponis : quia in hoc caſu Principis perſona POST OMNES eſt : ſed hinc optamus non acquirere, dummodo ſint, qui relicta debeant poſſidere.*

Noſtro tamen patrio, Aduerſariorum aſſertionem neutiquam credimus recipiendam; cum viri, vxoriſque mutuã ſucceſſionem, hoc jure poſt agnatos, cognatoſque haud facile opinemur concedendam.

Quod autẽ *legũ vnic.D.& C.vnde vir,&
vxor* prætorium edictum, locum nul-
5 latenus apud nos ſibi vindicet; Ideo-
què ambo à fiſco excludantur, LON-
GOBARDORVM primũ firmatur ju-
ribus, vt in *leg.ſi quis ſine hæredibus
17.de ſucceſſ.* quo loci ſtatuitur, ut ſine
hæredibus decedenti, Regis Curia,
ſive ut itidem edicitur, *Curtis Regia*
ſuccedat, ubi *gloſſ.in princip.* ſine hærede ſic explicuit, *ideſt ſine linea aſcẽdenti, vel deſcendenti, aut collaterali.*

Et clariùs in eiſdem Longobardorum legibus 3.4.& 5.*de prohib.nuptijs*, in quibus eadem Curia Regia, excluſis etiã cognatis, (quod, & notabilius eſt,) ad ſucceſſionem admittitur.

Idem diſponitur in *l.ſi mundiũ* 11. *de debit. & guadimon.* in eiſdem *Longobard.* & edocuere *gloſſ. in Conſtit.ſi quando verſic. nullus omnino, ſub tit. de hominibus Baron. poſſident.* & *Andr. de Iſernia* ibidem *verſic. Item annuit.*

Has verò longobardas ſanctiones Ro-
manorum juri antecellere, & noſtro
6 in Regno, eo poſthabito ſeruandas
eſſe, ſancitum non ignoramus ex *Con-
ſtit. Puritatem*, & peculiariter tradi-
dere *gloſſ.Andræas*, alijq; inferius lau-
dandi; Quadere, eodẽ Longobardo-
rum jure perpenſo, hæſitari equidem
non valet, à fiſco virum, atque vxorẽ
ab inuicem ſuccedendo, penitus arce-
ri: Quinimò, à fortiori; Nam cum ip-
ſiſmet lõgobardorum legibus ad Co-
gnatorum etiam excluſionem fiſcus
admittatur *gloſſ. & Andræas loc. ſupr.
cit.* qui ciuili, prætorioq; jure viro,
vxorique præferuntur; illud ſane ſuc-
cedit axioma, (quo pariter ſpeciatim
vſus eſt *And.*) quod, ſi vincentes co-
gnatos, fiſcus ſuperat; multo, & cer-
tiùs virum, vxoremquè vincere fas
7 erit, *ad text. in l.de acceſſionibus 14.
D. de diuerſ.& tempor.præſcr.l.æquiſſi-
mum 5.D. ad S.C.Tertyll.Vaaz in loc.
comm.lit.V.n.57.ante eũ Cardi. Tuſc.
practic.concluſ.tom.8.l.1.concluſ.*208.
*Cardinal. Mantic.de coniectur. vltim.
volunt.lib.10.tit.7.num.6.Surd.conſil.
125.num.14.& conſil.138.nu.18.Gra-
tian. diſcept.forenſ.cap. 154.nu.36.&
cap.157.num.2. D.Reg.Merlin. contr.
forenſ.cap.26.num.15.in princip. cen-
tur.1.*

Deinde, id idẽ CONSTITVTIONVM
8 Iure probatur ex *Cõſtitutione* ſcilicèt
Dohanæ de offic. ſecreti, vbi Gulielmus
Rex perſonas omnes, quæ ad inte-
ſtatam ſucceſſionem admitti poſſunt
enumerans, virum, atque vxorem
prætermittit. Ex *d.Conſtit ſi quando de
homin.Baron. poſſident.* vbi Fridericus
Imperator perſonas ſimilitèr, quæ ab
inteſtato ſuccedere valent, ſingilla-
tim nuncupans, virum, vxoremquè
conſulto omittit percenſere.

AVCTORITATE demum confirmatur,
9 Hanc etenìm edocuere ſententiam
Marin.de Caramanico Conſtitutionum
Gloſſographus in *cit. Conſtit. Doha-
na verbo ſine hærede*, ibi *Sed nunquid
vir, & vxor præfertur fiſco? De jure*

com-

Google

communi non eſt dubium; ſed Conſtitutio iſta nihil dicit de hoc: ſed cum hic enumeret certas perſonas, fortè vxorem omittendo, PROHIBVISSE *videtur.*

Andr. de Iſern. præfato Longobardorũ Iure attento in *cit. Conſtit. Dohana, & in tit. quæ ſint regalia, in verb. bona vacantia num. 24. in fin.* ibi *videtur autem per aliam viam EXCLVDI.*

Lallus Tuſcia *in Conſtit. præſenti nu. 4.* prout eum refert *Borrell. de præſtant. Reg. Catholic. cap. 14. nu. 21.*

Io: Arnon. apud nos non ignoti nominis Cõſultus *in differ. juris different. 21.* vbi ſic fatur, *De Iure communi, omnibus alijs deficientibus, vir, & vxor ad inuicem ſuccedunt D. & C. vnde vir, & vxor; ſed de jure Regni eſt ſecus, nam SVCCEDIT FISCVS, vt per gloſſ. in verb. ſine hærede in Conſtit. Dohanæ, ſub rubric. de offic. ſecret.*

Conſtantinus Capriolus *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. num. 19.* ibi *Limita nono in hoc Regno Neapolitano, in quo conjuges non ſuccedunt; ſed A FISCO excludũtur per diſpoſitionẽ Conſtit. incip. Dohanæ.*

Regni igitur jurium diſpoſitione, ejuſdemque prudentum auctoritate, Cõiugibus fiſcum præferendum eſſe, extra aleam videtur eſse.

Neq; replicatio obſtat, qua primus omnium vſusfuit *Andræas in cit. Conſtit. Dohana, & in d. §. bona vacantia, circa princip. quæ ſint regalia*, ut, quamvis certæ perſonæ in Conſtitutionibus enumerentur, non propterea aliæ non recenſitæ excludantur; quippe
10 quæ per alia Iura admitti debent;
lex etenim non corrigitur, niſi expreſsè edicatur; & quod noua non
exprimitur lege, in veterum Con-
11 ſtitutionum regulis, relictum intelligitur *l. præcipimus 32. C. de appellat.*
cum vulgarib. & *Andræam* inſequuntur, (ut bonam, quam ſemper, Deo
12 duce, fidem amplexi ſumus, nunc pariter inſectemur,) *Afflict.* nempè *in cit. conſtit. Dohana nu. 7. Garzias Maſtrill. in deciſ. 123. num. 4. 12. & 13. lib. 2. Borrell. de præſtant. Regis Catholic. d. cap. 14. num. 19. & ſeq. Paſchal. de patr. poteſtat. par. 2. cap. 1. num. 61. D. Præſes Vrſin.* licèt perfunctoriè *de ſucceſſ. feud. par. 2. q. 2. artic. 2. nu. 7. Montan. in tit. de regalibus §. bona vacantia num. 1.* quamvis Conſtitutionum jure non deguſtato, neq; *Andræa* verbis examinatis, juxtà Longobardas leges loquentis, (ut inferius) verba fecerit.

Namque his medijs obiectum diluetur. Et primò, *Andræa* doctrinam intelligi forſan poſſe, patrijs Conſtitutio-
13 nibus perpenſis, proùt accuratè tradit
Ill. Marchio Belmont. D. Regens Tapia in repet. cit. Conſtit. ſi quando lib. 6. n. 10. ut omiſſa ſcilicet in conſtitutionũ verbis viri, vxoriſq; expreſſa vocatio, in juris communis remanſerit diſpoſitione *ad tex. in l. commodiſſimè 10. D. de liber. & poſthum. cum concordant.* At, Longobardo jure inſpecto, quod cognatos ſimiliter excludit, nemini in controuerſiam referre ſanè licere, cõ-
14 juges, à fiſco Regio excluſos remanſiſſe; Quod Longobardorum, apud nos Ius in hiſce præſertim ſpeciebus, Romano præferri, & elicitur ex *cit. Conſtit. Puritatem*, ibi *Ac demum ſecundum jura communia LONGOBARDA, videlicet, & Romana*: & docuerunt *gloſ. in Conſtitut. Vt univerſi, ſub tit. de ſervando honor. Comit. verſ. aut in defectu ipſarum*, & ad rem idem *Andræas in d. Conſt. Dohanæ verſ. canones*, vbi *pro hac gloſ. facit jus Longobardicũ, quod PRÆFERTVR juri Romano in Regno, & in d. Conſtit. Puritatem, verſic. prout litigãtium*, ibi *per Lõgobarda, quæ DEROGANT Romanis legibus*, & in *d. §. bona, quæ ſint regalia num. 25.* ibi *quia cum de cognatis in hoc expreſſe dicat, relinquitur juri communi dicti Regni: quod eſt jus longobardicum, non cognoſcens cognatos: ipſumque jus longobardicum PRÆPONITVR Romano*; prout firmat alijs in locis per *Marantam* relatis *in prax. diſput. 2. numer. 1. & 2.*

Digitized by Google

1.*&* 2.& ſequitur præ cęteris *D.R. La-*
nar.in repecit. feudal. cap. 1. §. *ſi quis*
per triginta, ſi de feud. defuncti con-
trou.fuer.n.32.

Hæc autem omnia præſenti lubeat dilē-
mate confirmare: Aut Regni, videli-
cet Conſtitutiones, per perſonarum
enumerationem, coniuges excluſere;
(proùt, qui noſtram tuentur ſenten-
tiā, opinā ur, & inferius quoq; firmabi-
tur;) Et res tūc erit equidē apertiſſima.
Aut, quia expreſsè id contrà eoſdem
conjuges ſancitum ibidem non fuit,
ad commune jus recurrendum puta-
tur? Et commune hoc jus non Roma-
norum; ſed magis finitimum exiſti-
mandum erit, longobardicum nem-
pè, quodq; commune in Regno diju-
dicatur, ut præ alijs edocuit *Andr. loc.*
proxim.cit. atq; ex hoc etiam Capite
res citrà dubietatem erit cenſenda;
Quinimo, ex iſthac ultima dilemmatis
parte, cuncta adverſus fiſcum indu-
cta, in adverſarios retorquentur: Si
15 enim legum correctio eſt evitanda;
ſi quod omiſsum eſt, in priorum ſan-
ctionū remanet diſpoſitione; quod in
longobardicis igitur legibus, (quæ ju-
ris communis vice apud nos fungun-
tur) conſtitutum fuerat, & per Con-
ſtitutiones nequaquam innovatum,
vel in earumdem comprehenſum re-
manſit ordinatione; vel ſaltèm per ea-
deminet longobarda jura ſupplendū
fore, enixè ducimus cōcludēdum *d.l.*
commodiſſime 10.*D.de liber.& poſthum.*
& l. præcipimus 32. *C. de appellation.*
Andraas, Afflict. Maſtrill. alijq; ſupe-
riùs adducti.

Quod, majorem ſibi vim pro certo ca-
peſſet; ſi memoriam refricemus, ad-
vertamuſque nequaquam Romanum
jus, per coniugum excluſionem, læ-
ſionem ſanè pati; ſed prætorium ex
ea tantummodo innouari; neminem
etenim credimus latere, poſt deſcen-
dentes, ac aſcendentes, collateraleſq;
ad gradū uſque decimum, tā ex agna-
torum, quam cognatorum linea pro-
venientes, (antiquata jam Romuli illa,
ſivè xii. tabularū lege,) jus ciuile nul-
la viri, uxoriſque habita recordatio-
ne, fiſcum invitaſſe; adeo ut prætorio
16 jure opus fuerit, vt ex ſueta æquitate
ad text. in l. quod ſi ephesi 5. *D. de eo,*
quod certo loco, per bonorum poſſeſ-
17 ſionem vir, & uxor, fiſco nominatìm
excluſo vocarentur *l.1.D.quis ordo in*
bonor poſſeſs. ſervet. §. *aliam vero In-*
ſtit. de bonor.poſſeſſ.cit.l.1.D.& C. vn-
de vir,& vxor, ibiq; *gloſſ.Odofr. Bald.*
Salicet.& alij, *Petrus Gregor.ſyntagm.*
Iuris par.3.lib.45.cap.14.num.2.Graſ-
ſus de ſucceſſ. §. *ſucceſſio qu.36. num.1.*
Anton. de roſellis de ſucceſſion. ab inte-
ſtat.num.173.& 190. Io. Nicolaus de
Vbal.in eodem tract. de ſucceſſ. ab in-
teſtat.4.par. Oliver. Teſtor. eod. tract.
nu.92.cum ſeq.Renatus Choppin.de Do-
man.franc.lib.1.cit.cap.12.n.9. Quam-
obrem vti tàm execranda, commu-
nis juris emendatio, in hac cauſa ne-
quear amplificari; ſed Regni conſti-
tutiones, vel juri conformes, vel ſal-
tìm, juxtà longobard ſ leges, cōmune
apud nos jus ſtatuentes, fore intelli-
dendas denuò contendimus ſentien-
dum; ac ſecundū eaſdem longobardas
ſanctiones, communi, ſeù Pręторio jure
poſthabito, coniugibus excluſis fiſcum
eſse admittendum. Et, nè peculiaris
18 in hac re deſideretur auctoritas, do-
ctiſſimum *Tellīū Fernand.* adducimus,
qui ad intelligentiam *l.14. tit.18. lib.*
8. *ordinat.* hodie *l.12.cit.8.lib.5.reco-*
pilat. quæ deſcendentes, aſcendenteſ-
que, ac tranſverſales ad ſucceſſionem
vocat, nulla de viro, & vxore, (proùt
in noſtris Conſtitutionibus) memoria
præhabita, lineis deſuper enumeratis
deficientibus, fiſcum ſecundum jus
Regium, non autem maritum, uxo-
rēq; juxtà pręторium edictū hęredē eſ-
ſe firmavit *ad ll.Taur.3.par.l.3.n.13.*
licet non ignoremus quam plures in
contrariam iviſſe ſententiam, & præ-
ſertìm *Guttierez practic.qq. lib.2.cit.*
quæſt.113.verſic.ſed contrariū, Alphar.
cit.gloſs.20.§.*9. nu.136. Caſtill.d.cap.*
41.tom.7.num.154.

Præ-

Prætereà, cum tota difficultas in eo reſi-
dere conſpiciatur, quod Conſtitutionũ
19 Ius apud noſtrates omnes cõmune in-
dubiè cenſitum *cit. Conſtit. Puritatem
Andr. in cap. 1. num. 5. de eo, qui ſibi, &
hered. ſuis D. Reg. Loffred. conſil. 39. nu.
16. Dom. Præſes de Franch. deciſ. 102.
num. 21. Dom. Conſil. de Giorg. in repet.
feudal. cap. 6. num. 31. D. R. Rovit. con-
ſil. 1. volum. 1. nu. 1. D. R. Marcian. diſp.
89. nu. 29. tom. 2.* & poſt alios *D. Præ-
ſes Vrſinus de ſucceſſ. feud. par. 2. qu. 2.
artic. 2. nu. 5.* bonorum poſseſſionem
Vnde vir, & vxor præterijſse videtur;
ac idcirco an communi, ſeu prætorio
Quiritum jure, ſupplendum; vel an ad
longobardas leges, quibus bonorum
illa poſſeſſio inhibetur, recurrendum
ſit, hucuſq; diſſertum eſt: Nunc verò,
ut omnis removeatur hæſitatio, etiàm
Conſtitutionum jure perpenſo, non
niſi aſcendentes, & deſcendentes, col-
lateraleſque lineas, cæteris alijs ſuc-
ceſſionibus excluſis, vocatas fuiſſe
nitemur comprobare; Idque non mo-
20 dò quia defunctorum hereditates cũ
legibus deferantur §. 1. *Inſtit. de ſuc-
ceſſ. quæ ab inteſt. defer.* ſi ex patrijs
noſtris legibus, viri, vxoriſq; ſucceſſio
delata clariſſimè non inveniatur, ad-
verſus fiſcum protrahi equidem non
debet, proùt rectè in ſpecie admonet
*Maximil. Fauſtus in conſil. pro Ærar.
21 claſſ. 9. conſil. 29. ordin. 747. verſic. tu
adverte*, hiſce verbis; *Et ideò extra
caſus à jure deciſos, auctoritatibus do-
ctorum contrà fiſcum non facile eſt ſub-
ſcribendum*, præſertim cum geminis id
ſanctionibus edictum fuerit, ut *in cit.
Conſtit. Dobana, & Cõſt. Siquando*, quæ
geminatio majorẽ ſanè deliberationẽ,
atque enixam, manifeſtamque legum-
22 conditoris oſtendit voluntatem *l. Ba-
liſta 32. D. ad Senat. conſult. Trebell.
Bart. in l. cumſcimus num. 7. C. de agri-
colis, & cenſitis lib. 11.* cæteros con-
gerunt *Ozaſc. deciſ. 38. num. 16. Marc.
Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 3. n.
7. & lib. 2. reſolut. 35. num. 9. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 558. num. 10. & 11.
621. nu. 29. & cap. 737. num. 4. Rota
Roman.* apud *Farinac. deciſ. recent. 626
num. 5. tom. 2. & 676. num. 2. eod. tom.
2. D. Larrea alleg. fiſc. 88. ſub n. 10. lib.
2. Ioſeph Seſe* de legislatore loquutus
deciſ. Aragon. 230. num. 14. tom. 2.

Sed, quoniam ex verbis præcipuè *Con-
ſtit. ſi quando*, ad præfatas tantummo-
dò lineas facta reperitur coarctatio;
ibi enim poſtquam Fridericus ad inte-
ſtati ſucceſſionem deſcendentes, aſcẽ-
dentes, & collaterales vocaſset, ſic
ſubdit. *Quod ſi de prædictis nullus om-
ninò ſuperſit in eo, quod de feudo tenet
ab eo, dominus feudi ſuccedat. In hære-
ditagijs autem defuncti, quolibet jure
quæſitis fiſcũ noſtrũ eſſe decernimus, ſi-
cut, & in omnibus alijs bonis vacanti-
bus, vltimum ſucceſſorem*, ac ſi expreſ-
sè deſignare voluiſſet; ut ultrà deſcen-
dentes, aſcendentes, collateraleſque,
ſucceſſio ad quempiam alium non ex-
tenderetur; ſed fiſci rationibus uti va-
cans vindicaretur; Quod, & efficax illa
23 dictio, *PRÆDICTIS*, demonſtrat, quę
& eorum deſuper, quæ dicta ſunt, re-
petitionem importat *Bart. in l. 1. D. ſi
famil. furt. feciſ. dicatur, & in l. 1. §.
hoc edicto D. de poſtulando, Surdus de-
ciſ. 210. nu. 17. & conſil. 455. num. 13.
Fuſarius conſil. 124. n. 22.* & ad proxi-
24 mè planè nominatos orationem re-
petit, reſtringitque, ut poſt *Cravett.*
tradiderunt *Cardinal. Tuſchus practic.
concluſ. lit. D. concluſ. 337. num. 2. &
Barboſ. de diction. & clauſ. diction.
276. num. 2.* Ideoque relationem ex
dictione *prædictis* ad eos fieri, quorũ
nomina, ſivè teſtamento, ſivè inſtru-
mento leguntur; atque ad eos non re-
25 ferri, quorum nomina in ijſdem non
recenſentur, licèt poſſint ratione com-
prehendi, poſt *Bart. & Barbat.* firmat
Surd. de alimen. tit. 9. quæſt. 13. n. 32. &
ſequitur *Epiſcop. Vgent. Barboſ. d. di-
ction. 276. num. 5.* & apertiùs, ut rela-
tio hęc, quę ex dictione *prædictis* ori-
tur, adeò compreſſionem operetur, ac
ad pręcedentes dumtaxàt nominatos
porrigatur; ut ergà alios facta reſtri-

ctio

26 ctio cenſeatur, poſt Cravettam conſil.
98.nu.6.& 8.lib.1. & Pariſ.conſil.49.
nu.22.lib.3.ſcripſere Cardinal.Tuſch.
d.concluſ.337.num.7.10.& 11. & D.
Epiſcop.Barboſ.cit. diction.276.n.6.

Nec ſupra firmatis tandem officiet, ali-
quando fortaſſis ex tali edicto D.&C.
vnde vir, & vxor fuiſſe per M.C.con-
27 juges ad bonorum poſſeſſionem ad-
miſſos; nam præterquam id inutiliter
fiſco inaudito decretum fuiſſet, ad tex.
in l.ſi fiſcus 7.D.de jure fiſci l.ſi adver-
ſus 2.C.ſi aduerſ.fiſc. l.ſi vacantia 5.C.
de bonis vacātibus lib.10. l.omnes 5.C.
de delatorib.eod lib.10. Alphar. de of-
fic.fiſc.gloſ.16.priuileg.65.nu.210. &
gloſ. 18.privileg.8. num. 15.& gloſs.
34.num.229.D.Larrea alleg.fiſc. 1.nu.
28.lib.1.& alleg. 107.nu.28. & 109.
eod.num.28.lib.2. Maximil.fauſt. in
conſil.pro arar.claſſ.9. ordin. 762.cir-
ca princip. vetus apud Pragmaticos
adagium eſt, judicatum dici non poſ-
ſe, quod neq; oppoſitum, nec diſcuſsū,
28 diſſertumvè fuerit, ex Baldi theorica
in l.receptitia C. de Conſtit.pecunia,
probarunt D. Præſes de Franch. deciſ.
278. num.6.& deciſ. 510. num. 8. D.
Præſes Merlin.contr.forenſ.cap.86.nu.
17.centur.1.& cap.72.num.20.centur.
2. D. Conſil. Marcian. conſil. 1. n.45.
lib.1.

Neq; tādem Iudices, (& ſi quæſtionis car-
dinem ſpeciatim ij deguſtaſſent,) con-
tra Sacras conſtitutiones, ipſarumque
29 formam jus dicere potuiſſent, ut Mar-
cellus reſpondit in l.1. §. item D. quæ
ſententia ſin.appell. reſcind. reſcripſit-
què Alexander in l. 2. C. quando pro-
vocar.non eſt neceſ. Quinimo, uti legi-
bus, ſtatutiſque a.ligati ſecundum ea
30 ſententiā ferre obſtringerentur Deu-
teron. cap. 17. verſic. juxta legem ejus,
Xenoph.lib.1. de Inſtit.Cyr.verſic. cum
vero iudicandum, l. ſeruos 8.C.ad l.Iul.
de vi public. Authent.Iubemus circ. fin.
C.de Iudic.§.1.Inſtit. de offic. Iudic. §.
oportet, & §.omnis Auth. de Iudicibus,
§.& propterea Auth.in med.lit.non.fier.
ſacr.form.et in nouella Conſtit.76.eiuſ-
dem Iuſtiniani de Iudicibus tit.298.de
diuerſ. reſcrip.§.omnes, cap. venientes
19.§.quia vero, de jur.jurand.cap. cum
veniſſent.3.§.verum, de eo, qui mitt. in
poſſeſs.& DD. inibi, Gaill.practic. ob-
ſerv.lib.1.obſeru.36. nu.12. Carpzov.
in prax.rer.crim.par.1.q.24.n.1. Iurga
Valentin. in parthen. litigioſ. lib. 2.
cap.10.nu.3. Philipp.Knipskild.de Iu-
ribus Civit.lib.2.cap.27. nu.35. Vnde
Plutarc. Neque magiſtratum probum
eſſe, ajebat, qui præter leges gratifice-
tur oper. tom. 2. tit. reip. gerend. præ-
cep.pag.nobis 807.lit.B.& Cicero 1.de
legibus, IVSTITIA eſt obtemperatio
SCRIPTIS LEGIBVS, inſtitutiſque po-
pulorū: Ac Horat.Epiſtol.lib.1.epiſ.16.

Qui conſulta patrum, qui LEGES,
IVRAQVE ſeruas.

Nec proprij capitis opinationem ſequi;
ſed legibus ſeſe vniformes reddere
31 oportet Cardinal.Mantic. de tacit. &
ambig.convent.lib.1.tit.17.n.10. cum
ſeq. Matthias Coler.de proceſs.exequu-
tiuo par.3.cap.6.num.7. Herincius de
fidejuſſoribus par.1.num.287. poſt Ne-
vizzan.Decian.Vivium, Menoch. Hor-
tent. Caualcan. Muſcatell. Thoming.
Giurb. alioſque Freundebergh. de re-
ſcript. morator.concluſ.55.n.40. & ſe-
quēt. Qua de re Diuus Ambroſ.in Can.
Iudicet.4. cauſ. 3.q.7. Bonus, inquie-
bat, Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit,
& domeſtica propoſito voluntatis: ſed
juxta LEGES, & IVRA pronunciat, ſta-
tutis Iuris obtemperat, non indulget
propria volūtati. Ac Diuus Auguſtin.
edocuerat in enarrat. pſ.57.oper.to.8.
in parvis pag. 190. IVDEX enim non
poſſe niſi LEGIBVS SVIS judicare, &
apertiùs in lib. vnic. de ver. religion.
ſub cap.31.oper.to.1.ſicut in iſtis tēpo-
ralibus legibus, quāquā de his homines
judicent, cum eas iſtituunt; tamen
cum fuerint inſtitutæ, atque firmatæ,
non licebit Iudici de ipſis judicare, ſed
SECVNDVM IPSAS; & ſequitur San-
ctus Thom.2.2.quæſt.60.artic.5. n. 3.
verſic. ſed contra, & ex Bald.elicitur in
l.fin.C.de pæn.judic.qui mal.judic.non

debere, ſcilicet Iudicem ſuam ſequu-
32 tus conſcientiam contra ſcriptam Iu-
ſtitiam judicare; & poſt eundem Bald.
Philipp. Franc. Imol. Geminian. Specul.
Io: Andr. & Parid. de Put. Borrell. in
ſumm. dec. tom. 2. tit. 33. de appell. num.
530. Nequè eiuſdem legis duritiei præ-
33 textu vulgata l. proſpexit 12. D. qui,
& à quib. ubi ſic Vlpian. inquit Quod-
quidem per quam durum eſt; ſed ita
34 LEX SCRIPTA EST, quam in ſtatu-
tarijs vigere Iuribus, ac juſtiſſimè non
35 ambigere Franciſc. Marc. decis. 21. n.
12. par. 2. Borgnin. Canale. deciſ. 37.
num. 6. par. 1. Borell. in ſumm deciſ. tit.
13. de legibus num. 63. tom. 1. D. Praſes
de Philipp. reſp. 9. numer. 7. in fin. ut
Baldus metipſe per eumdem text. hęc
verba fecerit in l. non omnium D. de
legibus num. 1. NEC poteſt lex infrin-
gi per ſubditos, licet non habeat in ſe
rationem; Quapropter poſt Gaill. ob-
ſervat. 23. nu. 26. lib. 2. Merend. contr.
tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 10. Rotam Ro-
man. ac præſertim Gratian diſcept. fo-
renſ. cap. 639. num. 25. tom. 4. hiſce id
36 verbis expreſſit noviſſimè Carol. Ema-
nuel Vizzan. ubi adeſt LEX SCRIP-
TA, qualibet æquitatis imago excludi-
tur; & vel juris ſcripti acerrimus ri-
gor præfertur, nè alias ad imaginariā,
& abuſivam æquitatem, pro ut Iudicum
affectus appeteret, Iuſtitia declinet, de
mandat. Princip. cap. 2. nu. 25. quodq;
& auctoriraribus circumpoſitum, nil-
que gratiæ tribuens, ſed liberiùs de-
ſcripſerat Iurga Valentin. in parthen.
litigioſ. lib. 1. cap. 14. nu. 17. IMÒ Cle-
mentiores ſunt ipſa lege, & neſcio quā
æquitatem CEREBRINAM ſibi fingunt,
exclamāt, æquitatem juris rigori in fo-
ro poli præferendam, & quid ſit æquitas
neſciunt. Æquitas LEGIS, non CAPI-
TIS ſequenda eſt, aliàs captioſa, & ſine
jure temeraria dicitur. Iudex ergo pro-
cedere debet ſecūdum æquitatem à LE-
GE, vel IVRE informatam; & quantum
à jure ſcripto recedimus, tantum ab
æquitate diſcedimus Cuiacius aiebat
conſultat. 38. in fin. ut exinde ſubdat
idem Valentin. ibidem, Et niſi hoc ita
eſſet, nihil certum, & perpetuum in IV-
RE eſſet, quibuslibet cauſarum ſtatū ad
quālibet IMAGINARIAM AEQVITA-
TEM detorquētibus. Vt Charondas id-
circo vetuerit, à LEGIS ſcripto, nè ullo
pacto diſcederetur, licet omninò male
ſcripta foret, penès Diodor. ſicul. hy-
ſtor. lib. 12. in cap. de legibus Charonda.
37 Atque eo fortiùs, quia, cum veteres
arctiſſimum nexum jus jurandum ad
fidem ſeruandam exiſtimarint, teſte
Tullio 3. officior. Nullum enim vinculū
ad aſtringendam fidem jure jurādo ma-
jores arctius eſse voluerunt; ſecundum
38 leges idcirco Ius dicere Magiſtratus
juris jurandi religione conſtrinxere,
reſcribente Iuſtiniano in l. rem non
nouam 12. C. de judicijs, CVI enim non
eſt cognitum, antiquos judices, nō aliter
judicialem calculum accepiſse, niſi prius
ſacramentū præſtitiſſent, omnimoda ſeſe
cum veritate, & LEGVM obſervatio-
ne judicium eſſe diſpoſituros, Authent.
Ius Iurand. quod præſtat. ab ijs §. juro,
verſic. ſecundum LEGEM, ut ex Mon-
tan. Surd. Auiles, Simanc. Burſat. Can-
cer. Fontanell. alijſq; probat Barboſ. in
Collectan. ad eandem l. rem non nouam
num. 1. & 2. Vnde ex Aſconio de Ro-
manis Iudicibus hæc refert Io: Roſinus
Roman. antiq. lib. 9. cap. 20. lit. A. ſub-
ſcriptione perfecta IVRABANT in LE-
GES IVDICES, ut obſtricti Religione
judicarent. Ac Dhemoſtenes contr. Mi-
trid. ſic ſuos Iudices admonet, cogi-
tent, qui juraverint, iurant enim ſe
ſecundum LEGES iudicaturos. Quò ju-
ramēti genere ſingulis menſibus Lace-
dęmoniorum Ephoros ſe aſtrinxiſſe,
tradit Xenophon. de Lacedæmon. Repu-
blic. circ. fin. Sicuti apud Athenienſes
novem viris à Senatu, itemq; à Iudici-
bus approbatis, ſimilem juris jurandi
legēSalonem fertur ſcripſiſſe, LEGES
obſervabo, ſi ſecus fecero, auream ſta-
tuam meam æqui ponderis pendam, ut
notat Samuel Petitus ad leges atticas
lib. 3. tit. 2. de magiſtr. verſic. jus iuran-
dum novem virorum pag. 240. licet ex
ſeſe

ſeſe contra leges dicere, ſivè incorruptè eas non cuſtodire, deteſtabile puteretur, queádmodũ *Caſſiod.* expreſſit *variar. lib. 4. epiſt. 27. Et quicquid contra LEGES admittitur, juſta EXECRATIONE damnatur.*

Atque ideo leges in ære conſcribendas ſtatuit vetuſtas, ut INVIOLATAS, ac
39 perpetuò duraturas ſignificaret; unde *Venuleius Saturnin.* lege Iulia peculatus teneri reſpondit, *Qui tabulam Æneam leges continentem refixerit* in *l. qui tabulã* 8. *D. ad l. Iuliã peculat.* ac *Plin. jun. lib. 34. cap. 9. uſus æris*, inquit *ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus eſt, tabulis Æreis, in quibus publicæ CONSTITVTIONES incidantur*; Quamobrem nè temporis injurijs ſubiceretur, non Carthæ, aut tenui mẽbranæ, ſed duriſſimo inſculptam lapide Moyſi Dominum dediſſe legem, in ſpecie obſeruat *R. P. Io: Ant. Velaſquez in pſalm.* 100. ſivè *de optim. princip. lib. 4 admon. 2. nu. 2.* ex verbis ijs *exod. 31. verſic.* 18. *Deditq; Dominus Moyſi duas tabulas teſtimonij lapideas ſcriptas digito Dei*; iſthæc quoque, ex *hyppom. cit. exodi loc.* ſatis ad rem verba
40 ſubnectens, *Quid eſt, quod Deus ſcripſit decalogum potius in lapideas, quam in papyraceas tabulas? cui reſpondebimus, voluiſse Deum his ſaxeis tabulis ſignificare ſtabilitatem, & firmitudinem legis ſuæ, ut enim Gentes incidebãt leges ſuas in ÆS, quò ſignificarent eas debere eſſe INVIOLATAS, ita Deus ſculpſit decalogum ſuum in lapides, ut declaret ſe potius Cælum, & Terram aboliturum, quam legem ſuam.*

41 Vt meritò ſat penſum id fuerit, quod apud *Plutarc. in apophthegmatibus laconicis oper. tom. 2. cuidam interroganti, cur de antiquo jure nihil lacedemone liceret convellere*, Pauſaniam phiſtonactis filium fertur reſpõdiſſe, *quia LEGVM in viros, non virorum in LEGES debet eſſe auctoritas*, quod ſuavius explicuit *Marcus Antonius Muretus orat. 11. verſicul. magna igitur*, pauciſſimis inquiens verbis, Iudicis officium veteres cõcluſiſse; Cũ dicerent, legem eſse mutum magiſtratum, magiſtratũ verò legẽ loquentẽ; *A bono*, enim ſubdens *judice, ita prorſus omnia judicari oportet, ut lex ipſa, ſi loqui poſſet, judicaret, Atque ita legem, & judicem inter ſe cõſpirare, ut ſit LEX, quaſi*
42 *anima judicis; judex quaſi VOX LEGIS.*

Et revera, ſi legibus, Conſtitutionibuſq; conſiſtentibus, ſivè præter eas, ſivè in eas judicium ferre valerent, non amplius Iudices; Sed Principum inſtar, legum eſsent conditores, quod egre-
43 giè reſpuit *D. Creſpi de Valdaur. illuſtr. reſolut. lib. 2 reſolut. 63. num. 10.* ijs verbis, *eſset poteſtatẽ legis condendæ, ſibi aſſumere, potius quam IVDICARE.*

XVI. Kalendas Septemb. M.DC.LXI.

Hujuſce Controverſiæ diffinitionem, novis inductis principijs, ſequens fert diſſertatio.

SVMMÆ.

1 *Nota ſeparari convenit ab ignotis.*
2 *Iudices id diffinire ſapiſſimè cupiunt; quod ambiguitate caret.*
3 *Ab inteſtato decedens, legitimos ſucceſſores, ſecundum ſubiectam materiam ſibi nominaſſe præſumitur.*
4 *Officia, potius commendata, quam conceſſa dicuntur.*
5 *Conſtitutio ſcire volumus, etiam de feudis cenſetur diſpoſuiſſe.*
6 *Ad leges viciniores in dubio eſt recurrendum.*
7 *Officia, & feuda magnum inter ſe ſymbolum habent.*
8 *Feuda è publico, militia cauſa, exierunt.*

9 *Officia militia nuncupantur, militibus ob labores ſolita concedi.*

10 . . . *Illorum, ſine Principis aſſenſu, vetita eſt alienatio.*

11 . . . *ſunt perſonalia.*

12 . . . *conceſſionarij morte extinguntur.*

13 *Feuda à principio, non modò ad vitã, ſed annalia quoque fuere.*

14 . . *& officia maximopere inter ſe ſunt ſimilia.*

15 *Argumentum è feudis ad officia, valet regulariter.*

16 . . . *recipitur de vſufructu ad officium.*

17 *Officiorum dominium, penes Regem exiſtens, inutile eſſe non debet.*

18 *Hæres verbum, pro extraneis, ac etiã in infinitum generaliter concipi poteſt.*

19 . . *ſecundum ſubiectam materiam, quamplures recipit interpetrationes.*

20 . . *in officijs deſcendentes tatum complectitur, vel eos, qui ad feudorum ſucceſſionem vocantur.*

21 . . *idq; auctoritatibus comprobatur.*

22 *Fæmina ad officij ſucceſſionem nullatenus admittebatur.*

23 . . . *ex feudorum vſibus à ſucceſſione excluditur.*

24 . . . *ex conſuetudine, hodie ad officiorum ſucceſſionem, dicitur admitti.*

25 *Primogenitus in officijs, prout in feudis, cæteris præfertur.*

26 *Hæredes in feudis ſui tantummodo, ſivè ex ſanguine hæredes intelliguntur.*

27 . . . *ſui in aſcendentium ſacris retenti dicuntur.*

28 . . . *extranei etiam primi gradus, tranſuerſales reputantur.*

29 *Nominandi facultatem habens, quemlibet in officijs, ex teſtamento, ſivè alia ſcriptura, ſibi ſucceſſorem conſtituere poteſt.*

30 . . . *ſi verò non elegerit, ab inteſtato hæres dicitur nominatus.*

31 . . . *dummodò inter feudalis ſucceſſionis gradus conſtitutus, reperiatur.*

32 *Officia ſtrictiùs judicantur, quam feuda.*

33 *Illuſtr. Dux Diani Dom. Præſidens D. Carolus Calà commendatur.*

ARGVMENTVM.

Officia, adeo in cunctis ferè omnibus feudis aſſimilantur, ut ortum, vitam, exceſſumq; ſibi parem habere videantur; Idcircoq; licet ſtrictiori ſenſu, validum ſibi invicem conſtituunt argumentum: ijſdem potiſſimum Iuribus, noſtris preſertim patrijs regũtur, dijudicanturque, Vt verbum inde hæres, quod ex regula latam ſibi obtinet intelligentiam, ad eos tantummodo ab inteſtato in officijs porrigatur, qui ad feudorum pariter ſucceſſionẽ noſtris conſtitutionibus, pragmaticiſq; ſanctionibus euocarentur.

PRO REGIO FISCO

In eadem Cauſa.

Diſſertatio XXIII.

1 CVM vetus Rhetorũ præceptum ſit NOTA ab IGNOTIS, ſi quæ fortè ſunt ſeparare; nè cauſa difficilioribus ad cognoſcẽdum negotijs, aut implicata, aut obſcura cenſeatur, ut

Caſ-

Digitized by Google

Caſſiodorus obſeruat *lib. Resbor. tit. de gener. cauſ.* cumq; Iudices illud potiſ-
2 ſimum reputent deliberandum,(ut idẽ *Caſſiodor.* monuit *lib.9.ep.23.circ.princip.*) *Vbi nihil* nẽpè *reputatur AMBIGVVM* ; ea propter, quod in ſuperiori reſponſo diſserta, ob contrariam rerũ Iudicatarum, magnique pendendam conſuetudinem, (quamvis quæſtione ſingillatim nõ diſcuſſa;) dubietate tamen carere non videbãtur;receptiora proinde dignum duximus examinanda, quibus non anceps; ſed animi ſenatus compos,certiſſimam fiſco valeat recitare ſententiam; in Conſenatorum memoriam redigentes,de officijs ſcilicet in hac cauſa tractationem eſſe inter digniſſima recenſitis regalia , & in quibus iſthanc, viri, vxoris q; prætoriam ſucceſſionẽ, nullatenus amplecti poſse,citra omnem diſceptationem contendimus eſſe:Licet etenim, obtentæ ampliationis vigore , poſſit quis , tàm inter vivos, quàm in ultimis tabulis, etiàm penitus extraneum,(ut inferiùs) ſibi ſucceſsorem in officio deligere ; ſi tamen id , neque dum vitam agit , neque morti proximus, proprio explcuerit ore ; ſed ab inteſtato dece-
3 dens , legitimos ſucceſsores elegiſse ſibi præſumi velit, *argumento l.conficiuntur* 8.*D.de Iure Codicill.* cum ibidem notatis , & in ſpecie tradiderunt *Io: Vincentins de Anna ſingul.* 391. *in princ.& in repet.rubric.de vaſs.decrep. atat.n.*320. *Maur.alleg.*43.*num.*4. & *alleg.*75. ante *num.*1. *Maſtrill.de magiſt.lib.*1.*cap.*28.*num.*53. *D.R. Rovit. conſil.* 106.*n.*11. *lib.*2.*D.Conſil.Staib. reſol.forenſ.* 68.*num.*1.*cent.*1.*D.R.de Marin.in obſerv. ad D.R.Rever. deciſ.* 411.*num.*2.*lib.*2.

Legitimus hic ſucceſsor, nequaquã quilibet extraneus , ſed qui jure ad regalium ſucceſſionem,(quorum arctiſſima e ſt ratio) admitti poteſt, vocatus ſanè exiſtimatur;quidquid aut pro cliente, aut parum fiſco fauens , ſcripſiſse viſus fuerit *Montanus de regalibus officijs num.*9.*cum ſeq.*& propriè *n.*19.

Quod, primò ex officiorũ metipſa natura probatur . Nàm , cum ea omnia ,
4 etiam nudi miniſterij,(ut aliàs dicebamus,)ex regalibus ſint: Ideoque commendata potiùs , quam conceſsa dicuntur,ſola penès conceſſionarios adminiſtratione manente *Andra. in cap. qua ſint regalia num.*68. *Afflict. in conſtit.cum ſatis in* 5.*notabili,Capyc.deciſ.* 121.*n.*5. *Franc.de Amic.in repetit.tit. de his,qui feud.dare poſſunt cap.natura etiã in princ.pag.*62.*D.R.de Ponte dec.* 28.*num.*7.& *num.*43. *verſic.ſecundo, D.Conſil.de Giorg. in repetit. feud.cap.* 54.*num.*38.*D.Conſil.Theodor.allegat.* 41.*num.*3. Non ſecundum Romana , ſed iuxtà magis finitima , ſecundum nempe feudalia jura,ſunt dijudicanda. Quà propter Regni Conſtitutionem , *Scire volumus*, quæ de regalibus verba fecit, etiàm de feudis diſpoſuiſse ,
5 ratiocinatur *ibidem gloſſ.verſic. verum etiam*, & comprobat *Afflict. in ead. Conſtit.num.*4.& 7. Idque ſumma ratione ; nam cum officia proxima , ſeu viciniora ſint feudis;ad feudales idcircò conſuetudines , ſanctioneſque in
6 dubijs planè quæſtionibus , dicimus recurrẽdũ *ad tex.in cap.ſuper eo* 22.*de Cenſibus* , ubi *Abbas antiq. Innocent. Zabarell.Io:Andr.Hoſtienſ. Anchar.* cęterique penès *Anton.de Auguſtin.collectan.*3.*decretalium lib.*3.*tit.*37.*cap.* 7.*Barboſ.in collect.ad cap.prædictum ſuper eo num.* 1. ante eum *Rebuff. in commentar. ad l.*114.*in fin. de verbor. ſignificat.Guttierez practic. quæſt. lib.* 3.*quæſt.*17.*nu.*215.*Boerius deciſ.*263. *num.*9.*Cavaler.deciſ.*107. *nu.*1. & 2. *Gabed. deciſ. luſitan.*211. *in fin.par.*1.
7 Magna etenìm inter feuda , & officia , affinitas obſeruatur ; origine namque
8 conveniunt , dum è publico feuda , militiæ cauſa exiere *Andra. in cap.* 1. *de his, qui feud. dare poſsunt num.* 10. *in fin.* ibique *Liparul. Camerar. in repet.l Imperialem in princip.lit.D.& E.*
9 ſicuti officia , militiæ pariter nuncupantur , militibus ad laborum ſtipendia dari conſueta §. *optimum, auth.de*

exhib. rels, Bald. in l. omnimodo 30. §.
impatarè ibique Iaſon, & alij C. de
inofficioſo teſtament. progreſsu quoq;
10 ſunt ſimillima; nam in utriſque, ſinè
expreſsa Principis licentia, prohibita
eſt alienatio d. Conſtit. ſcire volumus,
& Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memo-
riæ. & cap. Imperialis de prohibit. feud.
alienat. per Lothar. & cap. Imperialẽ de
prohibit. feud. alienat. per Fridericum,
Franc. de Amic. in cit. cap. natura etiam
in princip. verſic. & ideo pag. 62. Vitæ
pariter conformantur; ut etenim offi-
11 cia, quoniam perſonalia D. Reg. Con-
ſil. Theod. cit. alleg. 41. num. 14. D. Con-
ſil. Staiban. reſol. forenſ. reſol. 59. n. 16.
centur. 1. conceſſionarij morte extin-
12 guntur l. Curatoris 17. Cod. de negotijs
geſtis, Montan. loc. citat. de regalibus
officijs ſub num. 2. ante eum D. Reg. Re-
uert. in deciſ. recollectis per D. Reg. de
Marinis 381. n. 2. to. 2. & nos fuſiùs ſu-
pra cit. diſſert. 1. nu. 14. Ita feuda ſimi-
13 liter à principio, ne dum ad vitam, ſed
annalia fuiſse edocemur ex cap. 1. §. &
quia videmus, de his, qui feudum dare
poſſunt, cap. 1. de ſucceſſ. fratrum, vel
grad. ſucced. in feud. D. Præſ. de Curte in
diverſ. feud. pag. 45. nu. 13. ut propte-
rea maximoperè, hanc inter feuda,
atq; officia, (quampluribus alijs conſi-
14 milibus adductis) celebrent ęqualitatẽ
Franciſcus de Amic. in repetit. cit. tit.
de his, qui feud. dar. poſſ. cap. dicebam
pag. 63. præſtantiſſimus ille cauſarum
patronus Camillus de Medic. in conſil.
penultim. 169. nu. 13. cum pluribus ſeq.
Amicangel. de Regal. offic. q. 11. nu. 8. in
fin. & num. 9. & D. Conſil. Staiban. re-
ſolut. 59. num. 15. cum ſeq. lib. 1. Ideoq;
15 de feudis ad officia argumentum re-
gulariter vigere, firmarunt Andreas
in cit. cap. 1. n. 10. in fin. de his, qui feud.
dar. poſſ. Ibique addentes in verb. à pu-
blico, & in cap. 1. nu. 14. de cap. Corrad.
Camer. in cap. Imperialẽ pag. 27. lit. P.
D. R. de Ponte deciſ. 28. num. 5. Io: Vin-
centius de Anna allegat. 103. num. 3.
Franciſcus de Amicis, & alij, quos ſe-
quuntur noviſſimè Amicangel. loc. cit.
& D. R. Capyc. Galeot. reſponſ. fiſcal. 12.
num. 87. 97. & 142.

Secundò, rationibus comprobatur; Nàm,
cũ de vſufructu ad officiũ validũ iti-
16 dem ſit argumentũ ad text. in l. ſi vſus
fructus mihi in biennium 6. D. de vſu
fructu legato, Maſtrill. de magiſtrat. lib.
1. cap. 28. num. 21. & ſeq. cum alijs ad-
ductis ab Amicangel. loc. cit. n. 14. ante
eum D. R. Revertera deciſ. 382. num. 2.
par. 2. ſicuti in uſufructu, hæres non
poteſt intelligi de omni hærede, & in
infinitum; nè alioquin proprietas eſ-
17 ſet inutilis; in officijs pariter, nè do-
minium penes Regem exiſtens, ut poſt
Andream, D. R. de Ponte, & Franciſcum
de Amicis tradidit idem Montanus de
regalibus officijs in princip. ex hac vi-
ri, vxoriſque ſucceſſione futile redda-
tur; ad determinatos hæredes, ſan-
guinis ſcilicet, prout in feudis, eſt ſal-
tìm ſucceſſio comprimenda; prout va-
rijs argumentorum generibus firmat
Amicangel. in ſpecie cit. q. 11. per tot.

Inſupèr, licet verbum hæres pro extra-
neis hæredibus, & etiam in infinitum,
18 ex regula intelligi queat, ad text. in
l. hæredis appellatio 65. & l. ſciendum
70. D. de verbor. ſignificat. l. in annali-
bus 22. C. de legatis; attamen varias,
19 ſecundum ſubiectam materiam reci-
pit interpretationes, ad Bart. doctri-
nam in l. Gallus §. etiam num. 4. D. de
liber. & poſth. poſt Pern. conſil. 6. n. 26.
& conſil. 14. num. 12. Amicang. cit. qu.
11. num. 16. cum ſeq. Et proindè in of-
ficijs, verbum hæredes, deſcendentes
20 propriè complecti, vel ſaltìm hære-
des, ad feudorum ſucceſſionem evo-
catos, latiùs firmare deſudavimus in
diſsertatione pro Regio fiſco cum
Rev. D. Didaco de Bernaudo, aliiſque
litis conſortibus. Quo feudali iure
inſpecto, ſivè patria Iura, ſivè com-
munes feudorum pendantur vſus, (à
quibus tamèn, in officiorum ſucceſſio-
ne, quod ad gradus præſertìm com-
putationem, abhorrendum ibidem
diximus;) conjugum altrinſecùs ſuc-
ceſſionem, prorsùs incognitam fuiſſe,
cun-

Digitized by Google

cunctis innoteſcit evidenter.
Tertiò hæc noſtra ſententia, ut in Rega-
libus nempè officiis non omnes hæ-
redes; ſed vel ſanguinis tantummo-
dò, vel à feudiſticis noſtris Iuribus vo-
21 cati ſucceſſores admittantur, auctori-
tate quoq; confirmatur; eam namque
probarunt.

Freccia de ſubfeudis lib.3.formul.2.num.25.vſq.ad nu.30.

Peregrin. ex pluribus *de Iure fiſci lib.1. tit.2.num.102.*

Paulus Staiban.Senior. conſil.19. nu. 12.

Poſt *Bart. Bald.& Angel. Alexand. Imol. Felin.Dec. Rip. Marin. de Caramanic.* alioſque.

D. Conſil.Theodor.cit.allgat.41. nu.12.

Dom. Regens Rovit. ſi rectè perpendatur *decif. 72. à ſexta concluſ. in antea nu. 44.vſq.ad num.63.*

Ioſue Amicangel. qui exactè eandem tuetur opinionem, ac validiſſimis firmat argumentis, etiàm contrarijs pleniſſimè ſatisfaciens *de Regalibus officijs cit.quaſt.11.ferè per tot.*

D.Reg.Capyc.Galeot.reſponſ.fiſcal.12.nu.98.& 101.cum ſeq.

Quarto; & denique rerum Iudicatarum exēplis, quibus cuncta iſti hæc indubia exoriuntur, refulgentq; ipſammet ſententiam facimus firmiorem.

Apud etenim *D. Reg. Revert*, in cauſa
Iacobi Cicala cum Regio fiſco, ſuper
officio vice Secreti Ciuitatis Hieracis,
cujus primæ inveſtituræ tenor con-
ceptus fuerat, *pro ſe, & haredibus*
ſuis in perpetuum ex ſuo corpore legiti-
me deſcendentibus, filiam, quippe fęmi-
22 nam ad id officium admiſsam nequa-
quā fuiſse, judicatū invenimus; nō alia
quidē ratione, niſi quoniā ex feudorū
uſibus, quorum auctoritate, cauſa
metipſa comperitur diffinita, fœmina
23 à feudorum ſucceſſione excludebatur
cap.1.§ filia, de ſucceſſ.feud.cap.1. de
feud.famin. Aroſenth. de feudis cap.7.
concluſ.31 num.1.& in addit.lit.A.D.
R.Rovit.conſil.1.num.12.lib.1.D.Pra-
ſes Vrſin.de ſucceſſ.feud.par.1.quaſt.5.
artic.6.num.14. ut in *decif.381.*ipſius
Dom.Reg.Revert. juxta ordinem *Dom.*
Reg.de Marinis, Qui licet *in obſervat.*
n.2. mulieres in præſentiarū tradat, ex
24 cōſuetudine officiorū quoq; ſucceſſio-
nis capaces effectas fuiſse; id pro certò
nos ex patrijs itidem conſtitutionibus,
in maſculorum defectum id ſancienti-
bus, dicimus excerptum, ut *in conſt. in*
aliquibus, de ſucceſſ.filior.Comit.& Ba-
ron. in Conſtit. ut de ſucceſſionibus eod.
tit. & dilucidiùs profectò ſtuduimus
inferiùs enucleare.

Proùt in cauſa inter Regium fiſcum, cum
Adriana Muſcettula terminatum ob-
25 ſeruamus; in officijs pariter ad feudorū
exēplar, primigenium attendi: Nàm,
ſicuti feuda francorum jure, quia in-
dividua ad primogenitum pertinent;
ità ſimiliter, & officia; adeo ut Adriana
inibi (quāvis pro ea ſtrenuè allegaſsēt
D.R.Lanar.conſil.59.& Anna pater al-
leg.139.) Ab munere ſecreti Reg. Au-
dientiæ Hydruntinæ, tamquam ſecun-
dogenita, & à Beatrice primogenita
præventa, fuierit excluſa; officiumq; ex
Beatricis obitu in regij Ærarij bene-
ficium vacaſse, adhuc in reclamatio-
nis gradu diffinitum, uti refert idē *D.*
R.Rever.dec.551. quo loci *D.R.de Ma-*
rin. id ex parilitate, quæ inter feuda,
& officia conſideratur, eveniſſe con-
firmat *num.1. & ſeq.* & nos non inju-
cundè in ſequenti *diſſert.23.* accura-
tiùs comprobare niſi ſumus, fuitque
recenti quoque Iudicatæ rei auctori-
ritate illuſtratum *cit.diſſert. 23. in fin.*

Sicutì, ex determinatione, relata ab eo-
dem *D. R. Revert.* in cauſa officij cu-
ſtodis majoris fūdaci hujus fideliſſimę
Civitatis, *dec.382.* quę prima fronte, fi-
ſco videbatur negotiū faceſsere, noſtra
etiam ſententia confirmatur: Ibi enim,
Dominus fiſci patronus, nepotem ex
fratre, uti extraneum hæredem exclu-
dere defatigabatur, argumento eorū,
quæ in feudis diſponuntur, ut hære-
26 dū ſcilicet appellatione, SVI dūtaxat,
ſivè ex ſāguine ſucceſſores intelligā-
tur *cap.1.§.& quia vidimus, de his, qui*
feud.dar.poſſ.& c.1.§.& ſi Clientul.de
alienat.

Digitized by Google

alienat. feud. & poſt *Iacob. Anton. de Maur. D.R. de Marin. in obſerv. ad deciſ. D.R. Revert. deciſ.* 510. *num.* 1. ante eum *D.R. Marcian. d. diſput.* 89. *num.* 3. *tom.* 2. Quiq; nõ niſi filij, deſcendenteſ-
27 què, in patris, aviquè ſacris retenti putantur; cum cæteri, & ſi primi gradus tranſverſales, extranei hæredes nuncupentur, vt in §. *ſui*, & §. *cateri Inſtit. de hared. qualitat. & different.* ibiq; *gl. Angel. Aretin. Chriſtoph. Port. Io: Fab. Herman. Vultei. Io: Harprecht. Ioachin. Mynſing. Broe. Baſſet. Mar. Vivian. Gerard. Tuning. Anton. Pichard.* alijquè, præſertim in *d. §. cateri circa princip.* Et quamquam *D.R. Rever. cit. deciſ. num.* 2. *circa fin.* de hæredibus etiam non SVIS verba feciſset, ibi *quod haredis appellatione veniat hares tam ſuus, quam extraneus*; attamen controverſiæ ſpecies, exituſque egregiè noſtrã roborãt intelligentiã; dum ibidẽ ad officiũ non ignotus hæres, ſed ex fratre ſcilicet nepos, ſicq; juxta ſucceſſionis gradus, tam communi, quam patrio noſtro feudorum Iure vocatus, admiſſus fuit, ut in laudata *dec.* 382. *D. Reg. Revert. par.* 2. *in fin.*

28 Nec, minimi tandèm momenti eſt, quod in cauſa nepotum, hæredumq; Vincentij Salerni aui Senatus cenſuit: Dũ enìm in ea neptes natu majores, inſimùl cùm cõſobrino fratre ætate minori, ad officij Magiſtri actorum Magnæ Curiæ Vicariæ ſucceſſionẽ, vti in pari exiſtẽtes gradu, aſpirare queiſsẽt; fratri vtpote maſculo, ætate licet inferiori, ob ſexus prærogativã manus dedere; illiquè proindè officium fore deſcribendum, ſub noſtro patrocinio decretum fuit XII. Kalendas Iulij M. DC. LVII. penès *Actuarium* Pepe; feudalis ſucceſſionis inſtar, ad quam licet apud nos fẹmina euocetur; (communibus alioquin vſibus excluſa) maſculo tamen, ætate quamvis minori cedere, ex eorundem noſtrorũ Iuriũ vi obſtringitur indubitanter, ut in *cit. Conſt. in aliquib. & Cõſt. Vt de ſucceſſionib.* probarũtq; *Alex.* noſtris Conſtitutionibus quoq; expẽſis *cõſ.* 29. incipiẽte *quoniam abunde* præſertim *num.* 1. & 5. *lib.* 1. *Andraas in d. conſtit. Vt de ſucceſſionibus tertia colum. verb. fratres, verſic. quod patet melius*, & ibidem *Afflict. num.* 44. *Petrus de Gregor. de conceſs. feud. par.* 4. *quaſt.* 7. vbi ex alijs *Garſias Maſtrill. in addit. lit. A.* ſequitur, perbellè id paritèr comprobans *Dom. S.C. Praſidens Vrſin. de ſucceſs feud. par.* 1. *quaſt.* 5. *artic.* 5. *nu.* 1. *& ſeq.*

Ex ſuperius igitùr diſſertis, (ni fallimur)
29 palã fit, in teſtamento, ſivè quavis alia ſcriptura, nominandi facultatem in officijs habentem, ex clauſulis præcipuè in cõceſſionibus appoſitis, quemlibet hodie ſibi nominare poſse ſucceſsorem, ut præ alijs tradit *D. R. Revert. in deciſ.* noviſſimè recollectis *deciſ.* 390. *tom.* 2. *D.R. Rovit. conſil.* 102. *n.* 4. *lib.* 2. ex cẹteris *D.R. de Marin. in obſervat. ad D. Reg. Revert. deciſ.* 382.
30 *num.* 1. *volum.* 2. Ab inteſtato verò, & abſquè nominatione ipſi decedẽti, eodẽ inteſtati jure veniẽtes ſuccedere, etiam extraneos, ſivè non ſuos, (prout interpretandos contendimus *Annam cit. ſingul.* 391 & *Marcell. de Maur. allegat.* 43. vbi pro ſorore, ſicq; pro finitimo gradu allegavit;) *D. Reg. Rovit. conſil.* 106. *num.* 4. & 11. *tom.* 2. *Montanus de regalibus officijs cit. n.* 19. *pag.* 187. dummodo tamèn, hæredes ij eo in gradu exiſtãt, quo è noſtri Regni sãctionibus ad feudorũ ſucceſsionẽ euocantur, ut deſuper firmatum eſt, expreſsè q; confirmaſse videtur *D. R. de Marin. in obſervat. ad cit. dec.* 382. *n.* 1. dum ex teſtamento vnumquemq; inſtitui in officijs poſse; ab inteſtato vero non niſi hæredem, à lege vocatum ſuccedere, fateatur.

Quemadmodum, (ut hucuſque compoſitam inter feuda, atque officia parilitatem excolamus,) diſſinitum fuit, ut aliàs dicebamus in cauſa Magnificæ Lucretiæ Caracciola cũ Regio fiſco, in qua à feudi Lauriani ſucceſsione expulſa illa fuit, quamuis à Cornelio fra-

fratre nominandi ſibi ſucceſſorem facultatem habente, ſe tacitè ab inteſtato nominatam proponeret. Quum licet ſoror, ex inveſtituræ tamen tenore,
31 (quæ prima feudalis ſucceſſionis lex exiſtimatur) apertiſſimè excludebatur, ut penès *D.R.Revert.deciſ.*411.*lib.*2. & nos latiùs *diſſert.*7.*num.*24.*per tot.* Cuiq; non abſre adjungendum nunc ducimus juris reſponſum, fiſco in eadem cauſa tunc editum, ut inter *allegationes præſtantiſs. Iuris Conſultor. a Thoro* collectas poſt *deciſ. D.Reg.Salernit.alleg.*34.*per tot.* Vt propterea, quam abſona ſit Victoriæ lingua petitio, quæ poſt decimum gradum, ex edicto *unde vir, & uxor*, extra omne exemplum, et in apertiſſimam fiſci per-
32 niciem, ad officij ſucceſſionem, in qua (ut cuncti docent noſtrates) ſtrictiùs, quam in feudis judicium ſumitur, autumat admitti, manifeſtum factum eſſe ſperemus. XVI. Kalendas Septembris M. DC. LXI.

Senatus, priori quæſtione, an ſcilicèt bonorum poſſeſſio *unde vir, & uxor*, apud nos, ſibi locum vindicet non delibata; tum ob ſui cognitam difficultatem, receptamque, licet fiſco non audito, ad-
33 verſam judicandi conſuetudinem: Cum ex clariori Minerva, quę pro poſteriori inſurgebat; ut nempè in officijs extra legitimos feudorum gradus ſucceſſio non porrigatur, ad relationem eximij Iure Conſulti, Acerrimi olim fiſci Patroni, nunc autē digniſſimi Præſidentis Decani Illuſtr. Ducis Diani, ac Ramontis Marchionis D.Caroli Calà, juxtà deſuper in hac met ſecūda diſceptatione laudata, protulit ſententiam.

Die 7. Iunij 1663. Neapoli.

Super devolutione ad beneficium Regiæ Curiæ officij Cuſtodis Regiæ Dohanæ Neapolis, vacati ob mortem Antonij Borti, ut in Actis. Viſis actis per Illuſtr. Ducem Diani *Dom.* D.*Carolum Calà Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, & Comiſſarium, factaq; per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram ſpectabile Regente D. Antonio Ioanne de Centelles Locumtenente, alijſque Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Regij fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam Conſ: proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, Non eſſe locum ſucceſſioni petitæ in officio prædicto per Victoriam Lengua vigore ſucceſſorij edicti unde vir, & uxor; & proinde declaratum eſt vacare ad beneficium Regiæ Curiæ, hoc ſuum.*

Cumquè ab hoc decreto Victoria ſupplicaſſet, & in integrum reſti-

tui poſtulaſset, quia juſtitiã nõ fovebat, nec reſtitutionis in integrũ beneficio adverſus judicata, Regni præſertim jure ſubveniri poterat, (ut latè pro Reg. fiſco contra D. Lauram de Aquino Caſtilionis Principẽ inferiùs traditum eſt; die idcirco XII. kal. Septemb. anni M.DC.LXI. decretum fuit, *Non eſse locum, neque eſſe deferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte Victoriæ Lengua*.

Actuarius eſt Franciſcus Antonius Pepe.

SVMMÆ.

1 *Primigenium dignitas exiſtimatur.*
2 . . . *ac familiæ decus.*
3 . . . *apud plures acceptum nationes.*
4 *Primogeniti à Iudæis duplicibus parentum donabantur bonis.*
5 . . . *ſpeciali veſte.*
6 . . . *ſacerdotali dignitate,*
7 . . . *ſecundo natis benedicendi auctoritate.*
8 . . . *alijſque prærogativis.*
9 . . . *in Regnis ſuccedunt.*
10 . . . *eorumque Regnum dicitur legitima.*
11 *Vnus dumtaxat regnat validiùs.*
12 *Regnum privatorum prædiorũ inſtar non dividitur.*
13 . . . *non capit duos.*
14 . . *Fratres licet, parentes, liberique ij fuerint.*
15 *Primogeniti in Principatibus, magnaquè ditionis ſucceſſionibus, cæteris ſecundo natis præferuntur.*
16 . . . *prout in feudis Regalium dignitatum.*
17 . . *ac apud nos in feudis, in quibus francorum vivitur Iure.*
18 *Primigenium, an in Collaterali linea locum habeat, & num. 22.*
19 *Filij feudorum vſibus æqualitater, (dignitatum feudis exceptis) ad ſucceſſionem vocantur.*
20 *Ius francorum ſpeciale Ius eſſe in Regno, qui ſenſerint, & num. 28. & ſequ.*
21 *Primigenij jus in officijs, qui nõ recipiendum dixerint, ſed n. 39. & 45.*
22 . . . *in dignitatum feudis, uti individuis, in collaterali etiam viget linea.*
23 . . . *Afflictus, & D. Conſiliar. Theodor. inter collaterales primogenitis non deferentes eum per repreſentationem res tractatur, confutantur.*
24 . . . *Sacriq; Conſilij diffinitionem, aliorumque auctoritate confirmatur.*
25 . . . *apud nos in Collaterali quoq; linea de eo ampliùs nefas equidem eſt hæſitare.*
26 . . . *D. Præſid. Vrſini in hac re peculiariter doctrina expenſa.*
27 *Filij fratrum contra patruos, materteras, & his ſimiles primigenij admittuntur Iure.*
28 . . . *neque penes noſtrates ampliùs id ambigitur.*
29 *Feuda ex patrijs Iuribus franca nunc exiſtimantur.*
30 . . *eorum poſſeſſores jure francorum vivere præſumuntur.*
31 *Longobardorum ad præſens Ius, ſpecialiſſimum, qui dixerint putari.*
32 . . *D. Reg. Fabij Capyc. Galeot. controverſiæ ad rem adducuntur.*
33 . . *prout Regia Camera, Collateraliſque Conſilij diffinitio.*
34 *ac Pragm. 4. §. 5. de feudis expoſitio.*
35 *Individua res ex ſe ad primogenitos pertinent.*
36 *Feuda dignitatum ſunt individua.*
37 . . *ad primogenitos tantummodò deferuntur.*
38 . . *prout cuncta feuda Individua.*
39 *Officia ſunt individua.*
40 *Deciſ. Dom. Reg. Revert. 39. lib. 3. ſivè 230.*

230. *ex ſupradictis expenditur.*
41 *Iudicatum non dicitur, quod non diſcutitur.*
42 *Iuriſdictio quo pacto inter plures communicetur.*
43 *Deciſ. 511. Dom. Reg. Revert. ad rem perpenditur.*
44 . . *eſtquè ſpecialiſſima primogenitis.*
45 *Iaſonis conſil. 215. lib. 2. Ruini 34. lib. 1. D. Reg. Lanar. 59. ac Io: Vincentij de Anna 139. diſpunguntur.*
46 *Primigenij jus, in officijs vigere, quorum etiam firmatur auctoritate.*
47 *Secundogenitis qua portio in Regno contingat.*
48 . . . *quaquè In dignitatum feudis.*
49 . . . *cateriſque.*
50 . . . *ac apud nos, qua vita dicitur militia.*
51 . . . *& in feudis nouis pratij pars, ex ſecundogeniti tamen arbitrio.*
52 . . . *inofficijs pariter qua nam à noſtris, juſta portio exiſtimatur.*
53 *Doctor Donatus Antonius Barra commendatur.*

ARGVMENTVM.

Primigeniorum aliquot recenſentur prærogatiuæ: In Regnis præſertim ſuccedendi, Cum vnitis validiùs ſit Imperium; Hinc, et in regalium dignitatum feudis, et apud nos in individuis, ſivè ijs, quibus francorum vivitur jure; In Collaterali quoque linea, repræſentationis licet virtute judicium ageretur, primigenij rationem indubiè dicimus habendam. Ac hujuſce rei arrepta pariter occaſione, feuda, (patrijs noſtris legibus expenſis) individua, ſivè franca potiùs præſumenda, quam Longobarda. Quemadmodũ, & officia, feudis per omnia fermè exæquata; & primogenitis etiàm deferenda, & Indiuidua exiſtimanda, haud incurioſè demonſtratur.

PRO REGIO FISCO

CVM

Mag. Thoma Antonio Barra.

Diſſertatio XXIV.

1 PRimigeniorum ſpectata ratio ſemper adeò, omniquè pręfulſit ævo, ut ex ſe ſe dignitas fuerit cenſita *Bald. in l. ex hoc jure, num. 14. & 15. D. de juſtit. & jure, & in l. cũ in antiquiorib. n. 16. C. de jur. deliberand. Iaſon in l. is poteſt num. 38. D. de acquirend. hæredit. Io: Licerier. de jur. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 1. verſic. primogenitura. & quaſt. 16. nu. 5. verſic. tertio probatur, Covarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 15. num. 14. circ. finem, verſic. conſtat enim, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 1. Petr. de Gregor. de ſucceſſ. feud. par. 4. qu. 2. nu. 26.* familięque ſplendor, atque ornamentum *Covarr. loc. cit. Molin.* itidem *num. 2. Anton. Gomez ad ll. Tauri l. 40. nu. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 834. nu. 10.*

Digitized by Google

n.10.lib.5.Petr.de Greg.de ſucceſ.feud.
par.4.cit.qu.2.n.30. Giurb. de ſucceſſ.
feud.c.118.§.1.gloſſ.8.n.2.& 5. Niger
Cyriac.cō tr.forenſ.cōt.212.n.65.lib.2.
3 Itaut neque ſolum penès quampluri-
mas nationes ſummo fuerit ſtudio re-
cepta, utpotè Hyſpanos, Appulos,
Gallos, Anglos, Vngaros, Allobroges,
Inſubres, alioſque non inſueta aucto-
ritate firmavit Andreas Tiraquell. de
jure primogen. in præfat.num.3. cum
pluribus ſequent. annuitq; Tiraquelli
nomine ſuppreſso Annaus Robertus
rer. judicat.lib.4.cap.4. verſic. nam ut
ea omnia pag.751. ac poſt Cannet. &
Intrigliol. D. Reg.Capyc.Galeot. contr.
illuſt.contr.1.num.62. lib. 2. ac potiſ-
ſimè apud Hæbreos, qui natu maxi-
mo non pauca tribuere; duplicia nem-
4 pè ex parentum bonis Deutor. cap.21.
Ioſeph. de antiquit. judic. lib.4. cap.8.
præ cęteris Panor. in cap. licet ſub nu.
8. verſic. item duplicem de voto, Mar-
tin. Laudenſ.in tract. de primogen.qu.
2. circ.prin. tract. tom.10. par.1. pag.
5 16. Peculiarem veſtem Laudenſ. loc.
cit. Tiraquell. ibidem n.17.in princip.
pręclariſſimo Sacerdotis, ex Aaronis
6 tempore officio fungi Exod. capit.28.
circ.finem, Cardinal. Zabarell.in dicto
cap. licet, de voto num. 15. in princip.
Archidiac. in can. quam periculoſum 7.
quæſt.1.Laudenſ.cit. quæſt.2.circ.prin-
cip. Minoribus natu fratribus bene-
7 dicendi poteſtatem, ex Io: Andrea, Ab-
bat. Panormit. Barbat. Guilhelm. de Be-
nedict. Martin. Laudens. alijſque Tira-
quell. in præfat.cit.ſub num. 17.hiſque
8 haud diſſimiles prærogativas, ut Ge-
neſ.cap.27.& 49.Deuteron.cit.cap. 21.
& in capit.12. Diui Pauli ad hebreos,
ibique ſacri auctores, Canoniſtæ in cit.
cap. licet, de voto, & in can. quam peri-
culoſum 7. quæſt.1.Oldrad.conſ.94. Ro-
land.à Valle conſil.2.num.70.lib. 1. Io:
Liciriter.de jure primogenit.lib.2.qu.3.
per tot.Vlderic.Zaſ.conſil.8.nu. 11.vo-
lum.1.Martin.Laudenſ.tract. de primo-
gen.cit.qu.2. per tot.Tiraquell. loc.cit.
num. 12. cum pluribus ſeq. Annaus Ro-
bertus rer. judic.loc. deſuper cit. Surdus
de alimentis tit. 4. qu. 18. num.21. &
ſeq.Gomez ad ll.Thauri cit. l.40.nu.1.
& 2. Flores de Mena variar. quæſtio-
num lib.1.qu.17. n. 221. ex aliis D.R.
Valenzuol. conſil.69. num.17. lib.1.&
conſil.199.n.91 lib.2.& ante eū diſſer-
tè; proùt de more Reg. P. Martin. del
Rio in phar.Sacr.Sapient. gloſ.litteral.
in geneſ.cap.25. verſic.31. pagin.347.
9 Sed, & in toto fermè terrarum orbe
regijs in ſedibus, ſolidum ſibi locum
aſciverit, ut 2. Paral.c.21.Bald.in l.ex
hoc jure num.11.verſic.quarto quæritur
D.de juſtitia, & jure, ſic inquiens, quod
ſemper fuit, & ſemper erit, quod PRI-
MOGENITVS ſuccedit in Regno, Abbas
in cit.cap.licet num.7.& 8. Roland, à
Valle loc.cit.Tiraquell.de primogen.in
cit.præfat.num. 19. & 35. eruditè Cu-
jac. de feud. lib.1. tit. 9. de Inveſtitur.
Marchia poſt princip. Ludovic. Molin.
eod. tract.de primogen.lib.1. cap.1.nu.
30.& lib.3. cap. 1. num. 1. Hotomannus
illuſtr. quæſt.cap.2. Montan.de Regali-
bus in præfat. q.4. ſub nu.19. Antonius
Perez in tit.22.C.de princip.agentib.in
10 rebus lib.12.In fine, ut legitimam pro-
indè primigeniti, Regnum eſſe poſt Ho-
ſtienſ. Io: Andr.Immol. Butr. Rip. Aym.
Cravet.ac Ceph. tradiderit Michael. ab
Aquire in reſponſ.pro ſucceſſ. Reg. Por-
tugall.par.1.num.48.a Reſol.tranſcrip.
in diverſ.conſult.lib.1.conſult.1.cit.n.
48. ante eos Guidon. Page deciſ. 476.
num.1.& deciſ.487.num.2.Boerius de-
ciſ.204.num.14.ex alijs Borell.in ſum-
ma deciſ.tit.34.de feud. nu.279. lib.1.
11 Idque, Imperij utilitate maximo-
perè ſuadente effectum fuit; cum vno
imperitante, validiùs conſiſtat Regnū
12 Bald. ſatis doctè in Auth. hoc amplius
nu.7. & 8. Cod. de fideicommiſſ. Bocer.
de jure ſuccedend.in fin.quæſt. 48.circ.
princip.lib.1.verſic.cæterum; Vt rectiſ-
ſimè ex Roberto Bruſſo annotauerit Bu-
chan.lib.8.hiſt.ſcot.quem refert Arni-
ſæ.de Repub.c.2.de diuiſ.Regn.Sectio.7.
n.6.Regna, ſcilicet nō poſſe diuidi ad in-
ſtar prædiorum privatorum, à pluribus
etenim

Digitized by Google

etenim imperium regi, impoſſibile fermè cenſitum fuit, ut ex Divo Marco elicitur *cap.3.* ibi, & *ſi REGNVM in ſe dividitur, non poteſt Regnum illud STARE*, & Divi Lucæ *cap.11.* ibi, *omne Regnum in ſe ipſum diviſum DESOLABITVR*; quodque Hiſpanum non latuit legislatorem *in l.2. tit.15. par.2.* annotavitque *Arniſæus loc.cit. num.7.* varijs præteritarum rerum id comprobat exemplis *à nu. 14. cõpluribus ſeq.* vnde *Tacit. 4. annal. in princ.* ajebat *quamquam arduum ſit eodem loci potentiam, & concordiam eſſe*, & lib. etiã *13. annal. INSOCIABILE*, inquit *eſſe regnum, & raras in eo fratrum concordias*, facitque illud *Senecę in Thieſt. act.3.* (quod tamẽ mavit Tullio, *Caſſaneus* adſcribere *in Conſuetud. Burgũd. rubric.3. de feud. §.6. num.9.*)

Non Capis Regnum DVOS,

& rurſus, *in Agam. act.2.*

Nec Regna SOCIVM ferre, nec tada ſciunt;

Ac Ennius in *Tragedijs* à Cicerone relatus de *off. lib.1.* ſic perbellè explicuit

Nulla ſancta ſocietas, neque FIDES REGNI eſt.

& Ovid. *lib.2. de arte amandi.*

Non benè cum ſocijs REGNA, Venuſque manent.

Vnde Horatius *epod. 7.*

Sic eſt: acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraterna necis.
Vt immerẽtis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Ac Tibull. *eleg.5. lib.2.*

Romulus aterna nondum formaverat Vrbis
Mania CONSORTI, non habitanda Remo.

Et efficaciùs Lucan. *lib.1. pharſal.*

Nulla fides REGNI SOCIIS, omniſq; poteſtas
Impatiens CONSORTIS erit, nec gentibus vllis
Credite, nec longè factorum exempla petantur.
FRATERNO primi maduerũt SANGVINE muri.

PORQVE ſegund natura el ſeñorio non quiere compagnero, Sereniſſimus Rex edixit *in l.1. tit.1. par.2.* cõprobatq; ex *Ariſt. Tacit. Cal. Rhodigin. Auguſt. Maſcard. Virgil. Malvezz.* cæteriſq; *D.R.*
14 *Valenzuol. conſil.199. à n. 14. lib.2.* & revera ad inſociabilem hanc dominandi cohibendam libidinem, quam ſic *Tacitus* deſcripſit *lib.15. annal. cupidine DOMINANDI vllus affectus eſt flagrantior*; quæq; dira, nec fratres, nec parentes, nec liberos curat dignoſcere; ut compluribus, inhumanis licet eventibus probat *Henning. Arniſa. de republ. lib.2. cap. 2. de natura Monarch. sect.2. num.13. cum ſeq.* ſapiens, ſalutareq; profectò creditũ conſilium fuit, in unũ dũtaxat Imperij faſces redigere. Hinc *Divus Hieronymus Epiſt.4. ad ruſticũ Monachũ, In apibus*, monebat *princeps, VNVS eſt, grues VNAM ſequuntur ordine litterario: Imperator VNVS, Iudex VNVS provincia, Roma, vt cõdita eſt, DVOS fratres ſimul habere REGES nõ potuit, & parricidio dedicatur*, relatus in *Canon. in Apibus 7. q.1*

Maximèque huc confert, quod Dario talentorum per multa millia, pro Aſiæ parte dimidia offerẽti, Alexander Macedo promptè reſpondit, *Neq;* ſcilicet *terram DVOS SOLES, neque Aſiam DVOS REGES tolerare*, quod ex *Plutar.* notat *Tiraquell. de primogen. quaſt. 4. ſub num. 24.* recitatq. *Henricus Bocer. cit. quaſt. 48. verſic. quod ut pag. 307.* quadere ab hoc regnãdi cõſortio non modo, (ut mox dicebamus) Regnantes, ſed & debere ſubditos abhorrere, teſtis eſt *Stobeus ſer. 146. Cum*, enim inquiẽs, *Lydis Craſus imperaret, fratrẽ in conſortium Imperij aſſumpſit: Tum quidam ex Lydis accedens, dixit; Omnium in terra bonorum, ò rex, auctor eſt SOL, neque quicquam extaret in terra ſole non illuſtrante. At ſi gemini SOLES forent, periculum imminerêt, nè omnia conflagrantia peſſum irent. Ita, & REGEM VNVM quidem accipiunt Lydi, & ſervatorem eſſe credunt: DVOS verò ſimul tolerare non poſſent*

Digitized by Google

poſſent, ex noſtris nec impolitè poſt Abbat. & Anchar. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. lit. P. concluſ. 651. nu. 4. & ſeq. probatque ex alijs, Vivius deciſ. 130. num. 2. lib. 1. conſonatq; adagium illud, quod ex Homero 1. Iliad. excerpſit Zaccarias Mitylenes Epiſcopus de Mundi opificio cōtr. philoſoph. pag. 338. lit. D. Bibliothec. veter. patrum tom. 11. Multorum, ſcilicet nocet Imperium, REX VNICVS ESTO, quod hiſetiā verbis latio reſtituit ſermoni Io: à Cokier. in Theſaur. polit. lib. 1. cap. 3.

Haud bona multorum dominatio,
Herus vnicus eſto,
VNICVS, & PRINCEPS,

quodque Ariſtotel. 12. Metaphiſ. Baldum contribuſſe inquit Tiraquell. de jur. primogen. q. 4. ſub n. 21. non immemor Euripidis ſentētiæ, In Andromacha quamq; itidem retulit Michael ab Aquirr. de ſucceſſ. portug. par. 1. nu. 35.

Vnius poteſtas ſit, & in re domeſtica,
Et IN REPVBLICA.

15 Quo factum eſt, ut in cunctis principatuum, ditioniſq; conſpicuę dignitatum ſucceſſionibus, ijdem primigenij, (ſivè vt noſtri primogenitos vocāt) cęteris vlteriori loco natis ſimiliter præferantur, ut ex innumeris tradunt Renat. Choppin. de morib. pariſ. lib. 1. tit. 2 num. 14. & ex gloſſ. Hoſtiens. Io: Andr. Abbat. Bald. Felin. Alex. Angel. alijſq; ferè innumeris Tiraquell. de primogen. cit. numer. 35. verſic. & ſanè, Ruin. conſil. 34. ſub numer. 10. verſic. nec iſto lib. 1. Schrader. conſil. 13. num. 266. lib. 1. Celſus Hugo conſil. 126. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 834. num. 11. lib. 5.

16 Sicuti in Regalium dignitatum feudis, Ducatus, videlicet Marchiæ, & Comitatus, primogenitos tantummodò admitti ex Friderici conſtitutione in cap. Imperialem §. praterea ducatus de prohibit. feud. alienat. per Frideric. conſcripſere ibi Andraas de Iſernia, Iacobus de Belviſ. Alvarot. Mart. Laudenſ. Prapoſit. Afflict. cæteriq; Alex. conſil. 25. num. 10. lib. 5. Ruin. conſil. 34. num. 1. & ſub nu. 8. & 9. idem Afflict. deciſ. 119. num. 2. in fine, Ardizzon. in ſumm. feud. cap. 132. incip. item videtur eſſe. princip. verſic. vel verum, & cap. 133. verſic. puto tamen, Capyc. in inveſtit. feud. verb. feudatariorum filij, verſic. primogenitus pag. 199. Camerar. in repetit. c. 1. de ſucceſſ. feud. n. 104. verſic. item dicimus, Clarus in §. feudum q. 44. in princ. Afflict. idem deciſ. 265. num. 17. Duaren. in Conſuetud. feud. cap. 12. num. 19. oper. tom. 2. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 9. num. 99. Valaſcus in repetit. leg. Imperium ſub n. 274. et 275. D. de Iuriſdiction. omniū judicum, Menoch. conſil. 401. num. 23. & ſeq. lib. 5. diſſertè Henricus Buccrus de jur. ſucced. in feud. qu. 48. verſic. caterum vſq; ad finem, Regner. Sixtin. de regalibus lib. 1. cap. 3. num. 25. & in conſil. 11. nu. 27. inter conſil. Hermann. Vultei volum. 3. D. R. Rever. deciſ. 118. num. 2. lib. 1. D. R. de Marin. Modeſtin. pyſtor. illuſ. qq. to. 3. q. 122. n. 35. Cyr. controv. forenſ. contr. 312. n. 69. lib. 2.

17 Proùt apud nos, in feudis omnibus, in qnibus frācorum vivitur more, primigenitis illibatū jus ſeruari, apertiſſimi juris, ac cōſuetudinis eſſe, ex Conſtit. Vt de ſucceſſionib. firmarunt Andr. in cap. Imperialem cit. §. praterea Ducatus ſub nu. 35. de prohibit. feud. alienat. per Friderie. ibiq; Afflict. num. 1. & deciſ. 248. num. 1. Capye. in inveſtitura feud. verb. feudorum diviſio, verſic. limita quinto pag. 164. Camer. in repetit. cit. cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 105. verſic. vbi vivitur, de ſucceſſ. feud. Freccia de ſubfeud. lib. 1. tit. de origin. feud. num. 89. D. Praſes de Franch. deciſ. 73. num. 22. Vrſill. in addit. ad cit. deciſ. Afflict. 248. in princip. Petrus de Gregor. de ſucceſſ. feud. par. 4. q. 8. nu. 9. Cumia in cap. ſi aliquem verſic. antiquis numer. 78. pagin. 330. Io: Vincent. de Anna in repetit. cap. 1. de vaſall. decrepit. atat. num. 389. D. R. de Ponte lect. feudal. 12. nu. 3. D. Conſil. de Giorg. in repetit. feud. cap. 47. numer. 19. Camill. Borell. in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. 34. nu. 235. Theodor. allegat. 20. nu. 3.

Bam-

Bammacar. in cap.1.ſi de feud.deſunct. contr.qu.10.num.181.pag.83. D.Reg. Tapia deciſ.ſupremi Senatus 2.n. 150. in fin.Larath.conſil.3. num. 5. Gallupp. in method. feud.par.3.c.4.n.58.Giurba de ſucceſs.feud.prælud.6.num.21.Dom. Præſes Vrſin.de ſucceſs.feud.par.3.q.1. artic.13. nu.6. D.R. Capyc. Latro conſult.3.num.22.& ſeq.lib.1 Thorus in allegat. diverſor. juris Conſultor. poſt deciſ.D.Regent.Salernit.allegat.fin.nu. 83.D.R.Merlin.contr.forenſ.cap.10.n. 8.centur.2.

Quã obrẽ, cùm à feudis ad officia, (ſalva tamèn ſtrictiori horum ratione) validiſſimum eſse ſcripſerimus argumentum; quinimò, adeò à feudorum inſtitutis, officia regulari oportere; ut apud nos, exęquata per omnia, quodammodò inter ſeſe eſſe, in quampluribus diſſertationibus firmare, sũmis vigilijs deſudaverimus; præſertim in præcedenti *diſſert.23.& diſſer.32.* ne vlla deinceps poſſit ambiguitas exoriri; noſtras ſcilicet feudorum leges officiorum & naturam, & ſucceſſionem cõprehendere; congruẽs idcircò putamus eſse, ut in hac quoq; cauſa, ſucceſſionis officij magiſtri actorum M.C. ob Ioſephi Barra obitum deferendæ; quiquè ex obtenta, ab sereniſſimo noſtro Rege prorogatione, ſucceſsorem in eodem munere nominandi facultate pollebat, inteſtatuſq; nuper deceſſit, duobus germanis relictis fratribus, Pompejo nempè primo, ac Thoma Antonio poſtmodum genitis; Pompejo primogenito dumtaxat officium ipſum, Thoma Antonio ſecundo nato penitùs ſecluſo (ex feudalibus noſtris juribus deſuper libatis,) ſit decernendum.

Et quamuìs fiſcali huic inſtantiæ, tria repugnare videantur. Primum ſcilicet; in hac ſpecie haud de aſcendentium, ſed de Collateralium ſucceſſione tractari; in qua præeminens pri-
18 migenij ratio nõ habetur, quẽadmodũ
Andreæ placuit in *Conſtit.Vt de ſucceſſionibus, verb. fratres, ſub verſic. illi qui tenent*, ibi *quia primogenitura conſideratur, quando ſuccediter patri, non quando fratri*; & ſequi noſcitur *Afflict.in cap.1.§.omnes filij ſub nu.6. ſi de feud. fuerit controverſ. inter Domin. & agnat.* quos refert *D.Reg.Lana.conſil.1.num.65. & 66.* neq; eorum immemor fuit *D.Conſil.Theodor.alleg. 100.num.21.& ſeq.*

Secundum primigenium feudiſticis in rebus, apud nos ſanè recipi; cum (ut dicebamus) francorum vivitur more:
19 Nam alioquin, juxta communes feudorum uſus neminem latet, præter dignitatũ feuda, cætera quippè dividua cenſeri, & æqualiter proindè in ijs filios ſuccedere, *cap.1.§.omnes filij, ſi de feud. deſunct. contentio ſit cap.1. circ.finem, de natur.ſucceſſ.feud. Ardizzon.in ſumm.feud.cap.132. incip. item videtur, Andraas Tiraquell* reliquos congerens *de jur. primog. cit. q.4.num. 19. cum ſeq. Capyc. in inveſtit. feud. verb. feudorum diviſio in princip.Clarus in §.feudum q.44. n.2. Zaſ.in Epitom.feud. q.9. num.40.41. & 42.Rebuff. in declar.feud. num.26. Cannet.juris feud.cap.12.num. 19. Io: Vincent.de Annæ in ſingul. 199. Franciſcus de Amicis in cap.1.de his, qui feud.dar.poſſ.§.ex his num.2.pag.128. D.R.Revert.d.deciſ.118.num. 2. circa finẽ lib.1.* Sed francorum hoc jus ſpeciale eſse, legis ipſe conditor Fridericusmet fatetur, ut in *cit.Conſtit. Vt de ſucceſſionibus circ. princip.* ibi, *inter eos, qui vivunt in Regno ſpecialiter jure francorum*; Indigere igitur fiſcus probatione videtur, ſi idẽ francorũ jus, uti peculiare, & in feudis, & in officijs, de quibus judicium eſſet, utique reci-
20 peretur; prout ſenſerunt *Andraas* in
eadem *Conſtit. Vt de ſucceſſionib. verb. ſpeciali jure francorum, & in cap. Imperialem §. præterea Ducatus num.37. de prohibit. feud. alienat.per Frideric. Afflict.ſuper cit.conſtit.nu. 12.& dec. 119.& dec.248.n.3.Capyc.in inveſtit. feud.verſic feudor.clauſula verb.ſexus pag.97.Freccia de ſubfeud.lib.3. tit.de*

diſ-

differentijs inter feud.regal.& titulat. num.3.pag.426.

Tertium, In officijs ſpeciatim DD. tradiſſe, primigeniorũ juri locũ nõ eſſe,
21 ſed æqualiter ad ſucceſſionem, adminiſtrationemvè fratres omnes evocari, *Carol. Ruin.* nempè *conſil.34.n. 9.cum ſeq.lib.1.* conferuntq; antè eum tradita *à Iaſone conſil. 215. num. 10. verſic.non obſtat,& 11.lib.2.*& ſequitur mordicùs *D.R.Lanar.conſil.59.nu. 27.in fin.&* 28 rei Iudicatæ exemplũ afferens,in cauſa officij Portulani Civitatis Averſę,ad cuius medietatẽ nullatenùs primogenitum ſolum,ſed omnes filios Michaelis de Altimari admittẽdos fuiſſe,noſterSenatus diffinitũ ivit, proùt nos quoque mentionem fecimus *differt.1.num.9.in fin.*

Attamèn facili prouincia his credimus occurrendũ; Primum etenim nõ obeſt
22 argumentum; ſiquidem patriis etiam ſanctionibus poſthabitis, generali Iure in dignitatum feudis, aliiſque (ut inquiunt) indiviſibilibus, primigeniũ, non ſolum in deſcendentibus recipi; verumetiam in tranſverſalibus ſibi locũ cõperimus vindicare *citat.C. licet,de voto,*cũ ibi Rege ſine liberis vita functo ad Regni, uti individui ſucceſſionem non omnes eius fratres, ſed natu tantũmodò maior admiſſus fuerit, probantq; ex *Iſernia, Bald. Abbat. Caſtrenſ.*aliiſq; *Cardinal.Pariſ.conſil.72. nu 109. & ſeq. &* propriè 113.*volum.* 4.ac *Tiraquell. de Iure primogen. qu. 41 ſub num.1.*

Afflict. verò, ac *D.Theodorus loc.cit.*ejuſ-
23 modi ſentẽtię fuere; ut inter fratres ipſos primi gradus collaterales, ætatis prærogativa ſervanda ſit; ſecùs autẽ, cum per repreſentationem filius præmortui fratris ætate majoris, cum patruo ſecundo, aut tertio loco genito concurreret; quod tamen enixè etiàm ex multis confutavit *Tiraquell. cit.q. 41. num.* 3. clariùſquè *Sacrum Conſi-*
24 *lium* reſpuit in eadem cauſa, in qua *D.Conſil. Theodor.in cit. allegat.* 100. patrocinium præſtitit; Namquè gratijs pariter perpenſis, Ciuitati, Regnoq; conceſſis, junctis aulis pro nepote ex ſorore primogenita, adversùs materteram ſecundogenitam pronunciavit, ut penes *D.R.Rovit.deciſ.32.*& meminere *Thorus in compẽd.dec.Regni par. 3.ſect.2.verb.nepos,D.Praſes Vrſin.de ſucceſſ.feud.par.2.q.4. art.3.num.26. D.Reg. de Marin. reſol. juriſ.lib.1.cap. 126.ſub nu. 56.* & nos apertius infra diſſeremus.

Cæterùm, apud nos amplius ambigere non licebit,primigenij rationẽ in feudis, etiàm in Collaterali linea vige-
25 re; dum ſivè id ex *Conſtitutionibus* depromatur,ſivè ex *Cap.Conſiderantes,* quo id clarioribus verbis Carolus II. edixit ibi, *frater. vel ſoror, fratri, vel ſorori ſuccedat primogenitura, ac maſculini ſexus prarogatiua ſervata;* & ex quo, aut per prius ſtatutum,ea lata lege Carolus Rex (ut plures opinantur) in vſum repoſuerit; aut pravas in contrarium forſan receptas conſuetudines, ut nonnulli autumant, aboleuerit,(quæ ad nos in pręſentiarũ nõ pertinent) indubitati nùnc ſanè Iuris eſt, prædefuncto ſine deſcendentibus fratri, ſuperſtitem natu maiorem, cæteris fratribus vlteriori loco genitis prælatum ſuccedere, ut præter ſuprà annotata confirmarunt *Barthol. Camer.in dialogo inter ipſum, & fiſcum incip.ſeio magnifice fiſce* poſt *opus Cannet.pag.375.col.2.verſic.hi certe omnes,* & in *cap.1.par.2.ſub epp ſit 9.nu. 18.Capyc.in inveſtit.feud.verſic.feudatariorum filij,verſ.amplia ſecundo pag. 199. Conſil. de Bottis in addit. ad cit. conſtit.Vt de ſucceſſionibus verſic. nota, quod primogenitus, & in cit.cap.Conſiderantes, verb.ac ſuis hæredibus, verſic.nota ex hoc capite, &* ibidem *Napodanus num.6.Campagna nu.15.& 20. Petrus de Gregor. de conceſſ. feud par. 4.q.1.num.22.& qu.12.num.3.& ſeq.* ibiq; *Maſtrill.in addit. lit.A,Cumia in cap.ſi aliquem, verb.maior natu nu.11. & 12 pag.217.D.Præſes de Franch.cit. deciſ.73.num.23. D. Conſil. de Anna*

conſil.

Digitized by Google

conſil.125.nu.46.D. Reg. de Ponte lect.
12.num.54.D.R.Rovit.ſuper Pragmat.
11.num.25.de feud.& deciſ.51. nu.6.
D. R.Capyc. Galeot.contr.illuſtr. contr.
1.num.23.& contr.3.nu.13. & 14.lib.
2.D.R.Marcianus diſput.2.num.27.lib.
1.D. Præſet Sacri Conſilij Vrſin.de ſuc-
ceſſ.feud.2. par. qu.1.artic. 1.& qu.4.
artic.9. num.2. majorem inquiens ra-
tionem induci poſse, ut inter traſver-
ſales primigenium magis, quàm in-
ter deſcendentes attendatur; quippe
quod juſtiùs, filijs paterna debetur hę-
reditas, quam fratribus fraterna; qua-
propter ſi francorũ jus, ſecundogenitis
parentum ſucceſſionem abſtulit; mul-
tò igitur ęquiùs id, in ſecundogenitos
fratres valuit efficere *eadem par.2. q.*
1.artic.1.ſub nu.6.

Qua de re, ſic receptum fuit; ut in fran-
corũ more viventibus, inter Collate-
26 rales primogenitis locus ſit, ut ad
quæſtioues particulares exinde itum
fuerit, an ſcilicet eodem primigenio-
rum Iure, fratris, ſororiſque vita fun-
ctorum filij, adversùs fratres, ac ſoro-
res defuncti eorum parentis, uti, ſi uiq;
27 poſſent; Et pro filijs, ex admiſſi iã pri-
mogenij, virtute, contra patruos, Au-
unculos, amitas, materteraſq; pluriès
ſupremos noſtros Senatus diffiniviſſe,
re latiſſimè examinata, cœteriſq; anti-
quioribus nominatìm adductis præ-
ſertim *D.Conſ.de Anna conſ.125.& D.*
R.de Pon.de poteſt.pror. tit.de refutat.
feud.nu.32. (ut vnicuiquè debitum
gloriæ Ius retribuamus) tradiderunt
D.R.Rovit.cit.dec.32.& 51.D.R.Mar-
cian. qui in eadem cauſa cõſcripſit *di-*
ſp.1.2.3.4.5.& in fin. diſp.6. lib.1. ac
D.Præſid.Vrſin.de ſucceſſ.feud.cit. par.
2.quæſt.4.artic.1. 2.3. 4. uſque *ad* 10.
28 Adeò ut, de hoc ampliùs apud nos
hæſitandum non eſſe, juſtiſſimè con-
cluſerit *D.R.Marcian.cit.diſp.6.ſub n.*
58. verſic. ita ut lib. 1. & ante eum ex
D.R.Rovit.cit.deciſ.51.D.Conſil.Prat.
diſcept.forenſ.cap.38.num 51.lib.1.

Secundum obiectum, dignam diſputa-
tione controverſiam, ſuperiori forſan
29 ęuo poterat cõtinere: In præſẽti verò,
extrà omnẽ diſceptationẽ aſſerendum
contendimus; francorum ſcilicet Ius
generale penes nos eſſe; ac longobar-
dicum, feuda dividua conſtituens, aut
tandẽ abrogatum ferè, aut nunc ſpe-
ciale exiſtimandum; cum ſivè à Fri-
derici II. Conſtitutionis *Vt de ſucceſſio-*
nibus, & Conſtitutionis *Comitibus*,
conditoris; ſivè à Caroli II. capituli
Conſiderantes, latoris temporibus, feu-
da fermè omnia, ex novis præſertim
inveſtiturarum formulis individua in
Regno fuerint effecta; atq; ideo illo-
30 rũ poſſeſſores, ſecundũ francorũ con-
ſuetudinẽ inde vivere præſumantur,
Vt ex *Capyc.Perno, Io:Vinc.de Ann. Cã-*
net.D.R.de Ponte, & Bambacar. ſequi-
tur *D. Conſil. de Giorg. in repet. feud.*
cap.49.ſub num.7. in primogenitorum
favorem, (facta à ſecundogenito quo-
què oppoſitione,) junctis Sacri Conſi-
31 lij aulis judicatum, referens *n.* 8. cuiq;
ex alijs ſubſcribit *Io. Baptiſta Bilott.*
ſpecialiſſimum nunc longobardicum
jus nuncupans, neq; in judicijs, niſi di-
lucida præceſserit probatio, ampliùs
ſeruandum *in concluſ.feud. concluſ.*
75.per tot. ut generatim indè, atq; vni-
versè Patrię quippè Conſtitutionum
robore, tam ſcilicet, *Vt de ſucceſſioni-*
bus, quam *Conſtitutionem divæ me-*
moriæ, & in *Aliquibus*, ſeuda omnia
apud nos individua eſſe, audacter di-
xerit *Giurba in conſuetud. meſſan.cap.*
1.gloſſ.2.par.1.num.58. quem præ cę-
teris ſectatur *Galupp. in method.feud.*
par.3.cap.4.num.58.

Sed his ſanè contenti non eſſemus, &
conſueto nec parcentes labori; & vi-
gentes rationes, recenteſq; in adverſa-
rios intelligentias, atquè auctoritates,
judicatarum maximè rerum, exquire-
re niteremur; ni cuncta hæc ſummo
quidẽ ſtudio, acutiſſimèq; *Illuſtr. Dux*
Regina D.R.Fabius Capyc.Galeot. præ-
32 occupaſſet, *contr.illuſtr.contr.1.2.&*
3.lib.2. vbi relatis, pro hac etiam ſen-
tentia, *eodem Iſernia, Afflict. Luc. de*
Penna, Nicolao Spinello dicto de Neap.

Aretin.Grãmatic.Liparol.Cumia, Tho-
*ma de Marin. Intrigliol.*Knichen.*Con-*
ſil. de Bottis, R. de Curte , Camill. de
Medic. D.Conſil. Gizzarell. Maſtrill.
*Dom.Conſil. de Anna,*reliquiſq; in pri-
33 mogenitorum itidem beneficium, in
cauſa Illuſtr. Marchionis Andredo-
chi neptis Eminentiſſimi Cardinalis
Bandini, contrà Dominos Principem,
ac Ducẽ de Sabellis ab noſtro Came-
ræ Senatu, re in Collaterali Conſilio
relata, bis judicatum refert *cit. contr.*
*3.in fin.*comprobatq; *D.R.Capyc.Lat.*
qui in eadẽ Cauſa conſulvit *conſult.3.*
per tot.lib.1. ita ut de hac receptiſſima
ſententia ,quæſtionem amplius refer-
re temeritati potiùs, quam indagandæ
veritatis genio adſcriberetur, ad text.
in l.minimè 23. cum Concordant. D.de
legibus; eo præſertìm, quod invictiſ-
ſimus Carolus V.Cęſar,ſic adeò indi-
vidua feuda omnia duxit dijudican-
da; ut ſuper illorum diviſione Regni
34 Proregibus vetuerit aſſentiri *in prag.*
*4.§.5.de feud.*quod præ cæteris admo-
nuit *D.R.de Ponte conſil.3.num. 42. &*
*52.lib.1.*probatquè in ſpecie *D.R.Ca-*
pyc.Latr.cit.conſult.3.ſub n.52.& 53.
lib.1.

Id verò, quod ultimo loco, ex quorun-
dam Doctorum auctoritate, objicie-
batur; Primò liceat ratione; deinde
crebriori, atquè præſtantiori paritèr
auctoritate, proſternere. Quo enìm
pacto in officia æqualitèr,ſivè filij,ſivè
germani fratres ſuccedere valebunt;ſi
in feudis, (quibus hæc ſunt exęqua-
ta) id penès nos,monſtri ſimile ad prę-
ſens exiſtimaretur? Si hujuſmodi di-
ſpoſitionis ratio ea eſt, quoniam feu-
da ex patrijs noſtris juribus, noviſquè
illorum virtute efformatis inveſtitu-
ris, (ut deſuper firmatum fuit) indi-
vidua ferè omnia jam ſunt effecta?
35 quæquè individuę qualitatis ſpecies
ex ſe præpotens eſſet,ut res quælibet
ad primogenitum dumtaxat deveni-
ret? *Suarez in repetit. l. quoniam in*
prioribus ampliat.10.num.26.Covarr.
*var.reſol.lib.3.cap.5.num.3.*ex *Aretin.*
Angel. Alex. Curt. Gregor. Lopez, Go-
mez, Tiraquell. Peralt.Surd. Menoch.
aliijſq; *Molina de primogen. lib. 1. cap.*
11.num. 9. Gamma deciſ.Luſitan. 41.
num.4.Petr.de Gregor.de conceſſ.feud.
par.4.quaeſt.1 num. 13. Giurba de ſuc-
ceſſ.feud.praelud.6.num.23.Altamiran.
in repetit.leg.1. cap.7.nu.87.C.de filijs
official. lib. 12. Vt exindè quia digni-
36 tatum feuda, ſunt individua *cit. §.*
praeterea ducatus,de prohibit.feud.alie-
nat.per Frideric. Hoſtienſ. Io: Andraeq
Anton.de Butr.Panormitan.Ancharan.
Oldrad.Bart.Alberic. Angelus,Soccinus
*Alex.*cęteriq; apud *Michael.ab Aguir-*
re de ſucceſſion.portugall. par.1.n. 34.
Aroſenthal.de feud. par.1.capit.9.con-
cluſ.55.num.1.& in allegat.lit.A. an-
te eos *Cuiacius de feudis lib.2. tit.12.*
circ. finem, verſic. ſed manifeſtum, &
lib.4.tit.9.verſic.primus,Kirchov.con-
ſil.2.num.3. lib. 1. Franciſcus Hotom.
in comentar.ad cit.§. praeterea ducatus
de prohibit.feud.alienat. per Frideric.
pag.538. Cuntheri carmen recitans.

Marchia, ſeu Comitis poſſeſſio, ſivè
Ducatus,
Integra permaneant.

37 Ad primogenitum ſolummodò per-
tinere quamplures ex ſuperiùs addu-
ctis, affirmarint, præcipuè *Vulteius de*
feudis lib.1.cit.cap.8.num.99.Sixtin.
de regalibus lib.1 cit.cap.4.num.26.&
inter Conſil.Herman. Vultei conſil.11.
num.27.volum.3.Franciſcus Niger Cy-
riac. contr.forenſ. cap.312.ſub nu. 69.
*lib.2.*Vt Petrus *de Gregor.*poſt *Oldrad.*
conſil.237.in princip. verſic. hinc eſt,
38 dixerit, primigenij jus in individuo
tantummodo feudo ſibi locum vindi-
care, *de ſucceſſ.feud.par.4.quaeſt. 13.*
num.12.

39 Officia autem individua eſse, ne-
minem credimus latere; cum, et per-
ſonaliſſima eorum (ut pluries firma-
vimus) id natura demonſtret, cumq;
nequeant, niſi ab uno tantum exer-
ceri, probaruntq; *Covar. var. reſolut.*
lib.3.cap.19.num.4.in fin. verſic. pri-
mum etenim,Franciſcus de Amicis in

cap.

cap.1.de his, qui feud.dar.poſſunt, cap.
incipient. Sumus nu.11.pag.60. Dom.
Reg. Revert. in deciſ. manuſcript. 84.
circa fin.par. 2. & juxta ordinem *D. R.*
*de Mar. deciſ.*168.*num.* 2. *in fin.*ibiq;
*D.R.de Marin.num.*1. *in princip.D.R.*
*Capyc. Latr.deciſ.*26.*num.*2. *par.*1. ex
alijs *Altamiran.loc.mox cit. idem D.R.*
de Marin.in obſervat.ad deciſ.D.R.Re-
*vert.*551.*num.*1.*lib.*2.
Nec inducta diffinitio in cauſa illorum
40 de Altimari, ut alternis ſcilicet annis
inter fratres exerceretur officium, vrgere
videtur;Siquidem diverſa ab hac
quæſtione,ejus cauſæ fuit diſceptatio;
Ibi etenìm tantummodò Patres hæſere,an
ejuſdem officij largitio D.Ioanni
Hortugno à Carolo V. Cæſare impertita,
in totum ſuſtineri poſſet, an
pro medietate dumtaxàt, à quà ob
perduellionis crimen Thomas Altimari
ceciderat. Et quoniam, pro hæredibus
quoque officij conceſſio Carolo
patri, prætèr ſuetam naturam,
concepta fuerat; dempta portione
ipſius Thomæ Majeſtatis Rei; medietatem
alteram, ad Michaelis de Altimari
alterius fratris filios pertinere
cenſitum fuit, ut in *deciſ. D.R.Revert.*
manuſcript. 39. *lib.*3. & juxta ſeriem
*D.R.de Marinis deciſ.*230.*lib.*1. & nos
*diſsert.*1.*n.*9. Id autem ut viciſsìm per
annos, ab ipſis fratribus idem officium
adminiſtraretur, ſivè ex eorum voluntate
ortũ habuerit, ſivè ex inveſtituræ
clauſulis, eam cęperit formam; citrà
dubium eſt, extra controverſiã eveniſse;
ut proindè, terminatum dici non
41 valeat, quod excitatum, diſcuſſumquè
nõ fuit, ut ex *Bald.D.Prgſ. de Frãch.D.*
R.Merlin. alijſque traditum fuit *diſſertat.*
4. *num.* 1. Si etenim Iuriſdictionis
illa Communio, in Aſtreę trutina quãdoquè
forſan induceretur decernen-
42 da, conſulendi præ cæteris tunc eſſent
*Roland.à Valle conſil.*80.*num.*27.*&* 37
*lib.*1.*Cephal.conſil.*152.*num.*22.*lib.*2.
*& conſil.*617.*n.*97.*lib.*5.*Menoch.conſil.*
439 *nu.*15. *lib.*1.*& conſil.*721.*nu.*54.
*lib.*8.*Roſenthal.de feud.cap.*9.*concluſ.*
53.*n.*5.*Lodov. Molin.de primog. lib.*1.
*cap.*11.*num.* 15. *Flores Diez de Mena*
*lib.*1.*qu.*7.*num.*12.*&* 17.*Henning.Arniſa.de*
Republic.lib. 2. *citat. cap.* 2. *de*
*diviſ.Regn.ſect.*7. *num.*80.81.82.
43 Non autèm, res ita ſe habuit in
cauſa filiarum magnifici Roberti Muſcettola,
(mares enim filij inibi non
extabant) inter quas cum quæſtio inter
primogenitam, ceù ex illius juribus,
fiſcum ſcilicet, ac Adrianam tertiogenitam
incidiſset, ob mortem Camillæ
ſecundogenitæ, in munere Regię
Audientiæ Hydrunti à ſecretis inſtitutæ;
quæq; patri nominanti prædeceſſerat;
licet enim acerrimè tertiogenita,
ſecundæ locum tunc temporis occupans,
ſe tueretur; Senatus tamèn ex ea
præſertìm ratione, quia nimirũ officia
è feudorum præceptis recipiunt moderationem,
ad primogenitam, in cœteris
pariter feudalibus hæredem, officium
diffinijt ſpectaviſse, ut penes
*Dom.Reg.Revert.*nunc *deciſ.*551.*lib.*2.
44 Qua primogenitorum res, acu tacta
dici poteſt, ſivè ut *Domini Regentis de*
Marinis verbis utamur, pro eiſdem
primo natis, *hac eſt puntualis deciſio in*
*obſervat. ad citat.deciſ.*551.*in princip.*
Ejuſdemq; rei judicatę, atq; aliarũ, quę
poſtmodum obuenerunt auctoritate;
hoc nos jure, inconcuſsè, ac paſsìm vti
primogenitos, ad legitimam officiorũ
ſucceſſionem admittentes, nemo pro
certò ambigere juſtè valet, cum neminem
mehercule hoc idem in præſentiarum
prætereat.
45 *Iaſonis* autem doctrina *in cit. conſil.*
215.*num.*10. *&* 11. *lib.* 2. in contrarium
expenſa, magni facienda non
eſt; quippè qui perfunctoriè, tetigit
quæſtionem, prout his non deguſtatis
Carolus Ruinus conſil. 34.*n.*6.*cum ſeq.*
*lib.*1. Clientiq; inſervẽs; quemadmodũ
D.R.Io: Anton.Lanar. cit. conſil. 59.*n.*
27.*&* 28. eiuſquè collega *Io: Vincent.*
*Anna allegat.*139. Reiq; profectò infelix
exitus id manifeſtè cõvincit; inde
ſuper etenìm filiorũ Magnifici Roberti
Muſcettola relata cauſa *Dom. Regens*

Lanarius, ac *Io: Vincent. de Anna* illius
pro Adriana tunc ſecundogenita pa-
troni, ſuccubere; Quod nequaquã fi-
ſci Aduocato (vt mox dicebamus) eve-
nit; qui ex Beatricis, quæ iam obie-
rat, primogenitæ Iuribus, celebrem
fuit victoriam conſequutus *in cit. de-
ciſ. D. R. Revert. 551. lib. 2.*

Sed nè, præter maximũ rerum judicata-
rũ põdus, peculiares quoq; Interpretũ
deſint traditiones, qui noſtris feudorũ
potiſſimùm principijs ducti, in officijs
primogenitos, cęteris poſteriore natis
tempore ſeclusis, ſentiant evocari; In-
46 fraſcriptos recenſere non grauabi-
mur, paucis contrarijs, auctoritate non
impares, rationibus præſtantiores, ac
longè numero ſuperiores,

Andraam ſcilicet, *Angelum, & Abbatem*,
quos refert, & ſequitur

Franciſcus de Amicis in cit. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. cap. natura etiam officij num. 63.

Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus 10. ampliat. poſt *nu. 25.*

D. R. Revert. allegat. deciſ. 551. ſub num. 2. par. 2.

Altamiran. in cit. l. 1. C. de filijs official. n. 87. lib. 12.

Amicangel. de regalib. offic. q. 14. num. 7.

D. R. Capyc. Latro deciſ. 26. num. 4. & 5. lib. 1.

D. R. de Marinis in obſervat. ad cit. deciſ. D. R. Revert. 551. num. 1. lib. 2.

Filijs autem ſecundogenitis, quam por-
tionem ſuccedentes primogeniti, & in
Regnis, alijſquè dignitatum feudis; &
in antiquis, noviſq; apud nos; & de-
mum in officijs contribuere teneantur,
ad pręsẽtẽ, de qua agimus, quæſtionẽ
non pertinet; obſervati tamèn hęc po-
terunt penes *Tiraquell.* poſt cœteros
47 de Regnis verba facientem *de Iure
primogen. qu. 4. num. 33. & 34.* & de
48 feudis dignitatum *Modeſtin. Piſtor. il-
luſtr. qq. 122. num. 25. lib. 3.* deq; reli-
49 quis feudis *Hartman. pyſtor. qq. Iuris
lib. 2. qu. 37. numer. 3. Cumia de ſucceſſ.
feud. verſic. major natu num. 8. pag. 217*
50 ſicuti noſtri Regni Iure ſpecialem le-
gem habemus in *Conſtit. Comitibus
ſub tit. de adjutorijs pro milit. fratris*,
qua id, quod ſecundogenitis tribui-
tur, vitam militiam elicitur nuncupari,
ibiq; *DD.* & cœteris conſulto omiſſis
latiùs explicuere *Gizzarell. deciſ. 37.
incipient. famoſa, Petr. Gregor. de vita,
& militia q. 1. & ſequ.* ibiq; *Maſtrill.
in addit. & Dominus Andraas Capanus
in eod. tract. de vita, & milit. qu. 1. cum
ſeq. Dom. Praſes de Franch. deciſ. 20. &
deciſ. 61. D. R. Tapia deciſ. S. Conſilij
44. D. R. Capyc. Latro deciſ. 176. n. 40.
cum ſeq. lib. 2. & conſultat. 111. lib. 2.*
51 Quæquè in novis feudis in ſecun-
dogeniti arbitrio eſt, an eam, vel po-
tiùs pretij malit partem eligere *Freccia de ſubfeudis lib 3. tit. de differentia
feud. ex pact. & provident. different. 33.
num. 4. Minad. in repetition. Conſtitut.
in aliquibus, in rubric. in verb. de ſucceſſione nu. 30. D. R. Rovit. in pragmat.
25. num. 3. & 34.*

Ejuſdemquè vitæ militiæ præſertìm pa-
52 rilitate ducti, quid nam à primogenitis
ſecundis fratribus, ſuper officiorum
æſtimatione debeatur, tradiderunt,
ex *Bart. Bald. Salycet. Paul. de Caſtr. Ripa, Vaſquez, Guttierez, Alvar. Valaſc.
Mangil.* aliiſq; *DD. RR. Conſtantius in
l. 1. num. 61. cum ſeq. C. de filijs official.
lib. 12. Rovit. conſil. 106. num. 6. lib. 2.
de Marin. in obſervat. ad cit. deciſ. 551.
ſub num. 7.* ante eum *D. R. Conſil. Arias
de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 49. nu. 26.*
nec diſsentire videtur *D. R. Cõſil. Staibanus reſol. forenſ. reſol. 59. nu. 70. cum
ſeq. lib. 1.*

Vt deniq; quod principalem attinet quę-
ſtionem, cuiquè ſtuduiſſe fas eſt, in
controverſiam reponi ampliùs creda-
mus non poſse, & quia individua
ſunt officia; & quoniam in omnibus
ferè feudis ſunt exæquata, illorum
inſtar, in eis primogenitum tantum-
modo admitti oportere. V. Nonas Maij
M.DC.LVII.

Cum

Cum pura juris hæc omnia niterentur veritate; magnificus Vincen-
53 tius Antonius Barra, Pompeij, & Thomæ Antonij paterexpertiſſimus, præclaruſquè cauſarum patronus, veritati, & ipſe quoque ſubſcripſit. Senatus autèm poſteritati prętereà ſtudens, rem tali pacto, in fiſci commodum cenſuit diffiniendam.

1

Die 15. Maij 1667. Neapoli.

Super inteſtatione officij Magiſtri actorum M. C. Vicariæ in Civilibus, in perſonam Pompeij Barra, uti hæredis quondam Ioſephi Barra, qui poſſidebat dictum officium, cum ampliatione, & poteſtate ſubſtituendi, ut in actis.

Viſis actis per Dominum militem V. I. D. Ioannem Dominicum Aſtutum, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaquè per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera, coram ſpectabile Domino Locumtenente, aliſquè Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino fiſci Patrono, fuit per Cameram ipſam Conſ. provviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, quod ſtante ampliatione ad beneficium quondam Ioſephi Barra, ac decreto Præambuli per M. C. Vicariæ interpoſiti in beneficium Pompeij Barra fratris primogeniti, ac Thomæ Antonij fratris ſecundogeniti dicti quondam Ioſephi, inteſtetur officium in perſonam dicti Pompeij fratris primogeniti, cum ejuſdem prærogativis, & approbatione, prout poſſidebatur per dictum quondam Ioſephum, ſalvis juribus d. Thomæ Antonio ſecundogenito, ac cohæredi dicti Ioſephi competentibus ſuper emolumentis dicti officij; & ſtante facultate per ſuã Catholicam Majeſtatem conceſſa dicto quondam Ioſepho, ejuſq; ſucceſſori liceat Doctori Vincẽtio Antonio Barra Patri, et legitimo adminiſtratori prædicti Pompeij ſubſtituere in officio prædicto perſonam Idoneam, hoc ſuum.

SVMMÆ.

1 *Mutare nefas eſt, quæ diù recepta fuere.*

2 *Fœmina, ad civilia, publicavè officia exercenda, communi Iure, non admittuntur.*

3 . . . *ſexu fragiles, infirmæ, atq; imbecilles habentur.*

4 . . . *ob Conſilij fragilitatem, nequeũt*

Principi deſervire.
5 . . . *cum variæ ſint, & mutabiles.*
6 . . . *& ſæpiùs, adverſus propria laborent commoda.*
7 . . . *facillimè, ob credulitatem decipiuntur.*
8 . . . *ſecretum ſervare nequeunt.*
9 . . . *ut, ijs illud revelans, ipſius ſecreti juris, cedere dicatur.*
10 *Dominus Io: Caramuel commendatur.*
11 *Mulieres, quantum fieri poteſt, ſunt commendandæ.*
12 . . . *laudabiles idcirco complures recenſentur.*
13 *D. Bernardinus Rota, Auctoris Generi proauus, celebratur.*
14 *Mulieres Patriæ, ut digniſſimæ commendantur.*
15 . . . *ut inter optimas recenſeantur, domum ſervare debent.*
16 . . . *fortes reputantur, ſi linum trahent, ac lanam.*
17 . . . *ab officiorum ſucceſſione proindè arcendæ, ut noſtri tradidere.*
18 . . . *quod communi jure vigere, Auctor non diſſentit.*
19 *Fiſci Advocatum, decet bonam in cauſa fidem agnoſcere; prout Auctor pluriès, etiam ex præclaro teſtimonio agnovit.*
20 *Officiales nequeunt, per ſubſtitutum ſua munera exercere, ac communi Romanorum primùm Iure probatur.*
21 . . . *Pontificio.*
22 . . . *Hiſpanico.*
23 . . . *Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, Balearidum Inſularum. ac Cathaloniæ Principatus Conſtitutionibus.*
24 . . . *Siciliæ ulterioris jure.*
25 . . . *Indiarum.*
26 . . . *Vrbis Romæ ſtatutis.*
27 . . . *Ianuenſibus conſtitutionibus.*
28 . . . *Neapolitani noſtri Regni innumeris ſanctionibus, ac ritibus Pragmaticis, regijſq; præſertìm literis, & num. 67.*
29 . . . *ex noſtrorum demum Conſultorum auctoritate.*
30 *Perſona induſtria, in officiorum exercetio, delecta cenſetur.*
31 . . . *quæ per ſubſtitutum, idcircò ſuppleri nequit.*
32 . . . *ex pronomine, Te, vel Tibi in conceſſione appoſita, dicitur electa.*
33 . . . *quemadmodum, & in rebus, in quibus fides exigitur.*
34 . . . *ſive, in quibus perſonarum expoſcitur præſtantia.*
35 *A ſecretis Regni munus, principali officiario abſente, ab ultimo ex Dominis Regentibus exercetur.*
36 *D. Reg. D. Melchior Navarra, Palatinux commendatur.*
37 *Secretum tegere, prima ferè regendi pars, in Principe exiſtimatur.*
38 . . . *eo etenim nil utiliùs, præſtantiùs nihil.*
39 . . . *prùs ſervare difficillimum.*
40 . . . *ut Magno proindè viro, ad id cuſtodiendum ſit opus*
41 . . . *lingua fortunam, infortuniumque gignit.*
42 *Collateralis Conſilij, magna eſt ſublimitas.*
43 *A ſecretis officium, maximi fuit, habitum apud Hebræos.*
44 . . . *penes Italos.*
45 . . . *& generalitèr, apud omnes Principes.*
46 *D. Carolus Emanuel Vizzanius, inter eruditiores recenſetur.*
47 *A ſecretis Principum, varijs nominibus vocati fuere.*
48 . . . *præcipuè primicinguli, notariorū tribuni.*
49 . . . *Primicerijque.*
50 . . . *eorum dignitas, ex ſolidata ipſorum fide, aſſiduoque Principis, cui adſident, exurgit conſpectu, & ſub num. ſeq.*
51 *Proximos ſacrorum ſcriniorum, non primi, ſed ulterioris ordinis ſecretarios, cenſuit Iacobus Gothofredus.*
52 *A ſecretis Regni, dignitas, & auctoritas, patrio jure probatur.*
53 . . . *in eis, perſona induſtria, generalitèr dicitur electa.*
54 *Officij auctoritas, ex rerum deſignatur magnitudine.*
55 *Secretarij hujus Regni officium, quam gran-*

Digitized by Google

grandium rerum numero polleat, ex Regijs quoque verbis elicitur.

56 *Perſonę induſtria, ex eo, quod coràm Principe res geritur, dicitur ſelecta.*

57 *A ſecretis Principum fidei, ac ſilentio, & Princeps ipſe, & reſpublica committuntur.*

58 *Aurelianus Cæſar Mneſthei ſecretarij perfidia, fuit interemptus.*

59 *A ſecretis Principum complures, ob eorum ſpectatam fidem primas meruere fortunas,*

60 *Perſona induſtria in officijs electio, per ſubſtitutum exercendi adimit facultatem.*

61 *Minores, ſine Principis licentia, officia per ſubſtitutos exercere non poſſe, varijs judicatarum rerum comprobatur exemplis, & ſub ſeq; num. 62. 63. & 64.*

62 *Excellentiſſimus Caſtrilli Comes, Regni ProRex commendatur.*

63 *Salernitanus ordo, præclara nitet nobilitate.*

64 *V.I.D. Michael Angelus Gyptius commendatur.*

65 *Mulieres pariter, abſq; Principis privilegio per ſubſtitutos officia adminiſtrare non poſſe, rerum etiam judicatarum, exornatur auctoritate.*

66 *Excellentiſſ. Pennaranda Comes, Regni Prorex celebratur, & n. 123.*

67 *Minores, ac mulieres ſine Regis conceſſione, eiuſdem præſertim literis attentis, in officijs ſubſtituendi carent facultate.*

68 *Præpoſitorum agentium in rebus materiam difficilem duxit Adrianus Turnebus.*

69 *Iacobum Cuiacium, ſatis egregium cenſuit Turnebus idem.*

70 *Sub Adiuua, quæ vox ſit, quiduè in Iure ſignificet.*

71 *Lex 1. C. de præpoſit. agent. in rebus lib. 12. expenditur.*

72 . . . *eam Cujacius, alijq; ante eum, ſub antecedenti titulo de agentibus in rebus ſubnectendam, quo pacto exiſtimarint.*

73 *Agentium in rebus ſchola, per neceſſaria fuit à Cæſaribus cenſita.*

74 . . . *permulti, cum principatus agẽtium in rebus dignitate inſigniri merebant, ſubſtituendi quoque donabantur poteſtate.*

75 *Illuſtres effecti viri, communi jure, ſubſtituendi fruebantur facultate.*

76 *L. 1. C. de præpoſ. agent. in rebus lib. 12. deſuper expenſa contrà adverſarios contorquetur.*

77 *ſicut l. qui ſub prætextu 9. C. de Sacroſanctis Eccleſ.*

78 *Iacobi Rebuffi itidem auctoritas fiſco, non parti favere videtur, & ſub num. 79.*

79 *Vir, & uxor, humani, diviniquè Iuris ſocij dicuntur.*

80 *Fœmina, à feudorum ſucceſſione regulariter removetur.*

81 . . . *ſed ſi à principio, ſcienter fuerit inveſtita; & ipſa, eiuſquè deſcendentes, etiàm fœmina admittuntur.*

82 . . . *dummodò, ſecundum receptiorem ſententiam, ſpeciale pactum interceſſerit.*

83 *Officia, prout feuda, per ſubſtitutos tùnc exerceri forſan poſſe, cùm à principio, ex certa ſcientia, & inhabilibus perſonis, ut puta fœminis, Princeps conceſſerit, ex contrarijs quoque Auctoribus comprobatur.*

84 . . . *aliorumquè paritèr, fulcitur auctoritate, & ſub num. ſeq.*

85 . . . *ac Vlpiani præcipuè, & Modeſtini reſponſis, illuſtratur.*

86 *Officij titulus, ſive (ut ajunt) inteſtatio, ſat ab illius diſtat exercitio.*

87 *Officium minori deſcribi, non vetatur; pro illius vero exercitio, minor donèc ætas effluat, Princeps eligit perſonam.*

88 *Parentum vitia, in liberos tranſire metuuntur.*

89 . . . *prout virtutes deſcendere præſumuntur.*

90 . . . *munera in filios, abſq; ulteriore examine, juſtè regulariter conferuntur.*

91. Per-

91 *Perpetuitas in officijs, illorum pretium auget.*
92 . . *non autèm mutat qualitatem.*
93 *Officia prorogata ſunt apud nos hæreditaria, & ſub num.ſeq.*
94 . . . *& ſi, in ſingularem tranſeant ſucceſſorem,*
95 *officiales nonnulli recenſentur, qui cautiùs agentes, ſubſtituendi facultatem à Sereniſſimis noſtris Regibus obtinuere.*
96 *D. R. Donatus Antonius de Marinis laudatur, & ſub num.* 100.
97 *Doctori de conſuetudine teſtanti, credendum eſt.*
98 . . . *præſertìm,ſi de jure teſtimonium dixerit.*
99 . . . *ſeu de loco, vbi diù degit.*
100 . . . *ac de conſuetudine,quæ ſuo tempore, ſibi locum vindicabat.*
101 . . . *maximè ſi contradictorem js nõ habeat;nam uti lex ferè, ejus tùnc atteſtatio habeterur.*
102 *ſubſtitutio in officijs, ob damna, quæ à ſubſtitutis obveniunt, præcipuè inhibetur.*
103 . . . *idq;etiàm in Indiarum Regionibus, adversùs minores potiſſimùm, regijs fuit ordinationibus conſtitutum.*
104 *Officiales, ut per ſubſtitutum exerceant, ſtatuta, in fiſci compendiũ facta ſolutione, poſſunt obtinere.*
105 *Illuſtr. Dux Canzani Reg. Conſ. Donatus Coppola commendatur.*
106 *Fiſci patrono abſente,quæ decernuntur, nullius momenti judicantur.*
107 *Iudicatum dici nequit,quod excitatũ, diſcuſſumq; non eſt.*
108 *Poſſeſſio,ſeù quaſi,ſine animo, Adverſarijq; patientia, acquiri non poteſt.*
109 *Poſſeſſori invadenti, poſſeſſio non ſuffragatur.*
110 *Officia ſunt perſonaliſſima,*
111 . . . *officiarij morte extinguntur.*
112 *Viventis officialis nemo dicitur hæres.*
113 *Subſtituendi facultas,perſonaliſſima exiſtimatur.*
114 *Subſtituere, eſt alium ſui loco ſubrogare.*
115 *Dom.Ognate Comes, Regni Prorex laudatur.*
116 *Poſſeſſio, ſeu quaſi, ut manutenendi beneficium præbeat, claris, non autem equivocis actibus conſtare debet.*
117 . . . *cui jus aſſiſtit, magni momenti putatur.*
118 . . . *præſertìm in Iuriſdictionalibus.*
119 *Titulus in eiſdem,eſt exhibendus.*
120 . . . *& potiſſimùm in regalibus.*
121 . . . *ſi invalidus in judicio producitur, omnem, etiam annorum mille poſſeſſionem enervat.*
122 *Illuſtr. Marchio Fuſcaldi D.Io: Baptiſta Spinellus celebratur.*
123 *prout D.Præſidens Don Didacus de Vlloa.*
124 *Italiæ ſupremi Conſilij, ennaratur benignitas.*
125 *Subſtituere in officijs, nec minoribus, nec fœminis, ſine ſpeciali Regis licentia, amplius non licere, etiàm regijs nunc literis, oſtenditur conſtitutum.*

ARGVMENTVM.

Fœminæ, ob ſexus fragilitatem, conſilijq; infirmitatem, à publicis exercendis muneribus, juſtiſſimè removentur; cum Domi potiùs, earum induſtria in colo,penſoq; trahendis exiſtimetur. Per ſubſtitutum autèm, cum nemo, nulloque jure, officia valeat exercere, ex quo in ijs, perſonæ delecta cenſetur induſtria: nec fœmina idcircò, nec minores,quibus, principio præſertìm, ac ſcientèr, ea Princeps non cõceſſe-

ceſſerit, per ſubſtitutum ſine ejuſdem ſpeciali diplomate, illa poterunt adminiſtrare; Idque judicatorum quoq; comprobatur auctoritate: Hujuſceque rei occaſione; Regni à Secretis munus, rerum maximè præteritarum exemplis, validiſsimiſq; extollitur argumentis; ut in illius exercitio perſonę ſtudium, induſtriamque adamuſſim requiri demonſtretur. Agentium quoque in rebus, ſivè Præpoſitorum, Principumve in rebus agentium materia, non incõditè enucleatur. Iuris Cõſulto dein de conſuetudine teſtimonium ferenti, quo pacto fides adhibenda, diſcutitur. Poſſeſſio, ac titulus in regalibus requiſiti, in memoriam reuocantur. Ac demùm niſi principali largitione, ſive ſueto in ærario exſoluto Compendio, nullomodo minoribus, ac fœminis in ſuis muneribus, ſubſtituere permiſsùm, etiàm regijs in præſentiarum literis ſancitum, ad laudabilem quæſtionis affertur firmitudinem.

PRO REGIO FISCO

CVM

Illuſtri D. Silvia Barrile Sancti Archangeli Principe, Caiuanique Duce.

Diſſertatio X X V.

1 Fiſci Ius inpoſterùm, fluxum quis nam abnuet cenſendum? cum res illi jam diù judicatas, ut ſuperius *diſſert*.4. ac lucida poſtmodùm, tot per tot annos conſuetudine receptas, contrà *Iuliani libr*. 64. *digeſt*. ac *Vlpiani lib*.9. *var. lect*. monumenta, in controverſiam iterùm reponi poſſe intueatur; Quemadmodum in præſenti cauſa Illuſtr. Ducis Caivani, & Sancti Archangeli Principis D. Siluiæ Barrile libet obſervare; quæ ſucceſſionem hujus Regni à ſecretis officij, ad ſe pertinere dubio procùl exiſtimans, illud quoque, ſine ſpeciali invictiſſimi noſtri Regis licentia, per ſubſtitutum autumat exercere. Cui cum ſeſe juſtiſsimè fiſcus oppoſuerit; noſtram idcirco præ muneris nexu imbecillitatem excitavit; ut non modò communi Romanorum; ſed univerſo fere Iure, noſtris potiſſimùm ſanctionibus, regijſque epiſtolis perpenſis, ac demum rerum diffinitarum exemplis, eidem Illuſtr. Duci D. Silviæ id non licuiſse, neque hodie profectò licere, demonſtremus.

Sed priuſquam id plane firmetur; non incongruum edicere putamus; non tam facile fiſci ingenium eſse irritandum; Non enim adeò, Quiritum jure abſolutum credimus habendum; mulieres ſcilicèt, ad munerũm ſucceſſionem eſſe admittendas; cum Iuri magis conſona ſententia ſit, quæ à ſimili ſuc-
2 ceſſione, eas arcendas pronunciavit;

Digitized by Google

ex *l.in multis 9. D.de ſtatu hominum, l.1.§.ſecundo loco, verſic. ſexum D. de poſtuland.l.fœminę 2.D.de regul.Iuris l.fin.C. de recept. arbitr.* cum alijs *per gloſſ.* adductis in cit.*l.in multis*,ac *Petrum Gregor.Tholoſan.de republ.lib.7. cap.11. num.* 15. quibus ab omnibus officijs, ſivè civilibus, ſivè publicis fœminas removendas eſſe ſancitur.

Iurequè id merito; cum ab ijs exercendis
muneribus, cohibendas eas eſſe; Non
3 modo lecta virorum fortitudo,earum-
què imbellis ſexus ratio ſuadeant jux-
ta *Io: Ouueni diſticon Epigrammatum lib.vnic.nu.*41.

Eclipſin raro patitur SOL, LVNA frequenter:
Eſt magis ad lapſum FÆMINA prona VIRO.

Verum etiam quum ſuapte natura fragiles, infirmæ, atque imbecilles exiſtimantur, ut elicitur ex *l. 2.§. verba D. ad Senat. Conſult. Vellejan. l.ſi mulier.16.C.eodem,l.ſi pater.4.C. de ſponſalibus l.1.§.penultim.C.de rei uxoriæ actione,l.fin.C. de donation. ante nupt. l.ſicut 3.C. de præſcript.30. vel 40. annorum,l.aſſiduis 12.C. qui potior. in pignor.l.quiſquis 5.§.ad filias C.ad legem Iuliam Majeſtat. §. cum enim lex & §. fin.Inſtit.quibus alienar. licet, vel non cap.ex parte Abatiſſa 13.de privileg.& can. Adam.33.quæſt.5.* vnde *Mantuan. eclog.* 4.

Quiſquis es, (expertus moneo) tentare recuſa
Dum licet, hic FRAGILIS, quos habet faſtidia SEXVS.

& Ovid.in *Epiſt. Herus ad Leandrum.*

Vt Corpus teneris,ſic mens INFIRMA puellis.

Earumq; proindè Conſilium, futile paritèr dijudicatur; adeòut, inter cæteras,
quibus à feudorum ſucceſſione exclu-
4 duntur, illa præemineat ratio; quoniã
exquiſita Dominũ nequeunt conſul-
tatione juvare *Chaſſan.inConſuet.Burgund. rubric.3.§.5.n.29.verſic. tertio, Guilhelm. Hanneton. de jure feud. lib. 2.cap.8.ſub num.* 1. ex alijs *Roſenthal. de feudis lib.1.cap.7. concluſ.31. nu.2. verſic tertio,& in not. lit. F.* nec me-
hercle id mirum haberi debet, cum
5 incoſtans, ac mutabile fęmineum
conſultum ſit *S. P. in cap.forus 10. in fin.de verbor.ſignific. Ariſtot.lib.1. politic.*& *Propert.lib.2.eleg.ad Amicum,*

Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes,
Nec folia hyberno, tam tremefacta Noto:
Quàm cito FÆMINEA non conſtat fœdus in ira.

Apertiuſquè *Virgil. 4. Æneid.*

Varium mutabile ſemper FÆMINA;

Quẽ in hoc laudare, dedignatus non fuit
*Diuus Hieronym.oper.to.2. in Micheam cap.7.lit.F.pag.*167. & vel adversùs
6 propria commoda, ſæpiſſimè capeſſi-
tum *l.ſi pater.4.C.de ſponſalibus, cit. §.cum enim lex in fin. Inſtitut. quibus alienar.licet,vel non,Io:Crot.conſ.399. n.23.lib.3.* ut alijs eas poſse cõſulere,
difficillimum cenſitum ſit; eo præſer-
tim, quia ob earum credendi faci-
7 litatem crebriùs, & ipſę mulieres de-
cipiuntur; Qua de re *Ouid. in Epiſt. Phyllidis ad Demophoontem.*

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis, & amans, & FÆMINA verbis:
Dij faciant, laudis ſumma ſit iſta tua.

8 Præterquam quod, à ſecreto (in hu-
juſmodi muneribus mirum in modum
excolendum,) pernotiſſimè abhor-
rent, ut eleganti expreſſit Ironia ex
Antiphane *Io: Stobæus ſententiar. ſermon.* 193.

Quid ais? cum latere velis aliquod negotium, mulieri
Ipſum aperies? at quid intereſt, ſivè mulieri,
Sive omnibus in FORO præconibus narrare?

Quod peſſimè idcirco Fabio maximo ceſſiſſe, nota eſt hiſtoria; eo quod Arca-

Digitized by Google

Arcanum Auguſti Octavij, Martiæ uxori credere non dubitaſſet. Hinc *Tacitus lib. 1. annal. circ. princip. Quod maximum uxori Martiæ aperuiſſe: illam Liviæ. Gnarum id Cæſari. Neque multo poſt, extincto Maximo, (dubium an quæſita morte) auditos in funere eius Martiæ gemitus, ſemet incuſantis, quod cauſa EXITII MARITO FVISSET*: cuius hiſtoriæ eventum, non ſine errore cuidam Fulvio *Plutarchum* tribuiſſe notat *Iuſtus Lypſius in commentar. ad Tacit. loc. cit. n. 31.* ſectatuſq; fuit *Io. Tuilius in notis ad Alciat. emblem. 12.* hocce ex eo caſu, monitum excerpens,

Abſq; gravi, nullus retegit ſecreta periclò,
Fæmineo cum ſit garrula lingua gregi:

Quæ cuncta egregiè ſub hoc collegiſſe epigrammate viſus fuit *Ioannes Sprengius in delit. poetar. german. tom. 6. pag. 305.*

FÆMINEO generi nemo concredere quidquam
Audeat: inconſtans, & leve pectus habet.
Omnia noſſe cupit mulier: ſecreta revelat:
Et niſi quod neſcit, nil reticere poteſt.

Vnde quoties ſciens quis, ac volens ſe-
9 creta garrulo huic detegit ſexui, ſecreti Iuri eum ceſſiſſe lepidè, ac diſſertè docuit omniſcius ille vir *Dom. Ioan:*
10 *Caramuel. 2. par. theolog. moral. fundam. 55. ſection. 3. ration. 3. ſub num. 1591.*

Cætera, ſuper ſacrum illud adagium, ex Michea Propheta, *Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui*, congerit *Reu. P. Martin. del Rio adag. 996. lib. 1.*

Non autem ignoramus, (ut cum fieri poteſt, mulierum virtutes pro digni-
11 tate commendemus) juxta *Euripidis* obſeruationē penes *Stobæum ſent. ſerm.* 186. omni itidem æuo, & Pentheſileas,
12 Hippolythas, Zenobias, Hypſicrateas, Hecubas, Andromachas, Artemiſias, Erinnas, Cleobulinas, Cornelias, Mutias, Aſpaſias, Pruxillas, Atalantas, Penolopes, cæteraſq; digniſſima collaudatione fœminas effloruiſse, ut apud *Io. Raviſium Textorem, in offic. lib. 1. cap. mulier. doct. & cap. fœmin. quar. illuſtr. cum ſeq. Alciat. in emblem. 191. Tiraquell. ad l. connubial. leg. 11. pag. 51. n. 30.* ac *Petr. Greg. de republic. lib. 7. cap. 11. num. 70. cum ſeq.* quarum plurimas, inter Caſtra, inviolatas militaſſe pertritæ narrant hiſtoriæ, ac pręalijs ſic cecinit *Dom. Berardinus Rota*
13 nobiliſſimus genere eques, ac pręclariſſimus vates, du'ciſſimi olim mei generi *D. Ioſephi Capani è nidi ſeſſione* proauus *eligiar. lib. 1. elig. 2.*

.... intactas fama eſt bellaſſe puellas,
Teſtatur certa Pentheſilea fide.

Inter quas percelebres deſuper enumeratas mulieres, patrias noſtras Hę-
14 roinas juſtiſſimè ducimus recenſendas, uti pudicitia, Ingenio, fide, ac pietate Viragines præclariſſimas; de quibus lepidè *Diuus Nazianzenus* pſalliſſe videtur, *carm. 3. præcept. ad virg.*

Novi ego cœleſtes animis, & corpore puros
Vtroque in ſexu multos; nam fæmina ſolum
Robore membrorum cedit: communis utroſque
Inflammat virtutis amor: communis vtriſque
Eſt via, qua celſum rectiſſima tendit ad axum;
Hicquè ille eſt potior, cujus magè prompta voluntas.

Verùm, ut Reſpublica non peſſundetur, ac domeſticorum onerum partem
15 eædem modeſtiſſimè ſubeant; domi retinendas eſse *Diuus Chryſoſtomus 2. ad Timot. Homil. 10.* inquiebat his verbis, *Neque à fidei virtute infirmior ſexus excluditur, imo id quoq; muneris eſt, quod hic etiam ſexus ſæculi curis, minimè à virtutis propoſito impediatur. Neque enim minimam in rebus hu-*

humanis, adminiſtrationis partem muliер ſuſcipit, DOMI ſedulo reſidens; cum abſq; illa nulla reſpublica conſtare poſſint: & Dauid *pſalm. 127. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus DOMVS tua*, & ex *Euripid. Stobęus loc. cit.*

Bona ei cōjuncta, & ſervat DOMVM.

Et *Virgil. 2. Georg.*

Caſta pudicitiam ſervat DOMVS.

Ac *Propertius*

Fęlix Admeti conjux, & lectus Vlyſſis,

Et quacunq; viri fęmina limen amat.

Occurritquè illud *Alciati* in dialogiſmo Veneris, teſtudinem prementis *emblemat. 196.* (quod Phidiæ Heliorum Plutarchum tribuiſſe teſtatur *Guido Pangirol. rer. memor. lib. 2. tit. 1. pag. 64.*)

Quodquè manere DOMI, & tacitas decet eſſe puellas,

Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Quod noſtros nec latuit, ex quampluribus perpenſis juribus, ſed præſertìm, ex *Conſtant. ſanctione in l. 1. C. de officio diverſ. Iud.* ijs verbis, *quæ intra DOMVM, conſiderato ſexu, ſemel contineat.* ut præ cęteris annotarunt *Chaſſan. in catalog. glor. mund. part. 2. conſid. 25. Tiraquell. ad l. Connubial. l. 10. num. 30. & 31. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 215. n. 48. lib. 2.*

16 Quamobrem, earum diù expetitam fortitudinem, in lino, lanaquè contexendis; in Colo, penſoquè trahandis, ſapientiſſimus *Salamon* conſtituiſſe dignoſcitur *proverb. cap. 31. circ. fin.* ibi, *Mulierem fortem quis inveniet? procùl, & de ultimis finibus pretium eius, quaſivit LANAM, & LINVM, & operata eſt conſilio manuum ſuarum*, & infra, *de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & Cibaria ancillis ſuis*, & inferiùs, *manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt FVSVM*; Quodque egregiè Poeta metipſe his carminibus expreſſit *Æneid. lib. 8.*

quum fœmina primum;

Cui tolerare Colo vitam, tenuique Minerva,

Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,

Noctem addens operi: famulaſque ad lumina longo

Exercet penſo, caſtum, ut ſervare cubile

Conjugis, & poſſit parvos educere natos.

Et *Sulmonenſis*, de Lucretia verba faciens *faſtor. 2.* ait

Morigerę uxoris virtus, cui contigit omnis

Fama pudicitia, laniſicaque manus.

Sed contractiùs rem hanc non modicam breve complectitur Carmen, ſepulcrali inſcriptum lapidi, quo Claudiæ Romanæ pudiciſſimæ matronæ, olim oſſa tegebantur.

DOMVM ſervavit, LANAM fecit, dixi abe i.

17 Vt ex his, ab officiorum non modo exercitio, ſed & ſucceſſione procùl habendas eſſe, in ſpecie tradiderint *Marin. Freccia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 51. & 52. verſic. puto*, quamquam conceſſio, *pro hæredibus quibuſcunquè*, concepta fuerit.

D. R. de Ponte de poteſtat. proreg. tit. 10. de diverſ. provis. rubric. de poteſt. ſubſtit. in offic. n. 4.

D. R. Revert. deciſ. 381. & deciſ. 382. n. 2. juxta ordinem *D. R. de Marin.*

D. R. Tapia in repet. l. fin. D. de Conſtit. Princip. part. 2. cap. 3. n. 54. 55. & 56. ubi Frecciæ auctoritatem complectitur, licet largitio *pro hæredibus quibuſcunquè*, ſivè, cum facultate relinquendi *cui voluerit*, facta reperiatur.

18 Verum, quia deſuper tradita, atq; laudata auctoritate roborata; intelligi planè poterunt, aut communi Romanorum Iure, aut ex receptis feudorum conſuetudinibus vigere, quibus fœminæ, tùm ab officiorum exercitio, cùm à feudorum ſucceſſione, (quibus hæc fermè, pluriès firmavi-

mavimus exęquata,) omnimodo ar-
centur; non autem, noſtro patrio Iu-
re; quo maribus non exiſtentibus,
ad feuda quoque, & ipſæ fœminæ
evocantur; quodque neutiquàm
conſuetudine, ut non nulli putarunt,
ſed noſtrarum Conſtitutionum vi-
gore *In aliquibus*, & *Vt de ſucceſſio-
nibus*, id tradidimus obvenire; bo-
19 nam proinde agnoſcentes fidem,
prout juſtos fiſci addecet Advocatos,
ac ut nos, re id expoſtulante, alias
agnoviſſe teſtatur egregius ille Con-
ſultus *D. R. de Marin. in obſervat. ad
deciſ. D. R. Revert.* 545. *num.* 9. *in fin.*
Illuſtrem hanc Principem D. Silviam,
ad officij ſucceſſionem, uti primoge-
nitam admitti poſſe, haud inficiamur:
Aſt, ſicuti primæ huic nos juridicæ
veritati fiſci deſiderium mancipa-
mus; ita pariter ipſa, *Friderici* Con-
ſtitutionis beneficio contenta, in hac
ſecunda controverſia, ut nempè, ſine
peculiari ſubſtituendi facultate offi-
cium nequeat exercere, manus ut da-
ret, æquum quoq; mehercle, iuſtumq;
foret.

Sed, ut quod nobis Iura, & evidenter
prębent, minimè ex adverſariorum
velle videamur expetere, ad fiſci
comprobandam devenientes inſtan-
tiam, nullo pacto, ſine ſpecialiſſimo
Regis diplomate, Dominę D. Silviæ
deſeruire per ſubſtitutum licere,
20 diſpoſitum dicimus: & primo com-
muni Quiritum Iure, ex *l. nullus*
60. *C. de decurion. lib.* 10. vbi Cæ-
ſares ſic reſcripſere, *Nullus, qui nexu
generis Curia tenetur obnoxius, per
SVBSTITVTAM, quamcumque perſo-
nam, Curiales impleat functiones; ſed
ipſe PER SE debitum patria munus
exſoluat*; Sanciuitquè paritèr Iuſti-
nianus in §. *nulli quoque, Authent. ut
Iudices ſine quoq; ſuffragio fiant.* §. *cos
autem Authent. de mandat. princip.* §. *ad
hęc prohibemus Authent. de Collation. &
in princip. Authent. vt nulli Iudic.* & in
dubiè tradidere *in cit. l. nullus gloſſ.
Bart. Io: de Platea, & Lucas de Penna,
in princip. Iacobus Cujac. lit. D. Gotho-
fred. lit. B. D. R. Conſtant. num.* 9.
D. Franciſcus de Amaya n. 2. *Menoch.
de praſumpt. lib.* 2. *praſumpt.* 21. *Ma-
ſtrill. de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 29. *per
tot. tom.* 1. *Capyc. deciſ.* 151. *num.* 1.
& 6. ibiquè *addentes, D. R. de Ponte
deciſ.* 28. *num.* 45. & 46. ex *Bald.
Abbat. Felin. Rebuff. Cardinal. Tuſc.
Marant. Foller. Azeued. Oroſc. Borell.*
alijſquè *Marius Giurba conſil.* 36. *n.* 1.
& *deciſ.* 9. *num.* 1.

21 Iure Pontificio, ex *cap. fin.* §. *cęte-
rùm de offic. & poteſtat. Iudic. del.* ubi
gloſſ. Abb. & alij *D. R. de Ponte cit.
deciſ.* 28. *n.* 46. *Domin. Epiſc. Iſer-
nienſ. in prax. Archiepiſc. cap.* 69.
n. 6. *D. Epiſc. Ricc. in collect. part.* 4.
collect. 1284. *in princip. D. Epiſcop.
Barboſ. in collect. ad cit. cap. fin.*
§. *cęterum n.* 14. & inibi *Viuianus in
princip. Giurba cit. conſil.* 36. *n.* 3.

22 Hiſpanico Iure, ex *leg.* 18. *tit.* 14.
part. 3. & *l.* 4. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopilat.*
& apertiùs ex *l.* 6. *tit.* 2. & *l.* 18.
& 19. *tit.* 3. *lib.* 7. *einſdem recopilat.*
adnotàruntquè, *Azeued. Auendan.
Caſtill. Bouadill.* relati per *Dominum
Amaya in d. l. nullus n.* 1. *C. de de-
cur. lib.* 10. *D. Larrea allegat. Fiſcal.*
86. *n.* 28. *tom.* 2.

23 Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ Re-
gnorum, Balearidum Inſularum, Ca-
thaloniæquè Principatus Sanctioni-
bus, poſt *D. Franciſcum de Vico*, ſu-
per *Pragmat. Regni Sardinia tit.* 8.
cap. 3. probat *D. Conſil. de Xart in
recopilat. cap. einſdem Regni lib.* 3.
tit. 5. *cap.* 3. *pag.* 594. & 595.

24 Vlterioris Siciliæ Regni Pragmati-
cis, ut *pragm.* 3. *tit.* 35. *part.* 2. &
ſub Alphonſo Rege *cap.* 28. 29. &
429. magiſquè ex literis, datis de
menſe Octobris MDLXVII. teſta-
tur *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.*
29. *num.* 2. *tom.* 1. *Muta in cap. Re-
gni Sicilia tom.* 3. *cap.* 51. *obſervat.* 5.
n. 108. & *ſeq. Giurba loc. cit.*

25 Indiarum Iure, ſeu ſchedulis anni
MDCXXVII. tradit eruditiſſimus

D. Io:

Digitized by Google

D.Ioan: Solorzan. de Indiar. Iure lib.5. cap. unic. n. 112. tom. 2. & ſequitur *D. Larrea cit. allegat. fiſcal. 86. num. 28. tom. 2.*

26 Vrbis Romæ peculiari quoquè ſtatuto, ut *lib. 3. ſtat. urb. cap. 33.* id edictum obſervat *Io: Baptiſta Fenzon. ad ſtat. prædior. urb. tit. de feud. cap. 125. verſic. eiuſdem exercitij n. 11.*

27 Pariterquè Ianuenſi, id diſpoſitum cernitur, in *lib. 1. ſtatut. Ianua tit. de offic. & ſcribar. non exercend. cap. 20. §. non poſſit.*

28 Cęteriſquè tandèm, præ temporis anguſtia, prætermiſſis noſtris patriæ Iuribus, id enixè, ac pluries latum invenitur,

A Gulielmo Rege, in *Conſtit. Officia, quæ perſonis, ſub tit. ut Iuſtitiarius alium loc. ſui ordin. non poſſ.* ubi, capitali pœnæ officiarios inobſervantes ſubjecit.

A Friderico Imperatore, in *Conſtit. Duram, & diram*, qua impoſitam mortis pœnam; in officij privationem, bonorumq; publicationem laxavit.

A Regina Ioanna II. in *Ritibus M. C. rit. 2. in primis, rit. 7. item quod nullus, & rit. 309. item quod magiſtri.*

Ab eadem Regina Ioanna in *Cap. Regni Item quod prædicti 276.* juxta ordinem *Nigri, ſub tit. quod officiales ſerviant de perſona.*

A Sereniſſimo Catholico Rege, in *prag. 1. ſub tit. de adminiſtr. & quod ipſimet ſerviant, & non per ſubſtitutum*, ibi *per ſeipſos perſonaliter, & immediatè, & non per eorum ſubſtitutos.*

Sub Sereniſſimo Rege Carolo V. Ab Illuſtriſſimo D. Raymundo de Cardona, Regni Prorege in *prag. 2. §. 12. de offic. Iudic.* ubi hęc verba ſubnexuit, *& quod de cętero officia non concedantur cum ſimili poteſtate ſubſtituendi, quod ſi fortè concederentur cum hujuſmodi facultate, habeantur quo ad hoc præſens pro non conceſſis.*

Ab ipſomet Inuictiſſimo Carolo V. Cæſare in *prag. 2. cit. tit. de adminiſtr. & quod ipſi ſerviant, & non per ſubſtit.* cujus aurea fas ſit verba referre, *Mandamus, quod habentes officia, debeant IPSI PERSONALITER SERVIRE, & non per SVBSTITVTOS, aut alios per eos deputatos, abſquè noſtra expreſſa licentia; exceptis tamen illis, qui in eorum PRIVILEGIIS à nobis conceſſis, ſeu confirmatis, ſubſtituendi facultatem habeant.*

Regijſq; juſſibus Sereniſſimi, pijſſimæq; memoriæ Philippi IV. ut in *cap. noua reformat. cap. 128. & 131.* ad præſens in 3. *pragmaticarum volumine* inſertis *pragm. 75. cit. §. 128. & 131.* quò, ter ad ipſum ſolummodo ſubſtituendi facultatis conceſſionem pertinere; potentiſſimus Rex admonuit; & in *ſubſequenti §. 132.* Dominis Proregibus, ſupremoquè itidem Collaterali Conſilio inhibuit, ne hanc nempe per ſubſtitutum ſeruiendi copiam, niſi ex Iuſtis abſentiæ, atquè infirmitatis cauſis impertiantur; ac dummodo prima, duorum, ſecunda ſex menſium ſpatium, non excedant; Et in facti forſan contingentia, quæ latiùs tempus expoſceret, Rex ipſe Sereniſſimus, pro ſpeciali placito elargiendo, intrà alios menſes ſex adiretur, aliàs habili, idoneæquè perſonæ, à noſtro Senatu officium diſtraheretur, ſexta pretij parte Regiæ Curiæ commodo addicta, ut in *cit. cap. 131. circ. finem.* quæ cuncta appoſitè explicuit *D. R. de Marin. in obſervan. ad deciſ. D. R. Rever. 390. n. 4. lib. 2.*

Ex omni igitur Iure, Regni hujus præſertìm, abſquè peculiari Principis licentia, per ſubſtitutum nequeunt officia exerceri; ut dubio procùl, ex noſtris quoque firmarunt *Niger.* in *cap. Caſtellanos n. 8. de Caſtell. Paris*

29 *de Puteo de Syndic. in verb. ſubſtitutus cap. 1. num. 3. & cap. 2. n. 5. Capyc. deciſ. 151. Carauit. in prag. 1. §. 10. n. 19. ad Senat. Conſ. maced. & in alleg. ritibus præſertim rit. 2. n. 16.* vbi *Scaglion. ſub num. 1. & 3. & Conſtantin. papa in addit. lit. A.*

D. Iu-

*D.Iudex Petra n.*34.prout *rit.7.n.17.*
D. R. Conſtant. in d. l.nullus C.de
decurionibus lib. 10. *n.* 10. *&* 14.
Maſtrill. loc. cit. n. 29. *D. Conſil. de*
Gsorg. allegat. 37. *n.* 36. *D. R.Rouit.*
in rubric. cit. pragm. 1. *de admini-*
ſtrat. & quod ipſi ſerviant, Io: Maria
Nouarius ibidem *n.*1. *& cit.pragm.*1.
de Actuarijs n. 7. & ejus germanus
frater *Io: Antonius in ſcholijs ad cit.*
l. nullus de decurion. lib. 10. appo-
ſitè *Amicangel. de Regalibus officijs*
*quaſt.*7. *num.* 12. *D. R. Capyc. Galeot.*
cit. reſponſ. fiſcal. 12. *n.* 174. 175.
189. *&* 191. *D.R. Sanfelic. deciſ.*362.
n. 1. *& ſeq. lib.* 3.
30 Et inter reliquas, ea refulget ratio;
quoniam in ſimilibus exercendis mu-
neribus, perſonæ induſtria cenſetur
electa, ad *text. in l. inter artifices* 31.
ff. de ſolution. d. cap. fin. §. *is autem de*
officio Iudicis delegat. DD. in cit. l.nul-
lus pręcipuè *D. R. Conſtantius, &*
*Amaya, Capyc. deciſ.*151. *num.*6. *Bor-*
rell. ad Bellug. in ſpecul. Princip. ru-
bric. 10. *n.* 10. *lit. G. Maſtrill. de ma-*
giſtrat. d. lib. 1. *cap.* 29. *n.* 4. *Cara-*
vit. Scaglion. aliique *in cit. ritibus.*
31 Quæ perſonæ delecta diligentia, per
ſubſtitutũ impleri profectò non valet
l. unic. §. *ſin vero talis C. de Caduc.*
tollend. cap. is cui 12. *de offic. dele-*
*gat. lib.*6. ex *Bart. Bald. Parid. de Pu-*
teo, cęteriſque *Amaya loc. cit. num.*2.
Hartm. Piſtor. quaſtion. Iuris lib. 2.
quaſt. 32. *n.* 6. *Mar. Anton. var. reſo-*
lut. lib. 1. *reſolut.* 89. *n.* 2. *Surd. con-*
ſil. 433. *n.* 15. *lib.* 3. *Magon. deciſ.*
lucenſ. 9. *n.* 4. *Andręas Kohl. de ſer-*
uit. feud. part. 1. *n.* 160. *verſic. in-*
ſuper, Martin. Mager. de advocat. ar-
*mat. cap.*9. *n.*1059. *& ſeq. & cap.*10.
n. 573. poſt alios *Barboſ. in collect.*
ad cap. fin. §. *is autem de offic. Iudicis*
delegat. n. 3. *Solorzan. de Indiarum*
Iure tom. 2. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 27.
& 28. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 44. *eod.*
tom. 2. *ac D.Larrea dic. allegat. fiſcal.*
86. *n.* 28.
Quod autem in præſenti, de quo agi-
tur officio, perſonæ ſit inſpecta in-
duſtria; nemo equidèm juſtè pote-
rit hæſitare; non modò ex eiuſdem
conceſſionis verbis, *Confiſi nimirũ de*
TE, qui hactenus varijs in rebus TIBI
creditis, ad imitationem tuorum ma-
jorum de noſtra Regia Corona beneme-
ritorum, nobis inſeraiſti, hoc quoque
32 *officium optimè adminiſtraturum:*
Quam verborum vim, & pronomi-
nis *te*, & *tibi* efficaciam in ſpecie ex-
pendunt *Iacobus Menochius praſumpt.*
*lib.*2. *praſumpt.* 21. *num.*5. *in fin. &*
*num.*6. *&* 17. *D.R. Conſtantius in d.*
*l.nullus C. de decurionibus lib.*10. *n.*24.
& poſt *Auendan. Azeued. Gregor. Lo-*
pez, Aviles, Caſtill. Bovadill. & Ric-
cium, Amaya itidem *num.* 7. Ac ab
33 ejuſdem met officij denominatione,
quæ non niſi fidei ſpecimen deſignat,
quam, ut aſſequantur perſonę Princi-
pes induſtriam, ſtudiumq; exquirere,
Summi Pontificis verba demonſtrant
in cap. fin. §. *is autem de offic. & po-*
teſt. Iudic. deleg. inquientis, *cum in*
his omnibus caſibus induſtriam, &
fidem perſona, cui talia committimus,
eligere videamur; probaruntque *Bu-*
trius conſil. 48. *circ. finem, Cranett.*
conſil. 303. *n.* 2. *Menoch. de arbitrar.*
*Iudicum lib.*1. *quaſt.*68. *n.*11. *verſic.*
accedit.
34 Sed, à perſonarum quoque præſtan-
tia, quæ illud ex tempore tractarunt,
ut ex *Bart. & Decio* firmat *Menoch.*
loc. cit. num. 5. Summi etenim magi-
ſtratus, eximijque equites munus id
ſemper expleuere. Quinimò, ut eo-
35 rundem indicetur auctoritas, quotìes
proprius deficit Adminiſter, ab po-
ſtremo ex ſpectabilibus Dominis Re-
gentibus exercetur, pro ut in præſen-
36 tiarum id gerit egregriè nobiliſſi-
mus Eques, ac præſtantiſſimus Re-
gens, Palatæque Dux D. Melchior
Navarra, & Rocafull, puriſſimi animi
vir, maximis in agendis rebus nemini
quippè ſecundus, clariſſimi quoque,
acutiſſimique ingenij Iure Conſultus;
ſicuti Dominum olim Regentem
Io:

Digitized by Google

Io: Berardinum à Barianovo idem
edicitur exercuiſſe, in *pragmat.* 10.
verſic. y por que de offic. ſecretar.:
Quod pluribus in eventibus id Iure
recipiendum, etiam antiquarum re-
rum auctoritate, mirè ad rem firmat
*Ianus Langleus in ocio ſemeſtr. lib.*7.
cap. 14.

Decetquè ſanè, præclaros viros in hoc
munere, illorumque ingenium, ac
Genium, prudentiamque & quære-
re, & maximopere perſcrutari: to-
37 tiùs etenim Regni ſecretum ipſis
committitur; quod optimè regen-
di, pars maxima eſt; *cum TACITVR-
NITAS*, ut *Didac.Saavedr.*fert, *PRÆ-
CIPVVM SIT REGNANDI INSTRV-
MENTVM* in *idea princip. Chriſ.po-
lit. ſymbol.* 43. §. *atque artibus*; &
accuratiùs *Caſſiodor.var. lib.* 11. *epiſt.*
1. *SILENTIOSE*, ſcripſerat, *geritur
publicum bonum.* Vnde *Plinius*, ad
Trajanum in *Panegyric. Sed tibi Ca-
ſar* (ajebat) *nihil accomodatius fuerat
ad gloriam, quam PENITIVS inſpici;
ſunt enim praclara, qua in publicum
profers, ſed non minora, qua LIMINE
38 TENES.* eò magis quia licet,

*Nihil utilius, eſt quicquam SILEN-
TIO*;

Ac itidem,

*Nihil eſt quicquam praſtantius,
QVAM TACERE*,

Vti ex *Menandro, & Amphide*, mirificè
annotavit *Io: Stobaus, de taciturnit.
ſermon.* 126.

Ideoque, non niſi ſilentium diſcipulis
Pythagoram imperaſſe refert *Laert.
lib.* 8. *in ejus vit.* explicuitque *Au-
lus Gellius noct. Attic. lib.* 1. *cap.* 9.
39 Adeò tamen perdifficile eſt, com-
miſſa tegere arcana, (quodq; Petro-
nius Arbiter his carminibus expreſſit,

*Nam citiùs flammas mortales ore
tenebunt,*
*Quam SECRETA tegant; quidquid
dimittis in aula*
*Effluit, & ſubito rumoribus oppida
pulſat.*)

40 Vt viro mehercle, omni fide, omniq;
prædito induſtria, ad id ſervandum
opus eſſe dignoſcatur; *Dum ad impe-
riale SECRETVM*, *Caſſiodorus* inquie-
bat, *tales conſtet eligi, in quibus re-
prehenſionis vitium nequeat inveniri.
var. lib.* 1. *Epiſtol.* 4. quod perbellè
Ovid. in fragmentis, dixerat,

*Eximia eſt virtus, praſtare SILEN-
TIA rebus*;

Et Martialis *in epigram.* 81. *in Matho-
nem lib.* 4.

Res eſt magna TACERE, Mathon.

Qua de re, quid difficilè, interrogatum
Chilonem reſpondiſſe, *Laertius in
ejus vita lib.* 1. tradidit, *ARCANA
RETICERE*; & ex eodē *Laert. Plutar.*
alijſq; ſummum illum Philoſophum,
quid difficillimum in vita foret, roga-
tum, reſponſum dediſſe ait *Io. Solor-
zan. TACERE, NON DICENDA*; &
rurſus, quiſnam arcanum ſermonem
continere poſſet? *Qui carbonem, quoq;*
reſpondiſſe, *ignitum lingua retinere
poteſt emblem.* 47. *num.* 34. ideoq;
Harpocratem, eò quod ſecretum in-
tegre cuſtodierit, inter Deos anti-
quitas dignum duxit recenſendum;
Ægyptijque eidem offerentes, ut ex
41 *Plutarc.* refert *Martin. del Rio adag.*
239. inquiebant *LINGVA fortunam,
& infortunium homini parit.*

A Senatus, ubi verſatur, ſedetque ſub-
limitate; De eò etenim præter ea,
42 quæ diſſertè congeſſit *Dom. R. Tapia
in tract. de preſtant. Regal. Cancellariæ*,
præſertìm *ſub tit. de prarogat. Regia
Cancell. pag.* 39. *& ſeq.* hæc verba
Illuſtriſſimus D. Peraphan de Ribera,
Alcalà Dux, omni ævo celeberrimus
Prorex in *Pragm.* 2. *de offic. Secret.
in princip.* edixit, *Nam praterquam
quod locus hic ampliſſimus, ornatiſſi-
mus, maximaque dignitatis SEMPER
extitit.*

Ab ejuſdem muneris eminentia, qua
cunctis, id ſęculis, & apud omnes ferè
43 nationes præfulſit, ut apud Hębreos,
ex *Reg.* 2. *cap.* 8. *&* 23. *Eſther cap.* 3.
in fin. Eſdr. lib. 1. *cap.* 7. *Hierem.
cap.* 38. tradunt *Carolus Sigon. de*

Repu-

Digitized by Google

Republic. Habreor. Caſpar Barthius
lib. 50. adverſ. cap. 1. Apud Italos, id
44 Caij Mutij Scęvolę percelebre cõfir-
mat facinus; qui ſcribam, ſeu à ſecretis
cum Porſena cęteris honoratius ſe-
dentem, Regem putans obtruncavit, ut
Livius decad. 1. lib. 2. & Halicarnes.
lib. 10. ejuſque ad rem præ alijs me-
minit *And. Tiraquell. de nobilitat. cap.*
34. *n.* 50. Et quamquam Romanos
non tanti illos pependiſſe ſenſerint
Æmilius Probus, ſive *Cornel. Nepos in*
Eumeno, *Caſaubon. in Vopiſci notis*
pag. 253. n. 11. Buleng. lib. 6. de
Imper. Roman. cap. 26. Caſpar Barth.
lib. 50. adverſ. cit. cap. 1. Tiraquell.
loc. cit. Petr. Gregor. Syntagm. Iur.
univerſ. part. 3. lib. 47. cap. 41. n. 4.
quos tamen in Principum præſertim
à ſecretis, egregiè confutarunt *Ianus*
Langlęus in Ocio ſemeſtr. lib. 7. cit.
cap. 14. verſic. ego tamen, *D. Franc.*
Amaya in d. l. ſi quis n. 37. & 38.
C. de decurion. penes autem Gręcos
plurimi æſtimatos affirmant *Æmil.*
Prob. Iſaac. Caſaubon. Tiraquell. Gre-
gor. Lopez, *Amaya*, alijque deſuper
45 laudati. Vt idcirco in magna hono-
rificentia juxta univerſos Principes,
habitos ſemper fuiſſe, tradant *Purpu-*
rat. in l. 1. D. de offic. ejus cui man-
dat. eſt Iurisdict. Gregor. Lopez in l. 7.
tit. 9. part. 2. verb. para ſus purida-
des, Belluc. in ſpecul. princip. de form.
& ordin. ſtandi, &c. rubric. 6. n. 7.
in fin. Camill. Borrell. ibidẽ *verbo ſecre-*
tarius lit. L. Tiraquell. de nobilitat.
cit. cap. 34. num. 50. & 51. Chaſſan. in
Catalog. glor. mund. 7. part. conſid. 16.
Surgent. de Neapol. Illuſtr. lib. 1. cap.
26. ſub n. 20. Caſtill. Bovadill. lib. 3.
politic. cap. 14. n. 43. Renat. Choppin.
de doman. francia lib. 3. tit. 21. n. 8.
ex *Fauchet. Miralmon. Faucin. Vin-*
cent. Lup. Loiſeau. Louet. R. P. Io: Steph.
Giballin. de univerſ. negot. lib. 6.
cap. 3. artic. 10. num. 2. in fin. ante
eum, ex *Luca de Penna Boer. Laudenſ.*
Cujac. Vopiſc. Petr. Gregor. Pancirol.
Buleng. Gutherr. Gretſer. Salmaſ. Ca-
ſaubon. & Lazio, Amaya loc. cit. n. 38.
46 quem ſequitur, miræ eruditionis vir
Carolus Emanuel Vizzanius de man-
datis Princip. l. 1. n. 16. Varia tamen
47 ſub numenclatura vocatos, puta,
Quæſtores, Referendarios, Cancella-
rios, Notarios, Principum Excepto-
res, Scriniarios, Scriniorumque Ma-
giſtros, ad *text. in l. univerſa. 7. C.*
de div. reſcript. reliquiſq; expenſis Iu-
ribus *Amaya* loc. mox *citat.* ante eum
Toletan. in tit. de magiſtr. ſacr. ſcri-
nior. num. 8. 9. & 10. ſequitur *Anto-*
nius Perez ibidem *n. 2. & ſeq. lib. 12.*
48 Sicuti Notariorum Tribunos, eoſdem
nuncupavit *Vuolfangus Lazius de Re-*
public. Roman. lib. 2. cap. 4. pag. 125.
ejuſmodi *Claudiani* Poetæ Romæ ex-
tantem inſcriptionem, ſatìs ad rem
afferens,

Claudij Claudiani,

Claudio Claudiano V. C: Tribuno Notarior.
inter cateras ingentes artes PRÆ glo-
rioſiſs. Poetarum, D D. N N. Arcadius,
ET Honorius Faliciſſimi ac Doctiſſ.
Impp. Senatu petente ſtatuam in foro
divi Trajani erigi, collocarique
juſſerunt.

49 Ac Primicerios, ſimiles primi cin-
goli à ſecretis, cenſuiſse videtur *Cu-*
jac. in tit. de primicer. lib. 12. quem
R. P. Ioſeph. Giballin. loc. cit. ſub n. 1.
ſectatur, præ muneris oſtentanda di-
gnitate Caſſiodori verbis contentus
lib. 6. form. 16. Non eſt dubium, in-
quientis, *ornare ſubjectos Principis*
SECRETVM, dum nullis exiſtiman-
tur neceſſaria poſſe committi, niſi qui
fuerint fide magna ſolidati. Publicum
eſt quidem omne, quod agimus: ſed mul-
ta non ſunt ante ſcienda, niſi cum fue-
rint, Deo auxiliante, perfecta; quę tanto
plus debent oculi, quantò ampliùs deſi-
derantur agnoſci. Regis conſilium ſo-
los decet ſcire graviſſimos. Imitari de-
bent armaria, qua continent monu-
menta cartarum; ut quando ab ipſis ali-
qua instructio quaritur, tunc loquan-
tur: Totum autem diſſimulare debent,
quaſi neſciant ſcientes. Nã ſollicitis in-

quiſitoribus ſepè, & vultu proditur,
quod tacetur.
Et rationem Noſtri potiſsimùm elicue-
re ex *l. unic. C. d magiſtr. ſacr. ſcrin.*
50 *lib.* 12. Vbi *Anaſtaſius* Imperator, ſic
fuit affatus, *Quia noſtra quodammo-*
do aſſidere majeſtati videntur: & in
l. proximos 8. *C. de proximis ſacror.*
ſcriniorum lib. 12. qua Cæſares ijs
verbis reſcripſerunt, *Quibus enim*
pietatis noſtræ ARCANA merito com-
mittuntur, ijs pietas noſtra vitam
cingulo ſupradicta comisiva, ornan-
dam, decorandamque decrevit. Et
51 tamen, ſacrorum proximos ſcrinio-
rum, non primi ordinis à ſecretis, ſive
magiſtros, aut Primicerios; ſed ſecun-
do, ulteriorivè ſelectos gradu, ſive ijs
proximos exiſtimandos, ratiocinatur
Iacobus Gothofred. in Cod. Theodoſ.
lib. 12. *tit.* 9. *de magiſtr. ſcrinior. in*
comment. verſic. poſt hos tom. 2. quod
nec latuit *Antonium Perez in tit. de*
proxim. ſacr. ſcrinior. n. 2. *& ſeq. cod.*
lib. 12. Quamobrem, aptiſsimè ad rem
Caſſiod. idem *lib.* 8. *Epiſt.* 4. *Iure ſiquidē,*
ait, *de ſe bene arbitrabitur æſtimatū, qui*
Regium meretur alloquiū: quia dignitas
eſt ſubjecti, affatus meruiſſe dominan-
tis: & lib. 6. epiſt. 17. *Quamvis tantum*
ſit clara quæque dignitas, quantum eam
præſentia noſtra conſpectus illuminat;
(dum ſemper honorem ſuſcipit, qui
noſtra Colloquia decenter acquirit,)
ſubdens, & apertiùs, *Nemo tamèn ſer-*
mones noſtros tantū meretur, quam qui
REFERENDARIVS eſſe dignoſcitur.
per eum nobis, cauſarum ordines expo-
nuntur: per eum interpellantium vota
cognoſcimus, & ipſis reſponſa reddimus,
ut negotia compedita ſolvamus. Quæ
52 tamen ad hujus muneris eminentiam
ſignificandam, ſuperflua quodammo-
do videntur; cum regium id ipſum,
jus noſtrum apertiſsimè convincat in
cit. prag. 2. §. 1. *de offic. ſecret.* ibi *Re-*
gium igitur Secretarium, cujus aucto-
ritas ampliſſima, nec minor dignitas
eſt: & in *Pragm.* 10. *eod. tit.* ubi, *y ſiendo*
eſto contra la premintuçia del officio
del dicho mi Sterttario. Vnde in ſpe-
53 cie, in ſimilibus à ſecretis muneribus,
perſonarum induſtriam electam eſse,
ex Regijs Alphonſi ordinationibus
tradidit *Maſtrill. de Magiſtr. d. cap.* 29.
lib. 1. *n.* 9. Quod, his verbis ijdem Cæ-
ſares viſi ſunt annuiſse in *cit. l. proxi-*
mos 8. *C. de proximis ſacrorum ſcri-*
nior. lib. 12. *in princip. Proximos ſa-*
crorum ſcriniorum, quos FIDES, ac diu-
turnæ obſervationis INDVSTRIA, li-
terataque militia, Comitem, &c. me-
rito commendant.
Ab arduis denique cauſis, illarumque
generalitate, ac magnitudine ſelectum
54 virorum arguitur ſtudium *d. cap. is cui*
de offic. delegat. in 6. *Iaſon in l. more*
num. 65. *D. de juriſdict. omnium judic.*
Menoch. de Arbitr. judic. quæſt. 68.
n. 15. *& de præſumpt. lib.* 2. *cit. præ-*
ſump. 21. *num.* 4. *&* 5. *Capyc. deciſ.*
151. *n.* 5. *D. R. de Ponte d. deciſ.* 28.
n. 45. *&* 46. *D. R. Conſtantius in cit.*
l. nullus n. 26. *C. de decurion. lib.* 10.
D. R. Tapia in d. Conſtit. officia, quæ
perſonis n. 12. *D. Amaya in ead. l. nul-*
lus n. 26. Quod autèm ſummi mo-
55 menti res, huic ſint inſitæ officio; &
experimentum docet, & ſereniſſimus,
ac ſcientiſſimus Philippus II. Rex,
Pragmatica ſanctione declaravit, ſub
eodē *tit. de offic. Secret. pag.* 11. hiſce
verbis, *Declarar, que al dicho ſu offi-*
cio incuben las coſas de iuſticia, gouier-
no, y eſtado, y otras dependentes dellas,
que tocan al Reyno. Quæ cuncta, ſivè
56 quoniam Principis in conſpectu, ſivè
quia pro Principe geruntur, perſonæ
quoque induſtriam indicare, ex *Feli-*
no, & Bald. firmavit *D. R. Conſtantius*
in cit. l. nullus n. 29. *C. de decurioni-*
bus lib. 10. Et quiſnam in contro-
verſiam, rectè ducere unquam pote-
rit, ſpecialem hominis nobilitatem,
peritiam, atque integritatem in hoc
munere non expoſci? ſi Princeps,
57 & Reſpublica ejuſdem fidei, ac ſilen-
tio demandati conſpiciuntur? ut diſ-
ſertè tradit *Petr. Gregor. Tholoſ. de re-*
public. lib. 16. *cap.* 9. *n.* 7.

Idque

Idque rerum palam fecerunt even-
58 tus;dum Aurelianum,malitia,ac frau-
de Mneſthei à ſecretis, cæſum fuiſſe
Hiſtorici in ejus vita conſcripſere,&
præ alijs *Thomas Treterus.* Quemad-
59 modum, ex adverſo; qui explorata
fide, tanto muneri vacarunt, ad al-
tiora promoveri, ac primam quoq;
conſequi fortunam emeruere; ut de
Syngro, Vulturio, Sophronio, Ful-
gentio, Cornelio Manitio, Cythereo,
cæteriſque ex *Vopiſco, Ammian. &
Symmac.* notant *Vuolfang. Lazius de
Republic.Roman.lib.2.cap.4.pag.125.
n.40.& 50.& Ianus Langlaus in ocio
ſemeſtr. lib. 7. cap. 14. pag.* 421. Et
de Eumene magni Alexandri ſcriba,
Plutarchus in eius vita, tanta honoris
præſtantia fert eum creviſſe, ut poſt
ipſius Macedonis fatum, inter primos
Græciæ Principes, integritate, belli-
carumq; rerum gloria, fulgeret: ſicuti
Eginhardo ſuo à ſecretis, prudentiſſi-
mè, atque humaniſſimè filiam nuptui
Carolum magnum tradidiſse, refert
*Iacobus Zuingerus in ſuo theatr. vo-
lum. 3. lib. 4. verſic. ſcriba pag.* 748.
& ex *Egin. & Thoellio, Io: à Kochier in
Theſaur. polit. lib. 2. cap. 5. num.* 17.
Ac Marcum Cæſium, Bubelis Roma-
ni exercitus Ducis paritèr ſcribam,
poſt iſtius mortem, in Imperatorem
delectum fuiſse; (quamvis ſeverè id
inſcius Senatus improbaverit,) teſtis
eſt *Valer. Maxim. de diſciplin. milit.
lib. 2. in tit. de L. Martio tribun. milit.
& Senat. Roman.* prout Iovianum, de
Principis itidem ſcriba, quem Primi-
cerium domeſticorum, nuncupavit
*Alciat. in rubric. Cod. de primicer. oper.
lib.* 4. Imperatorem factum eſſe, ex
Euſebio ſcripſit quoq; *Ianus Langlaus
cit. lib. 7. ocij ſemeſtr. cap. 14 pag.* 421.
noviſſimiſque miſſis exemplis, Siadi-
gerium, ſeu Suidgerum, ut *M. Alphon-
ſus Ciaconius* eum dixit, Saxonem, in
Henrici tertij Auguſti Aula, epiſtola-
rum aliquamdiù magiſtrum, Bamber-
genſem Epiſcopatum adeptum, poſt
quartum annum ad ſummum Pontifi-
catus faſtigium ſub nomine Clemen-
tis II. evectum, teſtantur *Zuinger. loc.
cit. & Ciaconius* in ejus vita *Ponti-
fic.* 152. *tom.* 1. ſicut Æneam Syl-
vium Piccolomineum, virum natali-
bus, litteriſq; clariſſimum, poſt quam
Dominico Capranico, à Martino V.
in Cardinalem electo, ad Baſilenſe
Conſilium peragenti, ac Nicolao Al-
bergati Sanctæ Crucis Cardinali, ac
demum Federico Cæſari à ſecretis
adfuiſſet; tandem ad idem ſummum
rerum humanarum culmen Pij II. no-
mine perveniſſe, tradunt *Platina, &
Ciaconius* in ejuſdē vita *Pontific.* 214.

Quam obrem, cum perſonæ dexteritas,
citra ambiguitatem quamlibet, ex ſu-
pra deductis, in hoc Regni à ſecretis
munere ſit delecta; propoſita incon-
cuſſa remanet concluſio; ut, ſine ſpe-
ciali Principis venia, id nequeat per
alium exerceri. Quinimo, non modò,
ſine peculiari indulgentia vetitum id
60 eſse; ſed ob hanc perſonarum ele-
ctam induſtriam; ſerviendi per ſub-
ſtitutum facultatem ademptam omni-
modò cenſendam, ex *cit. l. inter ar-
tifices 31. ff. de ſolution.* probarunt
*Azeued. recopilat. tom. 1. lib. 3. tit. 5.
leg. 6. n. 4. D. R. Tapia in cit. Conſtit.
officia n. 3. Iuris Regni lib. 1. Maſtrill.
de magiſtr. dic. cap. 29. n. 5. Auendan.
de exequend. mandat. cap. 4. ſub n.* 43.
ex alijs *Giurba cit. conſil. 36. num. 3.
verſic. electa itaque, Novar. in d. l. nul-
lus num. 1. in fin. C. de decurionib.
lib.* 10.

61 Reliquum nunc ſanè eſt, ut judicata-
rum rerum auctoritate, (quæque ad
fiſcalem quoque noſtram emanarunt
inſtantiam,) hoc pariter cōfirmemus;
prout, quod ad minores officiarios at-
tinet, id primum in Cajetani ſances
cauſa, diffinitum fuit; Qui, cum à Pa-
tre Nicolao, privilegij ampliationis
virtute, in officio magiſtri Hoſpitij in-
firmorum M. C. Vicariæ, fuiſset in-
ſtitutus *fol.* 10. ac uti ætate minor,
ut ex Baptiſmatis fide *fol.* 16. per ſub-
ſtitutum deſervire ſibi permitti, du-

Digitized by Google

rante minori ætate, efflagitaſset *fol.* 19. Senatus, ſub menſe Octobris anni M DC. LVI. aliter decrevit, *non eſſe*, ſcilicet *locum ſerviendi per ſubſtitutum*. A quo cum Victoria Bruno ejus mater, illiuſq; tutelam gerens, impavidè ſupplicaſſet, ac in integrum reſtitui poſtulaſset; deniq; liti cedens, pro facultate per ſubſtitutum munus
62 exercendi, Excellentiſſimum Caſtrilli Comitem prudentiſſimum Regni, vigilantiſſimumque adijt Proregem, (cuique illam concedendi feliciſſimæ ſemper memoriæ Rex noſter contribuerat;) ac prævia Senatus Conſultatione, ſuetoq; ſoluto in Ærarij commodum compendio, quinque nempe in ſingula centena, eam fuit demum adepta, ut latius obſervare ſuperius libet *differt.* 4.

Id idem judicatum fuit, in cauſa Franciſci Antonij Plageſe ſimiliter minoris; prò quo, cum Vincentius ejus avus, & adminiſtrator officij Credentierij Civitatis Caſtri Maris de ſtabia, vigore prorogationis à Franciſco Plageſe patre obtentæ pro deſcriptione inſtaret, (quam nos vulgo *inteſtationem* dicimus,) & intereà, ſtante minori ejus ætate, licere per ſubſtitutum ſibi deſervire *fol.* 1. Senatus XI. Kalendas Februarij anno MDCLVIII. *inteſtationem* ſolummodò, eidem præſcripſit concedendam *fol.* 9. Quamobrem, pro ſubſtituendi licentia, conſultationem petijt *fol.* 10. obtinuitque *fol.* 11. ac ipſiuſmet Domini Proregis, Collateraliſque Conſilij reſcripto, compendijq; ſolutione præcedentibus, electum admiſimus ſubſtitutum *fol.* 20.

Sicutì receptum fuit in officio magiſtri actorum in Civilibus M. C. Vicariæ, olim Vincentij Salerni, ad cujus exercitium, cum virtute conceſſę prorogationis, admitti ejus ex filiabus nepotes, nepteſque minores petijſſent; & pro ſubſtituendi facultate adimplere ſpopondiſsent *fol.* 1. Senatus XII. Kalendas Iulij anno M DC LVII. officij dumtaxat deſcriptionem, Franciſco de Auguſtino nepoti, ac maſculo impertitus fuit, (ut annotavimus *differt.* 23. *n.* 28.) conſultationemque pro poſtulata ſubſtitutione D. Proregi mandavit faciendam, juxta quam, cum idem D. Caſtrilli Comes reſcripſiſſet, ſoluto conceſsę poteſtatis pretio *fol.* 14. conſuetas electus minor fuit literas aſsequutus.

Ac Ioſepho Paduano, officium petenti ſcribæ regeſti Regiæ Cancellariæ prorogationis vigore, à Ioſepho patre præhabitæ III. Kalendas Iunij M DC LIX. *inteſtatio* tantummodo decreta fuit *fol.* 20. Ideoque, ut per alios munus poſset is exercere, cętera deſuper enumerata ſolemnia, petijt, impetravit, implevitque *fol.* 23. & 24.

63 Quemadmodum, id quoque obveniſse dignoſcitur magnifico Gregorio Mariæ de Vicarijs, ex clariſſimo Salerni ordine; Qui, cùm ex paterna nominatione, præcedentis ampliationis vi, uti ætate minor deſcriptionem tantummodo VII. Idus Decembris M DC LVIII. conſequutus fuerit *fol.* 8. reliqua, ut per ſubſtitutum muneri incumbere valeret, adimplere coactus fuit *fol.* 21. *cũ ſeq.*

Idem ſimiliter ſervatum fuit, in perſonam Didaci Balthaſaris de Pegna minoris defuncti Michaelis filij, qui, vel à principio facultatis ſolutionem obtulit *fol.* 1. & *inteſtationis* decretum III. Kalendas Decembris MDCLIII. tantummodò aſsequutus, cuncta poſtmodum complevit adamuſſim *fol.* 13. 17. & 18.

Et in cauſa officij magiſtri Rationalis Regiæ Siclæ, quod per prius magnificus Scipio Lettereſe adminiſtraverat, cujus *inteſtationem*, cum V. I. D. Laurentius de Bonis, Franciſci filij pupilli tutor, à patre prorogationis robore nominati, VI. Idus Iunij M DC LX. dumtaxat obtinuiſset *fol.* 11. ſubſtituendi facultatem, eandem aggreſsus viam, non deſijt adipiſci *fol.* 13. & 14.

Ac

Digitized by Google

Ac tandèm, alijs miſſis, id itidem diffi-
nitum fuit in perſonam Antonij Barri-
lis filij prædefuncti Ioſephi, in officio
ſcribæ à mandatis Collateralis Con-
ſilij; cujus, cùm magnifica Anna Ma-
ria Cavallaro ipſius Antonij mater,
tutelamque adminiſtrans, & inteſta-
tionem, & per alium intereà deſervi-
64 re poſtulaſset, ac pro ea V. I. D. Mi-
chael Angelus Gizzius laborioſus, ac
perdoctus ſane Conſultus, ejuſq; pro-
pinquus patrociniũ prçſtitiſset XVII.
Kalendas Novembris MDCLVII.
deſcriptio illi tantummodò decreta,
fuit *fol.* 12. ut idcircò veritatem, &
ipſemet *Gizzius* agnoſcens, ſerviendi
per ſubſtitutũ ſibi Copiam expoſcens,
& conſultationem, & reſcriptum quç-
ſivit, Curiæque exoluto compendio,
aſſiduas jam factas, à Senatu literas
impetravit.
65 Et quamvis deſuper in Mares dedu-
cta, ſatis, ſuperque, immò efficacio-
ra adverſùs fçminas eſse videantur;
cum contra mares, non radix, non
ſexus; ſed ætas tantummodo pugna-
re comperiatur; Nè tamèn, in ſpecie
in mulieres quoque rei judicatæ de-
ſideretur auctoritas; ſic paritèr in
cauſa D. Angelæ Monaco magnifici
Rationalis Honufrij filiæ, hçrediſque
ſervatum fuit; cum etenim illa munus
ſibi Officialis majoris exercitus ſcri-
bæ portionis deſcribi; exercitium ve-
ro D. Ioſepho Gomez Palumbè ejus
viro, demandari petijſset, facultatis
præſertìm virtute, in regio ampliatio-
nis privilegio expreſſim conceſsæ
fol. 6. Quoniam tributa illa facultas,
non niſi minori ætate perdurante,
impertita fuerat; acriter idcircò, ei-
dem tunc majori, uti fiſci patronus
oppoſitionem fecimus; quà de re dif-
ficultatis veritatem conſulta mulier
agnoſcens; ſubſtituendi poteſtatem
ſueta pretij oblata ſolutione, iterum
poſtulavit *fol.* 10. Senatuſque con-
ſultatione, ac Domini Proregis, Col-
lateraliſque Conſilij, regijs obtentis
literis, ac quinque in centena ſingu-
la Curiæ ſolutis, Kalendis Martij
MDCLVII. ſubrogandi licentiam ju-
re meruit obtinere *fol.* 10. *cum ſeq.*
Rurſùs, in cauſa magnificç Antoniç Mag-
dalena, id conſimiliter fuit in ſpecie
terminatum: Nam, cum officia Actua-
riatuum regij navalis, & literarum
Curiæ, ampliationis vigore à Magni-
fico Rationali Magdalena ejus geni-
tore, ſibi deſcribi inſtetiſſet; & inte-
rim ob ſexus impedimentum, fas eſſe
ſibimèt ipſi, ſubſtitutos nominare
fol. 1. VI. Kalendas Septembris ejuſ-
dem anni MDCLVII. pro unius tan-
tùm vitæ curriculo, (quamquam ul-
terioris vitæ Prorogationem, per fra-
ternum obitum jam conſumptam prç-
tendiſset, ut ſuperiùs prænotatum eſt
diſſert. VI. in fin.) fuit illi *inteſtatio*
dijudicata; expreſsèquè injunctum,
ut proſubſtituendi auctoritate, juxta
fiſcalem noſtram inſtantiam, D. Pro-
regem adiret, perſona interìm ab eo-
dem noſtro Senatu deputata, quç eo-
rundem officiorum vacaret exercitio
fol. 13. Cumque parere renuiſſet; ter
decretum fuit, ut injuncta adimpleret,
ad officiorum alioquin venditionem,
ac emolumentorum in Regiç Curiç
addictionẽ deveniretur *fol.* 16. & 17.
& quia conſultationem ſibi fieri tan-
dem curavit, ſubſtituendi exindè fa-
cultatem ab Excellentiſſimo Domi-
66 no Comite Pignorande æquiſſimo,
acceptiſſimoque tunc Regni modera-
tore, Regiam ſic quoque impertiendi
poteſtatem habente, pariter ade-
pta *fol.* 19. cçteriſque impletis, aſſue-
tas, pro ejuſdem facultatis exercitio,
fuit literas conſequuta *fol.* 21.
Vndique igitur patet, nec minores, nec
mulieres ſine ſpeciali Principis per-
67 miſſu, per alios poſse officia exer-
cere, regijs potiſſimùm juſſibus atten-
tis, pro ut *D. R. Donatus Antonius de
Marinis*, in hac prçcipuè regalium
materia verſatiſſimus; quique, in hiſce
fermè omnibus judicatis rebus, ſub
noſtro tam lingua, quam calamo ex-
hibito patrocinio depromptis, & in-
terfuit,

terſuit, & libera dedit ſuffragia, juſtiſſimum fiſci jus dignoſcens, poſteritati tradere conſulto exiſtimavit, & primum *in obſervat. ad deciſ. D. R. Revert. 364. circ. finem*, ibi *verum, cum non poſſit ipſa* (de fęmina diſſerens, ad officiorum ſucceſſionem apud nos indubiè admiſſa,) *propter ſexus impedimentum deſervire, cogitur ad Dominum Regem recurſum habere pro facultate obtinenda, ut per ſubſtitutum deſervire poſſit; Nam abſque Regis diſpenſatione hoc ei non liceret, obſtantibus noviſſimis Regis ordinationibus.*

Et præter ea, quæ minorum reſpectu, in ſpecie congeſſit in *obſervat. ad deciſ. ejuſdem D. R. Revert. 390. n. 4. lib. 2.* quod ad mulieres quoque attinet, ac ut omnis in hac re ſubmoveatur ambiguitas, hæc etiàm ſubtexuit verba in *obſervat. ad deciſ. 382. n. 5. lib. 2. Diximus ſuperiùs, quod quando fęmina, vel ut hęres in officio nominata, vel ab inteſtato in eo ſuccedens, eſt ad illud admittenda, quia ob ſexus impotentiam exercere non poteſt, per ſubſtitutum deſerviet; nunc addo hoc intelligendum Regis accedente permiſſu; nàm abſq; Regia facultate, ut per ſubſtitutum deſervire poſſit, nullatenus per ſubſtitutum deſervire ei liceret, obſtantibus noviſſimis Regijs ordinationibus.*

SED QVAMVIS, ex deſuper firmatis, fiſci juſtitia exſurgat lucidiſſima; nè tamen, quæ ex adverſo magnificus Cauſę Patronus, ingenij oſtentandi gratia objecit, inulta remaneant; ſigillatim eis duximus reſpondendum.

Primo quidem, inquit, In Regno fœminas (quidquid ſibi dixerint *Freccia, & ſequaces*) citrà omnem nunc diſceptationem admitti: Quinimò, communi Romanorum Iure, hujuſcemodi ſucceſſionis capaces eſse; & pluribus adhibitis diſtinctionibus, per alios deſervire poſse, ex *l. 1. in fin. C. de præpoſit. agent. in rebus lib. 12.* & *gloſ. in d. l. nullus C. de decurionib. lib. 10.* textũ inducente *in l. qui ſub prętextu 9. C. de ſacroſanctis Eccleſijs*, & in ſpecie de muliere verba faciente, *Rebuffum* affert *ad cit. l. nullus n. 1. verſic. eadem gloſſ.* ſubdens, quod primo loco annuerat, quodque fortiùs eſse videtur; ut cum ad officiorum ſucceſſionem apud nos, fęmina ſit habilis effecta; neceſſarium conſequens cenſendum ſit, ut ad ſerviendum itidem per ſubſtitutum, recipiatur.

Sed reſpondetur; & quod ad priores propoſitiones attinet, de mulierum videlicet ſucceſſione apud nos in officijs recepta, ipſarumque Quiritum Iure cognita pariter, ſuccedendi incapacitate, diſtinctè ſupra diſsertum eſse *n. 17. & 18.* Quo verò ad ulteriorem partem; quà ſubſtituendi poteſtatem ex communi Iure promere conatur, ex *l. 1. C. de præpoſit. agent. in reb. lib. 12.* nobis dicere, concedatur, illius legis diſpoſitionem hac in re tri-
68 pliciter collabi, ac primum, ad contrariam probandam Theſim, agentium in rebus materiam ex ea proponi, noſtris forsàn non æquam viribus, contrà *Horatij* monitum *de arte Poetic.* cum præter Iacobum Cujacium, ceteros caligaſse his verbis ſenſerit *Adrianus Turnebus Adverſ. tom. 2. lib. 13. cap. 10. Agentes in rebus à Iure Conſultis memorati, & ab Hiſtoricis, ſatagere cogunt decurias Iuris Conſultorum, & literatura prudentum; & tamen cum ſe cruciarunt multum deniq; quærendo, adhuc quærunt, nec ad verum conjectura evadere poſſunt: unum
69 excipio, Cujacium, qui ut eximius, extrà numerum eſt*; Vt idcircò noſtrorum ſaltìm utendum ſit adagio, legem ſcilicet, varijs excuſsam intelligentijs ad Cauſarum diffinitionem allegari non decere, *Bart. Alex. Iaſon. Purpurat. Aymon. Cravett. Picus, & Everhard.* quos ſectantur *Ozaſc. deciſ. 22. n. 19. D. Præſes de Franch. deciſ. 101. num. 19. & deciſ. 369. n. 9.* ac *D. R. Merlin. contr. forenſ. cap. 53. n. 22. centur. 2.*

Itèm,

Itèm, eandem legem de Agentibus omnibus in rebus, & univerſim intelligi
70 plane non poſſe; ſed ſolummodò de ſubadiuva (vox in Imperij notitia admodum frequens;) quique adjutoris adjutor eſt, ut ex *Syneſio in Epiſt. ad Herculianum* notant *Briſſonius de verbor. ſignificat. verb. ſubadiuva, Caſaub. in Athen. lib. 1. cap. 6.* & *Io: Meurs in gloſſar. græcol.* quodque excerpi-
71 tur ex eadem *l. 1. C. de præpoſit. agentium in reb. in princip. SVBADIVVARVM ſolicitudine per annum dumtaxàt integrum procedentes gradatim ſubire, hac in æternum valitura lege decernimus*; explicuitque dilucidius *Cujacius* ibidèm, per hæc verba, *Quod ijs duobus officijs, ſubadiuvarum, & adjutorum pares eſſe non poſſint, & ut ſi non ſufficiant exequendo ſubadiuvarum muneri, ex cauſis hac lege expreſsis, per ſubſtitutum qui ſit ex eodem ſcrinio, in quo præfuturus eſt, quaſi ſubadiuva, implere id poſſint.* Vnde meritò, in fine ejuſdem legis, ſubadjuvæ verbum deſiderari inquit egregiè, ſic illam complens, *præfatum SVBADIVVÆ munus eos IMPLERE præcipimus*; quod, & *Dionyſius Gothofredus* ibidem ex veteribus Codicibus probavit *lit. D.*

Ac demùm, nequaquam ibi de ſimplicibus in rebus agentibus, ſive de Præpoſitis agentium in rebus, (quos medios, intèr in rebus agentes, ac ipſos agentium in rebus Principes, ſçpè noſtri conſtituere,) ut vulgaris ille titulus *de præpoſit. agent. in reb.* inſcribi-
72 tur; (quodque ex errore emanaſſe inquit *Cujac. loc. laudato,*) citatam legem primam *tit. de præpoſit. agent. in rebus* ſub antecedenti *titulo de agent. in rebus* quintam numero ſubnectens, quam etiàm methodum, antè eum uſurparunt *Lucas de Penna*, ac *Io: de Platea in princip. legis prædictæ*, idque idem advertunt, ſed non imitantur *Garzias Toletan. in cit. tit. de agentibus in rebus num. 3.* & *Antonius Perez in eod. tit. de præpoſit. agentium in rebus in princip.*) Sed de Principibus agentium in rebus tractari, qui ex probata in rebus agentium ſchola, ut Auguſti ajunt *in l. 1. & 2. C. eod. tit. de agentibus in rebus*, quam ſibi
73 maximè neceſsariam fatebatur *Honorius* in *eod. tit. Cod. Theod. lib. 12.* ibique explicuit *Iacobus Gothofredus*
74 *tom. 1.* ac poſt palmam emeriti laboris, Principatus honore munerabantur, ut *Gratian. Val. & Theod.* inquiunt *in l. 1. C. de princip. agent. in rebus eod. lib. 12.* annuitque id idem *Zeno* in *eadem l. 1. C. de præpoſ. agentium in rebus in princip. AGENTES in rebus, qui per ordinem conſequi ſolent principatus inſignia*: & inferius, *Nàm præter emolumenta, quæ de prædictis ſcrinijs conſequuntur, principatus etiam ſolatio debent eſſe contenti*; confirmantque præ alijs *Cujac. loc. cit. in princip.* & ex Theodoſij quoq; novella, ac Caſſiodori auctoritate, *Antonius Perez in tit. de princip. agentium in rebus num. 2.* Vt mirum idcircò non ſit; ſi poſt adeptam Principatus dignitatem, hac quoque per alios ſerviendi facultate perfruantur, quæ præ illuſtribus itidem in eadem
75 *l. nullus 60. verſic. hi vero C. de decurionibus lib. 10.* diſpoſita fuerat, cuiq; conſonat *l. ad ſimilitudinem 21. C. de Epiſc. & Cler. & l. 187. C. Theod. de decurionibus tit. 1. lib. 12.* enumeratq; proinde perſonas, hac illuſtrium dignitate fulgentes, ex *Divo Iſidor. Sidon. Pancirol. Io: Savor. Bulenger. Vuolfang. Lazi.* alijſque *de Amaya in ead. l. nullus n. 32. & ſeq.*

76 Quinimo, Argumentum ex ea lege deductum retorqueri poſse putamus; Inibi etenìm, ſivè agentibus in rebus ſubadjuvis, ſivè Principibus in rebus agentium, privilegium per ſubſtitutos ſerviendi, fuerit indultum; Imperiali largitione, quemadmodum & illuſtribus, Cæſarea illa Sanctione legis *nullum*, conceſsum fuit, probaruntque (ut mox dicebamus) ibidem *gloſſ. Bart. Lucas de Penna, Io: de Pla-*

tea,

tea, Conſtant. Amaya, Menoch. Maſtrill. R. De Ponte, cęteriq; ſuperius allegatis Quà propter nil ampliùs, ex eiſdem conſtitutionibus argui poſse cenſemus; niſi facultatem hanc, per alios munera explendi, tunc officiarijs licere, cùm principale eis diploma id impertiatur: Quæ noſtra tantummodò, in hac quæſtione, eſt inſtitutio; Vt ſcilicet invIctiſſimus Rex noſter, hiſce in eventibus adeatur; quique ſive officiorum perpenſa præſtantia, ſive perſonarum inſpecta dignitate, ſive tandem ſueto ærarij ſervato compendio, expetitę licentię per alios ſerviendi, conſultè poſſit indulgere.

77 Quemadmodum, & *legem qui ſub prætextu 9. C. de ſacroſanctis Eccleſÿs*, à *gloſſ.* inductam, quæque repetitur *ſub tit. 17. C. de collegiatis, & Chartopratis, & nummular. lib. 11:* contrà adverſarios itidem credimus contorquendam: In eà etenim, quàmvis Cæſares, in locum, clericum ſe ſimulantis, Eccleſiæque non ſervientis, alium ſubrogandum ſtatuerint: ſubſtitutionē, non ab ipſo; ſed à Decanis perficiendam, viſi ſunt ſanciviſſe; *ſciat*, inquientes, *pro ſe alium ſubrogandum*; & docuerunt ibidem *Iacobus Butrigar. Bart. & Bald. in princip.* & expreſsè ante eos *gloſſ. in verb. muneri*,

78 Ac *Iacobi Rebuffi* quoque auctoritatem, pro fiſco eſſe recenſendam; non modò, quia pro fœmina, ſolum maritum juſtum ſubſtitutum ſibi ſuaſit, eò quod vir, & uxor una ſunt caro, di-
79 vinique, humanique Iuris ſocij *l. adverſus 4. C. de crimin. expil. hæredit.* ut *in cit. l. nullus n. 1. verſic. & ideo poteſt per maritū*; ſed quoniam, perſonæ quotiès exigitur induſtria, (prout in hac re expoſci latè deſuper firmatum eſt,) nullo pacto per ſubſtitutum exercere quem poſſe, ejuſdem *legis nullus* virtute, ibidem *Rebuffus* ipſe diſtinguit *ſub n. 1. verſic. vel dic ad tollendum C. cit. tit. de decurionibus lib. 10.*

Ad poſtremam vero partem, & in qua totus, (ſi qui forte ſupereſt) hujuſce quæſtionis cardo reſidere videtur; ut fœmina ſcilicet ad officij ſucceſſionem habilis effecta, ad ſervitium per ſubſtitutum quoque præſtandum, admiſſa cenſeatur; compertiſſimè, nec incurioſa quidèm diſtinctione adhibita, reſpondendum opinamur: Vt contraria nempe opinatio vigere fortaſſis poſſit; quotiès ab initio, fœminæ Princeps officium, certaque ex
80 ſcientia elegerit, largiri; feudorum inſtar, à quorum ſucceſſione licet regulariter mulier arceatur, *cap. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud. cap. 1. §. hoc autem notandum, de ÿs qui feud. dare poſſunt*, cum cęteris per nos traditis *diſſert. 11. n. 25. & diſſert. 23. n. 23.* ſi
81 principio tamèn illa fuerit evocata, ex *Oberti*, ac *Gerardi* ſententia, & feudum poſſidebit; & in eo, origine inſpecta, ejus deſcendentes, etiàm fœminæ recipientur, ex celebri *Petri Anchar. conſil. 339. incipient. pro majori intelligentia n. 6. & ſeq.* & poſt *Aretin. Soccin. Iaſonem*, alioſque ſequuntur *Grat. conſil. 120. num. 26. volum. 1. Cephal. conſil. 185. n. 26. volum. 2. Gozadin. conſil. 74. n. 14. in fin. & 15. Rolandus à Valle conſil. 76. num. 9. & 10. lib. 3. Michael ab Aguir. de ſucceſſ. Regn. Portugall. part. 2. n. 50. D. R. Tapia in repetit. l. fin. D. de Conſtit. Principum part. 3. cap. 3. num. 57. & 58.*

At, (quidquid ſit de hac *Oberti*, ac *Gerardi* opinione,) quam amplexandam
82 inquiunt, ſi peculiaris intervenerit pactio, ut in quęſito videlicet per mulierem feudo, filia ſuccedere valeat, prout docuit *Iſernia in cap. 1. de benefic. ſeu de feud. fœminæ circ. princip.* quæſtioneque diſcuſſa probavit *D. R. Conſil. de Giorg. in repetit. feud. cap. 51. ſub num. 24. 26. & 27. & ſeq.* & in ſpecie in officijs eam oppugnaverat *Freccia de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 55.* Quotieſcunque in Virum, & electiſſimum, ut in hac ſpecie, conceſſio

initium

initium ſumpſit, res aliter habere ſe ſe opottet; & in contrarium, omni Iure firmata, indubium ſibi locum vindicabunt; Quod, ex eiſdem *Auctoribus*, ex adverſo laudatis, libeat comprobare, ex *Andrea* nempè, qui in *cap. 1. de benefic. fœmin. in fin.* de Clerico, ac fœmina loquitur, quibus ſcienter ab initio feudum datum eſt, ibi, *Vel datum Clerico ſcienter, & ob gratiam; ſicut dicitur de fẹmina*, & *in cap. 1. §. qui Clericus num. 6.* ſive §. *ſi minori, ſi de feud. defunct.* quo loci ita fatur, *Dedit Dominus feudum minori 24. annis, an debet facere fidelitatem? dicitur quod non; niſi cum erit pubes, vel doli ſit capax.*

Capyc. deciſ. 31. num. 3. qui Andream, citatis locis ſequitur, & nec de ſucceſſione; ſed de inveſtitura, ideoque primęva conceſſione pertractans, ſic ait, *vera videtur concluſio, quod quando per inveſtituram vocatur aliquis ad feudum, qui alias eſſet inhabilis: licet alias ex natura feudi non admitteretur quis ad ſerviendum per ſubſtitutum, tamèn iſte inhabilis admittitur.*

D. R. de Ponte, Qui *Andream*, & *Capyc.* ſectatus, *de poteſtat. Proreg. cit. tit. 10. rubric. de poteſtat. ſubſtituendi in offic. num. 3.* ita in feudis, & in officijs ratiocinatur, *Quod limito, quando ex certa ſcientia conceditur feudum, vel officium, ſervitium perſonale continens, alicui, qui non poteſt de perſona ſervire, quia inhabilis, mancus, cacus, aut ſurdus, vel fœmina; nam intelligitur tùnc diſpenſatū, quod ſerviat per ſubſtitutum.* Nec alitèr intelligi poteſt; nam ſibi alioquin contradiceret; cum *ſub n. 4. ſubſeq.* fœminam ab officij ſucceſſione, & ſi clauſula *quibuſcunque*, in largitione fuerit oppoſita, temovendam, & acerrimè firmaverit.

Amicangel. de regalib. officijs quaſt. 7. n. 15. id idem fatetur hiſce verbis, *Nam quoties eſt electa perſona inhabilis ad officium, tacitè cenſetur jam eſſe diſpenſatum, ut per ſubſtitutū ſerviat.*

84 Quibus jungendi ſunt *Bart. in l. quidam conſulebant, in princip. D. de re judicata*, Vbi minorem decem, & octo annis, ſed ſupra decimum quartum, judicem dari poſſe docuit, ſi ex certa ſcientia eum Princeps conſtituerit.

Alex. poſt *Bald.* & *Angel.* ibidem *n. 4. & 5.* ſic dicens, *Quod iſte text. intelligitur quando Princeps ex certa ſcientia facit; quia tunc videtur diſpenſare, ſed ignoranter non poſſet delegare, niſi majori 18. annis.*

Cuman. num. 2. in fin. ibi *quod Princeps qui inhabilem aſſumit ad dignitatem, videtur cum eo de omnibus diſpenſare.*

Zaſius num. 14. vnde ſi ex certa ſcentia eum promoverit, ſine dubio intelligitur cum eo diſpenſare.

Afflict. deciſ. 320. num. 8. quo loci ſi Princeps, ſenſit, Monacum ad feudum habilem facit, quoad vivat videri, ut per ſubſtitutum ſerviat, indulgere.

Grammatic. deciſ. 81. n. 8. quod quando Papa ſcienter promovet defectuoſum, & tunc videtur diſpenſare promovendo.

Comprobat *Menoch.* quam plurima quoq; recenſens exempla *præſumpt. tom. 1. lib. 2. præſumpt. 20. n. 1. 7. & 11. cum ſequent. uſque ad n. 19.*

Ex alijs *Alex. de Nevo in ſyſtem.* ad *eandem legem lib. 42. D. D. tit. 1. §. fin. n. 4.*

Idem *D. R. de Ponte deciſ. 27. n. 8. in fin.* ex verbis inquiens *iſtius privilegij, non eſt dubium, eſſe diſpenſatum minori ætati*, & n. 10. *tamen ſi concedens habuit plenam notitiam, tunc cenſetur diſpenſaſſe*, & n. 11. *& ſemper, quod Princeps concedit informatus ex certa ſcientia, intelligitur diſpenſare incapacitati*, & ſub n. 14. *quia Rex informatus, & ex certa ſcientia concedit, & intelligitur diſpenſaſſe.*

Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 29. num. 30. Quod ſi officium, ſervitium perſonale continens, alicui inhabili concedatur, qui hujuſmodi ſervitium

præſtare non valeat; tunc intelligitur data poteſtas illud exercendi per ſubſtitutum.

D. Regens Revert. deciſ. 437. *num.* 2. *lib.* 2. *Tamen oportet quod Princeps ſciat, illum eſſe inhabilem; quia tunc officium ei conferens, cenſetur cum eo diſpenſare.*

D. R. Conſtantius in tit. l. nullus n. 12. *Quando ex certa ſcientia conceditur officium inhabili; tunc enim conceſſa intelligitur ſubſtituendi facultas.*

85 Cujus rei adductam rationem *Vlpianus* in eadem *l. quidam conſulebant* 57. §. *fin. D. de re judicat.* his verbis exornavit, *Princeps enim ei, cui Magiſtratum dedit, omnia agere decrevit*; & Vlpianum imitatus, accuratiùs in ſua ſpecie expreſſit Modeſtinus *in l. idem Vlpianus* 14. *D. de excuſat. tutor. ſunt*, reſpondens, *& alij, qui & ſi jàm ſint tutores, vel curatores, continuò tamen de reliquo abſolvuntur à ſolicitudine: puta qui domicilium alio tranſtulerunt ex reſcripto Imperatoris: SCIENTIS quidem tutorem eſſe eum, tranſmigrare autem expreſſim ei concedentis, & horum alterutrum literis ſignificantis.* Feudorumq; uſibus in ſervum alioquin inhabilem ſubſtinetur inveſtitura, ſi ſciens eum Dominus inveſtiverit *capit.* 1. §. *ſed etiam, verſic. perſonam, per quos fiat inveſtitura.* ibi, *Nam etiam ſervus inveſtiri poterit, niſi IGNORANTIA prætendatur*; reliqua expendit Iura oculatiſſimus *Menoch. præſumpt. cit. lib.* 2. *præſumpt.* 20. *nu.* 19. *cum ſeq.* Conſonanteſq; afferunt Aſſeclas *Gabriel. comm. concluſ. lib.* 1. *de præſumpt. concluſ.* 8. *num.* 1. *& ſeq. Caſtill. deciſ.* 125. *num.* 20. *lib.* 2. *D. R. Rovit. deciſ.* 82. *num.* 8. *D. R. de Marinis reſol. Iur. lib.* 1. *cap.* 168. *n.* 16. *in obſerv. ad D. R. Revert. deciſ.* 437. *num.* 1. *&* 2.

Ecce, quo pacto, incontrarium allatæ auctoritates, pro veritate, & enucleatæ ſunt, & exſolutæ; pro ut cæteræ, ſimilitèr eiſdem ſuperadditæ, contrà Adverſarium apertiſſimè concludunt: Vt, ſi ab exordio nimirum, ac ſciens Princeps impedimentum, inhabili beneficium conferat, ut per alium id adminiſtrare valeat, induliſſe videatur; ſecus autem ſi à principio idoneum elegerit, induſtriumque; Nam tunc omnimodo, ſine ſpeciali ipſius Principis venia per ſubſtitutum illi deſervire, ritè, recteque veritum cenſetur.

Neque officiet, ſi abſurdum id eſse proponatur; mulieri videlicet, officij adeptionem, ſucceſſionemque non inficiari; illius vero exercitium per alium, ab ea eligendum denegare;
86 ſat enim, ſatiſque diſcriminis, inter officij titulum intercedit, illiuſque exercitium; cum officij adminiſtratio, extrà ejuſdem titulum, quid eſſe doctiſſimè putarint *Bald. Dec. & Rebuff.* quos nominatim refert, probatque *D. Conſil. Io: Andreas de Giorg. allegat.* 37. *num* 40. Ideoq; ſubſiſtere in minoris caput, quo ad titulum nempe munus poſſe; illius vero geſtionem ſuſpendi, ac in majoris ætatis tempus conferri; & intereà à perſona per Regem præſertìm eligenda, exerceri debere, in ſpecie edocuit aptiſſimè, ex *Geminian. Franc. Alex. Dec. Angel. Cagnol.* alijſque *D. R. de Ponte cit. deciſ.* 27. *num.* 12. *& ſeq.* ac ſequitur *Ioſuè Amicangel. de regal. offic. quæſt.* 12. *num.* 14. *circa finem.*

Quamobrem, officij titulum, inteſtationemve, (ut eam vocant) Ill. Princeps D. Silvia valebit equidem obtinere; pro ut ex perpenſis deſuper Senatus diffinitionibus palam fecimus, quibus in ſimilibus inteſtationes tantummodo, decretas fuiſſe demonſtravimus; pro illius verò exercitio, vel potentiſſimus Rex, ejuſque ampliſſimus Vicarius perſonam deputabit; vel pro facultate per ſubſtitutum exercendi, privilegium eam conſequi neceſſum erit.

Neque ulteriùs, hæreditaria qualitas, ſucceſsorumve in privilegio expreſſa no-

Digitized by Google

ſa nominatio, quæ huc uſque tradita
ſunt, poterunt interturbare; Siqui-
dem, & primò, hæredes in eo di-
plomate vocati, non ſolum mares;
ſed ejuſdem ferè indolis, peritiæque
ſucceſſores ſignificantur, ipſorumq;
itidem induſtria ſpectata quodam-
modò videtur; non modò, quia tum
vitia, tum parentum virtutes in filios,
poſteroſque deſcendere paritèr præ-
88 ſumuntur; ut de vitijs arguitur ex
*l. quod ſi nolit 31. §. qui mancipia D. de
ædilitio edict. l. quiſquis 5. §. filij C. ad
l. Iuliam majeſtat. Grammatic. deciſ. 18.
num. 1. cum ſeq. Alciat. de præſumpt.
regul. 1. præſumpt. 24. num. 1. Simanc.
Catholic. Inſtit. tit. 50. n. 10. Tira-
quell. ad ll. connub. l. 7. nu. 2. & ſeq.
Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.
58. num. 1. cum ſeq. Mierez 2. part.
quæſt. 94. par. 1. num. 2. D. Conſiliar.
de Anna conſil. 128. num. 1. D. R. Con-
ſtantius in l. 1. & 2. C. de filijs officia-
lium lib. 12. num. 25. D. Præſes Vrſinus
de ſucceſs. feud. part. 1. quæſt. 1. ar-
tic. 1. num. 8. verſic. ſicut è contra;*
Veluti pro virtutibus, meritiſquè eli-
89 citur ex *l. nemini 11. l. petitionem 13.
C. de advocat. diverſ. Iudic.* ex *l. Iube-
mus 19. C. eodem, & §. ei vero Inſtit. de
inutilibus ſtipulat.* & poſt antiquiores
ſectantur *Alciat. de præſumpt. cit. reg.
1. præſumpt. 48. num. 1. Chaſſaneus in
Catalog. glor. mund. 11. parte conſider.
25. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 49.
num. 10. & 11. & de nobilit. cap. 20.
num. 21. Menoch. de præſumpt. lib. 6.
cit. præſumpt. 58. num. 10. tom. 2.
D. R. Conſtant. loc. cit. num. 24. Ludo-
vic. à Paramo de orig. offic. ſanctæ in-
quiſition. lib. 3. quæſt. 9. num. 56. D. Io:
de Eſcobar de purit. & nobilit. part. 1.
quæſt. 1. §. 3. num. 11. cum ſeq. Idel-
fonſus Perez de Lara de anniverſ. &
Cappell. lib. 2. cap. 4. num. 9. Altami-
ran. in l. 1. C. de filijs Official. cap. 6.
§. 1. num. 8. & 9.* Vnde præter ea,
quę colliguntur ex ſacra pagina *Eze-
chiel. cap. 16. Eccleſiaſt. cap. 11.* & ex
*Ariſtotel. lib. 3. politic. cap. 8. & de
generat. cap. 3. & Rethoric. ad Theo-
dectem lib. 2. cap. 12.* & ſi vulgata,
celebria ſunt *Venuſini* carmina *lib. 4.
ode 4.*

Fortes creantur fortibus: & bonis,
Eſt in juvencis, eſt in equis PA-
TRVM
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

Quæque ex *Baptiſt. Mantuan.* notavit
*Oſuald. Illig. in commentar. ad Do-
nell. lib. 24. cap. 22. circ. finem.*

In ſobolem tranſire PATRIS cum
ſemine virtus
Sæpe ſolet; refertq; ſatus, quo quiſq;
parente eſt,
Adde quod audita laudes, & clara
parentum
Facta movent animos, generoſaque
corda nepotum
Sollicitant, & calcar habent, abi-
guntque veternum.

90 Et aptiùs ad rem, illa congruere vi-
detur ſententia; ut, hac ſcilicet ſub
ſpe à parentum meritis deducta, abſq;
alio examine, atque indaginis truti-
na, in filios paterna ſint munera con-
tinuanda, eiſdemq; Provinciæ æquiſ-
ſimè committendæ, ut præſertim
probat ex *l. Hiſpana 5. las donaciones
nova recopilat. lib. 5. tit. 10. D. R.
Conſtant. cit. tit. de filijs official. lib.
12. nu. 28. verſic. eſt autem;* firmatque,
multis expenſis Iuribus, & ex *Cujac.
Gothofred. Amaya,* cæteriſq; *Altami-
ran. eod. tit. cap. 5. num. 6. verſic. hac
demum,* & ſequitur etiam ex Baldi au-
ctoritate *in conſil. 355. num. 6. vol. 1.
D. Io. Solorzan. de Indiar. Iure tom. 2.
lib. 2. cap. 30. ſub num. 39.* Clariſque
id ornavit verbis Theodoricus Rex,
Illuſtri reſcribens Venantio, penès
lepidiſſimum Caſſiodorum *Epiſtol.
lib. 2. epiſt. 15. Providentia noſtra ra-
tio eſt, in tenera ætate merita futura
tractare, & ex PARENTVM virtuti-
bus, prolis judicare ſucceſſus. Quia
bona certa ſunt, quæ fidem ab exordio
trahunt; dum origo neſcit deficere,
quę conſuevit radicitus pullulare. Fer-*

tur etiàm curſu perenni fontium vena vitalis, & hanc condisionem ſuſtinent cuncta manantia, ut ſapor, qui conceſſus eſt origini, niſi per accidentia fuerit fortè vitiatus, neſciat rivulis abnegari. Hinc eſt, quod te magnifici PATRIS MERITIS aſtimatum, Comitivę Domeſticorũ vacantis honore provehimus. Vt qui es clarus ſtemmate, ſplendeas dignitate. Quis enim vita quamvis futura, tamen certa non teneat, dum glorioſi PATRIS recolat officioſos labores? Et poſtquam digna genitoris recenſuiſſet facinora, hæc quoq; ſubtexuit verba, *Vt de plurimis pauca ſufficiant, probavit de ſe tanta, ut eligeretur ejus INEXPLORATA POSTERITAS.*

Ac rurſus *Caſſiodor.* idem ſuper Paulino Venantis filio, ad Conſulatum accito, ex ore Athalarici Regis, ad Vrbis Romæ Senatum ſcribentis *lib.9.epiſt.23. in princip.* ſic inquit, *Quid P.C. de vobis judicemus expendite, cum ad ſummarum culmina dignitatum germinis veſtri viros, quos nunquam vidimus eligamus, non faſtidio negligentia, ſed honorabili PRÆSVMPTIONE NATVRÆ. ad examen veniant, qua putantur incerta. nam quis de illa re aſtimet deliberandum, ubi nihil reputatur ambiguum? omnes quidem benignitas noſtra complectitur, ſed TALES veritatis teſtimonio prædicamus.*

Quemadmodum ſpeciatim, in tanto officio poſteros, genere, & maſcula virtute Viros, non exteros evocatos, verba illa demonſtrant, *declaramus inſuper, quod tu præfatus Io: Angelus Barrile, ſucceſſoreſque tui dictum officium inſerviatis, adminiſtretis, &*
91 *exerceatis.* In officijs etenìm conceſſa perpetuitas pretium ſane auget, *ad text. in l. fundi partem 39. D. de contrahend. emption.* & ex pluribus, fundat *D. Larrea allegat. fiſcal.82.part.2.*
92 non autèm officij dignitatem immutat, aut qualitatem ex *Bald. Aretin. Regente Loffred.* alijſq; *D. R. Revert, deciſ.381. in fin. juſta ſeriem D. R. de Marinis lib. 2. D. R. Tapia in d. l fin. D. de Conſtit. princip. part. 2. cap. 2. num.55. & 56.*

Præterea, id in ſpecie in præallegatis rerum judicatarum exemplis, in officijs ſcilicet prorogatis citrà contro-
93 verſiam habitum fuit; Nàm, licet in ijs hæreditariam jam qualitatem ineſſe, hęſitatum non fuerit; ut ampliùs in præſentiarum ambigi non debet, ex *Frecc. lib.2. de ſubfeud. auctor.1. quæſt. 53. num.4.* ac poſt *Andr. Camer.* cæteroſque *D. R. Rovit. conſil.104. n.7. & ſeq. & conſil. 106. ferè per tot.* ubi id etiàm vigere ait, & ſi de ſingulari
94 ſucceſſore ageretur *dic. conſil. 106. num. 1.* & *D. R. Tapia in cit. conſtit. officia num. 10. tom. 2. Iuris Regni pag.127. D. R. Capyc. Latro deciſ.26. nu.5. lib. 1. D. Conſil. Arias de Meſa lib.3. var. cap. 49 n.26. D. R. de Marin. in obſervat. ad deciſ.185. D. R. Revert. num. 2. part. 1.* receptumque fuiſſe in Portulani Provinciæ Aprutinæ munere ab noſtro Cameræ Senatu in Regio Collaterali conſilio refert ipſemet *D. Rovit. dict. conſil.106. num.22. verſic. poſt omnia*; prout, coràm generali Viſitatore V. Nonas Maij anni MDCXXIX. in Tabellione Reg. Curię Cognomento de guadagno, idem *D. R. Rovit. loc.* mox *cit.* Ac XIII. Kalendas Iulij, anno MDCXXXVII. in officio Actorum Magiſtri Sacri Cõſilij Scipionis Scacciaventi, junctis Aulis ſimiliter terminatum teſtatur *D. R. Capyc. Latr. cit. deciſ. 26. num. 36. verſic. quibus plenè lib. 1.* ſicuti in cauſa ſimilis officij Agnelli de Ferrarijs firmat, diffinitumque itidèm tradit *D. Conſil. Paulus Staibanus reſolut. forenſ. reſolut. 59. num.6. & ſeq. & nu.81. & in fin. centur. 1.* Attamen hęc hęredis, ſucceſſoriſve qualitas, minores, fœminaſque, ab exquirendo facultatis ſubſtituendi privilegio, nullatenùs in pertractatis cauſis reddidit immunes.

Sed,

Sed, ut omne conticeſcat objectũ, ac pro-
poſitiones, nunc pro fiſco diſſertas,
omni ævo demonſtremus acceptas,
prętereundum ſanè non erit; adeò,
neceſſariam hanc ſubſtituendi pręro-
95 gativam cenſitam fuiſse, ut in quam-
pluribus cõceſſionibus, officiales juris
veritatem, eorum pręcibus accuratiùs
accomodantes, eam expreſsè à Sere-
niſſimo noſtrorum Regum Culmine
curaverint impetrare; quamque in
eventibus, citrà dubium, exequutio-
ni demandandam, Senatus cenſuit; ut-
potè, ab Adverſarijs etiàm productis
actis dignoſcitur liquere; in cauſa ni-
mirùm Claudiæ della Raggione, quę
cum officium Oſtiarij, ejuſdem noſtri
Tribunalis, uti à patre prorogatum,
ſibi deſcribi petijſset, inſimul cum li-
centia illud per ſubſtitutum exercen-
di *fol.* 17. impertitæ ſibi facultatis
virtute, qua cum nominandus hæres,
fęmina, ideoque ad exercendum in-
habilis foret, in ſpecie per ſubſtitu-
tum adminiſtratio conceſsa fuerat,
fol. 3. ipſummet ſupremum Cameræ
Tribunal XVI. Kalendas Aprilis
MDCXVII. ut per Dominicum Ba-
ſile ab ea ſubſtitutum, officium gere-
retur, comperitur decreviſse *fol.* 20.

Proùt in Cauſa officij Conſervatoris probationum Regiæ Siclæ monetarum, fuit quoque receptum; in quo cum à Fabritio Fazoli, ampliationis vigore, Cornelia ejus ex fratre neptis inſtituta fuerit, ipſaque ab initio à Collaterali Conſilio ad Privilegium à ſua Catholica Majeſtate exorandum III. Kalendas Aprilis MDCLIII. ſex menſium ſpatium obtinuerit; eò jam impetrato *fol.* 9. ad officium per ſubſtitutũ Io: Baptiſtam Fazoli exercendum III. Kalendas Novembris MDCLVI. ex Senatus judicio admiſſa fuit *fol.* 18.

Sicuti (cæteris brevitatis ergo omiſſis,) in cauſa officij Magiſtri Portulani Fottoris ſervatum ſimiliter fuiſse dignoſcimus; cujus deſcriptionem, in perſonam Ioſephi Stinca, filij in ampliatione nominati, cum Anna del Acqua illius mater, curamque gerens, petijſset, & interim filij minori durante ætate, ſibi per ſubſtitutum exercere liceret *fol.* 19. Senatus ex quo regium hujuſmodi facultatis diploma non exhibuit, hiſce ſpretis inſtantijs Regiæ Curiæ nomine, officij delegit adminiſtratorem *fol.* 20.

Quibus omnibus, ſi Regiarum inviolabilis literarum ſuperaddatur vis, ut in citatis ordinationibus, & præſertìm *cap.* 131. *nova reformat.* quodq; èx eis juſtiſſimè admonuit, teſtatuſq; fuit *D. R. de Marinis in obſervat. ad cit. deciſ. D. R. Revert.* 382. *num.* 5. *&* 390. *nu.* 4. *deciſ.* 364. *circ. finem* rem, extra omnem penitùs controverſiam, agnoſcere oportebit; vt generali fermè deliberatione eorundem Regiorũ Iuſsuum vigore curavimus decernendum VIII. Kalendas Maij anno MDCXXXVIII. ut apertiùs obſervare libet *diſſert.* 13. *n.* 75. *&* 76.

Neque ſatis profecto rigida in D. R.
de Marinis cenſura, qua egregius
vir perſtringitur, rem nempe cele-
96 brem adeò, adeò gravem perfunctò-
riè, illotiſque, ut ajunt, manibus eum
tractaſse, quicquam eſt facienda;
nam contra, & concinnè, & veriùs
de hac re verba feciſse, ſine ira, ſtu-
dioque legentibus perſpicuum fiet,
cumque autem, præterea ex crebrio-
97 ri apud nos ſententia, Iuriſconſulto
de conſuetudine teſtimonium dicenti
fidem accomodandam firmaverint,
ex *Bart. Caſtrenſ. Iaſone, Soccin. Decio,
Ripa, Barbat. Lanfranc. Curtio, Gui-
don. Papæ, Parid. de Puteo, Chaſſan.
Rebuff. R. Loffred. Cravett. Coraſ.* cęte-
riſq; *Gabriel Commun. concluſ. lib.* 1.
de probat. concluſ. 4. *num.* 1. *Farinac.
in repert. Iudic. quaſt.* 14. *n.* 5. *Her-
mand. Vlteijus conſil. Marpurgenſ.* 12.
num. 181. *in fin. & conſil.* 23. *nu.* 45.
& conſil. 32. *num.* 132. *vol.* 4. & po-
tiſſimum cum non in facto, ut poſt
98 *Maſcard. de probation. concluſ.* 426.
num. 4. monuit *Klockus de Contribut.*

cap.

Digitized by Google

cap. 20. *num.* 439. ſed in jure teſtatio
conſiſtit *Herculan. in tract. de negat.
num.* 302. *verſic. tertio reſtringerem,*
99 ac de loco, quò diù verſatus fuerit, ex
*Roland. à Valle, Coraſ. Riminald. Her-
culan.* alijſque *Gabriel. cit. concluſ.* 4.
num. 2. *Farinac. cit. quaſt.* 14. *nu.* 35.
ac *de Indic. & tort. quaſt.* 45. *num.* 18.
Dom. R. Capycius Latr. deciſ. 137. *nu.*
58. *part.* 2. *Gaſpar Klock. de Ærar.
lib.* 2. *cap.* 139. *num.* 8. & de conſue-
100 tudine prçſertìm, quç ſuo viguiſset
tempore, ex *Herculan. d. tract. de ne-
gat. num.* 302. idem *Farinac. d. quaſt.*
14. *nu.* 58. *Klock. loc. mox cit. d. n.* 8.
teſtimoniumque prçbens, Excellens
Conſultus haberetur *Bart. in l. de
quibus num.* 21. *verſic.* 4. *D. de legib.
Guidon. Pap. deciſ.* 139. *ſub num.* 1.
*Io: Lupus in rubric. cap. per veſtras, de
donat.* §. 21. *num.* 1. *Herculan. & Fa-
rinac. locis cit.* ex pluribus *Io: Stephan.
Lamberteng. de contract. gloſſ.* 11. *verb.
agnati num.* 11. *Hermand. Vultejus
Conſil. Marpurgenſ.* 46. *num.* 32. *vo-
lum.* 4. *Franciſcus Niger Cyriac. contr.
forenſ. contr.* 1620. *num.* 34. *lib.* 4.
Quemadmodum ipſe *D. R. de Marin.*
inter celebres Iure Conſultos, & Iure
quidem merito ab omnibus recenſe-
101 tur, quiq; de re ſcripſit, in quà Re-
gijs attentis juſſionibus, nemo apud
nos huc uſq; judicium dedit, cuiq; (ut
obſervare libet) contradixit nemo;
ut ejus opinionem, etiam auctoritate
procul forſan loquentis, legis inſtar
contendamus habendam, ex *Rimi-
nald. Iunior. conſil.* 689. *num.* 160.
volum. 6. *Menoch. conſil.* 73. *num.* 17.
lib. 1. *Seſe deciſ. Aragon.* 230. *nu.* 6.
part. 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
282. *num.* 19. & *cap.* 335. *D. Larrea
cit. alleg. fiſcal.* 82. *num.* 6. *tom.* 2.
Eòque præſertìm, quod non protulit
de re ſententiam, quæ Iuriſprudenti-
102 bus forſan eſset incognita; Nam ex
ſimilibus reſcriptis, per ſubſtitutos
officia geri vetantibus, ob damna
præcipuè, quæ ex ipſorum male ge-
ſtis ſubſtitutorum, evenire quan-
doque, quin, ut plurimum ſolent, ut
ab varijs interpretibus perpenſum
fuit in *d. l. inter artifices* 31. *D. de
ſolut. cum concordant. & l.* 72. *tit.* 5.
& l. 1. *tit.* 19. *lib.* 2. *nova recopilat.
& cit. l.* 6. *tit.* 2. *& l.* 18. *&* 19. *tit.* 3.
ejuſdẽ nov. recopil. ac etiam ex India-
103 rum Conſilij *ſchedulis*, nullatenùs
inhabiles perſonas, minores potiſſi-
mũ, admitti debere, propria opinatio-
ne prætermiſſa, quam ſectatus fuerat
in tract. de confirmat. Reg. 2. *part.
cap.* 8. juridicè ſenſit *Antonius de Leon
eod. tract. de confir. reg. cap.* 22. ſicuti,
& teſtati, & inſigniter amplexi eum
fuere *D. Io: de Solorzan. de Indiarum
Iur. lib.* 5. *cap. unic. nu.* 112. *cum ſeq.*
& *Io: Baptiſta Larrea cit. allegat.
fiſcal.* 86. *num.* 28. *lib.* 2.
Atque eò magis, cum in officialium ſup-
plicantium electione, & Principum
104 concedentium arbitrio ſit, (ut quo-
tidiana indicat conſuetudo) ſtatuto
in fiſcum compendio exſoluto, ſubſti-
tuendi facultatem, & impetrare, & im-
pertiri, ut tradunt ijdem *Solorzan.
loc. cit. nu.* 109. *in princip.* & *D. Lar-
rea dic. allegat.* 86. *n.* 32. *lib.* 2.
Denique (cçteris conſultò poſthabitis)
oppoſitioni reſpõdere conſentaneum
putamus; quà, ſive ex retinendæ poſ-
ſeſſionis interdicto, ſive ſaltem Iudi-
cis officio, conſervari in hac ſubſti-
tuendi facultatis quaſi poſſeſſione ſibi
ex adverſo ſuadent, ex uſu, ut ajunt, ab
105 anno MDCLII. uſq; ad Ill. Ducis
Canzani, Regij olim, ac conſumatiſſi-
mi Conſiliarij *Donati Coppola* nobi-
liſſimi Equitis obitum recepto, quo
tempore Illuſtris idemmet Dux, uti
ab ipſis Dominis de Barrile ſubſtitu-
tus, hoc quoque munus exercuit.
Sed occurritur multiplicitèr; & primò,
quod ſi (ut jactant) res ita ſe habe-
106 ret, adhuc fiſco non obeſset; cum
illius Patrono, nec audito, nec prçſen-
te cuncta geſta fuiſſent, repugnanti-
bus *l. non intelligitur* 3. §. *divus, l. ſi
fiſcus* 7. *D. de Iure fiſci, l. ſi adverſus* 2,
*C. ſi adverſ. fiſc. reſtit. poſt. l. ſi va-
cantia*

cantia 5 *.C.de bonis vacantibus lib.*10.
cum concordant. pragm. 26. *de offic.*
S.C. de Iure Gallico, à *Thoma Car-*
ueno digeſto, *lib.* 3. *tit.* 1. *de Iur. &*
poteſt. fiſc. cap. 4. *lib.* 7. comprobat
ex pluribus *Alfar. de Iur. fiſc. gloſſ.*
16. *privileg.* 65. *nu.* 210. *& gloſſ.* 18.
privileg. 8. *n.* 15. *& gloſſ.* 34. *num.* 2.
& §. 8. *ſub nu.* 229. *D. Larrea alle-*
gat. fiſcal. 1. *n.* 28. *lib.* 1. *& allegat.*
107. *num.* 28. *allegat.* 109. *num.* 28.
lib. 2. *D. R. Sanfelic. deciſ.* 23. *lib.* 1.
atque eo præſertim, quod de hac
quæſtione, tunc temporis, nihil di-
ctum, nilque excitatum, aut penſita-
107 tum fuit; ut idcircò, vulgare apud
Pragmaticos, nunc jam effectum, ada-
gium maneat, judicatum id proindè
nullo pacto cenſeri poſſe, ad *Baldi*
theoriam *in l. receptitia C. de Conſtit.*
pecun. D. Præſes de Franch. deciſ. 278.
num. 6. *& deciſ.* 510. *num.* 8. *D. Præ-*
ſes Merlin. contr. forenſ. cap. 86. *nu.*
17. *centur.* 1. *& cap.* 72. *centur.* 2.
num. 20.

Præter quam quod ex eodem fiſci Ad-
vocati defectu, atque abſentia nulla
queit poſſeſſio in cauſa iſta excogitari;
108 animi etenim velle, illiuſq; patien-
tia deficerent; extrà quę poſſeſſionem
quæſijſse officiarius intenderet, quæ
tamen omni jure expoſci, ex complu-
ribus firmant *Poſt. in tract. de manu-*
tenend. obſervat. 20. *n.* 19. 20. *&* 21.
& in deciſ. poſt tract. 188. *n.* 5. *Gra-*
tian. diſcept. forenſ. cap. 426. *n.* 5. *&*
ſeq. D. Conſiliarius Paulus Staibanus
reſolut. 101. *n.* 32. *lib.* 2.

Vlterius reſpondetur, refragantibus
tot pręlaudatis Iuribus, Regijſque po-
109 tiſſimùm juſſibus, occupationem
magis, quam poſſeſſionem, (ſi forte ea
adeſset) fore ſanè dicendam; quęque
in nihilum Adverſarijs opitularetur,
ut ex *Didaco Covarr. Iacobo Menoch.*
Maſcard. Rota Roman. cæteriſq; fun-
dant *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
870. *num.* 16. *part.* 5. *& Poſti. in cit.*
tract. de manutenend. obſervat. 44.
num. 21.

Præterea, facti veritate perpenſa fiſcò
potiùs quaſi poſseſſionem adeſse, cre-
dimus decernendum.

Ex facto namque innoteſcit, in ultimis
ſuis Tabulis Illuſtrē Don Antonium
Barrile noviſſimum Caivani Ducem,
facultatis virtute, quam, ea non pol-
lens, aſseruit habere, in ejuſdem officij
exercitio Canzani Ducem nominaſ-
ſe, Excellentiſsimoque tunc Proregi
Ognate Comiti, ut illam ad exercen-
dum admitteret preces effudiſse:
quod cum errore ductus expreſſerit,
conſequens erit, ut conſtitutum ſuper
eo, poſseſſionis corruat ædificium.

Quod autèm erroneum id fuerit, con-
vincitur manifeſtè; dixit etenìm, &
primo, ſubſtituendi ſibi ipſi auctori-
tatem ineſse, quum, & vir, & habilis,
actuque munus exercens foret; nec
à Principe, in conceſſione ea fue-
rat donatus poteſtate, ad tradita ex
D. Præſid. de Franch. Maſtrill. D. R.
de Ponte, & *Giurba*, per *Amayam in*
cit. l. nullus num. 42. *C. de decur.*
lib. 10.

Deindè, ad eandem confutandam aſſer-
tionem, non aſpernabili juvabit uti
dilemmate: aut enìm hæc ſubſtituen-
di facultas ipſi Duci D. Antonio tri-
buta fuerat; Cumque officia ſint per-
110 ſonaliſſima *cit. cap. fin.* §. *cæterum*
de offic. deleg. Amicangel. de regalibus
officijs cap. 7. *n.* 5. *D. R. Revers. deciſ.*
70. *juxta ſeriem D. R. de Marin. n.* 2.
tom. 1. ob ipſiuſmet Ducis obitum
111 utique expiraſſet, ut in ſpecie docuit
D. R. Conſtant. in cit. l. nullus n. 51.
verſic. contrarium tamen, C. de decu-
rion. lib. 10. Aut hæc ſubſtituendi
Copia ad hæredem pertinebat, (qua
in re Adverſarij, ſibi repugnante Iu-
re, blandiuntur) ut tanquam ſcilicèt
fęmina, per alios exercere officium
valeat; & dum ipſius viventis Ducis
112 nemo hæres eſse poterat *l.* 2. §. *in-*
terdum D. de vulgar. & pupill. l. nec
nos 4. *C. de poſtlimin. reverſ. Bart.*
Bald. ac *Salicet.* penes *D. R. Revert.*
deciſ. 56. *part.* 4. relata *per D. R. Rovit.*

poſt

Digitized by Google

poſt conſil. 105. *num.* 2. *volum.* 2. &
113 hæc pariter ſubſtitutum nominandi
poteſtas, uti perſonaliſſima, atque in-
ceſſibilis. *l. ſi quis arbitratu* 43. *&*
l. cum quis 55. *D. de verbor. obligat.*
l. in compromiſſit 50. *D. de recept. ar-
bitr. Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 4.
num. 62. *Antonius Gomez ad ll. Taur.*
l. 19. *n.* 2. *verſic. ſed reſpondeo, Amayu
in cit. l. nullus n.* 25. ab ipſo viven-
te Duce exerceri equidem nequibat;
114 quod ex eo confirmatur, quia
ſubſtituere eſt alium ſui loco repo-
nère *Marc. Anton. Peregrin. de fidei
commiſſ. artic.* 5. *n.* 6. quique nullam
aliam, quam illius, qui eum conſti-
tuit, ſibi vindicat juriſdictionem *l.* 1.
*§. qui mandatam D. de officio ejus,
Covar. practicar. qq. cap.* 4. *n.* 4. Quæ
cuncta, cum perſonalia quoque exi-
ſtimentur; ſubſtituentis proinde mor-
te finiri, aptiſſimè edocuit *D. R. Con-
ſtant. loc. mox cit. verſic. quin eum.*

Ab effectu demùm objectum omninò
diluitur; Non enìm, enarratæ ultimi
Caivani Ducis nominationi Domi-
115 nus Ognatæ Comes, in ævum ce-
leberrimus hujus Regni Prorex ad-
hæſit; ſed, ut ad proprij ipſius animi
motum, Duciſque Canzani merita
adſcriberetur electio, per hæc verba
reſcripſit, *El Conde mi Señor tiene
por bien, de que el Duque de Canzano
del Conſejo de Santa Claru de Sù Ma-
geſtad exerca el officio di Secretario
del Reyno, de que me manda S. E. avi-
ſar à V. S. paru que ſe le dè la poſſeſ-
ſion en la forma acoſtumbrada.*

Neque iſthæc planè ea eſt quaſi poſ-
ſeſſio, quam noſtri ad manutentionis,
116 ut inquiunt, beneficium obtinen-
dum expoſci tradidere; ex claris po-
tiſſimum actibus, apertiſque, non
autem æquivocis, fundandam *Rota
Roman.* penes *Poſti. decis.* 46. *n.* 7. ex
quampluribuſq; *Io: Vincent. de Annu
allegat.* 131. *nu.* 10. *in fin. & ſingul.*
3. *D. R. Capycius Galeot. contr. Illuſtr.
contr.* 62. *num.* 7. *&* 8. *part.* 1. Cùm
potiùs fiſco, ex cordatiſſimo illo Vice-
regis diplomate, ipſamet poſſeſſio
117 tributa concipiatur: cuique jus pa-
riter aſſiſtit, quod in poſſeſſorijs ſum-
mi ponderis cenſitum, non ignora-
runt *Farinac. Seraph. Durand. Mer-
lin. Burſat. Mareſcott. Gratian. Paci-
fic.* alijq; innumeri *à Ludovico Poſtio*
relati d. *tract. de manutenend. obſer-*
118 *vation.* 45. *num.* 1. & in juriſdictio-
nis præſertim ſpeciebus *Rot. Roman.
Vivian. Durand. Merlin. Burſat. Ma-
reſcott. Gratian. Pacific.* cęteriq; apud
eundem *Poſt. loc. cit. n.* 2. & quoties,
è converſo, non modo validus titu-
lus non exhibetur, prout in hujuſmo-
di commixtis juriſdictione muneri-
119 bus, exquiritur *Covarr. practicar.
quaſtion. cap.* 17. *num.* 6. *verſic. pri-
mum, Rota Roman. poſt tract. Poſt. de-
ciſ.* 422. *n.* 6. *& Verall. decis.* 304. *n.* 2.
120 *part.* 3 & in hiſce præcipuè, qui-
bus verſamur regalijs *l. quicunque* 2.
C. de fund. limitr. lib. 11. ibique *Lu-
cas de Penna column.* 2. *cir. medium
verſic. fortiùs, Covarr. loc. cit. Pere-
grin. de Iure fiſci lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 20.
Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. *cap.* 11.
num. 36. *&* 37. *Niger Cyriac. contr.
forenſ. cap.* 178. *num.* 13. 14. *&* 15.
lib. 1. reliquos poſt *Buratt. deciſ.* 312.
num. 12. *cum ſeq. tom.* 1. *& Poſti. in
cit. tract. obſervat.* 44. *nu.* 29. *&* 30.
fuſiuſq; congeſsimus *diſſert.* 1. *n.* 40.
cum pluribus ſequentibus; ſed titulus
producitur, in quo ſubſtituendi hæc
aſserta facultas, deficit omnimodo;
121 ex qua invalidi tituli exhibitione
omnes quippè poſseſſionis commoda
centum quoque, annorumq; mille
diximus evaneſcere, ex *Oſaſc. deciſ.*
101. *num.* 31. *D. Praſid. de Curt. in
diverſor. feud. verſic. declara igitur
num.* 129. *pag.* 75. *& verſic. ſupereſt
num.* 12. *pag.* 78. *D. Conſil. de Giorg.
allegat.* 14. *num.* 18. *Caſtill. deciſ.* 12.
num. 16. *& ſeq. tom.* 1.

Hæc ſunt, quæ pro juſtitia ſæpiùs fiſco
à noſtro Ærarij Senatu dijudicata,
ſæpiſſimèque ab eodem Dominis
Proregibus conſulta, & ab iiſdem,
ſupre-

Digitized by Google

ſupremoq; Collaterali Conſilio exequutionum munimine roborata, ab ſupremo demum Italiæ Conſilio ex regalibus privilegijs illuſtrata, colligere præ noſtra potuimus imbecillitate. Cętera ſcientiſſimi Domini, ſupremique ſuppleant Senatores. VIII. Kalendas Octobris MDCLXI.

Dum cauſa, junctis Regiæ Cameræ, Collateraliſque Supremis Senatibus, coram Excellentiſsimo Prorege diffinienda eſset; nec ſuper generali quæſtione, ex oblata tranſactione noſtrum animum, juſtitiæ, rebuſque judicatis innixum, commovere ex ad-
122 verſo valuiſsent: Illuſtris Marchio Fuſcaldi D. Io: Baptiſta Spinellus digniſſimus ex Patriæ Proceribus, magnuſque Regni Iuſtitiarius, Principis Sancti Archangeli D.Silviæ Barrile Socer, ex Peritorum conſilio, firmatam à nobis deſuper Iuris veritatem agnoſcens, liti penitùs ceſſit, ac prò ſubſtituendi facultate à Senatu petijt conſultationem: Cumque totius pretij (conceſſionis tempore habita ratione) conſuetum compendium, quinque ſcilicet in centena ſingula, ad aureos quinquies mille,& bis centum aſcenderet; ſubſtituendi tamen facultate perpetuo ſucceſſoribus ex inde remanente; pro unius dumtaxàt vitæ ſpatio, ipſius ſcilicet Principis D. Silviæ Primogenitæ, aureos bis mille & quincentum obtulit: Quæ oblatio, cum fiſci commodum ex diſcuſſis cauſis, ſatis evidens contineret, libero fuit animo complexa; & conſultatio proindè conſcripta,quam Excellentiſſimus Pignorandæ Comes Regni Vigilantiſſimus Prorex, ex concecedendi (ut dicebamus,) poteſtate, ſibi à potentiſſimo noſtro Rege tributa, per Collaterale conſilium exequutioni juſſit demandari; Ideoque XVII. kalendas Novembris MDCLXII.
123 Senatus, ad relationem nobiliſſimi, ac ſcientiſſimi Præſidentis Dom. D. Didaci de Vlloa, ſubſequens protulit decretum.

Super liquidatione quinque per centum,pro dirictu officij Secretarij hujus Regni, pro facultate ſubſtituendi, petita per Illuſtrem D. Silviam Barrilem Principiſſam S. Arcangeli, ejus vita durante tantum, pro exequutione ordinis S. Excellentiæ, & Regij Collateralis Conſilij, vigore conſultationis Regiæ Cameræ, ut in actis.

Viſis actis per Dominum Militem V.I.D.D. Didacum de Vlloa Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, facta.

factaque per eundem de omnibus relatione in dicta Regia Camera coram ſpectabile D. D. Antonio Ioanne de Centelles Locumtenente, alijſq; DD.Præſidentibus ipſius audito Domino fiſci Patrono,fuit per Cameram ipſam conſ: proviſum, & decretum, pro ut præſenti decreto decernitur, & providetur, quod exequatur ordo S. Excellentiæ, & Regij Collateralis conſilij, vigore conſultationis Regiæ Cameræ, pro cujus exequutione ſolutis per Illuſtrem D. Silviam Barrilem Principiſſam Sancti Arcangeli ducatis biſmille, & quincentum in beneficium Regiæ Curiæ, in Regia Arca militari, pro derictu quinque per centum officij Secretarij Regni, Gaudeat D. Illuſtris D. Silvia Barrilis facultate ſubſtituendi in officio prædicto, ejus vita durante tantum, adimpletis, adimplendis, & infra menſes octo adeat Suam Majeſtatem pro confirmatione, hoc ſuum, &c.

Pepe Actuarius.

Vt propterea, de ſuperius propoſita quæſtione, nullus ampliùs, in poſterum diſceptandi adverſus fiſcum, juſtèq; ambigendi locus ſupereſſe videretur.

Sed potentiſſimus Rex noſter, ex Supremi quoque, ampliſſi-
124 mique Italici Senatus Conſilio,Quemq; noſtras elucubrationes deguſtare, præ ejus benignitate, non piguit, non modo regali
125 ſententia; ſed Regia etiam lata lege, in ævum pro fiſci commodo, id Regijs hiſce literis, duxit ſanciendum.

YO EL REY.

Illuſtre Conde de Peñoranda Pariente, &c. Entre otros Capitulos de una orden, que mandè dar al Duque de Alcalà eſtando en el govierno de eſſe Reyno en 16. de Iulio del 1629. ay dos del tenor que ſe ſigue. Hè entendido, che muchas veçes ſe rematan eſtos oficios en favor de perſona nominanda, y que deſpues ſe nombra en ellos un menor de edad, y ſe le da faculdad para ſervir por ſubſtituto, eſtando eſto à mi ſolo reſervado, y per evitarlo ordenò, y mandò, que antes de haſerſe el remate, ſe declare la perſona,

y caſo

y caſo que alguna vez ſe tenga por conveniente el permitir, que no ſe declare, a lo menos, que no ſe admita al eſerçicio, no ſiendo capaz de uſarle, ſin diſpenſacion particular mia, aunque ſe obligue à traerla, ò ſin que quede aſſentado de todo punto; de ſuerte, que la poſſeſsion de dichos oficios no ſe ha de dar, ſino al propietario, ſiendo perſona habil, ò al ſuſtituto, aviendo expreſſa diſpenſacion mia para ello, y ſi ſe huviere diſpueſto de algunos oficios ſin eſtas limitaciones, y ſe ſervieren per ſuſtitutos, ſe les ſennalleran ſeys meſes de termino, para ſacar confirmacion mia, para haçerlo. y no la llevando, ſe venderan los oficios, come ſe ha dicho en capitulo precedente. Tambien ſe me hà hecho relacion, que los que tienen en propiedad los oficios con diferentes colores, y pretextos obtienen de eſſe mi Conſejo Coleteral licencia para ſervirlos por ſubſtitutos, ya por tiempo limitado, que deſpues van prorogando, ya ſin limitacion. y por haver ordenes, y pregmaticas en contrario deſto, dareys la orden que convenga, paraque no ſe vaya contra ellas, expreſſando, que en ningun caſo, ni por cauſa, ni pretexto alguno puedan mis Virreyes, ni el dicho mi Conſejo Colateral, ni otro qualquier Tribunal conceder las dichas liçencias, ſino es por cauſa de auſencia juſta, por termino d'uno, ò dos meſes en cada un anno, y de enfermedad por termino de ſeys meſes, con declaracion, que ſiendo mas larga, aya de acudir à mi por la dicha licencia. y no la preſentando dentro del dicho termino de ſeys meſes; el Tribunal de mi Regia Camara de la Sumaria haga vender à perſona habil, y idonea el uſo, y exercicio de tal oficio, durante ſolamente la vida del que eſtuviere enfermo, ò impedido para exercerle Con que dentro de otros ſeys meſes obtenga confirmacion mia de la dicha venta. y de lo que procediere della, ſe aplicaran cient' ducados, para el dicho mi Fiſco, por la omiſion, y inobſervancia, y lo reſtante para el duño. y caſo que no ſe halle comprador la dicha Camara ponga perſona à ſatisfaçion, que le ſirva ſeñalandole ſalario competente, y que eſte ſe pague de los emolumentos de lo oficio. y con lo que importaren mas los dichos emolumentos, ſe acudirà à tal enfermo, ò impedido; haziendolo executar en eſta conformedad ſin dar lugar à otra interpretaçion, ni inteligencia alguna. y ordinareys, que de nin-

guna manera ſe proroguen las licencias, que tuvieren, ni ſe uſe mas dellas ſino en los caſos preciſos de auſencia, ò enfermedad, como ariva queda declarado. y porque hà llegado à mi notiçia, que por las partes intereſſadas, aunque ſin fundamento ſe hà dudado en el Tribunal de mi Regia Camara de la Summaria, ſi el contenido, en los preinſertos capitulos tiene lugar, quando en uno oficio ſuçede alguna muger, ò por renunçiacion hecha, en vida del dueno del oficio, ò en muerte aſsi ex teſtamento, como ab inteſtato, aunque con claridad vien comprehendido eſte caſo, mientres eſtà diſpueſto que la faculdad de ſervir por ſubſtituto eſtà à mi ſolo reſervada, ni que della ſe puede ſervir el menor, ò tambien el dueno del oficio, à quien ſobreviniéſſe una larga enfermedad, ſiendo cierto, que por la menor edad del uno, ò de la larga enfermedad del otro no puedan ſervir de perſona, ſiendo aſsi inhabiles; y con todo eſſo les eſtà prohibido, que no puedan ſervir por ſubſtituto ſin expreſſa licençia mia, como en dichos preinſertos capitulos eſtà declarado. Por tanto por major inteligencia mi hà parecido renovar los dichos capitulos, para que ſe executen, y cumplan puntual y inviolabilmente; y ordenaros (como lo hago) deys la orden, que convenga para ſu execucion, y obſervancia, con declaracion expreſſa, y advertenzia, que qualquiera muger, que ſucediere por qualquier titulo en algun oficio, ſea obligada à acudir à qui dentro de ſeys meſes à pedir la faculdad de ſervirlos por ſubſtituto, y de otra manera no hà de poder goçarlos, que aſsi conviene à mi Real ſerviçio, y procede mi voluntad. De Madrid à 10. de Marzo de 1663.

YO EL REY.

Con el ſeñal del Duque de S. Lucar.

Vidit Sobremonte Regens. Vidit Trelles Regens. Vidit Bellonus Regens. Vidit Gallar. Regens. Vidit Demora Reg. Conſil. Vidit Marinis Regens. Zarate Secretarius.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Celeritas nimia, in rebus agendis, improbatur.*
2 *Fabij Maximi cunctatio commendatur.*
3 *Tarditas quoque nimia reſpuitur.*
4 *Maturitas amplectenda.*
5 *Andreas Alciatus extollitur.*
6 *Feſtina lentè, vulgatum illud adagium, exornatur.*
7 *Officiorum ampliationes, noſtro tantummodò Regi, ex ejuſdem præſertim juſſibus, ſunt reſervata, & n. 9.*
8 *. . . aliter conceſſa, nullius ſunt momenti.*
9 *Lex futura, non autem præterita reſpicit negotia.*
10 *Senatus, Proreges modeſtiſſimè monere debet, nè ampliationes impertiantur.*
11 *Aſſertioni S. P. regulariter, fides eſt adhibenda.*
12 *. . . pro ut cæterorum ſeculi Principum, Superiorem non agnoſcentium.*
13 *. . . Sicutì, de Gallorum Rege, teſtatur Franciſcus Marcus.*
14 *Hiſpaniarum Reges, nullum in imperio recognoſcunt Superiorem.*
15 *. . . eorum proindè aſſertioni credendum.*
16 *Principũ enunciationi, etiàm de prædeceſſorum geſtis fides præſtanda.*
17 *Proregum tamen dictis, uti Regum Locumtenentium, qui dixerint, credendum.*
18 *Principis affirmationi fides adhibetur; non verò in tertij præjudicium.*
19 *. . . nec in aliena re.*
20 *. . . in proprio autèm negotio, fides adeo tribuitur; ut contrarium nequeat probari.*
21 *. . . præcipuè, cum ex Conſilij ſubſcriptione reſcripſerit.*
22 *. . . & in re potiſſimum officiaria.*
23 *Veritas, in Principis ore præſumitur.*
24 *. . . cum eum dedeceat mentiri.*
25 *. . . Principum perſæpè exulat ab Aulis.*
26 *Summus Pontifex Vrbanus Octavus celebratur.*
27 *Adulatio in Aulis, fugat veritatem.*
28 *Aulicos ut effugiamus, Divino præſidio indigemus.*
29 *Adulator, blandus dicitur hoſtis.*
30 *Aula, quantum fieri poteſt, vitanda eſt.*
31 *Philippi IV. magni Regis, pro veritate ſibi manifeſtanda, præclara recenſentur verba.*
32 *Sacrilegij fermè inſtar eſt, de Regis aſſertione regulariter hæſitare.*
33 *Principis aſſertioni non credentes, de mendacio illum arguere videntur.*
34 *Mendacium, nec in privatis præſumitur.*
35 *Aſſertionibus Principum, ex totius ferè Orbis conſuetudine, fides tribuitur.*
36 *Nullum quod eſt, nequit confirmari.*
37 *Confirmatio, ad validum actum relationem habet.*
38 *Actus nullus, pro infecto exiſtimatur, & ſub n. ſeq.*
39 *Teſtamentum primum, per ſecundum, filij præteritione nullum, minimè rumpitur.*
40 *Actus nullus, à Principe confirmatus, in vim novi datus, ac gratia ſubſtinetur.*
41 *Poteſtatis defectue, nullitatum nullitas ab Antonio Fabro edicitur.*
42 *Tempore præfinito permiſſa, poſt illud prohibita putantur.*
43 *Affirmativa, ut ajunt, ad tempus permiſſa; eo decurſo, negationẽ inducit.*
44 *Veritas una eſt.*
45 *Ampliationes, Proregibus concedere, à quo tempore ex Regijs Iuſſionibus, vetitum fuit.*

ARGVMENTVM.

Nimia celeritas, prout prolixa lentitudo, vitanda eſt; ſed lentè feſtinandum: Ac idcircò, officiorum

ciorum ampliationes, ſatis properè ſic à Proregibus impetratæ, nullius ſunt roboris, ac momenti; dum eas concedendi poteſtatem, ſuo tantum culmini, Reges noſtri Inviétiſſimi ſervavere: Quorum aſſertioni in probatis à Iure ſpeciebus omnimodo fides præſtanda eſt; cum veritas, quæ ſępiſſimè, aſſentatione effugata, Regijs exulat ab aulis; veneranda tamèn eorum deceat ora. Inutiliter verò, quę geſta ſunt, confirmare ijdem Principes propriè non poſſunt; niſi in vim recentis dati, largitioniſve ſuſtineantur: quemadmodum, ſi intra præfinitum aliquod tempus quidpiam concedunt, eo elapſo, id præſumuntur vetaſse.

PRO REGIO FISCO

CVM

D. Benedicto Vaaz.

Diſſertatio XXVI.

1 DIgnum hercle, vetus monet Adagium, *Inſtituenda rei, non tàm celeritatem, quàm curam adhibendùm eſſe*; Nè (ut *Manutius* ſubdit) poſtea ſit in mora, quod in operis ingreſſu fuerit erratum. Vnde *Plato 31. de repub. dial. 7. Enim vero*, inquit, *quo magis propero, eo pervenio ſerior*. Ac Ageſilaus *apud Plutarch.* Thebanis Legatis, inſtanter petentibus, ut ſibi reſponſum daret, *An autem ſcitis* (ajebat) *cum ſeria res agitur, in MORA multum eſse Conſilij?*

CVRSVS enim, non finis idem, & CONSILII.

Ex Sophocle notavit *Plutar. idem de Garrulit. tom. 2. pag.* 511. ſiquidem in Curſu vincit, qui celerrimus; in conſultando vero, aut decernendo, qui *CVNCTATOR* eſt. Damocrituſque Ætolorũ prętor apud *Livium lib. 31. nu. 32. Conſilijs* dixit, *nullam eſſe tam inimicum, quam celeritatem*. Et idcir-
2 cò, in re bellica, plùs effecit commendata ſemper Fabij Maximi cunctatio, quam M. Minutij præceps temeritas: quandoquidẽ Annibalem multis pręlijs invictum, is vnus Fabius M. non viribus, ſed cordata lentitudine ſuperavit, de quo pręclare cecinit *Silius Italic. de bello Punic. lib. 7.*

Ac ni ſacra ſeni vis, impreſſumquè fuiſſet,
Siſtere CVNCTANDO fortunam adverſa foventem,
Vltima Dardanij tranſiſſet nominis ætas.

Et inferius.

... lento Pęnum moderamine luſit,

Et ante eum concinnè *Ennius, à Cic. relatus in Caton. majore.*

Vnus homo nobis, CVNCTANDO rem reſtituit.

Laudatuſque exinde Iulianus Imperator fuit penes *Ammian. Marcell. lib. 16.* Quod *providus* eſſet, *& CVNCTATOR: quod pręcipuum bonum in magnis Ductoribus, opẽ ferre ſolet exercitibus, & ſalutem*. Vnde Antonius ut *Cor. Tacit. lib. 3. hiſtor. Duces* (affirmabat) *conſultando, CVNCTANDO ſæpius, quam temeritate prodeſſe.*

3 Vetum quia, è converſo nimia tarditate negotia putreſcunt, ac teſte *Columella*, prout *matura ſatio ſæpe decipit, ita ſera ſemper mala eſt*; mediam idcir-

4 idcircò virtutem, inter ſuperfluam celeritatem, ac tarditatem amplectendam edocuere *Ariſt. lib. 6. mor. cap. 9. Cic. tuſcul. quaeſt. lib. 4. & Macrob. 6. ſaturn. cap.* 8. quæ maturitas dicitur:
5 Vnde noſter, Italicæ eruditionis inſtaurator *emblem.* 20.

Maturare jubent properè, & cunctarier omnes,
Nè nimium praeceps, neu mora longa nimis.

Quod quidèm elegantiſſimè Auguſtus Cæſar penes *Aulum Gellium noctium Attic. lib.* 10. *cap.* 11. & in Epiſtolis, & Orationibus celebri illo expreſſit
6 Apophthegmate, *FESTINA LENTE*; Quodque in duobus exercitus Principibus, inſimul & requiri, & experiri poſse, ſuo more erga Domitianum, ac Lucinium Mucianum ſibi *Tacitus* perſuaſit *Hiſtor. lib. 4. circ. finem. Simul Domitianus, Mucianuſque accingebantur,* (inquiens,) *diſpari animo; ille ſpe, ac juventa properus; hic moras nectens, quis flagrantem retineret, nè ferocia ætatis, & pravis impulſoribus, ſi exercitum invaſiſſet, paci, belloque male conſuleret.*

Quo prudenti præcepto, ſi ſpectabilis Comes Molæ Michael Vaaz, in officij Regij ſecreti, magiſtrique Portulani Provinciarum Barij, ac Capitanatæ emptione, uſus ſanè fuiſſet; non modo, (quam ſupra ordinem properavit) rem ſeriùs nunc abſolveret; ſed rem ipſam omnimodò non perdidiſſet; quemadmodū muneris, ſivè ipſius prorogationis, de quo agitur, jacturam, ex nimia properatione fecisſe, prævia facti narratione, nitemur demonſtrare.

Ex facto etenim dignoſcitur, ob Io: Donati Gentilis obitum vacante in Regij Ærarij commodum præfato officio, ſub haſtæ id Iure diſtrahi anno MDCXVI. decretum fuiſſe; Cumque D. Georgius Vaaz, illud empturus Senatum adijſſet, nimis feſtinans; & ipſum tunc vacans officium, & poſt ejus mortem maturandam ampliationem, inſimul comparare geſtijt anhelus, pretij adhibita tamèn diſtinctione, ut primum ſcilicèt duodecies mille aureorum quantitate ſibi diſtraheretur; ſecundum verò in prorogatione contentum, quater mille aureis perſonæ, à Comite Michaele Vaaz ejus patruo, ejuſque hæredibus poſt ipſius Georgij vitam nominandæ addiceretur. Atque ità hic Neapoli, ob ipſius præſertim Comitis auctoritatem, res fuit abſoluta: Qui tamèn Comes, cum anno MDCXXII. nullo Regis obtento diplomate, in fatum ceſſiſset; eligendi autumans ſeſe facultatem habere, in eodem officio unum ex filijs Georgij, quem ipſemet pater elegiſset, nominavit. Georgio autèm noviſſimè vita functo, Regiæ Curiæ officiū contendimus vacare. Et ſicutì ſequeſtrationem extemplò obtinuimus; ità illius pariter venditionem, fiſco inſtamus decernendam.

Neque nominationis, cujus illegitimam nuperrime ſchedulam D. Benedictus Vaaz Georgij filius ſecundogenitus exhibuit, & cujus virtute, muneris petijt exercitium, rationem ullam habendam opinamur; ea invincibili ratione, quia officij ſcilicèt prorogatio, neque diſtrahi, neque Neapoli con-
7 cedi poterat, cum ad invictiſſimi noſtri tantummodò Regis poteſtatem, ſimilis pertineat impertitio.

Et quamvis, ut firmum id fieret, officij nempè ampliationē aureorū quatuor millium pretio (ut deſupèr) comparatam, hic nullatenus nec vendi, nec concedi potuiſſe, ſat pro certo foret; ſi ea, quæ *diſſert. X.* tradita ſunt in memoriam revocaremus; Ampliandi ſcilicèt facultatem Dominis Proregibus ademptam prorſùs eſſe, ac Regio ſolum Culmini reſervatam; Quia verò ambigi etiam, poſse, ex adverſo exiſtimant; an eà nimirum vetatio has concedendi ampliationes Proregibus indicta, recentioribus non modò; ſed priſcis etiàm temporibus, ante potiſſimùm venditionis dies viguerit, nec

nè;

Digitized by Google

nè; neceſsarium proindè duximus, ut contrariorum hoc confutetur argumentum, Regiarum interdictionum ſeriem, breviter recenſere.

Anno etenim MDCXVII. Kalendis Februarij, Pijſſimus Philippus III. Rex, officiorum ampliationes ſibi ſolummodò adſervatas enixè effatus, denuò illas impartiri Viceregibus inhibuit his verbis.

El Rey.

ILluſtre Duque Primo, &c. Por diverſas ordenes eſtà prohibido à mis Virreyes, y Capitanes Generales de eſse Reyno, el conçeder ampliaciones, y renunciaciones de oficios, como lo Vereys, en particolar por el Capitulo diez, y ſeis de vueſtra Inſtruccion, teniendo por conveniente, que eſtas gracias dependan de MI ſolo. Y porque de algun tiempo à eſta parte ſe ha conçedido algunas contra la dicha prohibicion, y por la authoridad de mis Virreyes ſe ha paſſado por ellas, no por via de confirmacion, ſino por nueva gracia; os lo he querido advertir, para que en vueſtro tiempo eſteys con cuydado de no dar lugar, à que ſe contravenga à las dichas ordenes, ſino que quando alguno pretendiere ampliar, ò renunciar ſu oficio, os informeys bien de ſus ſervicios, meritos, y edad, y de la ſuficiencia, y partes de la perſona, en cuyo fauor ſe pediere la ampliacion, ò rennnciacion; y ſiendo vendible del valor del, y de la cantidad, con que podrà ſervir à eſſa mi Regia Corte, y mi aviſareys dello con vueſtro parazer, y el del Colateral, y de la Camera, à fin que viſto, conſiderando lo uno, y lo otro, Yo mande tomar la reſolucion, que pareziere mas convenir. Del Pardo à 30. de Enero de 1617. Yo el Rey. Lopez Secr. Vidit Comes Theſaurarius generalis. Vidit Quintana Duenna Regens. Vidit Caimus Regens. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Montoya de Cardona Regens. Vidit Marius Canzano Regens.

Idemque ſervari, feliois memoriæ Philippus IV. demandavit IX. Kalendas Ianuarij MDCXXI. eam exprimens rationem, *por eſtar ſolo reſervado à MI el conceder ſemejantes gracias.*

Quemadmodum, Pridie Idus Martij, & IX. Kalendas Octobris ſequentis anni MDCXXII. iterum juſſum edicitur *in cap. 133. nova reformat. in princip.*

Ac demum repetitum XVII. Kalendas Augusti anni MDCXXIX. ut *in eod.*
8 *cap. 133. circ. fin.* pręgnantiſſimis hiſce verbis præpoſitis, ad rem mirificè conducentibus, *Y porque aſſi los que tienen ampliaciones, como los que hazen las renunciaciones, contravienen à las dichas ordenes, y hazen acto nullo, y prohibido; es mi voluntad: que ſi por eſte camino alcançaren dichas ampliaciones, no ſe puedan valer dellas, ſino que ſuccediendo el Caſo, quede el officio vaco en beneficio de mi Corte, come ſino ſe huvieſse concedido.*

Id igitur omne, quod hic pro ampliatione obtinenda, geſtum fuit, nullum, irritumque, ac ſi nunquam impetratum foret, ab Regia declaratur poteſtate; ut juſtiſſimam profectò ſeſe fiſci oſtendat inſtantia, quod oppoſita nimirùm prorogatione rejecta, officij venditio decernatur.

Contrà verò, ac ſubtiliter ſe arguere arbitrantur, inquientes Regias deſupèr adductas juſſiones, non niſi ab anno MDCXVII. in poſterùm vigere poſſe; non autem in præteritum porrigi;
9 cum leges, Principumque Conſtitutiones futuris dare formam negotijs, non ad facta pręterita revocari *Theodoſ. & Valent.* reſcripſerint *in l. leges 7. C. de legibus.* Quamobrem, cùm hujus muneris ampliatio, ſub antecedenti anno MDCXVI. celebrata fuerit, Regijs ijs inhibitionibus cenſeri nequibit obnoxia.

Sed levi manu argumentum rejicietur, ſi conſonantes Regias quoque literas, memoria repetamus, ſub anno ſcilicèt MDCXXII. X. verò Kalendas Maij, imperij initio Magnum Philippum

lippum IV. (ut annuimus,) tot Regijs interdictionibus nil refragantibus, Proreges iterùm ampliandi poteſtate fungi, certiorem factum; noſtro pariter Senatui reſcribere, haud indignum reputaſse; ut in eventibus, & verbo, & ſcripto, eoſdem Proreges, de Regijs his inhibitionibus, debita tamèn is moneret obſervantia, hiſce nimirum verbis.

El Rey.

ILluſtre Magnificos fieles, y Amados Conſegeros nueſtros, Por diverſas ordenes, y capitulos de inſtrucion, eſta prohibido à mis Vireyes deſſe Reyno, el conçeder ampliaciones, y renunciaciones de officios, teniendo por conveniente, que eſtas gracias dependan de MI SOLO; Y aunque por la auctoridad de los dichos mis Viſoreyes, ſe ha paſſado à qui por algunas deſtas gracias, que ay ſe han conçedido, todavia no es bien, que eſto paſse adelante, ſino que ſe executen las ordenes, que ſobre eſto eſtan dadas, y para que ſe haga con mas puntualidad, me ha pareçido advertiros, que todas las vezes, que los dichos mis Virreyes quiſieren conçeder alguna ampliacion, ò renunciacion de officio, les advirtays de palabra, ò por eſcripto, (en la forma que os pareſciere convenir, guardando el termino debido,) que es contra las dichas ordenes, para que alcen la mano dello; como eſpero yo lo haran, como tan Zeloſos de mi ſervicio, y remitiran à mi las partes, que trataren, de que ſe les concedan ſemejantes gracias, aviſandome de la qualidad, y valor de los oficios, y edad de las perſonas con lo demas, que ſe offreciere; paraque yo pueda mandar tomar la reſolucion, que pareſciere convenir; Pero en caſo, que no lo hagan, leſpidireys, que os lo ordenen por eſcripto, haziendo mencion de vueſtra advertencia, y me dareys quenta dello, para que yo lo tenga entendido, y ordene lo que convenga à mi ſervicio, advertiendo, que ſe os hà da hazer cargo, y pedir quenta à todos de lo que por deſcuydo vueſtro ſe paſſare ſin advertirlo. y para que en todo tiempo ſe tenga noticia de eſta orden, hareys, que ſe regiſtre en eſte Tribunal, donde eſte de manifieſto, à todos vos otros, y à los que adelante os ſuccedieren, que ſe executè con mucha puntualidad, como lo piden la obligacion, que teneis por razon de vueſtros officios, y aviſareyſme del recivo deſta orden, la qual embio al Cardenal Zapatà, para que por ſu mano la recivays. De Aranjuez à 22. de Abril de 1622. Yo el Rey. Vidit Commiſsarius Generalis. Vidit Marchio Floreſta Regens. Vidit Carolus Tapia Regens. Vidit Caimus Regens. Vidit D. Petrus Corſetus Regens. Vidit Salamanca Regens. Caſtrillo Secretarius.

Quibus cùm humillimè Senatus reſpondere curaſſet; officiorum, aſseverans prorogationes ab anno MDCXVI. in poſterùm, (quo tempore, hæc de qua agitur, ampliatio emanavit,) non parùm, pro Regni devincendis ærumnis, Regio Ærario profuiſſe, ut ex conſultatione eodē anno MDCXXII. IV. Idus Iulij edita, dignoſcitur; in aures hoc oleo non admiſſo, (ut inferius libet obſervare) ſeveriùs Rex ipſe invictiſſimus, præcedentes juſſiones exequutioni præcepit adamuſſim demandandas: ſueta quamvis clementia ductus indulſerit; ut qui ſimiles ampliationes, Neapoli confectati fuerant, infrà anni ſpatium, pro confirmatione Regiam ipſius Curiam adirent; alioquin à munerum exercitio amoverentur. Cujus reſcripti quoque verba, quippè quod, non tam id facile adinveniri poſſit, huc tranſcribere, neque inutile, neq; oneroſum putavimus eſſe.

El Rey.

ILluſtre Magnificos Nobles, y Amados Conſegeros, recibiosè vueſtra carta de los 12. de Iunio paſſado, en reſpueſta de

la que os mandè eſcribir ſopre la obſervancia de las ordenes dadas, paraque no ſe pudieſſen conceder en eſte Reyno ampliaciones, ni renunciaciones de oficios, ſin particular orden mia, y ſe ha viſto lo que repreſentays cerca de la ſituacion, que ſe hizo à la Theſoreria general de lo procedido deſtas gracias en tiempo del Conde de Lemos, y lo que dellas ha procedido deſde el anno de 616. acà, diziendo por major en que ſe hà diſtribuido, y la falta, que podria hazer para adelante. Y no obſtante eſto, mi voluntad es, que ſe guarden las ordenes, que eſtan dadas, para que no ſe concedan ày ampliaciones, ni renunciaciones de oficios, y quando algunas perſonas pretèndieren eſtas gracias eſtareys advertidos, para que ſe remitan acà, y ſe me aviſe entonzes de lo que ſe offreſciere cerca dello, y del valor, y importancia del oficio, de que ſe pidiere ampliacion, ò renunciacion, juntamente con el precio, en que ultimamente ſe huviere vendido, y en que tiempo, y la edad del, que le poſſeyere, para que yo ordene lo que fuere ſervido, que ſe haga; y deſta manera ſe podran cobrar ay los precios, en que yo mandare conçeder las dichas gracias, las quales es mi voluntad de reſervar para MI SOLO, como lo tengo declarado en otras ordenes. Y aſſi ordeno, y mando lo executeys con toda puntualidad, en conformidad de la orden, que ſobre eſto os mandè dar, y ſiempre que alguno de mis Virreyes intentare algo contra ello, le advertireys de las ordenes, que tengo dadas, y d'eſta que os embio, para que lo executen, como yo eſpero haran.

Y en quanto à las renunciaciones, y ampliaciones concedidas por los Virreyes, de que aviſays en vueſtra carta, bien holgara que ſe huvieran eſcuſado, y que vos otros les huvierades advertido de que no las podian conceder; pero por tratarſe ya de coſa hecha, advertireis à las perſonas à quienes ſe han conçedido eſtas gracias, que dentro de un año de la data deſta orden acudan à qui por la confirmacion dellas, con aperçebimiento, que ſi no lo hizieren, ſeran ſuſpendidos de los tales oficios, y ſe proveera lo que convenga, y ſerè muy ſervido de que pongays cuydado en la execucion deſto, por lo que os tocare, y que me aviſeys del recibo d'eſte deſpacho. De Madrid à 23. de Setiembre 1622. Yo el Rey. Vidit Commiſſarius Generalis. Vidit Marchio Floreſta Regens. Vidit Carolus Tapia Regens. Vidit Caimus Regens. Vidit D. Petrus Corſetus Regens. Vidit Salamanca Regens. Caſtillo Secretarius.

Regijs his igitur depromptis litteris, & facillimè, (ut aſſerebamus,) & multifariam argumentum quippe diluetur; cum ex ijs, ampliandi prohibitionem longè antè annum MDCXVII. injunctam fuiſſe efferatur; & primum, ex ipſamet epiſtola ejuſdem anni MDCXVII. cùm in ea expreſsè antecedentes has vetationes fuiſse, Princeps initio edixerit, ijs verbis *Por diverſas ordenes eſtà prohibido à mis Virreyes, &c. el conceder ampliaciones de oficio, como lo vereis en particular por el Capitolo diez, y ſeys de vueſtra inſtruction*, & infra, *y porque d'algun tiempo à eſta parte ſe han concedido algunas contro la dicha prohibicion.* Si enìm eadem ipſa interdicta, & ſæpius prius decreta, & in Proregum inſcriptis jam Inſtitutionibus inſerta enarrantur? nulli ſanè dubium eſſe poterit, quin annum MDCXV. proximè antecedentem, ea præceſſerint evidenter.

Neque in controverſiam referri poterit, an ſcilicet Principi aſſerenti, fides in hac re ſit adhibenda; ſcitum namq; eſt, regulam iuris eſse, ut Principis aſſertioni credendum ſit, quod in
11 Summo Pontifice, Clemens, & ipſe Supremus Antiſtes ſtatuit in *clementin.1. de probation.* ibiq; *DD.* cęteriq; relati à *Maſcard. de probation. concluſ. 1233. nu.1. & ſeq. lib.2. & Farinac. de teſtibus quæſt.63. cap. 3. num. 1.*
12 quodque in Regibus, Principibuſque omni-

omnibus, Superiorem non recogno-
ſcentibus, communi calculo admiſe-
re *Bart. Paulus de Caſtr. Alex. Decius,*
Ruinus, Soccin. Iunior, Bertrandus, Si-
gnoroll. Natta, Cephal. Mandoſ. alijq;
innumeri, quos ſectantur *Antonius*
Gabriel cõmun. concluſ. lib. 1. tit. de pro-
bation. concluſ. 2. num. 18. & 19. Maſ-
card. de probation. concluſ. 139. n. 10.
lib. 1. & cit. concluſ. 1233. num. 10.
& 27. lib. 2. Farinac. de teſtibus d. qu.
63. cap. 3. num. 82. Maſtrill. de magi-
ſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 51. lib. 1. Alex.
Randenſ. de Analogis lib. 1. cap. 34.
num. 94. D. R. Valenzuola conſil. 4.
num. 116. & ſeq. & conſil. 99. num. 1.
Berlich. concluſ. practic. concluſ. 36.
num. 67. lib. 1. D. R. Merlin. contr. fo-
renſ. cap. 88. num. 7. centur. 2. D. R.
Capyc. Latro conſult. 47. nu. 68. lib. 1.
Klockius de contributionibus cap. 7. nu.
62. ex cęteris *R. P. Diana reſolut. mo-*
ral. lib. 1. tract. 3. de parlam. reſolut. 11.
comprobat nobili uſus diſtinctione
D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſer-
vat. illuſtrat. obſervat. 1. num. 56. cum
ſeq. lib. 1. ante hos *Franciſcus Marcus*
13 de Gallorũ Rege, verba faciens *deciſ.*
363. in princip. ante num. 1. ubi ſoli
Regis affirmatiõi inquit eſſe creden-
dum *nu. 3. lib. 1.* ſequitur *Vrſill. con-*
cluſ. legal. concluſ. 155. ſub n. 1. lib. 2.
ſicuti Hiſpaniarum pariter, Catho-
licorum Regum aſſertionibus, uti nul-
14 lum in temporalibus, nec etiam Im-
peratorem agnoſcentium percelebris
gloſſ. in can. Hadrianus 22. 63. diſtinct.
& in cap. Et ſi neceſſe, de donation. in-
ter vir. & uxor. DD. in cap. pervene-
rabilem, qui filij ſint legitimi, præſer-
tim *Abbas num. 9. & 37. & in cap. no-*
vit ſub num. 16. de Iudicijs, Oldrad.
conſil. 69. num. 9. Palat. Rub. in ru-
bric. de donation. inter vir. & uxor. in
troduct. num. 18. Alphonſ. Alvarez de
Iure, & poteſtat. Roman. Pontific. cap.
41. num. 3. in fin. & cap. 63. num. 1.
Covarr. in regul. peccatum in 2. part.
relect. §. 9. in fin. Gaſpar Valaſc. in
repetit. l. Imperium num. 52. D. de Iu-
riſdiction. omnium Iudic. Avendan. de
exequend. mandat. part. 1. cap. 1. n. 7.
Caſtill. Bovadill. politic. lib. 2. cap. 16.
num. 67. tom. 1. D. Larrea allegation.
fiſcal. 12. num. 10. lib. 1. antè eum cę-
teros diligenter congerens *Borell. de*
præſtant. Regis Catholic. cap. 47. n. 1.
15 *cum ſeq.* omnimodo ſtandum eſse,
Salgadus ait *de Regia protect. part. 1.*
cap. 1. n. 26. firmatq; *D. Larrea alleg.*
fiſcal. 60. num. 2. lib. 1. Hiſpanico id
Iure ſtatutum commemorans *legis 1.*
in fin. tit. 7. partit. 3. & l. 5. circ. fin.
tit. 1. part. 6. Quodque etiam reſpe-
16 ctu rerum à deceſſoribus geſtarũ re-
cipiendũ; ut in his ſcilicet ſucceſsorum
quoq; aſſertioni credendũ ſit, ex *Claud.*
Seyſell. Ludovic. Roman. & Cardin.
Put. dixit *Menoch. lib. 2. præſumpt. 11.*
num. 6. tom. 1. idque ad ipſorum met
17 Regum Locatenentes, Vicarioſvè
porrigendum placuit *Camillo de Me-*
dicis conſil. 60. num. 1. D. R. Capyc.
Galeot. reſponſ. fiſcal. 23. num. 102.
D. R. Capyc. Latro conſul. 47. num. 68.
lib. 1. & ſenſiſse Senatum, invenimus
in *deciſ. 285. D. R. Revert. part. 1.*
Vigetque propoſita præcipuè Theſis;
18 cùm Princeps, haud in gravem tertij
perniciẽ, quidpiam enùnciaret *Caſtr.*
Anchar. Aretin. Anton. de Butr. Abb.
Dec. Curt. Gozadin. alijque penes
Grammatic. deciſ. 65. num. 6. deciſ.
103. num. 228. & deciſ. 105. num. 2.
Vrſill. ad Afflict. deciſ. 14. num. 11.
Gabriel. commun. concluſ. cit. concluſ. 2.
de probation. num. 28. & 29. lib. 1.
Menoch. conſil. 264. nu. 71. lib. 3. Brun.
à Sole propoſ. Iuris Pontific. & Cæſar.
verb. aſſertioni pag. 38. Maſtrill. de
magiſtrat. lib. 3. cap. 4. nu. 56. lib. 1.
Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 14.
diffinit. 67. D. Ioan. Solorzan. de Indiar.
iur. tom. 2. cap. 27. ſub nu. 92. Mager.
de Advocat. armat. cap. 8. num. 441.
Octavius Cloritius, reſponſ. 1. part. 3.
n. 16. D. R. Merlin. cit. contr. 88. n. 20.
19 *centur. 2.* neque de aliena re, coràm
ſe non geſta, ut juſte, poſt antiquio-
res hæſitarunt *Tiraquell. de retract.*

lignagier. §.1.*gloſſ.*14. *num.*49. *Maſcard. de probation. concluſ.*622. *nu.* 3. *lib.* 1. *& concluſ.* 1233. *num.* 37. *& ſeq.& n.*59. *in fin.&* 60.*lib.*2.*Menoch. conſil.* 100.*num.* 18. *& ſeq. lib.*1. *Farinac.cit. quaſt.*63.*num.*157.*Klockius de Contribution. dict. cap.*7. *num.*63. *verſic. quarto, D.Creſp.de Valdaur.cit. lib.*1.*obſer.*10. *nu.*57. *Bellamer.deciſ.* 158.*verſic.patet tertium,Verall.deciſ.* 239. *part.* 2. cęteras Rotæ Romanæ congerunt deciſiones *Ferrentillus in annot. ad deciſ. Buratt.* 6. *num.* 19. *tom.* 2. *& Laurentius Vrſell. concluſ. legal. concluſ.* 155. *n.* 9. Sed de pro-
20 prio negotio, (ut in pręſenti cauſa) ac tàm enixè reſcripſerit. Namq; in ſimili ſpecie, tanta ei fides eſt adhibenda, ut contrarium nequeat probari *Anton. Gabriel.cit.concluſ.*2. *de probation. num.* 2. *Maſcard. de probation. concluſ.*139.*num.* 12. *verſic.conciliando, & concluſ.*622.*num.*14. *Tiraquell. loc. mox cit.Farinac.d.quaſt.*63.*n.*92. *&* 157.*Gratian. diſceptat.forenſ.cap.* 918. *nu.*2. *tom.*5. *Creſcent. de renunciat.deciſ.*2. *num.*2.*Verall.deciſ.*286. *part.*2.*Cardinal. Seraphin. deciſ.*356. *num.*4.*& deciſ.*460. *nu.*8. *lib.*1. *Cardinal. Cavaler.deciſ.*533.*num.*1.*Farinac. idem deciſ.* 405.*num.*1.*part.*1. *& deciſ.* 361. *num.* 1. *part.* 3. *Anton. Faber in ſuo Codic. lib.* 4. *tit.* 13. *diffin.* 2. *nu.*9. *in allegat. Brun. a Sole in cit. compend. verb. aſſertioni Papa pag.* 17. *colum.* 4. *Vrſell. cit. concluſ.* 155. *n.* 21. *D. Epiſcop. Riccius collect. deciſ. callect.* 2122. *verſic. ſed ſcias, D.Conſiliar. Theodor. alleg.* 60. *n.* 7. *D. Larrea cit. allegat. fiſcal.* 60. *nu.*3. *& ſub num.*6. *&* 7. *R. P. Diana cit. tract.*3. *de parlamen. lib.*1. *reſolut.*11. *poſt princip.*

Ac potiſſimùm, (quodque magè pendendum eſt) cum id juſtiſſimus Rex
21 Procerum, ſivè ſupremi Italiæ Senatus atteſtatione, ſubſcriptioneve compleverit *Andr. in cap.* 1. *num.* 16. *qui ſucceſſor. teneantur,& cap.*1. *ſub n.*42. *verſic. ſed ex quo, qua ſit prima cauſa beneſic. amitt. Capyc. deciſ.*166. *nu.*7. *& in repetion. cap. Imperialem de prohibit.feud.alienat. pag.*3. *col.*2.*verſic. eſt tamen, Roland.à Valle conſil.*1.*n.*54. 88.*&* 92. *lib.*2.*Gabriel.cit. concluſ.*2. *de probation. n.* 34. *Maſcard. d. concluſ.*1233.*num.*115. *Vrſill.ad Afflict. deciſ.* 14. *num.*12. *D. R. de Ponte conſil.*70. *n.*36.*lib.*1. *D. R. Tapia inl. fin. de Conſtit. Princip.cap.*9.*part.*2.*n.*47. *D. R. Revert.deciſ.*285.*ſub n.* 2. *lib.*1. argumento *tex.in cap.cum à nobis* 28. *in fin.de teſtibus,& can.cum Redemptor* 68. 12. *quaſt.*2. *Maſtrill.de magiſtrat. d. lib.*3.*cap.*4. *n.*55. *D.Conſil.Paſchal. de viribus patria poteſt. part.*1. *cap.*1. *num.* 78. *D. R. Sanfelic. in diſceptat. unic. poſt lib.*1. *deciſ.num.*4. *D. R. Galeot. reſponſ. fiſcal.* 23.*num.*85.*&* 95.
22 & in re tandèm officiaria, cui beneficiaria aſſimilatur, teſtationem fecerit, ut elicitur ex *cit. clement.* 1. *de probation.* ibi *Litteris noſtris, quibus nos dignitates quaslibet, ſeu beneficia collationi noſtra, vel Sedi Apoſtolica reſervaſſe, &c. cenſemus ſuper ſic narratis fidem plenariam adhibendam.* & citra controverſiam ex *Abbat. Roman. Decio*, alijſq; tradunt *Gabriel. cit. concluſ.* 2. *de probation. n.*26. & *Menoch. praſumps. lib.*2.*praſumpt.*10.*num.*10. ſicuti in Regiorum munerum atteſtatione, ſcripſere *Franciſcus Marcus cit. deciſ.* 363. *lib.* 2. *& D. R. Revert. deciſ.* 285. *lib.* 1.

Et generalis ratio ea eſt; quia, cùm veritas ſemper in Principe præſumatur
23 *Cardinal. Tuſch. in verb. Princeps, concluſ.*668. *num.* 2. *D. R. Sanfelic. cit. diſcept. unic. num.* 5. ante cum *Menoch. praſumpt. lib.*2. *praſumpt.*10.
24 *num.*3. *&* 5. dedeceatque *Principem labium mentiens proverbior. capit.*17. unde *Oſorius de Regis Inſtitut. lib.* 4. *pag.* 113. ajebat, *praterea mendacium odio maximo perſequatur, opus eſt is, qui eſt ad magnam nominis Regij laudem perventurus*; nec *debeat Rex*, ut Arrianus inquit de rebus Alex. *erga ſubditos ſuos, alius, quam verax eſſe*: ac

Iſo-

Iſocrat. In oration. paranet. Nicoclem Regem tali pacto ad veritatem hortatur, Vt veri amatorem, adeò per omnem vitam ſe exhibear, ut potiùs ſuis dictis fides habeatur, quam cęterorum Iurijurando, recteque *Cunter. in Ligurino lib. 3. pag.* 181.

Non decet ore ſacro, verſari Lubrica Regis.

Plebeia ut vitia mentiri, ac pejerare, ſceptriſq; indigna dixerit *Scribanus*, cum tantum de Regia magnitudine Princeps decedere arbitretur, quantum de mendacio mutuatur *lib. 1. politic. Chriſtian. cap. 16. pag. 116.*

25 Et quamvis, Regum ab aulis, in quibus regnat adulatio, exulet veritas, juxta vulgatum illud *Alphabeti aulici auctoris* dicterium.

Quæſtus adulari, & mentiri primus in aula.

26 Et accuratius *Maffeus Barberinus*, prout inter vates, ſic inter Pontifices poſtmodùm maximus, *ode* 10.

Fugit potentum limina veritas,
Quamquam ſalutis nuncia.

27 Atque *Alexander Severus* juſtiſſimus Princeps *Veritatem*, ajebat, *Regibus minimè eſſe perviam, in tanta quidem adulatorum turba*; cum aſſentatio, dirum ſit adverſus veritatem virus, unde Galba *in oratione ad Piſonem* penes *Corn. Tacit. lib. 1. Hiſt. irrumpet adulatio; blanditia peſſimum veri affectus venenum.* Hinc periculoſa res in aula, veritas viſa fuit *Pansoli Candido in delit. German. Poetar. pag. 147. tom. 2.* cujus eſt hoc diſtichon,

Hæc eſt aularum ſpecies perverſa malarum,
In quibus eſt, verũ dicere, culpa gravis.

Non enim una ſimul, veritas, blandientiumque fraudes coire poſſunt; quadere *Senec. in Hippolyt. act. 3.*

Fraus ſublimi regnat in aula.

Et *Lucani* pernotum illud eſt *lib.* 8.

. . . . . exeat aula,
Qui vult eſſe pius: virtus, & ſumma poteſtas,
Non coëunt.

28 Vt idcircò divina ope neceſsum eſse, ad ſimiles mendaces Aulicos vitandos, teſtis ſit *Chokier in Theſaur. politic. lib. 5. cap. 6.* ex Choniate hiſce verbis, *Nam evadere virum, qui proximo, & amico malum in corde machinatur, aliudque ſententem, quam loquentem, multæ ſapientia eſt, & à divino auxilio pendet lib. 3. de rebus*
29 *geſtis Io. Comnęi.* & revera abnuere, id non poſsumus; cum adulatorem, blandum inimicũ, pulcre apud Philoſophos definitum edocuerit *Divus Hieronymus operum tom. 2. lib. 1. adverſus Pelagian. cap. 9. pag. 276.*
30 *volum. 1.* ut, ex præcepto eruditiores aulas effugiendas poſteritati tradiderint *Senec. in Thyeſt. act. 2.*

Stet, quicumque volet potens,
Aulæ culmine lubrico:
Me dulcis ſaturet quies.
Obſcuro poſitus loco.

Ac triſtis *Ovid.* his carminibus id exprimens *triſtium lib. 3. eleg. 4.*

Vſibus edocto ſi quidquam, credis amico:
Vive tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi: quantumque potes prælu-ſtria vita.
Sævum præluſtri fulmen ab arce venit.

Et Carſius *emblem. ethico 12.*

Aula vale: mihi Caula placet, nemorumque receſsus,
Cultor ego hic, Sanctæ ruſticitatis ero.

Divuſque demum *Hieronymus*, qui Chriſtianę veritatis ſectatores ſic alloquitur *oper. tom. 6. cap. 11. in Matthæum lit. N. Qui autem adulatores ſunt, & ſectantur lucra, & quærunt divitias, & delitijs affluunt, & mollibus veſtiuntur, iſti in domibus Regum ſunt; ex quo oſtenditur rigidam vitam, & auſteram prædicationem, vitare debere aulas Regum, & mollium hominum palatia declinare.* Cętera diffuſè laudat *Majolus dier. Canicul. Colloq. 5. de Aula, & Caula fere per tot.*

Atta-

Attamen longè hæc à pijſsima no-
ſtrorum Regum Aula abeſse obſer-
vantur; cum, non modò generoſiſſi-
mis eorum pectoribus, uti in pro-
pria ſede, veritas inſit; ſed ut, omni
aſſentatione fugata, ab eorundem
quoque Adminiſtris excolatur, vul-
garis nunc fama eſt; & digniſſimum
31 hujuſce rei teſtimonium ferunt ver-
ba illa Regij decreti magni Philippi
IV. quæ nos mutuatos fatemur à
D. Io: Solorzan. in *emblem. 49. n. 13.*
& ab epiſtola ad lectorem *lib. 1. D.*
D. Chriſtophori Creſpi de Valdaura ob-
ſervat. illuſtrat. num. 30.

En tercer lugar os mando con toda preciſsion, que ſiempre me trateis verdad liſamente, aunque os parezca, que ſea en coſa contra mi guſto. que aunque eſtoi cierto, que ſi Dios no me dexa de ſu mano, yò no le tendrè en nada, que ſea contra lo que os digo: como hombre puede ſer, que yerre en algo. y para eſte caſo es, quando mas he meneſter, que mis Miniſtros me hablen claro, y no me dexen errar. Y mirad, que os pedire eſtreca cuenta a todos, ſi aviendo yo declarado en eſta forma mi voluntad, vos otros no cumplis con ella,

Quamobrem in hac re, & in qua tot
32 junguntur ſpecialia, impium pro
certo foret, nè ſacrilegij inſtar dica-
mus cum *D. Larrea cit. allegat. fiſcal.*
60. in princip. amplius de Regia
aſsertione dubitare, cum (pro coro-
nide) mittendum non ſit; nè ambi-
gendo quis in ſimilibus ſpeciebus,
33 mendacij Principem arguere videa-
tur, ut monuere præſertim *Cardinal.*
Seraphin. deciſ. 1016. num. 3. lib. 2.
Maſtrill. de magiſtrat. d. lib. 3. cap. 4.
nu. 54. Vrſell. legal. concluſ. cit. con-
cluſ. 155. num. 24. D. Larrea dic. alle-
gat. fiſcal. 60. ſub n. 8. lib. 1. quodq;
34 nec adverſus privatos præſumen-
dum, ex Tuberonis ſententia Celſus
retulit *in l. Labeo 7. §. id Tubero D. de*
ſuppell. leg. amplificatque poſt *Maſ-*
card. de probat. concluſ. 1141. n. 2.
in ſpecie *Facchin. contr. jur. lib. 8.*
cap. 63, in fin. totius idcircò ferè Or-
35 bis conſuetudine receptum eſſe,
plenam planè, Regijs aſſertionibus
fidem utiq; præſtandam ex *Bald.* no-
tabili *conſil. 327. pridie enim nu. 10.*
lib. 1. Roland. à Valle cit. conſil. 1.
num. 193. lib. 2. Capyc. in repetit. cap.
Imperialem de prohibit. feud. alienat.
per Frideric. pag. 4. colum. 1. circ. prin-
cip. verſic. adde, Menoch. conſil. 100.
num. 27. Maſcard. cit. concluſ. 1233.
in fin. Farinac. cit. quæſt. 63. n. 134.
Fontanella de pactis nuptialibus clau-
ſul. 4. gloſſ. 10. part. 2. num. 28. tom. 1.
D. Larrea cit. allegat. fiſcal. 60. n. 8.
lib. 1. D. R. Galeot. dic. reſponſ. fiſcal.
23. num. 109.

Vlteriùs, ex ijſdem Regijs literis anni
MDCXVII. cuncta ſupra diſpoſita
confirmantur. Nàm, cùm pluribus
ampliationibus, hic à Proregibus im-
pertitis æquiſſimus Rex duxiſset an-
nuendum; nullatenùs ex confirma-
tione, ſed ex nova ejus Regij culminis
indulgentia, id emanaſse dilucidè
his verbis explicuit, *ſe ha paſſado por*
ellas, no por via de confirmacione, ſi no
per nueva gracia; Quibus præteritas
hic conceſsas officiorum prorogatio-
nes, nullas, irritaſque manifeſtè enu-
cleavit; vulgatiſſimi eſt etenim Iuris,
quod principio vitioſum eſt, tractu
temporis convaleſcere non poſse;
& merito, cum Iuriſprudentiæ prin-
36 cipijs attentis, quod nullum eſt, con-
firmari ſanè non valeat *Menoch. con-*
ſil. 351. num. 19. tom. 4. Molin. de pri-
mogen, lib. 2, cap. 7. n. 7. Surd. de ali-
ment,

Digitized by Google

ment. tit. 8. *privileg.* 22. *num.* 34.
& deciſ. 53. *num.* 11. *&* 289. *num.* 8.
Grave ad Gaill. lib. 2. *concluſ.* 1. *n.* 32.
37 Confirmatio enim ad actum ſemper
validum refertur *Surd. deciſ.* 289. *n.* 8.
& 9. *Aviles in cap. pretor. cap.* 17.
verb. prover. nu. 7. *Barboſ. in collect.*
ad cap. cum dilecta 4. *num.* 24. *de con-*
firmat. util. vel inutil. D. R. de Ponte
conſil. 57. *num.* 78. *lib.* 1. Nam actus
38 profectò nullus, pro infecto magis,
quam pro facto, habendus eſt, ut ex
I. C. colligitur *l. ſi filius* 7. *D. de li-*
ber. & poſthum. In cujus ſpecie, cum
ſecundum teſtamentum, ex filij præ-
teritione nullum fuerit, adeò nullius
momenti cenſitum fuit; ut licet filius,
viuo patre obierit, nec teſtamentum
ex hoc confirmatum, nec primùm ri-
tè factum, ruptum Paulus ijs verbis
39 reſpondit, *Si filius, qui in poteſtate eſt,*
præteritus ſit, & vivo patre decedat,
teſtamentum non valebit, nec ſuperius
rumpetur, comprobat ex alijs *Anto-*
nius Faber in ſuo Codic. lib. 4. *tit.* 15.
definit. 47. *num.* 3. *in allegation.* ut
aptiſſimè in reſcripto, (quemadmo-
dum annotavimus) edictum ſit, non
ex confirmatione; ſed ex nova gra-
tia, impertitas hic ampliationes, pro-
40 batas inibi fuiſse; Quoties etenim
actus initio nullus Principis auctori-
tate confirmatur, novum dicitur da-
tum, & vim omnem, atque originem,
non à prima; ſed à nova exiſtimatur
conceſſione capeſſere *DD. in cap.* 1.
& 2. *de confirm. util. vel inutil.*
Bart. in l. more majorum num. 5. *D. de*
Iuriſdiction. omn. Iudicum, Bald. in l.
ex placito num. 15. *verſic. ſecundo ca-*
ſu C. de rer. permutat. Iſern. in repe-
tit. cap. Imperialem num. 16. *de pro-*
hibit. feud. alienat. per Frideric. An-
gel. Aretin. conſil. 123. *num.* 18. *Ro-*
man. conſil. 98. *num.* 1. *Pariſ. conſil.* 3.
nu. 40. *lib.* 4. *Roland. conſil.* 71. *n.* 46.
volum. 2. *& conſil.* 1. *num.* 58. *lib.* 3.
Decian. conſil. 3. *num.* 238. *lib.* 4. *Pe-*
regrin. conſil. 4. *num.* 12. *volum.* 1.
Valtejus conſil. 20. *num.* 21. *lib.* 4. *Ti-*
raquell. in l. ſi unquam, verb. rever-
tatur num. 418. *de revocand. donation.*
Caſtill. contr. Iuris lib. 5. *cap.* 89. *nu.*
206. *& num.* 207. *Lodoviſ. deciſ.* 267.
num. 8. *Chryſtineus deciſ.* 212. *n.* 125.
vol. 4. cum innumeris alijs à nobis
relatis *in diſſert. pro Reg. fiſco cũ Victo-*
ria Valignano num. 110. *cum ſeq.*

Patet igitur, & Regias prohibitiones,
annum MDCVI. anteceſſiſse, & am-
pliationes proinde adverſus eas hic
impetratas, ob poteſtatis potiſſimum
defectum, nullas, atq; irritas extitiſſe
41 quam *nullitatum nullitatẽ* mirificè ad
cauſam nuncupat *Antonius Faber* in
l. Barbarius 3. *cum ibidem notatis D.*
de offic. præſid. in ſuo Cod. lib. 4. *tit.*
16. *defin.* 2. *num.* 3. *in allegation.*

Ex literis poſtmodùm anni MDCXXII.
innoteſcit pervetuſtas quoq; prohi-
bitiones fuiſse; ex mentione præſer-
tìm, quæ de Proregum fit inſtitutio-
nibus, in quibus id ex capite XVI.
vetari, reſcriptum fuerat in *præalle-*
gatis literis anni MDCVII.

Ex epiſtolis demùm, ejuſdem anni editis
X. Kalendas Octobris, cuncta itidem
fiunt manifeſta; ac poteſtatis præci-
puè defectus elicitur, ibi *De que no*
las podian conceder: & novum fiſco
in hac cauſa præſidium conſtituitur;
Cum enìm, ad reparandas ampliatio-
nes, inutiliter hic conceſſas anni ſpa-
tium officiarijs ſumma foret æquitate
indultũ; certò certiùs eſt, ut qui eam
amplexus nõ fuerit, anniq; interuallo
prętereunte nihil fecerit, futiliter diſ-
poſitas hic ampliationes, validas am-
42 plius nequibit efficere, *Si cũ reo*, dici-
tur in *l. ſi unus* 28. *D. de pact. ad certũ*
tempus pactio facta ſit, ultra neque reo,
neque fidejuſſori proderit; prohibita
namq; ea extra tempus ſunt, quę infrà
pręfinitũ illius ſpatiũ, permiſſa fuere
Tiraquell. de retract. convention. §. 1.
gloſſ. 2. *n.* 46. *cum ſeq. Gratian. diſce-*
ptat. forenſ. cap. 755. *num.* 31. *lib.* 4.
Antonell. de tempor. legal. lib. 1. *cap.* 5.
num. 1. *& ſeq. Io: Bapt. Ciarlin. contr.*
forenſ. cap. 211. *nu.* 55. *lib.* 2. quiq;

(ne

(nè vulgaribus immoremur) tantæ id putat efficaciæ, ut poſt *Bald.in l.edita colum.*13. *C.de edend. Surd.deciſ.*75. *num.*3. *Cyriac. contr.* 187. *n.*3.*lib.*1.

43 Affirmativam (ut ajunt) ad tempus reſtrictam,ultra id idem negationem inducere,fateatur *cit.contr.*211. *num.* 57. & ſequitur *Antonell. dic. cap.* 5.*ſub num.* 3.

Ex Regijs ergo relatis Iuſſibus palam fit, feſtinanter hic occupatam fermè officij prorogationem,ex omni parte, contrarijs pariter rejectis, nullius roboris eſſe dijudicandam, ex recitatis præſertim verbis *cap.* 133. *nova reformat. prag.* nunc 75. §. 133. *de offic. procurat. Cæſar. lib.* 3.

44 At eum veritas una ſit, ut ex *Philoſopho* noſtri ſimiliter tradiderunt *Andreas* Knichen *de veſtit. pactión.part.* 1.*cap.* 3. *num.* 237. *Heringius de fidejuſſor. cap.* 20. *num.* 4. *Guilhelm. Anthon. de Freundeberg. de reſcript: morator. tit.* 7.*concluſ.* 30. *num.* 57. regia tandem enunciata Reſcripta, ante annũ MDCXVII. edita, quæq; à nobis huc uſque non fuere inventa, reperta ſunt, Typiſquè noviſſimè

45 demandata *lib.*3.*pragm. tit. de offic. Secretar. prag.* 14. §. 7. ubi, præcedentibus longè annis MDCIX. & MDCXV. ea dicuntur præſancita. Vt revera, & quæ laborioſè ex Iure antea probavimus, facti una nunc veritas,confirmaſse videatur: & quæ de nimia Adverſariorum properatione, in hujus officij, illiuſque inſimul prorogationis emptione, hic perperam adhibita, præfati ſumus,Ciceronis ſententia abſolvere modo quoq; poſſimus *officior.lib.*1. *Nè, in feſtinationibus*, nempè, *ſuſcipiamus nimias celeritates.*

S V M M Æ.

1 *Conſilium in melius mutare, ſecuritas eſt pœnitentis.*
2 . . . *neque inconſtantia propterea contrahitur nota.*
3 . . . *quinimò prudentia adſcribitur.*
4 *Nullum, & invalidum aquantur.*
5 *Sigillorum mos, eſt vetuſtiſſimus.*
6 *Doct.Dominicus de Rubeis cõmẽdatur.*
7 *Sigilla, magna ſunt auctoritatis.*
8 . . . *ex eis probatio inducitur non modica.*
9 . . . *ſi Principum præſertìm eà fuerint.*
10 . . . *licet teſtium careant fide.*
11 . . . *ſive ſigillantis deſit ſubſcriptio.*
12 . . . *ſubſcriptioni aquipollent.*
13 . . . *ac pluſquam ſubſcriptio, adverſus ſigillantem, ejuſque hæredes prævalent.*
14 . . . *ijs probatis,veritas dicitur manifeſta.*
15 . . . *eorum Cuſtodia maxima auctoritatis viris commendatur.*
16 . . . *Dominorum placito,præſumuntur impreſſa.*
17 . . . *ratum habendi, cõfirmationiſq; animum deſignant.*
18 . . . *indubiè eis credendum eſt.*
19 *Subſcriptionem, inſimul cum ſigillo requiri, qui affirmarint,*
20 . . . *quod recipiendum eſt, cùm pro forma expoſcitur ſubſcriptio.*
21 . . . *aut, cum quis alieno obſignat ſigillo.*
22 . . . *ſivè,cum more,ſtylovè (ut ajunt) id ſit acceptum.*
23 *Sigilla in Regijs Privilegijs,pro forma apponuntur.*
24 . . . *ex illorum proindè defectu, eadem privilegia nulla exiſtimantur.*
25 . . . *eorum auctoritate, ut ſcriptura roborantur, ſic defectione infirmantur.*
26 . . . *ac prout ex eorundem obſignatione conſenſus, ita è contrario arguitur diſſenſus.*
27 *Auctor, patria non modo, ſed exterorum, pariter commodo ſcribere deſudavit.*
28 *Sigilla, noſtri Regni Iuribus, apprimè requiri confirmatur.*
29 . . . *regia tantummodo privilegia*

ijs in-

ijs indigere, qui dixerint, & quo pacto intelligendi inferius.

30 . . . notoria probatione non egent.

31 Collaterale Conſilium Regio utitur ſigillo.

32 Proreges Principis referunt perſonã.

33 . . . ac ea demandant regulariter, quæ, & ipſe Rex iubere ſolet.

34 Pragmaticæ 1. & 2. de fide memorial. de hujus Regni ſigillo, ſtatuere, & ſub num. 35.

35 Sigillorum neceſſarius uſus, ex alijs quoque Regni Iuribus firmatur.

36 Regeſto magna fides adhibetur.

37 . . . ipſius in Regno neceſſitas oſtenditur.

38 Pragmatica 1. de privileg. infr. ann. exhibend. exornatur, & num. ſeq.

39 Privilegia, cæteraque à Rege obtenta, infrà annum Proregi ſunt exhibenda, aliàs nullius ſunt roboris, ac momenti.

40 Clauſula ex certa ſcientia potens ſatis, ac efficax eſt.

41 . . . æquiparatur clauſulæ de plenitudine poteſtatis.

42 . . . ac particulæ non obſtante.

43 . . . & clauſula motu proprio.

44 . . . actum nullum, validum efficit.

45 . . . Principis ſupponit ſcientiam.

46 . . . novæ conceſſionis vim habet.

47 . . . Iuris omne tollit obſtaculum.

48 . . . adverſus, à Principe ejus virtute geſta, quiſnam auditur.

49 . . . nec in dubium revocantur.

50 . . . cæteros ipſius effectus, qui recenſeant.

51 . . . ubi Principis ceſſet notitia, ſivè in facto res conſiſtat, non operatur.

52 . . . in ea, cauſa expoſcitur cognitio.

53 . . . ſine qua inefficax exiſtimatur.

54 . . . cum ad incognita non porrigatur.

55 . . . uti ex Cancellariæ more minimi habetur.

56 Proregis, Collateraliſq; Conſilij ſumma eſt poteſtas.

57 DD. RR. Io: Camillus Cacacius, & Thomas Aquino, ac D. Conſil. Marcellus Marcianus ſenior commendantur.

58 Tempus præfinitum, ſi lapſum fuerit, uti formam deſtruens, actum nullum reddit, & inanem.

59 . . . quodque in ſtatuto, infrà certum tempus regeſtum requirente, maximoperè viget.

60 . . . quamvis de favorabilibus tractetur cauſis.

61 . . . in ſubſtantia diverſitatem importat.

62 . . . à ſtatuto injunctum peremptorium putatur, actumque poſt ipſum omiſſum irritum facit.

63 Verba nullius roboris, ac momenti latam inducunt ſententiam, ipſoq; Iure inferunt, quã dicimus, nullitatem.

64 . . . formamque referunt, ex cujus omiſſione, actus nullus efficitur.

65 . . . idque Bartoli, ac Baldi, in contrarium inductorum, doctrina firmatur.

66 Nullum nequit confirmari.

67 Inferior, adverſus ſuperioris ſtatuta, non valet decernere.

68 Pragmatica de privileg. infr. ann. exhibend. Proreges indulgere non poſſunt.

69 . . . ſed nova Regis requiruntur juſſa, quæ vulgo dicuntur ſopra Carte.

70 Exempla contra Leges ſunt parvi pendenda.

71 . . . proùt, ſi rationem everterent.

72 D. Conſil. Carleval. adverſus propriũ Senatum invehi videtur.

73 Pragmatica de privileg. infr. ann. exhibend. locum non eſſe, ſi ex ipſius Proregis impedimento executio obtineri non valuit.

74 Officia pretio conceſſa, & gratuito impertita, inter ſe, annuitur differre.

75 . . . ex pretio, contractum ſapiunt oneroſum.

76 Princeps ex contractibus, & naturaliter, & civiliter obligatur.

77 Ob merita facta conceſſio, in vim contractus tranſit irrevocabilis.

78 Pragmaticã 1. de privileg. infr. ann. exhibend. in privilegijs ex oneroſa

cauſa non vigere, ex adverſo putarunt, ſed num. 89.

79 *Solemnitas loci, ubi res ex oneroſo contractu geritur, ſpectatur; non autem ubi illius petitur exequutio.*

80 *Officia etiam ſi pretio obtenta, propriã in omnibus naturam retinent.*

81 *Conſuetudo legum optima dicitur interpres.*

82 *Dictio quoſcunquè eſt univerſalis, cuncta comprehendens.*

83 . . . *& quæ aliàs non includerentur.*

84 . . . *expreſſi licet majora forent.*

85 . . . *quandocunque omnia etiam ultrà expreſſa, complectitur.*

86 . . . *in ſtatuto appoſita omnem, quæ id reſtringere poſſet, prohibet interpretationem.*

87 . . . *qualitercunque, ut univerſalis ultrà etiam expreſſa extenditur, quæque præcogitari poſſunt, dicitur continere.*

88 *Pragmatica de privileg. infra annum exhibend. locũ ſibi vindicat, quamvis in hoc Regno largitionem Rex fecerit.*

89 . . . *ejus diſpoſitio, communi Iuri conformis eſt.*

90 . . . *obiectum denique ex eadem Pragmatica unic. inſtitutum deſuper num.* 77. *expenditur., exſolviturquè.*

ARGVMENTVM.

Sigillorũ mos dicitur antiquiſſimus, eorũdẽ auctoritas, ac neceſſitas in Principũ pręſertìm diplomatibus recenſentur, patrijs potiſſimum perpenſis Iuribus Pragmaticæ 1. & 2. de fide memorial. Clauſulæ ex certa ſcientia vis oſtenditur, enucleaturque. Regeſti ſolemnitas quanta ſit; quantaq; Regiorũ juſsuum: In hoc Regno infrà pręfinitũ anni tempus, indefinitè demandata reſcriptorũ exhibitio, atq; exequutio, cõtrarijs quoq; exſolutis objectis, diſertè examinatur; Dictionũ (ob controverſiam, occaſione arrepta) quicunque, quandocunque, & qualitercunque, ratione tandem delibata.

PRO REGIO FISCO.

In eadem Cauſa.

Diſſertatio XXVII.

CVM in Superiori
reſponſo diſſerta, exſolvi minimè poſſe Adver-
1 ſarius dignoſceret, & prima Cõ-
ſiliorum fruſtra
cecidiſſe: nepam
imitatus ſententiam immutavit; non
ignorans hunc, non modò optimum
2 eſſe portum pęnitenti *Cic.* 12. *Philipp.*
ſed, neque inconſtantiæ adſcribi poſ-
ſe, ut etenim idem *Cic.* ait *Actic. lib.*
16. *pagin.* 392. *nu.* 40. *Nemo doctus
unquam MVTATIONEM conſilij, in-
conſtantiam dixi eſſe*, potiuſq; *malum*
eſſe *conſilium, quod mutari non poteſt*,
teſte *Aul. Gell. noct. actic. lib.* 17. *cap.*
14. Quinimò, cum ſub ſole res cun-
ctæ in dies voluantur; prudentiæ
3 multoties dari, priori omiſſa ſen-
tentia, ut res expoſtulat, poſteriorem,
melioremque deligere, natam, ut in-
quiunt, ſub manu, vnde *Senec. ad Lu-
cil. epiſt.* 71. *in princip. Conſilia enim
rebus aptantur, res noſtra feruntur,
immo voluũtur. Ergo conſilium ſub die*

naſci

naſci debet: & hoc quoque tardum eſt nimie: SVB MANV, quod ajunt, naſcatur; quodq; non abſimili intelligentia *Cic.* met ipſe explicuit, *Conſilia*, inquiens, *temporum ſunt; quæ in horas commutari videe* ad *act. lib.* 14. *nu.* 10. *pag.* 376. non enim vitio verti debet, ſi ex ſupervenienti cauſa inmutatio fiat; quippè dementiæ eſt in errore perſiſtere, ut prudentiæ in melius mutare ſententiam; quemadmodum ex reſcriptis erudimur in *l. ſicut* 3. *C. de pagan. & l.* 1. *C. de pet. bon. ſublat. lib.* 10. & clariùs in *Authen. de nuptijs in præfat.* §. *nos autē, verſ. nō enim erubeſcimus, cap. peruenit* 3. *de Iur. Iurand. & Can. certè* 12. *quaſt.* 1. ex *Bald. Fulgoſ. Anchar. & Panorm. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. lit. M. concluſ.* 435. *nu.* 1. *& ſeq.* & poſt *Cothom. volum.* 3. *reſponſ.* 33. *in ſecunda ſubſcripetione, incipient. mutare conſilium in meliue, Stephan. Nathen. Inſtitia. vulner. part.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *ſub nu.* 4. Quod prudēter effeciſse (ut inquiebamus) Adverſarius cōperitur; præproperam enim ampliationis conceſſionē à Domino obtentam Prorege, nullius fuiſſe momenti, certior iam factus, nouum nunc illius regali probatione munitum, deduxit diploma, quò XIV. Kalendas Aprilis anno MDCXXXII. Rex noſter potentiſſimus, cuncta hic geſta, officij præſertìm prorogationem, regia ſua auctoritate, certaque ex ſcientia, ac matura ſupremi Italiæ Senatus accedēte ſubſcriptione videtur cōfirmaſſe, Collateraleq; Conſiliū menſe Septembris exequutioni demādandum duxiſse; ut idcircò ex eadem regij culminis poteſtate, & quā nos, ut decet veneramur, cuique innixi contraria conſudimus argumenta, cunctas amaritudines, contendat dulcoratas.

Sed his, manus ſanè ultrò daremus; ſi exhibita membrana privilegium contineret, aut privilegij nomen mereretur; at, cùm omni ex parte futilis, ineſficaciſq; ea roboris ſit, contrarium eapropter ruit fundamentum: cùm, vel
4 vulgares homines non prætereat, paria ſcilicet putari, quidpiam vel non eſſe, ſive nullū, invalidumvè exiſtere, unde in *l. non putavit* 8. §. *non quavis D. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* Vlpianus, *Non quavis*, reſpondit, *exhæredatio ſummovet filiū à cōtra tabulas bonorum poſſeſſione; ſed quæ RITE' facta eſt.* ac *in l. quoties* 6. *D. qui ſatiſd. cogan. Paulus, Quoties VITIOSE'* inquit, *cautū, vel ſatisdatum eſt, non videtur cautum, nec ſatisdatum*. invalidumque teſtamentum Diocletianus, & Maximianus edixere, ſivè nullum, ſivè intrà quatuordecim annos conſtitutus quis id fecerit, in *l. ſi aut nullum* 4. *C. de legitim. hæred.* & Innocentius III. in *c. inter corporalia* 2. §. *ſed neq; de tranſlat. Episc.* Sic Andegavenſi Decano reſcrſpſit, *ſicut juxtà communem modum loquendi, illa dicitur Eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat, INVTILEM tamen perhibetur habere*.

Quod autem nullum profectò, quod vocant, priuilegium exiſtimandum ſit, patet equidem dupliciter.

Primum, quia in eo Regium deeſt ſigillum, cujus originem, moremque ve-
5 tuſtiſſimum, perſpicacioribus linquimus ingenijs, quòd apud Hæbreos ſub annulo ſignatorio obſervari id poſſit *lib.* 3. *Regum cap.* 21. penès Achab Samariæ Regem, *ſcripſit itaq; literas ex nomine Achab, & ſignavit eae annulo eius, & miſit ad majores natu, & Optimates, qui erāt in Civitate ejue.* Eſther cap. 3. *tulit ergo Rex annulum, quo utebatur, de manu ſua, &* infrà, *& litera ſignata ipſius annulo, miſſa ſunt per Curſoree Regie ad universas provincias*. Et Daniel cap. 14. *& ſignantee annulo Regie abierunt;* prout apud cæteros Orbis Principes eandem ſigilli obſignationem ſervatam recenſuit, poſt alios *Borell. de magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 13. *ſub nu.* 25. *& ſeq.* & ex *Dion. Quint. Curt. Ioſeph. Hæbreo, Sueton. Plin. Tacit. Plutarc. Herodot. Iulio Capitolin. Lal. Zechio*

Io: Pier. Valerian. Hotoman. Foreat.
Abr. Gorlęo Keitſch. Kirchner. Her-
man. Keirch. Beſold. Gilbers. Gene-
brand. alijſque Theodor. Hoeping. de
Iur. ſigillor. cap. 2. num. 1. & ſeq. &
nu. 89. cum ſeq. & cap. 5. nu. 11. cum.
plur, ſeq. & de Iure Inſignium cap. 10.
§. 1. verſic. annuli ſignat. nu. 136. &
cap. 22. membr. 3. de ſigill. ſub n. 299.
& 300. ac noviſſimè D. Dominicus de
Rubeis IureCoſultus gravi quippè fa-
6 facūdia, ſingularíq; eruditione præcla-
riſſimus in certam. forenſ. certam. 6.
num. 76. ſed omnium pleniſſimè R. P.
Cornel. à Lapid. in comment. in Aggaũ
prophet. cap. 2. verſic. 24. verb. po-
nam te quaſi ſignaculum pag. 629. co-
lum. 1. cum plur. ſeq.
Nobis autem, de illius auctoritate, ne-
ceſſitateque diſſerere, ad Principum
ſcilicet valida efficienda reſcripta,
tantummodo credimus neceſſum eſse.
7 Et, quod ad auctoritatem attinet, illa
Annęi Senecæ ſatis eſset exclamatio,
ò turpem (inquientis) humano generi
fraudis, ac nequitia publicæ confeſſio-
nem: annulis noſtris pluſquam animis
creditur, de benefic. lib. 3. cap. 15.
8 Vt inde ex eadē ſigilli auctoritate, fi-
deq; probationē induci, eliciatur ex l.
1. §. ſi pecunia, D. depoſiti, ſigillis vide-
licet priùs ei impreſſis, vel à Pretore, l.
fidejuſſor 26. §. 1. D. de pignor. Aut ſi-
gno ſuo, aut alia ſcriptura, l. in fraudē
16. §. ſicut autem D. de milit. teſtam.
mox anulo ſuo ſignaſſet, l. Tribunus
21. §. cum aliquis D. eod. tit. ac rur-
ſus, ſuo ſigno ſignaverit, l. conficiun-
tur. 8. §. ſi miles D. de Iur. codicillor.
niſi militia tempore ſignaverit, l. 2.
C. de rebus alien. non alienand. licet
ſigillo tuo venditionis Inſtrumentum,
fraude conquiſita ſignaveris, cap. 2. de
fid. Inſtrumentor. aut authenticum
ſigillũ habuerint, per quod poſſint pro-
bari, cap. 2. de offic. ordinar. in 6.
ſigillorum ſuorum, aut alterius authen-
tici munimine roboratis, probaruntq;
gloſſ. in cit. l. Tribunus, §. cum aliquis,
verſic. ſignaverit, de militar. teſtam. ac
Bart. in l. qua dotis nu. 27. verſ. quæro
quid de ſigillãte, ſolut. matr. quē ibidē
ſequitur Alex. ſub nu. 38. Bald. in cit.
l. 2. circ. princip. C. de reb. alien. Caſtr.
in l. admonendi, de Iur. Iurand. ibiq;
Purpurat. num. 177. & Cato Saccus
nu. 74. Maſcard. de probation. concluſ.
1308. num. 1. & 4. lib. 3. Hieronym.
Schurp. conſil. 17. ſub nu. 13. centur. 1.
Parlador. quotidian. different. diff. 10.
num. 12. & ſeq. Martin. Mager. de ad-
vocat. Armat. cap. 14. n. 84. ante eum
Vuſenbec. conſil. 14. num. 3. lib. 1.
Et ſi, in principalibus potiſſimum hiſce,
authenticiſque ſigillis (de quibus no-
9 ſter eſt ſermo) moniti à Cravett. con-
ſil. 46. n. 4. in fin. & 5. lib. 1. Menoch.
in conſil. 1. nu. 334. Maſcard. loc. cit.
num. 44. & 45. Franciſc. Marc. deciſ.
990. n. 6. & 7. lib. 1. Berlich. deciſ. 54.
nu. 10. verſic. ſed vt, Schurp. conſil. 7.
num. 6. in princip. centur. 1. Modeſt.
Piſtor. conſil. 27. nu. 74. volum. 1. Ma-
ger. loc. cit. num. 90. teſtes defuerint,
10 ut sēſere Caſtr. in l. admonēdi, column.
penultim. verſic. circa tertium, ac Pur-
purat. num. 177. part. 1. Aym. Cravett.
ejus gener de antiquit. tempor. part. 1.
§. quæritur num. 44. verſic. quod ubi
Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 113. n. 6.
Gabriel commun. concluſ. lib. 1. de præ-
ſumpt. concluſ. 4. n. 8. Alciat. reſponſ.
97. n. 13. & ſub n. 15. Guid. Pap. deciſ.
175. ſub nu. 1. Franciſcus Marcus loc.
mox cit. & deciſ. 989. num. 6. & 7. eod.
lib. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 113.
num. 6. Vueſenbec. conſil. 38. num. 67.
verſic. adeout lib. 1. Petra de poteſtat.
princip. cap. 6. nu. 67. Maſtrill. de ma-
giſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 266. tom. 1.
inſignes ea tempeſtate cauſarum pa-
troni DD. Fabius Marcheſ. & Io. Paul.
Recupit. poſt deciſ. D. Reg. Salernit.
Io. Baptiſta Thori ſtudio impreſsas al-
legat. 20. num. 52.
11 Neque ſigillantis acceſserit ſubſcrip-
tio Bald. in cit. leg. 2. num. 1. verſic. &
eſt argumentum C. de rebus alien. non
alienand. Couarr. pract. quæſtion. cap.
22. num. 9. verſic. nec ubi, ex Decio,
Felin.

Digitized by Google

Felin. & Zaſ. Mager. dic. cap. 14. num.
83. & nu. 87.
12 Cum, & ſubſcriptioni ſigillum æqui-
polleat Roman. conſil. 303. nu. 2. Cra-
vett. de antiquit. tempor. par. 1. §. quæ-
ritur n. 44. in princ. Menoch. cit. cõſ. 1.
num. 332. & caſ. 113. num. 10. & de
præſumpt. lib. 2. præſumpt. 57. nu. 33.
Vueſenbec. d. conſil. 38. num. 67. in
princip. Hieron. Schurp. conſ. 17. n. 13.
verſic. cum alterum centur. 1. Borell. in
ſumma deciſ. tom. 2. tit. 2. num. 104.
Valentin. Forſter. conſil. Marpurgen. 10.
nu. 18. volum. 4. Hoeping. de Iur. ſigill.
cap. 15. num. 135. ante eum, Burſat.
conſil. 39. num. 26. lib. 1. Cædd. conſil.
Marpurg. 28. num. 13. verſic. ſigillum
lib. 1. Illudque magis contrà ſigillan-
13 tem, ejuſque hæredes, quam ſubſcri-
ptio operetur, ex Paul. de Caſtr. Purpu-
rat. in cit. l. admonendi ſub n. 177. de
iur. iurand. Cravett. loc. cit. verſic. imo
ſigillum, Vueſenbec. cit. conſil. 14. nu. 3.
verſic. & plus, Cædd. conſil. 42. num.
10. Vueſenb. conſil. 38. n. 67. verſic. Imo,
Borell. loc. cit. Mager. d. cap. 14. nu. 85.
Marcheſ. & Recupit. cit. allegat. poſt
deciſ. D. Reg. Salernit. 20. nu. 51. Her-
man. Vulteius conſil. Marpurgenſ. 34.
14 num. 80. volum. 3. ſigilloque probato,
veritas dicatur firmata DD. in cit.
cap. 2. de fid. Inſtrument. Purpurat. in
cit. l. admonendi num. 177. verſic. cum
tota, Aym. loc. cit. verſic. ſed tota Ca-
pell. Tholoſ. quæſt. 24. & quæſt. 31.
Menoch. de arbitr. cit. caſ. 113. nu. 11.
Gaſpar Anton. Theſaur. qq. forenſ.
quæſt. 100. lib. 2. Fichar. conſ. 40. nu. 2.
15 tom. 2. Hoeping. d. tract. cap. 11. num.
89. verſic. nec requiritur. Cumque
magna cum ſollicitudine, viriſq; gra-
viſſimis ejuſdem demandetur custo-
dia, juxta Tullij monitum ad Quin-
tum fratrem epiſtol. 1. inquientis, ſit
anulus tuus, non ut vas aliquid; ſed
tanquam ipſe tu; non miniſter alienæ
voluntatis, ſed teſtis tuæ, & ex innu-
meris nominatim tradunt Petr. Gre-
gor. ſyntagm. Iur. lib. 47. cap. 29. ſub
nu. 16. Gaſpar Anton. Theſaur. qq. fo-
renſ. lib. 2. quæſt. 100. num. 12. D. R.
Tap. de præſtant. Reg. Cancell. tit. de
16 antiquit. num. 5. verſic. occurrit, &
num. 8. & Hoepingius cit. tract. cap. 6.
n. 1. cum ſeq. ſigillantium idcircò vo-
luntate, donec cõtrariũ manifeſtetur,
id proinde imprimi cẽſetur, poſt Butr.
ac Dec. Cravett. cit. part. 1. §. quæri-
tur, ſub nu. 46. Covarr. practicar. qq.
lib. unic. cap. 22. num. 9. verſic. præ-
ſertim, Vueſenbec. conſil. 27. num. 12.
lib. 1. Magerus d. cap. 14. n. 93. Hoepin-
gius cit. tract. de Iur. ſigillor. cap. 12.
num. 58. cum ſequentibus.
17 Adeoùt, Principum ſigilla, non mo-
do voluntatis, ratificationis, confir-
mationiſvè ſigna præferant, ex Bald.
& Bero, Franciſc. Monald. conſil. 14.
num. 3. lib. 2. Franciſcus Pfeilſ conſil.
78. ſub num. 34. centur. 1. Matth. Coler.
conſil. 28. num. 220. & conſil. 45. num.
43. Schrader. conſil. 32. num. 3. lib. 2.
Vin. deciſ. 54. nn. 1. lib. 1. Antonius Fa-
ber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 20. diffinit. 3.
num. 2. in allegat. Andr. Gilman. deciſ.
Cameræ Imperialis 17. num. 3. & 5. &
deciſ. 51. nu. 42. volum. 2. & Symphor.
par. 1. vot. 3. num. 82. volum. 4. Vult.
conſil. Marpurgenſ. 16. num. 23. volum.
1. & conſil. 32. nn. 142. volum. 4. Kni-
chen. Encyclop. cap. 2. num. 52. & 53.
Helfr. Vlric. Hunn. part. 2. Encycl.
tit. 18. cap. 5. num. 5. Virgil. Pingizer.
qq. Saxon. 38. num. 6. 7. & 8. reliquos
18 congerit Hoeping. eod. tract. de iur. ſi-
gillor. cap. 10. num. 54. & 55. ſed & in-
dubitatè eis credendum eſſe, ex Dec.
Cravett. Alciat. cæteriſque dixerint
Menoch. d. conſil. 1. num. 333. lib. 1. Vue-
ſenbec. conſ. 261. num. 17. tom. 6. Gil-
man. cit. vot. 3. Symphor. par. 1. num. 82.
volum. 4. Hadrian. Neguſant. in ſylu.
reſponſ. practic. reſponſ. 50. nu. 2. & 3.
Et licet Matthias Berlich. d. deciſ. 54. n. 6.
19 nudam ſigilli impreſſionem, ſinè ſub-
ſcriptione inefficacem putauerit eſſe
laudatis Bald. in l. falſus, num. 38. ver-
ſic. quia ſigillũ per ſe, & ſeq. C. de furt.
& ſer. corrupt. Franciſc. Marc. dec. 991.
eod. lib. 1. Covarr. practicar. qq. lib. un.
cap. 22.

cap.22. num. 9. verſ. nec vbi ,ità ex
Lipſienſium Scabinorum reſponſo
pronunciatum referẽs *num. 7. & ſeq*,
concluditque, ipſo non citato *Hoe-
pingius eod. tract. de iur. ſigill. cap. fin.
num.68.* Id tamen, vel locum ſibi vin-
20 dicabit; cùm pro forma ſubſcriptio
21 quoque expoſcitur *Hoeping. cit. cap.
11. num. 47.* aut, cum alieno ſigillo
vſus quis fuerit *Franciſc. Marc. dic.
deciſ. 991. verſic. aut ſigilla aliorum*
22 vel, cùm receptum more, conſuetu-
dineque ſit, & ſigillum, & ſubſcriptio-
nem apponi *Hoeping. cit. cap. 11. nu.
107. & 108.* antè eum *Couarr. pract.
cit. cap. 22. n. 9. verſ. niſi aliud*, quodq;
& moribus, & ſtatutis, apud nos etiã,
pro forma vigere, vt inferiùs, vltrò
concedimus. Quod ad propoſitam
verò quęſtionem pertinet, ſat eſt pro-
baſſe, in noſtra ſpecie ſigillum peni-
rùs deſiderari; vt exquiſita eius au-
ctoritas deeſſe manifeſtetur.

Cùm egregiam ſigillorum Principum
planam fecerimus poteſtatem; reli-
quum nùnc erit, ut illorum in Regijs
diplomatibus præſcribendorum ne-
ceſſitatem oſtendamus: Quod profe-
23 ctò aſſequi facilè poſſe putamus; ma-
niſeſtum cùm ſit in regijs priuilegijs
ſigilla pro forma requiri, ſiuè (ut no-
ſtri ajunt) ſubſtantialem partem con-
ſtituere *Andr. in cap. Imperialis de
prohibit. feud. alienat. per Lothar. §.
quoniam inter in addit. num. 6. circ.
finem*, ibi *Ex quibus ſubſtãtialia literę
ſunt ſigilla, &c. Afflict.* ibidem ea-
dem recitans verba, *num. 10. & deciſ.
21. n. 9. & dec. 253. n. 2. Menoch. de ar-
bit. iudic. cit. caſ. 113. n. 13. et verſ. hac
vera, Maſcard. de probat. concl. 1308.
num. 53. in fin. verſi. intellige, Gregor.
Lopes ad l. 44. tit. 18. par. 3. verb. ſella-
do, Borell. cit. cap. 13. num. 20. de magi-
ſtrat. edict. lib. 2. Hoepingius de iure ſi-
gillor. cap. 5. num. 28. & cap. 11. num.
16. Dom. Reg. Rouit. ſuper Pragmat. 1.
de fide memorial. num. 10. D. R. Chriſt.
Creſp. de Valdaur. obſeruat. illuſt. ob-
ſeruat. 5. cap. 3. num. 307. lib. 1.* rectiſ-
ſimè ex ejuſdem Andreæ de Iſernia,
firmans auctoritate *loc. cit. num. 7.* ex
24 hoc ſigilli defectu priuilegiũ, actũvè
nullius ſanè reddi, eſſeque valoris
cit. nu. 10. verſic. & ſi deficiat. id quod
in Apoſtolicis literis, eadem ratione
indubiè recipi *Borrellus* ait, poſt *Io:
Baptiſtam Ferret. conſil. 127. in prin-
cip. lib. 1.* ut ſinè, nempè ſigillo, exe-
quutioni minimè queant demandari
*de magiſtrat. edict. cit. cap. 13. nu. 13.
lib. 2.*

Quod duplici duximus illuſtrandum ra-
25 tione, prima *Vdal. Zaſii*, qui à contra-
riorum arguens diſciplina, ſic ratioci-
natur; Sicuti ſigillum, ſcripturæ au-
ctoritatem præſtat, illamque validam
efficit; ità exadverſo eodem deficiẽ-
te, ſcriptura metipſa æquiſſimè infir-
matur *conſil. 18. num. 19. cum ſeq. lib.
1.* Altera (quàm annuiſse quoque vi-
detur idem *Zaſ. cit. conſil. 18. num. 21.*
fuitque ab *Heoping.* magis enuclea-
26 ta) ut quemadmodum imprimens,
imponenſvè ſigillum conſentire, ne-
gotiumque comprobare, & in eadem
uoluntate permanere cenſetur; ità
ex ipſius quoqve defectu diſsentire,
actumque improbare, ſententiamquè
mutaſse dicendus ſit *de iure ſigillo-
rum cap. 14. num. 164. 166. & 174.* in
eandem aduocãte ſententiam *Zaſium
cit. conſil. 18. num. 20. & 25. lib. 1. Io:
Fichard. conſil. 30. num. 9. & 10. lib. 2.
& Nicol. Honthem. lib. 4. de art. Notar.
cap. 11. num. 38. & 39.*

HÆC autẽ communi Quiritum iure, &
diſserere, & firmare conati ſumus, ut
Fiſci iuſtitiam vndeqvaq; tutiſſimam
(vt decebat) demonſtraremus; ac etiã
ut impenſi labores hi, (quales quales
27 ij ſint) patrijs tantummodò iuribus
non præſcriberentur; nè in lucem
poſtmodum prodeuntes patriæ limi-
tes non egrederentur: Nàm quoad
quæſtionis conſequendam pertinet
28 palmam, ſatis ſuperq; credidimus eſ-
ſe, ſi huius ſolũmodò Regni iura lau-
daremus, quibus priuilegia, cæteraſq;
literas ſigillo muniri ſancitum fuit,
alio-

Digitized by Google

alioquin nullius ea roboris, atque ef-
ficaciæ dijudicentur, vt in *cap.* Caroli
III. *Regis in forma ſigilli* 232. iuxtà *Io:
Ant. Nigri ordinem*, & Reginę Ioãnę
in cap. item quod ad petitionem 280.
ac in Pragmatica Sereniſsimi Ferdi-
nandi Catholici Regis I. *de fide me-
morial.* & potentiſſimi Caroli V. Cæ-
ſaris 2. *ſub eod. tit.* 4. *de fid. memor.*

Neque iſta diſsolvere Adverſarij pote-
runt, ea qua utuntur diſtinctione;
ut in regalibus, ſcilicet priuilegijs ſi-
gillorum neceſſitas urgeat; ſecus au-
tem in ijs, quæ è Collaterali Conſi-
29 lio emanant; cùm regia reſcripta, ac
priuilegia munienda dumtaxàt ſigil-
lo, dixerint *Lucas de Penna in l. ne-
minem, num. 3. verſic. vel verius, Cod.
de Decurion. lib. 10. Chaſſan. in Catal.
glor. Mund. par. 7. conſiderat. 7. verſic.
Cancellarius enim*, quibus addi poſ-
ſunt *Freccia de ſubfeud. lib. 1. de offic.
magn. Cancellar. num. 1. Io: de Terr.
Rub. in proem. tract. cõtra rebell. pag. 3.
colum. 3. verſ. cus ſigillum, D. R. Tapia
de praſt ant. Regia Cancellaria tit. de
poteſt. num.* 48. ſancitumque obſerva-
tur in *cit* Hiſpana lege 44. *tit.* 18. *par.*
3. ijs verbis, *ò que non fueſſe ſellado de
ſu ſello*, quemadmodum ad rem de
regijs ſuis tantummodò ſigillis Sere-
niſſimum Ferdinandum Catholicum
Regem memoriam fecisse credunt *in
Pragmat. 1. de fid. memor.* ibi, *ſtatui-
mus, & ordinamus, quod nullis priui-
legijs, nulliſuè literis noſtris patenti-
bus apertis, aut clauſis fides adhibea-
tur, quæ ſigillo noſtro dicti Regni non
fuerint ſigillata*, eamque iuxtà ſui ſe-
riem tantum, ac tenorem Carolum
Quintum Cæſarem eius nepotem,
ſubdunt confirmaſſe *in Pragm. 2. eod.
tit. de fid. memor.*

Nàm, quàm longè id à veritatis ordine
aberiet apertiſſimè conuincitur, &
primò, quia, etſi hìc ad regiam Prag-
maticam ſanctionem ſuſtineri ſenſus
poſſet; adhùc ad noſtram ſpeciem ap-
tiſsimum ius faceret, cùm ex facto in-
ficiandum non ſit, regale priuilegium,
quod à Potentiſsimo noſtro Rege per
ſupremum Italiæ Conſilium datum
forſan fuiſſet, annorum licet lapſa ſit
ſeries productum non eſſe; ſed quod
exhibuere, Neapoli in Regia Cancel-
laria, ex eodem regio diplomate cõ-
flatum priuilegium foret. Quamob-
rem, ſicuti in hoc poſteriori ſigillum
deeſſe negari nequit; ità de pri ri nil
diſſerendum remanet; cùm non ſo-
lùm ſigillum, ſed ipſamet tota prin-
cipalis deſit elargitio; atque ideò, vel
regio priuilegio carere, vel quod
ediderunt, nullum ex ſigilli defectu
fateri eos, vel inuitos oporteat.

Rursùs facto ſanè, iurique repugnat,
vt in ſcripturis, atque huius præſer-
tìm generis priuilegijs, ſigilli ſolem-
nitate Collaterale Conſilium non
vti aſſeratur: facto, cùm vel lippis, ac
tonſoribus innoteſcat, Regium Col-
laterale Conſilium in omnibus ſuis
literis, conceſsionibuſuè proprium,
peculiareque ſigillum adhibere; quæ
cum omnium oculis obuia ſint, atque
30 notiſsima, auctoritate equidem, vel
ex *vulgaribus* non egent, vt innume-
ros ad id receuſeat *Farinac. de de-
lict. qu. 21. num. 81. & Caracciol. Lan-
za deciſ. 34. nu. 7.* quamuis ex noſtris
31 de hac Regij Collateralis Conſilij re-
ceptiſsima ſigilli conſuetudine ſpe-
ciale teſtimonium, prę cęteris prębue-
rit *Camill. Borell. d. cap. 13. de magi-
ſtrat. edict. lib. 2. num. 3.* & citrà du-
bium quodlibet annotarunt *D. Reg.
Ronit. & Nouar. in cit. Pragm. 1. & 2.
de fid. memorial.*

Iuri, nàm cùm Neapolitanum hoc Re-
gnum, vnam ex reliquis noſtri Mo-
narchæ regiam repræſentet Coro-
32 nam; & idcircò in eo Proreges pro-
priã Principis exhibeãt imaginem, re-
ferautque perſonam *D. Reg. de Ponte
de poteſt. Proreg. tit. 1. in princip.* ut
ea regularitèr implere valeant, quæ
ipſemet Rex demandare poſſet, *D.
Reg. de Ponte loc. cit.* & nos latiùs *diſſ.*
33 *13. num. 18. cum plur. ſeq.* Fas pro
certo non eſſet, ut ipſiuſmet noſtri
Re-

Regis ſigillo, ad hoc idem tamen Regnum pertinente, noſtræ Cancellariæ literæ non ſignarentur: Cuiqve tantùm abeſt, ut allegatæ Regiæ Pragmaticæ ſanctiones adverſentur, ut
34 potiùs id expreſsè decreuiſſe dignoſcantur; cùm utraqve ſanctio, tàm prior Sereniſsimi Catholici Regis, quàm poſterior Inuictiſſimi Caroli V. de huius Regni, noſtræque Cancellariæ ſigillo edixerint liquidiſſimè. Prima, quoniam de ritu deceſſorum Regni Regum (quorum deſuper *nu. 28.* nominatìm meminimus) Ferdinandus ità exordium fecit, *Conſueuerunt retrò Reges iſtius noſtri Regni Siciliæ citrà pharum prædeceſſores noſtri, fælicis recordationis negotia ſubditorum per libellos, qui vulgò memorialia dicuntur expedire, &c. vt inde priuilegia, & aliæ prouiſiones, & literæ per ſecretarios expedirentur, prout vnius cuiuſque memorialis negotium expoſcebat, iuxtà CANCELLARIAE Ritū.* Si igitur de Regni prædeceſſorū Regum more memoriam Catholicus habuit; non niſi de huiuſce quoque Regni, ac Cancellariæ, (vt innuit) ſigillo, cæteriſque ſolemnibus ſtatu iſſe dicendus eſt: Proùt expreſſiùs infrà explicuit; dùm ad introductam in contrarium (vt aiebat) conſuetudinē delendam, tùm proprias literas, aliaſque ſcripturas; tùm Proregum (quod Neapolitanæ tantummodò Cancellariæ negotia aptum erat comprehendere) ſub eodem ſolemnitatum nexu, iuſſit contineri, ibi, *Noſque eorundem prædeceſſorum noſtrorum veſtigia inſequendo, pariter negotia ſubditorum noſtrorum, per memorialia expediri per nos, & Proregem noſtrum curamus; verum quia in tantam conſuetudinem deuenit, quod partes eidem memorialibus contentantur, nulla priuilegia, nullaſque literas, aut prouiſiones expediri, per Secretarium noſtrum, & cæt.*

Idque vim capeſſit maiorem, ex poſteriori quoque Cæſarea (vt diximus) lege *Pragm. 2. eod. tit. de fid. memor.* cuius initium, adductam primò, perpenſamque deſuper declarationem confirmat, *El Rey Catolico mi Señor, y aguelo, que aia gloria: conſiderando, que los negocios deſſe Reyno aſſi los que con S. M. como los que con ſu Viſorey delſe negociauan,* & paulò pòſt, *y que eſto era muy prejudicial à ſu ſello, y Cancellaria Real,* ſubſequentia prout verba, quibus uniformem ſe Cæſar aui Ferdinandi reddidit Conſtitutioni, enixiùs diſponunt; cum & pro præteritis negotijs confirmandis, tēpus impartiri præceperit, & pro venturis hìc tractandis, inuiolabilem indixerit cuſtodiam.

Quodque clariùs Philibertus de Carlon Orànciæ Princeps, Regni Prorex, eiuſdemque ſanctionis prouidus exequutor explicuit; dùm cuncta iuxtà Cancellariæ morem ſigilli impreſsione munita fieri, hic in poſterum decreuit; pro tranſactis iam rebus, ut iiſdem roborari poſſent ſolēnibus, quatuor menſium ſpatium indulgens: quod nonniſi in hoc Regno datas literas, conceſſaque priuilegia poterat deſignare, ut in *cit. pragm. 2. ſub verſ. & volendo noi.*

Præterquamquod (vt præſentis diſſertationis primam abſoluamus partem) anteceſſorum itidem Regum *Caroli III. & Ioannæ*, quorum ſequi veſtigia Sereniſsimus Catholicus in *cit. pragm. 1.* ſe profitetur, pro hoc Regno editæ ſupereſſent ſanctiones, *cap.* nempè *in forma ſigilli, et cap. item, quod ad petitionem.* Ac demū nequiſpiam amplius de hac re, ſiuè contro-
35 verſiam referre, ſivè ambigere deinceps audeat) aliæ paritèr ſub prudentiſsimo Philippo II. Rege editæ, eniterent conſtitutiones, quibus & ſigilli auctoritas, illiuſqve obſignationis hìc adhibendæ neceſsitas explanantur, ut in *pragmat. 2. §. 15. 16. & 17. pragm. 3. pragm. 7. §. 3. & ſub §. 4. de offic. Secretar.*

Sed ne ſingularis pariter doctrina de

eſſe

eſſe videatur, ſiuè potiùs, ut noſtra tẽpeſtate receptæ imbecillitati, peculiarem doctrinam in qualibet quæſtione expoſcenti, pareamus, præfatam *prag. 1. de fid. memorial.* tàm quo ad priuilegia ab Rege impetrata, quàm à Proregibus hìc conceſſa vigere, ut ſine ſigillatione nulla, atque invalida reputẽtur, aſſerimus *D. R. Capyc. Latr. conſult.* 80. *num.* 38. *lib.* 2.

Non inferioris forſan ponderis in hac re
36 eſſet regeſti pariter defectio, cuique magna fides præſtatur *Maſcard. de probation. concluſ.* 1266. *num.* 8. *lib.* 3. *Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. lit. R. concluſ.* 86. *D. Reg. Salernitan. deciſ.* 58. *num.* 1. *&* 2. & ibidem *in addit. Thor. num.* 2. *Genna de ſcriptur. priuat. lib.* 5. *tit. de lib. regiſtri, Nouar. deciſ.* 6. *nu.* 1. *& ſeq. & in collectan. ad pragm.* 10. *de offic. iudic. num.* 274. *D. Reg. de Marin. in obſervat. ad cit. deciſ. D. Reg.*
37 *Reuert.* 363. *num.* 1. *par.* 1. & cuius ſolemnitates explendi neceſsitas, recenſetur iiſdem ferè patrijs iuribus, ut in *pragm.* 2. §. 13. *& pragm* 6. §. 3. *& prag.* 7. *de offic. Secretar.* Cõferũtq; deſuper in ſigilli defectũ inducta quæq; nè inutilitèr repetere videamur, ſivè ſolidiora prætermittere; Ad ſecũdũ fiſcalis iuſtitiæ devenimus fundamẽtũ; quo fortiori argumẽto probare nitemur, ut quãuis mẽbrana illa, regiũ præferret pri-
38 vilegiũ, omniq; pariter ſolẽnitate fulcíretur; quia poſt anni lapſum, ab Inuictiſsimo quoq; Carolo V. Cæſare prẽfinitum in *pragm. unic. de priuil. infr. ann. exhibend.* id produceretur, nullius itidem firmitatis, ac roboris contendimus decernendum.

Neq; ad id roborandum, plurimùm exercere ingenium oportebit, cùm ex eiuſ-
39 dem regiæ ſanctionis verbis, quibus privilegiorũ, inueſtiturarum, ac ſcripturarum quarumcunque Proregi, infrà annum exhibitio neceſſariò iniungitur, id expreſsè ſtatuatur, *Teneantur* (Cæſar inquit) *ea, & eos praeſentare, & intimare Ill. Vice Regi, Locumtenenti, & Capitaneo noſtro dicti Regni, & ex illis ab eo executoriales obtinere intrà annum, computandum à die data eorundem priuilegiorum, prouiſionum, & ſcripturarum: Et privilegia, & prouiſiones, & ſcriptura obtinenda, ex quibus intrà dictum tempus executoriales pradicta non fuerint extracta, elapſo dicto tempore nullius efficacia, valoris, & momenti exiſtant, & pro talibus, & ut talia ex nunc pro tunc declaramus*. ac noſtrates indubitanter aſſeveravere *Freccia de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux num.* 61. *pag.* 135. *Dom. Conſil. de Giorg. allegat.* 3. *num.* 11. *Dom. Reg. Conſtantius in l.* 1. *Cod. de conſulibus lib.* 12. *num.* 29. *D. Reg. Rouit. in ead. pragm. num.* 4. *D. Praeſes Amatus conſil.* 33. *D. Reg. Galeot. contr. illuſtr. controu.* 14. *num.* 44. *& ſeq. & controu.* 17. *&* 18. *lib.* 1. *D. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 154. *num.* 59. *&* 60. *lib.* 2. *& conſult.* 52. *nu.* 7. *lib.* 1.

Reſolutiones autem ad obiectam hanc pragmaticę ſanctionis formam, quamvis ſubtiliter inductas, inanes tamen, ac inutiles arbitramur putandas.
40 Primã etenim vim capeſsere credũt, ex clauſula in Regia conceſsione inſerta ex *CERTA*, ſcilicet *SCIENTIA*, cuius virtutẽ, atq; efficaciã latè ſcribũt *Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib.* 6. *de clauſulis concluſ.* 1. *Maſcard. de probation. concluſ.* 1270. *n.* 25. *&* 3. *Bertazzol. de clauſ. clauſ.* 11. *gloſſ.* 2. *Valaſc. cõſult.* 130. *num.* 6. *& num.* 33. *Gonzalez ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 45. §. 1. *nu.* 75. *& ſeq. Garzias de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 225. *Graue ad pract. Camera Imperialis lib.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 46. *Glorit. reſponſ.* 1. *par.* 1. *num.* 29. *cum ſeq.* quę-
41 que tanta eſt, ut idem, ac clauſula *DE POTESTATIS PLENITVDINE* operetur *Anton. Gabriel* alios referens, & ex adverſo laudatus *cit. concluſ.* 1. *n.* 6. *Menoch. de praeſumpt. lib.* 2. *praeſumpt.* 12. *num.* 4. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 586. *num.* 25. *lib.* 3. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 17. *D. Franc. Pfeilſ. conſil.* 78. *num.* 38. *tom.* 1. reliquos congerit *Barboſ. in ead. clauſ.* 59. *num.* 2.

42 eam quoque vim clauſulæ NON OB-
STANTE, ſibi vindicare tradens, ex
gl. Caſtrē͂ſ. Alex. Tuſch. Menoch. Maſc.
Monet. & Glorit. loc. cit. num. 3. com-
probat Fermoſ. tract. var. ad tex. in
cap. fin. vt lit. pendent. qu. 1. nu. 4. circ.
43 princ. prout particulę MOTV PROPRIO
poſt gloſſ. Gabriel. Tuſch. Monet. ac Glo-
rit. Barboſ. dic. clauſ. 59. nu. 4. Fermoſin.
44 loc. cit. circ. finem. Quarum clauſu-
larum, inter cæteros, is eſt effectus, ut
actum nullum, irritumque firmum,
validũq; efficiat, ut ſigillatim de clau-
ſula EX CERTA SCIENTIA elicitur
ex cap. 1. & ibi Scriben. de trãſact. cap.
veniens 8. vbi gloß. verb. confirma-
tam, cod. tit. l. adoptio 16. D. de adoption.
probaruntque Bart. in l. ſi conſtat num.
2. D. de appellat. Gabriel cit. concluſ. 1.
de clauſulis num. 1. Molin. de primogen.
lib. 2. cap. 7. num. 8. Gabed. deciſ. Luſit.
2. num. 3. par. 2. Vultei. conſil. 19. num.
24. lib. 1. Monet. de commut. vltimar.
volunt. cap. 7. num. 95. D. Conſil. Staib.
reſol. 104. nu. 46. centur. 2.
Sed iſthęc haud nos imus inficias; extrà
tamen controuerſiæ metam dicimus
eminere; vbi enim priuilegium eſt, ſiuè
à Rege, ſiuè à noſtra Cancellaria da-
tum, quo ſimiles clauſulæ cernantur?
cum primum, tot labentibus annis,
adhùc non ſit exhibitum: ſecundùm,
quodque ſine priori ſuſtineri nequi-
ret, ſine regeſti (ut prædiximus), ſigil-
lique ſolemnitate proſpiciatur?
At cõcedamus utiq; regale priuilegium
poſt annum productum fuiſse, clauſu-
lãq; EX CERTA SCIENTIA continere,
cuius ſcimus poteſtatem; & ad quam
magis enucleandam addimus, tanti
eam roboris eſse, vt in Principe rei
45 ſcientiam, ſiuè ut noſtri inquiunt, in-
formationem præferat, arguatque
ex l. ſed, & ſi quis 4. § fin. D. ſi quis cau-
tion. cap. nihil 44. de elect. cap. paſtora-
lis 28. §. praetereà, vbi Abbas num. 4. de
offic. deleg. cap. cum olim 12. de ſentent.
& re Iudic. Alex. conſ. 15. num. 2. verſ.
videntur illa verba lib. 5. Rot. Rom. in
recent. collectis per Farinac. dec. 180.
num. 2. par. 3. Solorzan. de Indiar. iur.
lib. 2. cap. 24. num. 105. tom. 1. D. Reg. de
Marin. in obſervat. ad deciſ. D. Reg. Re-
46 nert. 557. ſub num. 1. lib. 2. nouæque
largitionis valorem obtineat cap. ſi
Apoſtolica 22. de præb. in 6. Ruin. conſil.
31. num. 5. lib. 1. Gozadin. conſil. 62.
num. 15. Rot. Roman. in deciſ. Farinac.
deciſ. 666. num. 7. par. 1. D. Reg. de Ma-
rin. in obſervat. ad deciſ. Renert. 376.
47 num. 3. lib. 2. atque omne iuris re-
moueat obſtaculum, ex Oldrad. & Fe-
lin. Gabriel. cit. concluſ. 1. de clauſ. nu.
39. Monet. cit. cap. 7. num. 109. Vt ad-
48 uerſus à Principe, ex certa ſcientia
geſta, nemo fermè poſſit audiri Anan.
conſil. 44. num. 3. verſ. quid autem ope-
ratur, Cardinal. Tuſch. lit. C. concluſ.
340. num. 18. Barboſ. d. clauſ. 59. num.
49 22. ſiuè eadem oppugnare, aut in du-
bium valeat reuocare Roland. à Valle
conſil. 71. num. 49. lib. 2. Cened. in col-
lect. ad decret. ad tex. in cap. dilectus fi-
lius 5. vt lit. pendent. collect. 53. ſub nu.
3. & Fermoſin. ad cit. cap. fin. eod. tit. qu.
1. nu. 4. circ. finem.
Attamen hæc, huiuſque generis alia, quę
50 de iſtius clauſulæ virtute dictitantur
apud Ant. Gabriel. cit. concl. 1. de clauſ.
lib. 6. Cardinal. Tuſch. lit. C. d. concluſ.
340. Monet. de cõmut. vltim. volunt. cit.
cap. 7. num. 74. cum pluribus ſequenti-
bus, Barboſ. d. clauſ. 59. & in collect. ad
cap. cum dilecta num. 18. cum ſeq. de
confirmat. util. vel inutil. Sanchez de
matrim. tom. 3. lib. 8. diſput. 4. num. 4.
& 6. Hennig. Goden. conſ. 2. num. 5. &
6. Vueſenb. conſ. 60. num. 2. Zaſ. de feud.
par. 5. num. 11. Aroſenth. cap. 5. concluſ.
10. num. 6. Borcholt. ad cap. quæ ſint re-
gal. num. 7. ibiq; Sixtin. nu. 39. Oſaſch.
deciſ. 88. num. 13. Dom. Reg. Moles de
iur. deuol. §. 23. qu. 22. num. 4. Gaſpar
Klock. de contrib. cap. 3. n. 128. 129. &
130. Addent. ad Molin. de prim. cit. lib.
2. cap. 7. num. 14. & 15. Rot. Rom. in de-
ciſ. collectis per Farinac. 84. nu. 24. poſt
conſil. lib. 1. nihil ſanè commune ha-
bent cum formali illa ſolemnitate, in
eadem regia ſanctione decreta; ut pri-
uile-

Digitized by Google

uilegia nempè, etiam prægnatiſsimis
his clauſulis compoſita, intrà anni
ſpatium Regni Proregi exhibeantur,
exequutionique demandentur;cuique
ſi in hac cauſa Potentiſſimus Rex no-
ſter *EX CERTA SCIENTIA* indulſiſ-
ſet, & res utique firma, atque omninò
regijs Iuſsibus parendum eſſet. Ar
cum nil contrà Cæſaream hanc le-
gem præceptum fuerit; & eam ada-
muſſim adſeruandam, & circà illius
cuſtodiã, nil penitùs dicimus immutã-
51 dum: dùm in ijs, in quibus Principis
non præſumitur notitia, ſiuè quæ in
facto conſiſtunr, eadem clauſula *EX
CERTA SCIENTIA*,nihil pro certo eſt
apta proficere *Card. Tuſch. d. conelnſ.
340.lit.C.num.44. Menoch conſil.1.nu,
432.& conſil.103.num.84.lib.1. San-
chez de matrimon.lib.8. diſput.4.num.
6. Rodolph. de abſolut. princip.poteſt.
cap.6.num.5. Cardin. Puteus deciſ.70.
num.4.lib. 3. Molin.de primogen. lib.
2.cap.7.num.15.* ibique addentes *Mar-
cheſ.de commiß.par.2.nu.94.pag.357.
D.Præſes de Franch.deciſ.192. nu.18.
Seraphin.deciſ.268.num.5.lib.1. D.R.
Tapia deciſ.Suprem.Conſil.Ital.5.num.
113.Ricc. in collectan.deciſ.par.5.col-
lect.1592.in fin.Cancer.var.par.3.cap.
3.num.191.Solorz.de Indiar.iur.lib.2.
cap.26.num.64.tom.2.*
52 Cùm, non niſi cauſæ adhibita cogni-
tione, validè apponatur *Grammat. de-
ciſ.66.num.38 Roland.à Valle conſil.7.
num.108.lib.3. Zaſ.conſil.10.num.30.
lib.2.Menoch.cit. conſil.1.num.433. &
conſil.103.num.85.lib.1.Molin.de pri-
mogen.lib.3.cap.3.num.12.Caſtill.quo-
tidian.contr.iuris tom.5.cap.106.num.*
53 15. Adeout, ſi nulla cauſæ præceſſe-
rit notio, inefficax prorsùs exiſtime-
tur *Gabriel.cit.concluſ.1.de clauſul.nu.
52. Marta de clauſul. clauſul.73. num.
11. Theodoſ.de Rubeis in ſingular. Rot.
Roman.tom.2.par.4.clauſul.391.nu.9.
D.Epiſcop. Durand. in deciſ.285.num.
129. par. 2. Caſtill. cit.cap.106. num.*
54 15. Ad incogitata etenim, ſivè de qui-
bus Princeps certior, & plenè factus
non eſt, juſtiſſimè nequit extendi *Car-
dinal. Pariſ. conſil. 20. numer.85. vo-
lum.1.Bertazzol.de clauſul.clauſul.11.
ex certa ſcientia gloſſ.2.num.7.* ex alijs
Vulteius conſil. Marpurgenſ.20. nu.80.
55 *lib.*4. ira ut huiuſmodi clauſulas *ex
certa ſcientia, motu proprio* ijſque
conſimiles, uti de Notariorum, ſivè
Cancellariorum more apponi conſue-
tas, nec voluntatis defectum ſupplen-
tes abolendas potiùs, quàm magni pẽ-
dendas ex *Bald.Soccin.Iunior.Roland.
à Vall.Zaſ.Menoch.Couar.Pret.& Can-
cer.* ſenſerint *D.R.Valenzuol.conſ.119.
num.112. lib.2. & D.Io: Solorz. de In-
diar.iur.lib.2.cap.26.num.63.& 64.*
Rursùs autumant & ſecundò, Pragma-
ticæ diſpoſitioni loeum nõ eſſe, ex quo
temporis lapſui Collaterale Conſi-
lium, ea formula indulſit *lapſu*, ſcilicèt,
temporis non obſtante, quã actu, ſivè
priuilegio iã perfecto, ex moræ ſaltìm
purgatione ſolẽnitatẽ laxari poſſe ſibi
ſuadẽr, ex *Bart.* doctrina *in l.ſi ità quis
promiſerit 135.§.ea lege num.5. D.de
verbor.obligation.* ac *Bald.in l.vniuer-*
56 *ſa nu.2.Cod.de precib.Imperator.offe-
rend.* Et ex nimia, quod magis eſt, Pro-
regum, Supremiq; Collateralis Sena-
tus poteſtate, qua de re *Frece. de ſub-
feud.lib.2.tit.quis dicatur Dux nu.33.
cum ſeq. Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.
tit.7.§.5.n.3.cum ſeq.Muta ſuper c.Re-
gn.Sicil. tom.3 cap.8.num.1. Maſtrill.
de magiſtrat. lib.5.cap.6. num.32.tom.
2. Dom. Conſil.de Anna conſil.14.n.19.
lib.* 1. & nos latè ſuperiùs *cit. diſſert.
13.num.18. cum pluribus ſequent.*
Cætera quoquè inſtaurantes argumenta,
quę in præſenti quęſtione ex pręſtan-
57 tiſſimis illis cauſarum patronis *DD.Io:
Camillo Cacacio, Thoma de Aquino,&
Marcello Marciano Seniore*, ad prima
poſtmodum togæ munera iuſtiſſimè
euectis, collegit *Io: Baptiſta Thorus in
2 par.compendij verb.poßeſſor feudi,*&
propriè *à verſic.ad ſecundum pag.466.
cum ſeq.*
Ea verò, quàm infirma prorsùs ſint,
vel ipſiſſima Pragmaticæ ſanctionis re-

lata verba demonſtrant, ex quibus priore loco, & eſſentialis forma tributa dignoſcitur, ut infrà annum regia exhibeantur in hoc Regno diplomata, exequutionemque infrà idem temporis ſpatium conſequantur; & vlteriùs, quod ſi id fieri prætermiſſum fuerit, nullius ſint ea roboris, atque momenti.

Sed, ut fiſcale munus impleamus ærumnoſum; id quoque liceat iuribus, rationibus, ſuetiſque (ut dicebamus) auctoritatibus confirmare; Et primò ne-
58 gotium dilucidat, ipſummet anni tempus præfinitum, cuius lapſus tanquā formam deſtruens, ex ſe ſe actum nullum reddit, irritumque *l. ſcire* 15. §. *conſequens, D. de excuſat. tutor. Non aliter audietur*, Modeſtinus inquit, *quā ſi obſeruauerit, conſtitutum TEMPVS*. ex *Crauett. Decian. Tiraquell. Riminald. Iun. Raudenſ. Alderan. Maſcard. Schrader. Seſe, Syxtin. Pruckman. Coſta Aſinio, Grauè*, & alijs, *Guglielm. Anthon. à Freūdebergh. de reſcript. morator. cōcluſ.* 48. *num.* 8. *&* 45. docuitque Baldus in ſtatutorū ſpecie *in l. omnes populi nu.* 97. *D. de iuſt. & iur.* ibi, *Item nota, quod à forma ſtatuti non eſt recedendum, vt l. conſtitutionibus ad municipal. Vndè ſi ſtatutum requirit TEMPVS, & tù require TEMPVS infrà de militar. teſtament. l. Titius.* & in Authent. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperator. offerend. *nu.* 7. *verſic. tertiò nota, Quod ille, qui non obſeruauit TEMPORA conſtitutionis, dicitur non obſeruare FORMAM eius.* comprobant *Felin. in cap. cum dilecta nu.* 33. *verſic. octauum ſignum de reſcript. Cotta in memor. verſic. tempus conſtitutionis, vel ſtatuti*, ex *Salycet. Caſtrenſ. Alberic. Brun. Afflict. & Rebuffo, Tiraquell. de retract. lignager* §. 3. *gloſſ.* 4. *num.* 3. perbellè *Io: Neuizzan. conſil.* 77. *nu.* 1. quo ex *Iaſon. Decio, Afflict. & Calcan.* his ſubſcribens, ait, *ergo qui non obſervat TEMPORA decretorum Ducalium non dicitur ſeruare FORMAM*, & in
59 diſpoſitione ſtatuti, intrà prȩſcriptū tēpus regeſti ſolemnitatem jubentis, tradiderūt *Bald.* met ipſe *conſ.* 414. aliàs 413. *incip. Caſus talis eſt, vol.* 3. *Angelus* cōmunitèr acceptus *conſ.* 36. ex *Fel. loc. cit. & Pariſ. D. Reg. de Ponte conſil.* 3. *num.* 17. *D. Reg. Capyc. Latro conſult.* 52. *num.* 10. *lib.* 1. ante eum *D. Reg. Capyc. Galeot. controu. illuſtr. controu.* 17.
60 *numer.* 18. *lib.* 1. Id in fauorabilibus etiam cauſis extendens; itaut nec de una ad alteram diem, dari poſsit protractio, ex *Geminian. Dec. Curt. Iunior. Hippolit. Alciat. Capyc.* alijſque *cit. con-*
61 *trou.* 17. *num.* 20. *&* 39. *lib.* 1. Tempus etenim, in ſubſtantia diuerſitatem inducere ex *Vlpian.* colligitur in *l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter D. de verb. obl.* illis verbis, *Aut ſi ità interrogatus, intrà Kalēdas quintas dabis? reſpōderit dabo Idi-*
62 *bus, aquè nō obligatur*; Ideoq; à ſtatuto requiſitū, peremptorium exiſtimatur; adeout actus, poſt ipſum injūctū tempus celebratus, nullus omninò, ipſoque iure dijudicetur, ex *Bald. Caſtrenſ. Alex. Salycet. Hippolit. Felin. Parid. de Put. Egid. Boſſ.* reliſquiſq; *Borgnin. Caualcan. deciſ. Fiuizzan.* 13. *n.* 57. *lib.* 1. ſequitur *D. Reg. Galeot. cit. controu.* 17. *num.* 22. id idem, ejuſdem regiæ noſtræ ſanctionis peculiariter verbis expenſis, comprobans eàdem *controu. num.* 19. *cum plur. ſeq.*

Prætereà, nè in re tàm clara diutiùs immoremur, hoc itidem ex eadēmet sāctione diſpoſitum obſervatur; nō modò etenim infrà annum exhibitionem peragendam, ac literas exequutoriales exinde obtinendas legiſlator præcepit; ſed ultrò progreſſus, ſi eæ impletæ non fuerint, nulla, atque irrita privilegia, cæteraque à regia largita-
63 te obtēpta, adductis verbis edixit *Nullius efficacia valoris, ac momenti exiſtant*, ac *ut talia, ex nunc pro tunc* enixè declarauit, quæ verba & neruoſam latæ ſententiæ vim important, ipſoque jure nullitatem (ut dicimus,) deſignant, ut ex *Abbat. Felin. Alexand. Soccin. Franc. Aretin. Iaſon. Federic. de Sen. Abbat. Vant.* ac *Tiraquell.* doctè

firmat

Digitized by Google

firmat *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*691.
*num.*2.*&* 3.*tom.*4. & ad rem ſequuntur
*D. Reg. Rouit. in ead.pragm.de priuileg. infr.ann.exhib.num.*4. *in fin.D.
Reg.Galeot. cit.controuerſ.*17.*num.*28.
31.*& ſeq. D. Reg de Marin in obſerv.
ad deciſ.* 404. *Dom. Reg. Reuert .in fin.*
64 Et expreſſam quoque ſtatutarij iuris
formam inducunt, ex cuius præteri-
miſſione, actum nullum effici, omnes
conſenſere, prout innumeros referunt,
probantqve *Tiraquell. ad ll.cõnubial.
gloſſ.*7.*num.*141.*Oſaſc.deciſ.*165.*num.*
14.*Rot.Roman.*apud *Buratt.deciſ.*125.
numer. 1. *& deciſ.* 924. *numer.*2. *Frideric.
Pruckm. conſil.* 2. *numer.* 388.
& conſil. 19. *numer.* 22. *tom.*1. *Hieronym.Schurph.inter
ead.conſil.* Kirchou.
*poſt conſil.*14. *incipient. Domini noſtri
Ieſu Chriſti num.* 11. *&* 12. *pag.* 106.
*vol.*2.*Modeſtin.Piſtor. qq.iur.par.*4.*qu.*
155. *num.*11. Knipſchild. *de priuileg.
Ciuit. lib.*1.*cap.*12.*num.*15.*Mager.de
advocat: Armat.cap.*9.*num.*15.*Solorz.
de Indiar.iur. lib.*2.*cap.*26 *nu.*39.*tom.*
2. *Dom. Reg. Valenz. conſil.*3.*num.*18.
*lib.*1.*& conſil.*187. *nu.*66. *cum ſeq. lib.*
2. *Dom.Larrea allegat.fiſcal.*110 *num.*
5. *lib* 2. *Gaſpar.* Klok. *de contribution.
cap.*19.*n.*67.ad quęſtionẽ *D.R.de Ponte*
id citrà cõtrouerſiam aſſeuerãs *cit.
conſil.*3. *numer.*17. *lib.* 1. *Dom.Præſes
Amat.conſil.*69.*nu.*1.*D.Reg.Galeot.dic.
controuerſ.*17.*nu.*25.*&* 30.*Capyc.Latro
conſult.*81. *num.*40.*&* 41.*lib.*2.
65 Atque ideò *Bartolus*, ac *Baldus* ipſi,
quibus Adverſarius innititur, licet
ſubtilitèr dixerint; ex defectu ſolem-
nitatis, ab ſtatuto poſt actum perfectũ
adhibendæ, illum non infirmari tam-
etſi eidem ſtatuti obſtet exceptio; atta-
men utrique hæc verba ſubnexuere,
Bartolus nempè *in l.ſi ità quis* 135. §.
*ea lege ſub num.*5.*D.de verbor.obligat.
Prædicta vera, niſi ſtatutum diceret ex-
preſsè, quod contractus ſit nullus ipſo
iure: tunc enim annullaretur ipſo iure
cõtractus,*ac Bald.*in l.vniuerſa ſub nu.*
2.*C.de prae.Imp. offer.Niſi ſtatutũ ultrà
procedat,dicendo,quod ipſo iure non valeat.*

Neque hæc, ex præſtantiſsima alioquin
Proregis poteſtate, Supremique Col-
lateralis Conſilij præeminentia, clau-
ſulæ ſuffragio *lapſu temporis non ob-
ſtante*, ſanari poterunt profectò; cum
tunc temporis, jam ob anni tranſitum,
nullius efficacię regale effectum priui-
66 legium fuiſſet; Sicq; tãquã nullum con-
firmari amplius non potuiſſet, poſt in-
numeros *Tiraquell.in repetit.leg.ſi vnquam,
verb.reuertatur num.* 414, *C.de
reuocand.donat. Grammat.deciſ.*66.*nu.*
52.*Oſaſch.deciſ.*34.*num.*12.*Surdus deciſ.*53.*num.*11.*&*
289.*num.*8.*Farinac.
deciſ.*535. *nu.*11.*par.*1.
Eoq; magis, quod hoc contrà Regia Iuſſa
laxamentum nullo iure Dominis Pro-
regibus cenſetur permiſſum; cum infe-
67 rior Superioris præceptis nequeat,
etiam indulgendo contraire; omnis
etenim poteſtas eiſdem, in ijs imperti-
ta creditur, in quibus Superior ipſe
manus non appoſuit; iuri namq; conſo-
num pro certo non eſt, ut Vicarius ſui
Principis ſtatuta valeat ſubvertere;
ſicuti latiſsimè hæc nos firmavimus,
quæque hic, brevitatis ergo minimè
duximus recenſenda *cit.diſſert.*13.*nu.*
65.*cum plur.ſeq.* Quemadmodum in
ſpecie regiæ huic ſanctioni *pragm.* 1.
68 *de priuileg.infr.ann.exhib.* indulgere,
ſeù (ut dicimus) diſpenſare Dominos
Proreges non poſſe, docuerunt *Freccia
de ſubfeud. lib.*2. *cap.quis dicatur Dux
in allegat.pro D.R.Albertin.num.*68.*D.
Reg.de Ponte conſil.*3.*num.*30.*lib.*1. *D.
Reg.Rouit.in ead.pragm.num.*5.*D.Præſes
Amat.* bis per Sacrum Conſilium
iudicatum id referens *conſil.* 33. *num.*
12.*&* 13.*Dom.Conſil.de Giorg.alleg* 3.
*num.*11. junctis Sacri Conſilij Aulis, id
pariter pronunciatum tradens, *D.Reg.
de Marin.reſolut.iur.cap.*123.*num.*18.
*lib.*1.*D.Reg.Galeot.contron.*17.*num.*4.
*& ſeq. lib.*1. *Novar.in ead.pragmat.*4.
*D.Reg.Capyc.Latro deciſ.*154.*num.*63.
*lib.*2.*D. Reg.Sanfelic.deciſ.*359. *nu.*8.
69 *lib.* 3. Ac proindè ſecundas Regis
iuſſiones expectandas; quibus priora
priuilegia, temporis lapſu nil refragan-

gante, & recipi, & regeri, ſeù regiſtra-
ri præcipiatur, quas vulgò nuncupa-
mus *ſopra carte*, uti egregiè teſtati ſunt
D. Reg. de Ponte id ſemper viguiſſe, ac
vigere inquiens *conſil. 3. n. 30. & con-
ſil. 72. num. 31. verſic. quoad ſecundùm,
& num. 33. verſic. ultimo lib. 1. Marcel.
de Maur. alleg. 29. ante num. 1. & ſub
num. 2. D. Reg. Rouit. in ead. pragm. nu.
5. D. Reg. Tapia* ibidem, *verſic. ſolet ta-
men, iuris Regni lib. 6. D. Reg. Galeot.
contron. 14. nu. 41. & 50. & 62. & con-
trou. 17. numer. 42. Dom. Reg. Sanfelic.*
ità pariter per Supremum Collatera-
le Conſilium diffinitum aſſerens *cit.
decis. 359. numer. 6. lib. 3. R. P. Afflict.
controuerſ. iuris reſolut. cõtr. 40. n. 35.*

Animum nec movere debent, quæ jactant
70 exempla, ſi proba prejudicia dici me-
rent, quæ contrà leges feruntur ſa-
cratiſſimas, ad tradita ex *l. nemo 13. C.
de ſentent. & interlocut. omn. Iudic. per
Menoch. de præſumption. qu. 1. num. 20.
& conſil. 295. num. 25. tom. 3. Cardinal.
Tuſch. pract. concluſ. lit. E. concluſ. 549.
num. 3. Monac. decis. Florent. 1. num. 93.*
71 quæque rationibus deſuper adductis
adverſantur, edocente Diuo Auguſti-
no *Sana quippè ratio, etiam exemplis
anteponenda eſt de Ciuitat. Dei lib. 1.
cap. 23.* relato in *Can. ſana 9. diſtinct.*
& vehementer Taurus Philoſophus id
expreſsit apud *Aulum Gellium noct.
attic. lib. 10. cap. 19.* ex alijs *D. Conſil.
Carleual. de iudicijs tom. 2. tit. 2. diſp.*
72 *3. num. 23.* quodque acri genio aduer-
ſus proprium etiam Senatum ſcripſe-
rat *tom. 1. diſp. 2. qu. 7. num. 967. Nec
omnia*, (ut Tacitus monuit *annal. lib.
11.*) *apud PRIORES MELIORA*. Hinc
Alexãdri magni familiares, ac ſocios
ejuſdẽ luxus, & luxuriç exẽplo corru-
ptos tradit *Iacobus Zuinger. Theat. vi-
tæ humanæ volum. 10. lib. 1. verſ. exẽ-
plo aliorum pag. 2385.* undè rectè *Cru-
ter. in Iambicis verb. exempli* inquit,

*Non æmulandum exemplar, niſi op-
timum.*

Cum etiam, & praua exemplis fulcian-
tur, ut idem *Cruter.* ſubdit.

*Nullum ſuo ſine exemplo exiſtit ne-
fas.*

Quod ſic Seneca expreſsit *Aſpice, quàm
nullum ſit nefas ſine exemplo Epiſt.
lib. 10. ep. 75. circ. fin.* Vndè apud eundẽ
Tacitũ *Annal. lib. 16.* ex Principis ora-
tione, Quæſtor *patres arguebat; quod
publica munia deſererent, eorumque
exemplo Equites Romani ad ſegnitiem
verterent*: Eoque magis, quoniam, ut
ex *Quintilian. lib. 5. Inſtit. orat. cap. 2.*
Menoch. quoque annotavit *cit. qu. 1.
num. 20.* leui diſſimilitudine cuncta
queunt exempla everti: Quemad-
modum in hac re æquiſsimè dici va-
let, dùm ex varijs rerum euentibus,
priuilegiorum exhibitioni impedimẽ-
ta poſſunt obvenire, ex quibus anni
73 prorogationem impartiri congruens
eſſet; & inter cætera, nõ inſuetum ſpe-
cimen eſt (quodque nos bono, prout
addecet animo nunquam improbaui-
mus), quotiès ſcilicet regium diplo-
ma infrà annũ illuſtri exhibetur Pro-
regi, qui ſivè negotiorum mole, ſivè
alia præpeditus cauſa, id Regio Colla-
terali Conſilio pro exequutionis for-
mandis literis tradere prætermittit;
Nàm tunc obſtaculi ratione patefacta,
temporis lapſu non obſtante, & regi-
ſtrari, & exequutioni fas erit priuile-
gia demãdari, prout ſimili annuit im-
pedimento *D. R. Capyc. Galeot. contron.
illuſtr. controu. 18. num. 18. lib. 1.* In
qua diſceptatione (nè Dominos Sena-
tores duplici oneremus labore) cun-
cta, quæ adverſus Reg. Prag. ſanctio-
nem adducuntur exempla, luculenter
ſcrutatur, diſpungitque à *num. 1. cum
ſeq.* ferè *per tot.*

Peritiſſimus tandèm Adverſarius his non
exterritus; ad nouiſſimum confugit a-
ſylum, Imperialem hanc noſtram, ſub-
dens cõſtitutionem, in hujuſmodi pri-
uilegijs ex onerosa cauſa ortum habẽ-
74 tibus non recipiendam; multum in-
tereſſe amplificans inter officia gra-
tuita largitate conceſſa, & pretio com-
parata, ut fusè traditum eſt *differt. 5.
num. 24. differt. 11. num. 10. & ſeq. &
diſ-*

75 *diſſert.* 14. *num.* 19. quibus addimus
*D. R. Moles de panis, quibus tenent. of-
fic.* §.16. *qu.*7. *num.*14. *& Ludonic. Ca-
ſan. conſil.*43. *num.*47. Nàm pretium
efficit, ut conceſſio in contractum per-
tranſeat onerosum *Amicangel. de re-
gal. offic. qu.*3. *num.*1. *& ſeq.* & nos ex
76 alijs *cit. diſſert.*11. *n.*12. quò Princi-
pes efficaciter, tùm naturaliter, cùm
ciuiliter obſtringi, nemo ſanè ex com-
muniori ſententia ambiget unquam *l.*
1. §. *fin. cum leg. ſeq. D. de offic. procurat.
Caſar. l. bene à Zenone* 5. *Cod. de qua-
drienn. praſcript.* cum reliquis expenſis
à *Didaco Perez lib.*3. *ordinat. tit.*8. *l.*3.
*ſub verbo non pueda poner excepcion
pag.*1061. *verſ. quod obligetur, DD. in l.
digna vox* 4. *C. de legibus, Gaill. practic.
obſervat. lib.*2. *obſervat.*55. *numer.*7.
Vaſquius antiquiores recensēs *contro-
uerſ. illuſtr. cap.*3. *num.*1. *&* 2. *cap.*26.
*num.*16. *& cap.*45. *num.*13. *Greg. Lo-
pez Mader. lib. ſingular. animaduerſ.
iuris cap.*35. *num.*7. *&* 8. *Mager. de ad-
uocat. armat. cap.*14. *num.*126. *Larr.
allegat. fiſcal.*3. *num.*1. *Herman. Vulte-
ius conſil. Marpurgenſ.*25. *n.*88. *volum.*
2. *Klok. de contribut. cap.*16. *ſect.*1. *nu.*
153. *&* 159. exemplo id comprobans
(arctiori ductus argumento) eius ſci-
licet, qui ob merita à Principe gratio-
ſum quidpiam obtinet; quod quia ſo-
77 lutio eſt debita meritorum, in vim
contractus tranſiens, efficitur irreuo-
cabile *Afflict. deciſ.*128. *num.*10. *Ti-
raquell. in l. ſi vnquam verb. donatione
largitus num.*14. *Menoch. conſil.*2. *num.*
136. *&* 139. *D. Reg. Tapia deciſ. Su-
prem. Senat.*5. *num.*34. *&* 35. *Roderic.
Suarez allegat.* 9. *num.*5. *D. Reg. Mer-
lin. controu. forenſ. cap.*54. *num.*4. *cen-
tur.*1. Ac proindè noſtræ legis ſolem-
nitati non obnoxium, prout ſcientiſſi-
78 mum Philippum II. Regem declaraſſe
concludit, ijs verbis à *Thoro* quoque
cōſcriptis *cit. p.*2. *compendij pag.*470.
*E paraque no es razon, que por eſto por
nō ſer executoriado dentro del año dexe
de conſequir la merced, que por ſus ſer-
uicios le hiziemos.*

Quinimò ex eadem oneroſę cōuētionis
ratione, appoſitè credit inferre, non
modo regeſti, exequutionis, & hiſce
ſimilibus ſolemnitatibus obſtrictos
79 cōceſſionarios non eſſe; ſed ſi eis for-
sàn tenerētur, non quæ in loco ubi res
agitur; ſed quæ in regione, ubi contra-
ctus geſtus, ſivè oneroſum priuilegiū
impertitum eſt, implere tantummo-
dò ſolēnia fore alligatos *l. ſi fundus* 6.
D. de euict. l. ſemper in ſtipulationibus
35. *D. de regul. iur. l.*1. *C. de emancip. li-
beror. Gaill. practic. obſervat. lib.*2. *ob-
ſervat.*123. *num.*2. *Oſaſch. deciſ.*114.
*num.*4. *in fin. & num.*5. *Dom. Praſes de
Franch. deciſ.*552. *num.*24. *Surdus de-
ciſ.*227. *num.*7. *in fin. & ſeq. Chriſtin.
deciſ.*284. *num.*15. *lib.*1. *Cevall. com-
mun. contra commun. qu.* 733. *nu.*12.
& 13. *Mareſcott. var. reſolut. lib.*2. *cap.*
139. *num.*5. *&* 6. *Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap.*555. *num.*5. *&* 6. *tom.*3. *Car-
pan. ad Stat. Mediolan. cap.*328. *nu.*36.
*& ſeq. par.*1.

Quamobrem, cùm ſolemnitas priuilegia
infrà annum exhibendi, exequendiq;
apud nos cæſarea hac vigeat ſanctio-
ne, non autem ſit in Hiſpanijs recepta,
ubi fuit negotium peractum; uti one-
roſum proindè continens contractum,
ſub ejuſdem noſtræ legis rigida quo-
dammodò forma, comprehendi id
autumat non poſſe.

Hęc autē nos, ſpecioſa quidē, non autem
ad cauſam noſcimus aptanda. Et ſi ete-
nim officia pretio venundata, cauſam
exhibent oneroſam, contractuſque
vim habere dicuntur, ſine juſta cauſa
(vt alias diſſeruimus) irreuocabilem;
quibus ob benemerita, impertita
quoque munera, compluribus pla-
cuit aſſimilari; Et qua in re, cùm hæc
facti ſpecies, vel ſimilis fortaſsis obve-
nerit, maturius expendenda ſunt, quæ
poſt *DD. RR. Conſtant. Apont. Tap. Ro-
uit. & Valenz.* ac *Caſtill. RR. PP. Dian.
& Thom. del Bene* inſigniter adnotauit
*D. D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaur. ob-
ſervat. illuſtr. lib.*1. *obſervat.*34. *num.*
32. *& ſeq.* Attamen non ex eo, quod
pecu-

80 pecunia ſunt obtempta, officiorum naturam, atque inſitam regalium qualitatem deſinunt conſervare; atque ideò, & perſonalia eſſe, & morte extingui, ſceleribuſque, malaque geſtione in Curiæ commodum vacare; ut fusè ex quàm pluribus, ac præſertìm *Frecc. Mut. DD. RR. Loffred. Renert. de Ponte, Conſtant. Rouit. Capyc. Latr. & Merlin.* traditum fuit *differt. 11. nu. 22. cũ ſeq.* Et propterea huiuſce imperialis legis diſpoſitioni, ſicuti cætera officia, quæ gratuitò è regia munificentia emanant, ea pariter ſubijci oportebit. Ac validiſsimum pro hac re argumentum foret, (ut ſuperiùs ſpeciatìm exarauimus) receptiſsima, ac præpotens conſuetudo, qua epiſtolas, cæteraſq; regias ordinationes, ac officiorum præcipuè privilegia, tùm mera regis munificentia, tùm pretio conceſſa, & infrà annum exhiberi, & exequutionis ſolemnibus per Collaterale Conſiliũ roborari, quotidiè præ manibus cernimus, & obſervamus; quæque conſuetudo, (quàm vulgò obſeruantiam
81 dicimus,) optima legum interpres eſt, ut Paulus reſpondit in *l. ſi de interpretatione 37. D. de legibus, cap. cum dilectus 8. de conſuetudin. Afflict. deciſ. 166. num. 9. & deciſ. 173. num. 3. Marcheſan. deciſ. 74. num. 4. Borell. in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 14. de conſuetud. nu. 88. D. Larrea allegat. fiſcal. 92. num. 1. lib. 2. Vulteius conſil. Marpurgenſ. 15. nu. 36. volum. 1.*

Præterea ſi id, & ratio, & conſuetudo manifeſtum non facerent, ipſiuſmet regię cõſtitutionis verba ita efficiendũ juberent; cùm nullum penitùs ſcripturarum genus, ab ea conditione fecerint immune. Poſtquam enim indefinitè, ſivè generalitèr de priuilegijs, cæteriſque ſine vllo diſcrimine, an è pura largitione, an oneroſa ex cauſa ortum habuerint, principio Imperator edixerit, *Qui privilegia, inueſtituras, confirmationes, & alias prouiſiones, & literas, &c.* ut ex hoc, quod lex ipſa non diſtinxit, cæteris quoque (prout *vulgata* edictant *jura*) diſcernere vetitum oſtenderet; dilucidiùs ſubnexuit, *Priuilegia, inueſtituras, confirmationes, & alias QVASCVNQVE prouiſiones, literas, & ſcripturas, de negotijs, & rebus ad dictum Regnum, & ſingulas perſonas, ejuſdem QVOMODOCVNQVE, & QVALITERCVNQVE ſpectantibus, & pertinentibus*, Vniuerſalibus his dictionibus uſus, ad ſcripturas omnes, perſonaſque relatis; Vt ex inde palàm faceret, indiſcriminatim omne, ac quodlibet diplomatum genus præſcriptæ, hujus ſtatutæ legis formæ ſubjectum remanere; Dictio
82 enim illa *QVOSCVNQVE* ſcripturis addicta, uniuerſalis eſt, omnia integrè capiens *l. à procuratore 13. C. mandati cap. ſolitę 6. de maioritat. & obediẽt.* & ibi *gl. in verb. quęcũq; & in c. quicũq; 11. de ſent. excõmunicat. in 6.* poſt alios *Tiraq. de retract. lignager* §. 1. *gloſ. 7. nu. 20. Octauian. Vulpell. de prapoſ. & adverb. ſing. ſub hac diction. pag. 93. Monet. de commut. vltimar. volunt. cap. 11. num. 72. Barboſ. dict. 317. num. 1. 2 & 3. D. Reg. Valenz. conſ. 135.*
83 *num. 103. lib. 2.* tantæque virtutis, ut quæ alias non includerentur, complectatur *Honded. conſil. 86. nu. 15. lib. 2. Rot. Roman. deciſ. 791. num. 10. par. 1. diuerſor. Seraphin. deciſ. 980. num. 8. Ludouiſ. deciſ. 267. num. 5. D. Reg. Valenz. conſil. 63. num. 60. lib. 1.* quamuis
84 maiora etiam forent expreſſis *Alex. conſil. 95. num. 7. volum. 7. verſic. praterea, Gabriel. commun. lib. 6. tit. de verbor. ſignificat. concluſ. 4. per tot. Tiraquell. de retract. lignager gloſſ. 7.* §. 1. *num. 20. vſque ad num. 28. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 82. num. 32. & dec. 24. num. 7. Surdus conſil. 453. num. 8. vol. 3. Pruckman. de regalibus cap. 5. num. 20.*
85 quemadmodũ dictio *QVANDOCVNQVE*, quæ omnia, ac ultrà pariter expreſſa dicitur continere, *Cardinal. Seraphin. deciſ. 317. num. 3. par. 1.* ex alijs
86 *Barboſ. dictione 329. num. 1.* Si de ſtatuto potiſſimũ agatur, adverſus quod omnem, inhibet capi interprætationem,

nem, quæ id poſſet fortaſſis comprimere *Gozadin.conſil.* 1.*num.* 19.*Cardinal.Taſch.practic.concluſ. lit.D. concl.* 355.*num.* 5. *Barboſ.diction.*329.*nu.*5. Nec ſubſequens dictio *QVALITERCVNQVE* inferioris eſt potentiæ, cum
87 & univerſalis ea ſimiliter ſit, ac ultrà quoq;enarrata porrigatur,eaq;itidem, quæ excogitari poſſunt, comprehendat, ex *Grátian. Vulpell. Gonzales* aliiſque firmat *Barboſ.diction.*300.*nu.* 1.*& ſeq.*
Vt his *D. R. Capycij Galeot.* traditio conferre videatur, adeò nempè, inquientis, generaliter,ac indiſtinctè hanc eãdem noſtram legem recipiendam eſſe,
88 ut licet Rex in Regno exiſtens, quidpiam fuerit elargitus, adhùc illius forma oporteat præfiniri *controu. illuſtr. controuerſ.*49.*lib.*2.& ſequitur *Nouar. in ead.pragm.num.*5.
Aequè exſolui ex iiſdẽ id ſimiliter cõperiatur,quod ex *Gaill.Oſaſc.D.Præſid.de Franch. Surd. Gratian.* cæteriſque deſuper obiectum eſt,ut nequaquam ſolemnia hic ſtatuta;ſed ubi priuilegium conceſſum reperitur, ſint attendenda; Id namq;locũ obtinere ſibi poſſet quo ad ea, quæ præ privilegio,ubi conceditur, informando expoſcuntur; ſecus verò, quæ illius reſpicerẽt exequutionem; præſertìm cum ſub ejuſdem potentiſſimi Principis ditione legis forma, nec ſanè (ut aiunt) ardua, ſed ſat legitima, ac æqua præſcripta fuerit; Quodque probatione quidem
89 non indiget; cùm ex communi Romanorum Iure, huic conforme exequutionis deſcẽderit præceptũ,*ad tex.* in *l.et ſi non cognitio* 4.*C. ſi contra ius, vel vtilitat. public.* & in ſpecie edocuerunt *Dom.Reg.Rovit.in ead.pragm.* 1.*de priuileg. infr. ann. num.*2. & ibidem *Nouar.num.*5. *in fin.*ac *Dom.Reg. Galeot.controuerſ.illuſtr. cit. contr.*49. *num.*6.*lib.*2.
Denique objectum ex declaratione facta per eundem invictiſſimum legiſlato-
90 rem Carolum V. in cauſa Capitanei Mirlot *nu.*78. (quàm nõ rectè ex Cronicis Sereniſsimo Philippo II. poſt *Thor. in cit. par.*2. *compendij pag.*470. contribuunt),contrà diſſertum Adverſarium faceſſit negotium; cùm ex ea evidenter appareat ſecunda regis iuſſione opus fuiſſe, quæ, ut prædiximus nuncupatur *ſupra carta*. Quinimò in eam non oſcitanter, ſed juſtis ex cauſis Imperatorẽ deveniſſe demõſtratur, quod reliquis ejuſdẽ Cæſarci reſcripti recitatis verbis, egregiè comprobat *Dom.Reg.Capyc.Galeot. controu.illuſtr. cit.controu.*18.*nu.*23.*&* 24.*lib.*1.
Adverſis igitur profligatis argumentis, vndequaque, & regale (quod res expoſtulat) priuilegium deeſſe;atque id, quod ex hac ejuſdẽ Regis Cãcellaria deprõptũ exhibetur,ſigilli,regeſti,atq; intrà præfinitum tempus ſtatutæ exhibitionis, cæteriſque exequutionis demandatis ſolemnibus denudatum apparere,fecimus mànifeſtũ: Vt idcircò & iuxtà expreſſa Quiritũ jura,totq; Regias Pragmaticas ſanctiones invalidum omninò, omninò futile cenſendum inſtemus juſtiſsimè. VIII. Kalendas Aprilis M.DC.LXIII.

Controverſia exitum in ſequenti lubet obſeruare.

SVMMÆ

1 *Aduocati litium quærere debent vtilitatem.*
2 . . . *fiſci nil in cauſis debent omittere.*
3 . . . *ſed ſtrenuè fiſcalia tueri iura.*
4 *Quæſtio abſorbens eſt primũ tractanda.*
5 *Falſi exceptio inſtrumenti impedit exequutionem.*
6 . . . *ac ſententia.*
7 . . . *à fiſco obiecta,prius eſt diſcutienda.*
8 . . . *ex actis præſertìm penès nos appartns.*

9 Falſi crimen eſt grauiſſimum.
10 . . . eiuſdem antiquitus apud Romanos pœna.
11 . . . difficilis eſt probationis.
12 . . . præſumptionibus, indicijſque probatur.
13 Delicta, quæ clam patrantur, ex præſumptionibus, coniecturiſq; eliciuntur.
14 Veritas non debet deliteſcere.
15 In falſi ſcelere etiam ciuiliter agi poteſt.
16 . . . præſumptioneſque tunc plenè probant.
17 . . . ſiuè falſum vitium latens, ſiuè patens fuerit.
18 Suſpicio falſi in criminũ indicijs, onus veritatem probandi transfert in adverſarium.
19 . . . in ciuilibus pro falſo exiſtimatur.
20 Filij ciuili, ac naturali iure parentes alere obſtringuntur.
21 . . . vt reddere potius videantur, quam dare alimenta.
22 . . . natura iure ad ea præſtanda impelluntur.
23 . . . exemplo Ciconiæ conuincuntur.
24 . . . prout veteri lege compellebãtur.
25 Parentum erga liberos quadam ex Regio Imperio penditur amicitia.
26 . . . perſona ſemper ſancta, ac honeſta à filijs cenſenda.
27 . . . veneratio Diuino iure oſtenditur decreta.
28 . . . reuerentia, ſacra dicitur maieſtas.
29 . . . neceſſitas filios inſtruendi.
30 . . . obedientia à cunctis nationibus ferè ſancita.
31 . . . etiam Perſis, Ægyptijs, ac Moſcouitis.
32 . . efferiſque Turcis.
33 . . . naturali id quoque iure, qui ſenſerint, ſuffultum.
34 Inueriſimile falſi dicitur imago, & ſub num. 35.
35 . . . l. ſi inimicitiæ 9. D. de his, quibus, ut indignis expenditur:
36 . . . prout l. Lucius Titius 90. §. Lucius Titius damam D. de legat. 2.
37 . . . & l. teſtamento 51. D. de manumiſſ. teſtam.
38 Odioſi in generali teſtatoris diſpoſitione, non comprehenduntur.
39 Aſſertioni cuiuſuis, non temerè credendum.
40 Credulitas nimia, in vitium ſemper habita.
41 Viro probo credendum.
42. Notarij inſolita ſubſcriptio, arguit falſum.
43 Cautio non conſueta falſum deſignat.
44 Dolus, & fraus ex inſolitis eruitur.
45 Falſi præſumptio ex inſolemni oritur ſcriptura.
46 Falſa Grãmatica in literis Apoſtolicis præfers falſum.
47 Notarij mos varius, falſi inducit præſumptionem.
48 Literarum comparatio maximi penditur.
49 Fides teſtium rei peritorum, ad falſum indagandum magni habetur.
50 Præſumptiones duæ, vel tres ad falſum probandum exquiruntur.
51 Falſi ſcelus omnium criminum dicitur præparatio.
52 . . . adverſus idem multa admittuntur ſpecialia.
53 Officialibus fides, & puritas ineſſe debet.
54 Patris nomine vocantur ciues ſpontè Ciuitatis munia ſubeuntes.
55 . . . Senatores.
56 . . . Principes.
57 . . . Reges.
58 . . . Imperatores.
59 . . . Iuppiter.
60 . . . cæteraque falſa numina.
61 . . . Summus Pontifex.
62 . . . Deus, ac Dominus noſter optimus, maximus.
63 . . . ut impetrandi nobis, ſupplicandique præbeat fiduciam.

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Fiſci defenſio ejus decet patronũ adamuſsim. falſi exceptio etiã in publica documẽta exiſtimaturvalida,prout illius crimẽ reputatur grauiſsimũ, ac uti difficilis ſæpiſsimè probationis, præſũptionibus, conjecturiſque probandum; cum Ciuili præſertim judicio res tractatur. Quamobrẽ quàmplures ad cauſam facientes ejuſdem commiſſi præſumptiones,atque indicia recenſentur. Filiorum itidem officia, atque obſequia omni quippè iure exhibenda parẽtibus edicitur oportere; cum illorum perſona apud efferas etiam gentes viſa ſemper fuerit veneranda. Non conſueta falſi præferunt Imaginem; ſicuti varius Tabellionis mos. Cuiuslibet aſſertioni neutiquam temerè oſtenditur credendum; ac demum ſuauiſsimo patris nomine, & Etnicos nomenclari, & Chriſtianos quoq; Principes affectaſſe, & D. O. M. præ ſua diuina clementia non abhorruiſſe, concinnè fortaſſis indicatur.

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa cum D. Benedicto Vaaz.

Diſſertatio XXVIII.

1 SI priuatorum in foro cauſas dicenti, & quod litiũ poſcit vtilitas, quodque deducta in judicium res expoſtulat, perquirere nõ vetatur, prout *Cæſares* animadvertere in *l. quiſquis 6. C. de poſtuland.* quod nam ſanè regij culminis decebit Aduocatumẽcuique præcipuè cauendum, juxtà *Cõſtantini* reſcriptũ in *l. fiſci aduocatus 3. C. de aduoc. fiſc. NE fiſcalia cõ-*
2 *moda occultet*, ſivè ut *gloſſ. Bart. Bald.* cæterique ibidem annotarunt, quidpiam, quod cauſæ tuitioni condu-
3 cat, improbè omittat. Vt ſui proindè Principis iura eum ſollicitè oporteat, ſtrenuèque tractare *l. 2. in princip. C. de Delator. lib. 10. l. 20. in fin. tit. 20. lib. 2. recopilat. Alfar. de offic. fiſcal. gloſſ. 9. num. 33. Dom. Larrea allegat. fiſcal. 1. num. 8. & allegat. 2. num. 8. lib. 1.* Iure igitur meritò cautiùs amplectendum duximus conſilium, ut licet ex ſuperiùs in hac eadem controuerſia diſſertis, ſat, ſuperque noſtra illuceſcat juſtitia; nè tamen poſteritati fiſcus ſegniter defenſus videatur; quod falſi nempè criminis oppoſitio, & ab initio vulgata,peculiari hucuſque ſtudio,actionevè non cernatur exculta; quandoquidem ex actis legitimè cernitur liquere, D. Benedictum Vaaz officium tàm audacter nunc appetentem, falsò ſibi tauti muneris nominationem deſcripſiſſe: Eapropter fiſcalibus juribus vndequaque (uti annuebamus) conſulentes, ad ejuſmodi delicti probationes accedimus indagandas, ut ex eis potiſſimùm D. Benedi-

cti petitio prorsùs reijciatur, damne-
turque; ac quamuis ſceleris is pœnas
iam iam non luat, ſaltìm peccati præ-
mium in ærarij perniciem non repor-
tet.

Priuſquam autem hujus commiſsi præ-
ſumptiones, conjecturaſve pendamus,
duo nobis prænotanda cenſuimus, fal-
ſi primū hiuſcemodi quæſtionem, ut-
potè cæteras abſorbētem, priore loco
4 diſcutiendā eſſe, ad cōſulti præceptum
in *l. per minorem 54. D. de iudic.* eoque
5 magis, quod falſi ex ſe ſe prompta ex-
ceptio, liquidi etiam inſtrumenti im-
pedit exequutionem ex *Io: Anan. Aze-
ued. Barbat. Iaſon. Hieroym. Grat. Dec.
Grāmatic. Cagnol. Benedict. Barz. Ber-
nard. Pād. Io: Marian. Monticell.* alijſque
Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 1.
gloſſ. 20. num. 11. Borrell. in ſumm. dec.
6 *tit. 32. num. 197. lib. 2.* ſicuti ſententiæ
quoque remoraretur *Verall. dec. 274.
num. 2. par. 2. Borrell. loc. proxim. cit.
num. 196. Anton. ab Eccleſ. obſervat. fo-
renſ. obſervat. 33. num. 7. & 8.* & ad
rem Conſtantinus idē in *l. ubi falſi 22.
C. ad l. Corn. de falſ.* his verbis reſcrip-
ſit, *Vbi falſi examen inciderit, tunc
acerrima fiat indago, argumentis, te-
ſtibus, ſcripturarum collatione, alijſq;
7 veſtigijs veritatis.* ac proinde obiter,
ſivè incidenter (ut dicimus) à fiſco
falſi obiectam exceptionem, priùs pa-
riter eſſe terminandam, pòſt *Afflict. in
Conſtit. Regni qui literas num. 3. qu. 3.*
& in *Conſtitut. ſi ciuiliter numer. 16.*
in ſpecie monuit *Dom. Reg. Capyc. Ga-
leot. reſponſ. fiſcal. 15. num. 21. & 22.*
8 Idque, cum falſum ex actis exurgit;
apud nos ſancitum ſcimus in *pragmat.
2. ſub tit. de falſis,* ibique *noſtrates.*
9 Alterum erit in hoc flagitio, tāquā ſce-
leſtiſsimo *Angel. Marſil. Alberic. Luc. de
Penn. Afflict. Neuizzan. Clar. Iodoc.
Foller. Honded. Franc. Marc. Franc. Bec.
Boſſ. Mōtcell Cyrill. Cōrad.* penes *Tira-
quell. de panis temperi. cauſ. 31. nu. 23.
& ſeq. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2.
caſ. 306. num. 13. Caball. reſolut. crimi-
nal. caſ. 165. num. 1. Farinac. de falſit.
& ſimul. quaſt. 150. num. 12. & 13. Pe-
guer. deciſ. 80. num. 3. Godofred. Abano
in theoric. criminal. §. falſum numer.
37. & 38. Carpzou. in pract. criminal.
quaſt. 93. num. 2. lib. 2. Dom. Reg. de Ma-
rin. reſolut. iur. cap. 78. num. 1. & ſeq.
volum. 2. Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ.
172. num. 10. & ſeq. lib. 2. Dom. Conſil.
Staiban. reſolut. forenſ. reſolut. 11. nu.
10 1. centur. 1.* itaut apud Romanos
Tarpejo ſaxo illius noxios deijcien-
dos, ſive fuſtibus, aut lapidibus ob-
ruēdos, ex *Aulo Gellio lib. 20. cap. 1. in
fin.* annotarint *Tiraquell. loc. cit. n. 24.
Annaus Robert. rer. iudicat. lib. 2. cap.
10. pag. 432. Farinac. d. quaſt. 150. ſub
num. 12. Dom. Conſil. Staiban. cit. reſol.
11 11. num. 3. lib. 1.* Ac uti ex occultiori-
bus, difficiliſque probationis facinori-
bus *§. et licet Auth. de teſtibus* ijs ver-
bis, *Deo hujuſmodi omninò non indul-
gente occultari, Bald.* per eum text. *in
l. ſi ex falſis num. 2. C. de tranſaction.
D. Larr. allegat. fiſcal. 96. num. 11. lib.
2. Anton. Conciol. reſolution. criminal.
verb. falſum reſolut. 1. num. 4. in prin-
12 cip.* præſumptiones, indiciaque pro
legitimis probationibus haberi, ut ex
*l. licet Imperator 77. D. de legat. 1. l. ſi
quis locuples 57. D. de manumiſſ. teſta-
ment. l. non omnes 5. § a barbaris D. de
re milit. l. 1. C. de teſtam. milit. l. jube-
mus 29. C. de teſtam. capit. cum dilecti
6. de donat. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.*
ſenſere *Archidiac. Anan. Specul. Ca-
ſtrenſ. Curt. Senior, Alex. Iaſon, Cra-
uett. Dec. Grammat. Pariſ. Boſſ. Foller.
Mandell.* cæteriq; penes *Menoch. de pra-
ſumpt. lib. 1. quaſt. 58. num. 8. & quaſt.
99. num. 16. Tiraquell. in l. ſi unquam
verb. donatione largitus num. 158. C. de
reuocand. donation. Farinac. de inqui-
ſit. quaſt. 2. nu. 21. Guazzin. ad defenſ.
reor. defenſ. 4. cap. 9. nu. 2. D. Larrea al-
legat. fiſcal. 96. n. 2. et 14. & ſeq. lib. 2.
Vermiglioli. conſil. 220. num. 3. & conſil.
230. num. 2. Conciol. in cit. verb. falſum
13 reſ. 5. nu. 3.* Quemadmodū generaliter
in cōſimilibus arduæ indagationis cri-
minibus recipiēdum, ex *d. l. non omnes*

5. §.

5. §. à barbaris, D. de re milit. cap. præ-
terea 27. de teſtibus, tradidere poſt ve-
tuſtiores Gramm. conſ. 22. n. 15. & vot.
21. num. 4. Menoch. lib. 1. præſumpt. qu.
58. n. 2. & 11. & de arbitr. iudic. caſ.
116. n. 6. & 7. lib. 2. & conſ. 422. nu. 22.
Farinac. q. 2. n. 12. de inquiſit. & q. 37.
n. 150. de indit. Surd. conſ. 477. n. 1. lib.
4. Caball. reſol. criminal. caſ. 288. n. 71.
& 72. Fachineus lib. 1. controverſ. iur.
cap. 29. Dom. Reg. Valenz. conſil. 28. nu.
11. & ſeq. Giurb. conſil. deciſ. 2. nu. 44.
& 45. & conſil. 13. num. 1. & conſil. 43.
14 num. 22. Nè alioquin amica juſtitiæ
veritas, aut deliteſceret, aut deperi-
ret, l. fin. §. 1. in fine, D. de probation.
Farinac. conſil. 29. nu. 5. ac poſt Tyn-
dar. Arimin. Tepat. & Giurb. D. Larr.
cit. allegat. fiſcal. 96. nu. 11.
15 In Ciuili præſertim, prout in hac cau-
ſa verſamur judicio, quodque Actoris
optione eligi, poſſe neminem latet l. de
fide 16. l. damus 23. C. ad l. Corneliam
de falſis, ibique Gloſſ. & DD. Boſſ. in
pract. criminal. tit. ſi ex falſ. inſtr. vel
teſtibus num. 7. Farinac. de falſit. qu.
150. par. 2. n. 50. Petr. Gregor. ſyntagm.
juris tom. 3. lib. 36. cap. 5. numer. 9. An-
naus Robert. rer. judicat. lib. 1. cap. 14.
pag. 246. in fin. Frideric. Prukman. conſ.
19. num. 93. lib. 2. hoc etenim euentu
16 extrà omnē cōtrouerſiā putamus eſſe
judicia, præſumptioneſq; affluentes,
ac validiſsimas probationes exiſtimā-
das Grammat. conſ. 30. n. 5. Clar. in §.
falsū nu. 38. Maſcard. de probat. concl.
739. n. 5. lib. 2. Gabriel. commun. concluſ.
lib. 7. concluſ. 6. nu. 2. Verall. deciſ. 207.
num. 3. par. 1. Surd. conſil. 132. num. 65.
Farinac. de falſit. cit. qu. 152. num. 10.
& 32. hanc ſententiam contradictio-
nem non habere teſtatus nu. 38. cumq;
ſectatur Dom. Reg. Merlin. controv. fo-
renſ. cap. 78. num. 10. contur. 2.
17 Quodque ſibi locum vindicat, ſivè
falſi vitium patens, ſivè latens fuerit,
(ut utrumque in hac re concurrere,
apertiſsimè inferius oſtendetur) Me-
noch. de præſumption. lib. 1. qu. 99. num.
16. verſic. ſi verò, Maſcard. de proba-
tion. concluſ. 739. num. 6. & 7. Natta
conſil. 633. num. 8. & ſeq. Mandell. con-
ſil. 99. per tot. Farinac. d. quæſtion. 152.
num. 16. & 33. & quæſtion. 153. num.
202. Gait. de credit. cap. 2. tit. 5. num.
913. & 914.
18 Hujuſque ſententiæ ea præcipuè ra-
tio aſſertur, quia in criminum quam-
quam judicijs, falſi ſuſpicio ſic vigen-
tem aſſequatur præſumptionem, ut in
reū onus transferat probandæ verita-
tis, ex l. jubemus 24. C. de prob. & l. fin.
C. de falſ. probarunt Petrus de Bella-
pert. Cyn. Odofr. Bald. Salycet. Io: Fab.
Goffred. Hoſtienſ. Archidiac. Innoc. Io:
Andr. Bellam. Cyrill. Afflict. Follcr. Vi-
nius, Surd. alijque apud Maſcard. de
probat. d. concluſ. 739. nu. 4. lib. 2. Fari-
nac. de falſ. cit. qu. 152. num. 3. ac Dom.
Larrea cit. allegat. fiſcal. 96. num. 5. lib.
19 1. in Ciuilibus, tamen judicijs falſi
ſola ſuſpicio pro falſo dijudicatur d. l.
damus 23. §. fin. C. ad l. Corneliam de
falſ. ibi Ciuilis autem inquiſitionis in-
ter utraſque partes confligantium le-
nior examinatio procedat, poſt penè in-
numeros Gabriel. commun. concluſ. tit.
de crimin. concluſ. 6. num. 16. Menoch.
cit. lib. 1. præſumpt. q. 99. nu. 5. & con-
ſil. 1026. num. 22. tom. 11. Maſcard. cit.
concluſ. 739. num. 4. & 5. Farinac. de-
ciſ. poſthum. 452. n. 4. lib. 1. Gratian. di-
ſcept. forenſ. d. cap. 752. n. 5 to. 4. Car-
din. Seraphin. deciſ. 1259. num. 4. lib. 2.
Caſtill. deciſ. 135. num. 7. D. Reg. Ro-
vit. ſuper Pragm. 4. de falſis num. 24.
Heinrichman. conſil. 28. num. 19. to. 3.
Garron. in Conſtitut. Mediolan. lib. 4.
tit. 6. artic. 1. de pœnis num. 18. Gaitus
de credit. d. cap. 2. tit. 5. num. 913. &
914. D. Conſil. Staiban. cit. reſolut. 11.
num. 5. lib. 1. D. Conſil. Hodiern. contr.
forenſ. cap. 38. num. 39. D. Reg. Capyc.
Latr. conſult. 66. num. 35. lib. 1. & con-
ſultat. 160. num. 50. lib. 2. Dom. Conſil.
Prat. conſil. criminal. 5. nu. 3. D. Creſp.
de Valdaur. obſeruat. 23. num. 2. 10. 11.
& 28. lib. 1.

His libatis vehementiſſimas lubeat huius
facinoris præſumptiones recenſere.

Pri-

Prima, ac præpotens profectò eà
eſt, quoniam à Georgio Vaaz genito-
re V. Idus Septembris MDCLIII. D.
Benedictus ſe aſtruit in officio nomi-
natum; quãdo eo tempore inter ſeſe
diſſidia, horridæque lites habebantur;
adeout in S. C. non modo uti ingra-
tum alimẽtis orbandum filium Geor-
gius Pater inſteterit; ſed ab eodem
fame, armiſque impiè ſui necem pa-
lam fecerit prætentatam: & pijſſimis
nunc Conſenatoribus audet ſuadere,
à tam aſperrimè offenſo parente, tanti
ponderis munus ſibi tunc temporis
20 fuiſſe collatum? Quum è propria ſu-
mere ſubſtãtia ipſi denegabat alimo-
nia, ad quorum præſtationem ex ſuo-
met peculio ipſum filium ciuilis, ac
naturalis ratio impellebat? *l. ſi quis à
liberis 5. in princip. & §. parens, D. de
liber. agnoſcend. l. 1. & 2. C. de alend.
liber. l. fin. §. ipſum autem, C. de bonis,
quæ liber. can. cæterum* 20. 86. *diſt.* poſt
innumeros *Aſcan. Clem. de patr. po-
teſt. effect. 17. num. 1. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. nu. 18. Surd.
de aliment. tit. 1. quæſt. 17. Cuiac. lib.
21. obſervat. cap. 7. Io. Garzias de ex-
penſ. & melior. cap. 4. num. 52. & ſeq.
D. Præſid. de Franch. deciſ. 178. nu. 10.
D. Reg. Valenzuol. conſil. 12. num. 8. &
ſeq. lib. 1. D. Conſil. Paſchal. de viribus
patr. poteſt. par. 2 cap. 3. nu. 58. D. Reg.
Capyc. Latr. deciſ. 176. n. 216. lib. 2.* Vt
21 reddere ea potius, quã patri dare cre-
datur *Arniſæ. lib. 1. de Conſtit. Reipu-
blic. cap. 5. de patr. & lib. verſic. è con-
trario pag. 50.* Quodq; ex *Seneca* eli-
citur *lib. 3. controv. 4. Vt etiam ſi filius
patri benefaciat, non benefacit, ſed be-
nefactum REPENDIT*; quinimò mi-
nori ſemper pondere, eum & ipſam
reddendi facultatem, à patre quoque
recepiſſe ſenſerit *Senec.* itidem *de be-
nef. lib. 3. cap. 29. Quidquid inquit eſt,
quod dat Patri filius utique minus eſt,
quia hãc ipſam dandi facultatem PA-
TRI DEBET.*
22 Iureque naturæ id æquidèm obve-
nire confirmat *Franciſcus Patritius de
Inſtitut. Reipublicæ lib. 4. tit. 3.* dum di-
xit, *Quid quod natura reſtituere debe-
mus, quod mutuò accepimus? utpotè vi-
tam alijs dare, quàm nobis parentes no-
ſtri tribuerũt; quà ex re id nãciſcimur,
ut filij nobis per ætatem ſenio confe-
ctis, & imbecillioribus factis id RE-
STITVANT, quod à nobis in eorum
infirma ætate ACCEPERVNT.* his ver-
bis tandem propoſitionem abſolvẽs,
*& hoc pacto viciſſitudo naturæ perpe-
tuò adimpletur, & quod in ſimplici ge-
nere nequit, in ſua ſpecie conſervatur,*
comprobat ex noſtris *Borrell. de præſt.
Regis Cath. cap. 65. n. 14.* undè meri-
tò *Salon* apud *Laertium* infames vo-
luit natos eſſe, qui parentes non ale-
rent; prout id nefarium dixit *Cic. ad
attic. lib. 9. epiſt.* 8. Vt ſimilium idcir-
cò filiorũ impietas, ex Ciconiæ exẽ-
23 plo, Romano uſu PIÆ vocatæ, poſſit
exprobari; quippè cuius pulli, ſenio
confectis parentibus, nec ſibi quære-
re ſatis valentibus, alimenta, in mutuã
retributionem tacita quidem, (ut *Cæ-
lij Rhodigini* verbis utamur) *ſed alta
natura vi in id propellente, neceſſaria
ſummo ſtudio, quod in homine rarum
eſt, ſuggerunt, lection. antiq. lib. 11. cap.
17. circ. princip.* ac lepidè, prout de-
more ante eum *Caſſiod. var. lib. 2. cap.*
14. inquiebat *Ciconiæ cum parentes co-
rum pennas ſenio coquente laxaverint,
nec ad proprios cibos quærendos idonei
potuerint inveniri, plumis ſuis ge-
nitorum membra frigida refoventes,
eſcit corpora laxa reficiunt: & donec in
priſtinum vigorem alis grandæva re-
dierit, pia viciſſitudine iuvenes RED-
DVNT, quod à parentibus PARVVLI
ſuſceperunt.* Quadere æquiſſimè, quod
24 naturali animi propenſione à filijs
non explebatur, vetus lex ſuo iuſſu
coegit efficere, *liberi*, cum ſanxit, *pa-
rentes ALANT, aut VINCIANTVR
Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 6. cap.
10. ſub verſic. ſed cum.*
25 Non enim, hæc eſt illa inter paren-
tes, ac liberos pia ſocietas, vel ex Re-
gio quodam Imperio amicitia, ut *Ari-
ſtote-*

ſtoteles edocuit *1.polit.cap.8.& Ethic.*
lib.8.cap.11.& 12.& quam ſic *Cicero*
deſcripſit *de amicitia pag. nobis 422.*
ſub num.35. Quapropter à natura mihi
videtur potius, quam ab imbecillitate
orta AMICITIA, quod quidem quale ſit,
etiam in beſtijs quibuſdam animadver-
ti poteſt, quæ ex ſe natos ita amant ad
quoddam tempus, & ab eis ita amantur;
ut facilè eorum appareat ſenſus, quod in
homine multo eſt evidentiùs primum ex
ea charitate, quæ eſt inter NATOS, ET
PARENTES, quæ dirimi, niſi deteſtabi-
li ſcelere non poteſt.
26 Sivè, & rectiùs haud hæc eſt paren-
tibus, quorum perſona ſemper hone-
ſta, ac ſancta ſẽper viſenda eſt *Geneſ.c.*
9.l.liberto 9. D.de obſequijs à liber. &
libert.parent.& patron. præſtand. à fi-
lijs debita, & ſine numero obedientia,
ac veneratio; ex ſummi Dei primum
iniuncta præcepto *Exod.cap.20. Le-*
vitic.cap.19.in princip. Deuter.cap.5.
Diui Paul. ad Epheſ.cap.6. in princip.
Matth.c.15.& Marc. cap.7. & quibus
Ieſus Chriſtus Dominus noſter, ſecun-
dum humanã tamen naturã ſpontè ſua
parere non deſpexit, dicẽte *Div. Luc.*
cap.2.& deſcẽdit cum eis, & venit Na-
zareth, & erat SVBDITVS illis. & ex
Diuis Auguſtin. Cyrill. ac *Bernard.* tra-
dit noviſsimè *R.P.Cornel. à Lapid. in*
cit.cap.2. Sancti Lucæ verſ.51. undè cũ
non ſit vnum imperandi genus, ut *Se-*
neca inquiebat *lib.1. de clement. cap.*
16. Imperat Princeps Civibus ſuis, PA-
TER LIBERIS, Præceptor diſcentibus,
tribunus, vel Centurio militibus: iuſtè
Genitorũ hanc venerationem, ſacram
parentum dixerit MAIESTATEM, &
omninò Deo proximam *Calius Rhodi-*
gin.cit.lib.11.cap.17.volum.1.in fin.
29 Quæque deindè reuerentia, (ſi
tamen patres filios ullis artibus in-
ſtrui non prætermiſerint *Alex. ab Alex.*
lib.6.cap.10. verſ. ſi tamen, Rhodigin.
loc.cit.lit.C.) legum cæteros latores
30 profectò non præteriit, Platonẽ nẽpè
de legibus *lib.9.& 11.* Romulum, ut
fert *Dionyſ. Halicarnaſſens hiſt. lib.8.*
& *Balduin. in l.17. eiuſdem Romuli,* ac
Numam pompilium, uti *Alexandro ab*
Alex. placuit *loc. mox cit.* atque Roma-
nam omnẽ poſtmodũ Iuriſprudentiam
l. veluti 2. D. de iuſtit. & jur. in l.nec
quicquã 9. §. de plano, D. de offic. Procõ-
ſul. l.1. §. ſi filius, & d.l. liberto 9. D. de
obſequijs à liber. & libert. l. ſi filius 3. l.
congruentius 4. l. filia 5. & l fin. C. de
patr. poteſt.
31 Ac efferas itidẽ Gẽtes, arctiori quo-
que vinculo id ſtatuentes, Perſas ſci-
licet, Aegyptios, ac Moſcovitas, vt præ
alijs annotauit *Petr Gregor. ſyntag. iur.*
civil. tom.1. lib.11. cap.5. num.5. & 8.
32 Quinimò, & immunes Turcas, quos
inter octo ſua vitæ, inſtituta, tertium,
ut parentes colantur iuſſiſſe, ex *Menaù*
in hiſtor. Turc. teſtatur *Arniſæus lib.1.*
de republic. conſtit. cit. cap.5. de patr.
& liber. in princip. Adeout Camillus
Borrellus *Ioacchim Hopperum* ſequu-
tus *de vera iuriſprudent. lib. 5. cap.4.*
33 accuratè *Ariſtotel. Senec. Plin. Vacon.*
Franc. Hottom. D. Thomæ, ac *Soti* præ-
ſertim auctoritate, ex naturali etiam Iu-
re parentibus hanc ſenſerit deberi re-
verentiam *de præſtant. Regis Catholic.*
cap.65. n.11. cum ſeq.
Si igitur omni iure, & cunctas apud
nationes erga parentes decretum ob-
ſequium, non modo D. Benedictus
filius Georgio patri deſijt exhibere; ſed
eidem, & alimenta è ſuamet ſubſtantia
(ut dicebamus) vetuit præſtari; ac cru-
deli, vt præueniretur à morte impiè
tentauit: quemadmodum pater mei ip-
ſe id dolens in Iudicio expreſſit (quod
ad indagandam, eruendamque volun-
tatem ſatis ſuperfluè ad rem conten-
dimus cenſendum,) contra omnem id-
circò veritatem credere meherclè nũc
eſſet; ut eodemmet tempore in ingra-
tiſsimum filium tantùm munus, totiuſ-
que domus compendium elegerit cõ-
ferre: ut noſtri propterea iuſtiſſimè
34 edocuerint, non veriſimile apertam
falſi imaginem fore exiſtimandum, Si
35 *INIMICITIÆ capitales,* (ad rem nam-
que reſpondit Vlpianus) *interuenerũt*
inter

inter legatarium, & teſtatorem, & VERISIMILE eſſe cœperit, teſtatorem noluiſſe legatū, ſive fideicommiſſum præſtari ei, cui adſcriptū relictum eſt; magis eſt, ut legatum, ſive fideicommiſſum ab eo peti non poſſit, in l. ſi inimicitia 9. D. de ijs, quibus, ut indign. l. ſed ſi unius 17. D. de iniurijs, l. ſanctio, D. de pœnis cum penè innumeris à *Tiraquello* relatis *in præfat. l. ſi unquam num. 37. & ſeq. C. de revocand. donation. Menoch. conſil. 1. num. 258. & conſ. 2. num. 300. conſ. 28. num. 25. Maſcard. de probation. concluſ. 740. num. 35. lib. 2. & concluſ. 1409. num. 7. vol. 3. Grāmatic. deciſ. 56. num. 8. Surd. deciſ. 23. num. 14. in fin. & num. 15. Cardin. Seraphin. deciſ. 1211. num. 3. Farinac. de falſ. & ſimul. q. 153. num. 176. & 177. D. Conſil. Staiban reſol. 11. n. 13. lib. 1.*

Secunda præſumptio, præcedentem maximopere confirmans, actorum eſt occultatio, in quibus inſtructū à Genitore in filium ingratitudinis continebatur Iudicium, ex qua & aſpera litigia magè manifeſtantur, & paternæ munificentiæ erga inimicū filium om-
36 ne planè deſtruitur argumentum; Damæ etenim, & Panphilo libertis ſuis, quos ante biennium mortis ſuæ de domo dimiſerat, Lucium Titium teſtatorem alimenta cæteris conlibertis relicta, minimè legaſſe *Scæuola* reſpondit, *Niſi hi, qui peterent, manifeſtè docerēt, eo animo circa ſe patronum cum teſtamentum faceret, eſſe cœpiſſe, ut his quoque legatum dari vellet: Alioquin nihil ipſis præſtetur l. Lucius Titius 90. §. Lucius Titius Damam, D. de leg. 2.* Cū-
37 que ſervis ſimiliter, qui ſine offenſa fuerint, libertatem teſtator quidam adſcripſiſſet eos, qui ante teſtamenti Tabulas Domino fuerant infeſti, appoſitæ conditionis ui repellendos, his verbis Papinianus explicuit, *Conditionem adſcriptam videri placuit, eiuſque interpetrationem talem faciendam, ut de ijs in libertate danda cogitaſſe non videatur, quos pœna coercuit, & ab honore adminiſtrandi, vel adminiſtranda rei negotio removit, in l. teſtamento 51. D.*
38 *de manumiſſ. teſtam.* Hinc in generali diſpoſitione comprehendi nequaquā dicuntur, qui antè eam teſtatori fuerint odioſi *Alex. conſ. 213. nu. 4. lib. 6. Crauett. conſ. 719. num. 4. lib. 4. Rub. in l. Gallus, §. quidam rectè num. 91. D. de liber. & poſthum. Menoch. conſ. 1115. ſub num. 29. & 30. lib. 11.* quæque vehemens interpetratio iuſtiùs in præſenti cauſa vigebit, cum non ante nominationem; ſed eodemmet tempore ægrotus pater ab infenſo filio urgeretur.

Tertia, ac valida exurgit coniectura, ex digniſſima fide Dom. Regij Cōſiliarij Io. Baptiſtæ Iouini Sacri Conſilij peritiſſimi Decani, qui ab in extremis agēte D. Georgio patre, de nominatione Officij in D. Florentiæ filiæ commodum facienda, ſe conſultum teſtatur; quo prorſus à veritate alienū demonſtratur, tribus antecedentibus annis ad idem munus D. Benedictum filium elegiſſe.

39 Et quamuis non temerè alterius aſſertioni credendum eliciatur, ex *l. 1. §. dolum in fin. D. de eo, per quem factum erit, l. 3. § ſed ſi ſic accepit, D. de in rem verſo, l. nimia credulitate 11. C de action. & obligat. Tiraquell. de pœnis temper. cauſ. 51. num. 26.* undè *Ouid. de art. amand. lib. 3.*

Nec citò CREDIDERIS: quantum citò CREDERE lædat,
Exēplum vobis non leve Procris erit. &
Ioan. Mylius *in delitijs poet. german. to. 4. pag. 916.*

Mille homines inter, vix uni credere debes:
Impia nam paſſim, lato fraus regnat in Orbe.

40 Vt nimia indè, ac temeraria credulitas, & vitio data fuerit, & imprudentiæ, ac levitati adſcripta penès *Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. tom. 2. lit. C. concluſ. 1071. num. 1. Coſta de fact. ſcient. & ignorant. centur. 2. diſtinct. 54. num. 7. Guilhelm. Anthon. à Freundeberg. de reſcript. morator.*

*rator. concluſ.*49. *num.* 12. qua de re *Io: Ovven* hoc ſibi ſumpto lemmate, *qui citò credit, citò perit: nec non levis eſt corde*, ſic cecinit *Monoſtich. ethic.* 58.

Qui citò *crediderit falletur ſępè, leviſque*
Eſt cordis, rarò fallitur ipſe ſenex.

Quodque exornat *Ianus Langleus in ocio ſemeſtr.lib.*8.*cap.*15.*pag.*555. ſed mirificè Epicharmi apophthegmate expreſſit Quintus Cicero ad Marcum Tullium fratrem *de petition. conſolat. oper.ejuſdem Tullij tom.*4.*pag.*444. ſic inquiens, *Quamobrem Epicharmi illud teneto NERVOS, ATQVE ARTVS ESSE SAPIENTIÆ, NON TEMERE CREDERE.*

Viro tamen probo, fideq; digno creden-
41 dum cõmuni voto explicuerunt *gloſſ. in l.Titio fundus* 72. *circ.med. D. de condit. & demonſtrat. Cyn. Bart. Bald. Angel. Iacob. Aretin. Caſtrenſ. Roman. Iaſon, Abb. & Felin.* quos nominatim ſequitur *Tiraquell.cit.cauſ.*51. *nu.*27. *Burſat.conſil.*279. *num.* 12. *lib.*3. *Menoch. de præſumption. lib.* 3. *præſump.* 130.*n.*29.*D.Præſ.de Franch.dec.*296. *nu.*3. *Freundebergh.loc.cit.nu.* 11.

Quarta inſueta eſt cautio, qua illicò poſt
42 patris exceſſum D. Benedictus vſus, amicum adijt Iudicem, vt officij nominationem inveniret, ad ea, quæ dè non conſueta Tabellionis afferuntur ſubſcriptione *Cephal.conſil.*287. *num.*26. *lib.*2. *ac D.Conſil.Pratus cit.conſil.criminal.*5.*num.*46.

Quinta, affectatus eſt modus, quo funeſtiſſimo adhuc patris cadauere inſepulto, ex improviſo nominatio illa ab incognito ſcrinio exurrexit, ut verè illud *Naſonis* dici queat *Metamorph. lib.*2.

Non inventa reperta es.

ſivè ut *Cicero* ait 1. de natur. Deor. *optata magis, quam inventa.* Ex quibus
43 inſolitis cautionibus, atque actibus falſum ſæpiſſimè deſumi, ex *Bald. Dec. Iaſon. Curt. Senior. Crauett. Menoch. Alba. Franciſ. Marc. Riminald. Iunior. Ioſeph. Lodou.* alijſq; ſpeciatim ſectati ſunt *Maſcard. de probation. cit. concluſ.*740.*num.*37. *& Farinac. de falſ. cit.quæſt.*153.*nu.*162. *Martin.Mager. de aduocat.armat.cap.*9.*num.*362.

Sexta præſumptio, vehemens adeò ſanè eſt, ut in lucidiſſimæ probationis metam aſcendere videatur, eaq; ex contractu oritur inter ipſum D. Benedictum, & D.Michaelem ejus primigenitum fratrem, ac D.Florentiam ſororem celebrato; cujus in exordio priora inter ipſum, extinctumq; genitorem litigia neutiquam abnuuntur; poſtmodum verò, de electionis veritate in ſui perſonam D. Benedictus, & meritò diffidens, ab ijſdem ſuis germanis ſibi officium cedi, eiurariue curauit ſeſtinato.

Idque ſummo equidem effecit aſtu, ab inteſtato primigenito fratri ampliationis Ius competere dignoſcens; ſorori verò iuxta Conſiliarij Iovini monitum, ex eſpreſſa forſan, ac ſuppreſſa nominatione officium verè ambigens addicendum. Nec vtrumq; extemplò tum à primigenito, tanquam debiliſſimi, & corporis, & indolis viro, quàm à ſorore ſexus infirmitate, propinquorumque auxilio deſtituta, nimio quoq; ſui animi, corporiſq; accedente vigore, cõſequi dubitavit. Quapropter nemo ſani quippè capitis ſuadere ſibi amplius valebit; ut ſi vera fuiſſet nominatio à fratre, ſororeq; Iurium ceſſionem, renunciationemq; ſibi tanta verſutia affectaſſet; uti præter ea, quæ deſuper aduerſus non veriſimile, ac inſuetas cautiones tradita sũt, Noſtri pariter hiſce ſpeciebus ad fraudem, do-
44 lumuè manifeſtè conijciendum, maximi ſecere *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.*122.*n.*116. *Maſcard. de probat.concluſ.*444.*nu.*8.*&* 10.*& concluſ.* 815.*n.*26.*&* 37. *lib.*2. *Cardin.Tuſch. practic.concluſ.lit.S.cõcluſ.*262. *n.*23. 29.*&* 30. *Cardinal.Mantic.de tacit.& ambiguis conuention.lib.*13.*tit.*35.*ſub nu.*13.*Farinac.de falſ.& ſimul.q.*162. *num.*163. *Flamin. de ambas conſil.*98.

nu.52.volum.2. Mager. de aduocat.armat.cap.9.nu.363. D.Io:Solorzan. de Indiar. iur. tom. 2. lib.4. cap. unic. num.76.

PRÆſVMPTIONIBVS hiſce ex inviſibili desũptis vitio, infraſcriptas ex viſibili collectas ſcelere, cõſentaneum putamus conjungendas; ac primam, tam celebris muneris nominationem, non in publico documẽto, prout tanti momenti res exigebat; ſed in priuata quadam ſchedula, nec Tabellione, nec teſtibus roborata comparuiſſe; quod in
45 ſcriptura, abſq; ſolemnibus confecta, falſi præſũptionem inducere dixerunt *Cyn. Goffred. Alberic. Paul. de Caſtr. Angel. Alex. & Sforz. Odd.* relati à *Maſcard. de probation. concluſ.745. nu.11. part.1. & Farinac. de falſ. cit. q.153. num.191.*

Secundam, recenſitos linguæ referentem errores, quibus eadem ſcatet ſcriptura; cum Georgius pater hiſpanum potiſſimum calleret Idioma; ut de falſa
46 Grãmatica in Apoſtolicis literis adinventa *Lucius* III. reſcripſit his verbis, *Quoniam manifeſtum continet in conſtructione peccatũ, FIDEM te nolumus adhibere, in cap. ad audientiam* 11. *de reſcript.* ibique *gloſſ. in verb. manifeſtum*, poſt *Goffred. Hoſtienſ. Imol. Luc. de Penna, Felin. & Bonifac. de Vitalin. Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.20. nu.26. Farinac. loc. cit. nu.151.*

Tertiam, ex nomenclationis nouitate, qua in eadẽ ſui officij nominatione Georgius vir alioquin expertiſſimus vſus
47 eſse videtur, iuxta ea, quæ in varium à conſueto Tabellionis morem afferũtur, ex *cap. licet* 15. *§. illos, de crimin. falſ.* ibi *vel in modo dictaminis. & in cap. quam graui 6. eodẽ tit. de falſ. Tam in cõtinensia, quam in dictamine*, & infra, *tàm in bulla, filo, & charta, quàm in ſtylo, gloſſ. & DD. in cit. iur. Maſcard. de probat. lib.2. concluſ.747. n.2. & lib.3. concluſ.1347. nu.28. & ſeq. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. caſu 187. nu. 45. & conſ.199. nu.6. lib.2. Decian. conſ.108. nu.62. Sforz. Odd. conſil.78. nu.11. Farinac. de falſ. cit. quæſt.153. part.9. nu.159. D. Conſil. Pratus conſ. criminal. 5. num.42. & 43.*

Quartam, ex ipſius ſchedulæ, cum alijs eiuſdem nominationis, veris ſcripturis bis decreta, & in fiſci utile expleta
48 cõparatione, quæ in Civili præſertim Iudicio maximi ponderis exiſtimatur *Menoch. conſil.190. nu.11. Maſcard. de probation. concluſ.740. num.10. & ſeq. Farinac. de falſ. cit. quæſt.153. nu.119. Gait. de credit. cap.2. tit.* 8. præcipuè *nu.2896. & ſeq.*

Quintam tandem, magnificorum Franciſci Criſconij, & Io: Baptiſtæ Surrentino probatæ vitæ Senatus à ratiocinijs, ac Georgij caracterem maximè callen-
49 tiũ, ſubdimus atteſtationẽ, quam magni pendet, ex *Bald. Gregor. Lopez, Farinac. Borrell.* reliquiſq; *Caſtill. quotid. reſol. to.2. contr.6. nu.16.* ac *Io: Baptiſt. Larrea allegat. fiſcal.96. num.26. lib.2.*

Quæ cum ita ſint, extra omnem controverſiam cenſendum credimus, productam nominationem falsò omnimodò conſcriptam fuiſſe; cum ex utroq; tum viſibili, tum inviſibili vitio, tot, tantæque in eam excerptæ ſint evidentiſ-
50 ſimæ præſumptiones, nè probationes dicamus, quando duas, vel tres tantummodo ſufficere paſſim, interpretes edocuere *Iaſon in l. licet Imperator nu. 19. D. de legat. 1. Cravett. conſil.134. nu.39. Ananiam* referens *conſil.49. Cephal. conſil.287. nu.40. volum.2. conſil. 338. nu.24. & conſil.409. n.34. volum. 3.* & ſequitur *Maſcard. de probat. cit. concluſ.740. nu.45. Decian. conſil.99. n.11. & conſil.108. n.76. lib.2. Caſtill. deciſ.135. nu.8. D. Conſil. Pratus cit. reſponſ.5. nu.10.*

Et in tanto, quo verſamur crimine, quod
51 ſcelerum omniũ præparatio, claviſq; reputatur, cum ex eo, ut *D. Larrea* firmauit, & divitiæ, & vita, & honor adimi, evertiq; poſſint *cit. alleg. fiſcal.96.*
52 *nu.9. lib.* 2. Ideoq; ad illius cohibendam atrocitatem, quamplurima fuiſſe indulta ſpecialia, poſt *Marſil. Goffred. Hoſtienſ. Henric. Boich. Archidiac. Anchar.*

char. Afflict. Boſſ. Corrad. Monticell. & Peguer. affirmant *Farinac. de falſ. cit. quæſt.* 150. *n.* 17. *Vveſſeling. Nomognoſt. Iur. Vniuerſ. verb. falſi crimen verſ. crimen quoque pag.* 492. *tom.* 1.

Et maximè cũ de officialibus agatur, quo-
53 rum præclaram quam oporteat, & fidem, & puritatem eſſe, alibi Dei benignitate diſſeremus; pendiq; nunc poſſent ab *Auiles* tradita in *cap.* 4. *prætorũ in verb. le cumple nu.* 2. 4. *& ſeq. Caſtill. Bonadill. politic. lib.* 2. *cap.* 11. *nn.* 14. *&* 15. *& lib.* 5. *cap.* 1. *ſub nu.* 219. *D. Reg. Capyc. Galeot. reſponſ. fiſcal.* 15. *nu.* 128. *& ſeq.*

Ac de filio denique ad munus paternum admittendo pertractetur, qui electionis tempore genitori penitùs erat inviſus, quiq; nec dum vitam ille ageret, necdum eam efflavit, aut eidem obedienter ſervire, aut honorificè ſtuduit parere; paternæ reuerentiæ (vt dicebamus) in naturæ quoq; dictamen, infeſtè quidem oblitus; quando decantatã gnatorum venerationẽ, nõ modo patri, ſed patris dumtaxat nomini, ac maximopere deberi, vel ex vetuſtiſſimis etiam, edocemur monumentis: Quum non modo publicarum rerum primates, ſeù cives illos, decurionatũ, aut ampliora ſuæ cujuſq; civitatis mu-
54 nia ſua ſpõtè ſubeuntes, *PATRES* Iuſtinianus edixerit in *l. qui cõditioni* 3. *circ. fin. C. de his, qui ſpontè public. mun. ſub lib.* 10. annotatq; *Carolus Emanuel Vizzan. de mandat. Princip. cap.* 4. §. 1.
55 *nu.* 39. Conſiliorumque Senatores, inquiẽte Livio *lib.* 1. *ab urb. cõdit.* de Romulo *Centũ creat Senatores, ſiuè quia is numerus ſatis erat, ſivè quia ſoli cẽtum erãt, qui creari PATRES poſſẽt.* Vt hinc Plutar. *in eod. Romul. Ex optimatibus cẽtum creavit Senatores, quorũ Collegium ex ætate Senatum vocavit, illi PATRES dicti*, Dionyſ. Halicarnaſ. *hiſtor. antiq. Rom. lib.* 2. *Qui autem Senatorij ordinis erant, PATRES cõſcripti vocati fuerũt*, & Caſſiodor. *variar. lib.* 9. *epiſt.* 7. *Cuius germana vox, ut adoleuerint PATRES vocantur*, & eodem *lib.* 9. *epiſt.* 23. *Fauete ergo P.C. noſtris muneribus, & noſtro nihilominus candidato; nam licet nuncupemini omnes generaliter*
56 *PATRES*. Verum etiam & Principes, Regeſq; patris nomine vocari, & inſigniter ſibi adſcripſere, ut Abrahamo avarus Dives honoris cauſa dixerit *PATER Abraham mitte Lazarum Diu. Luc. cap.* 16. notatque *R. P. Franciſcus de Mẽdozza in virid. ſacra, & prophan. erudit. lib.* 5. *polit. problem.* 1. *verſ. neq;* & Ciceronem priore loco Patrem patriæ vocari meruiſſe, ex *Plin. lib.* 7. *cap.* 30. alijſque explicuit *Barnabas Briſſon. in tract. de formul. lib.* 1. *pag.* 227. *verſic. enim verò*, ac de ſuo Heroe Virgil. 2. Æneid.

Inde toro PATER Aeneas, ſic orſus ab alto.

& rurſus *lib.* 8.

Cũ PATER in ripa, gelidiq; ſub Æthere rit axe.

& paulò infra

Tum PATER Æneas puppi ſic fatur ab alta.

57 Ac de Rege Latino *eod. poemat. lib.* 7.

Quam PATER inventam, primas cũ conderet arces,
Ipſe ferebatur phœbo, ſacraſſe LATINVS.

ſubdens illicò

Hic, & tum PATER ipſe petens reſponſa LATINVS.

Qua de rè Seneca *de Clementia lib.* 1. *cap.* 14. cum boni Regis deſcriberet officium, reliquos titulos adulationi; PATRIS verò ſũmæ virtuti cẽſuit adſcribendum, cum diceret, *Quem appellavimus PATREM PATRIÆ, non adulatione vana adducti: Cætera enim cognomina honori data ſunt. Magnos, & Felices, & Auguſtos diximus, & ambitioſæ maieſtati quicquid potuimus titu-*
58 *lorum congeſſimus.* Vt indè in Cæſarum felicitatem id obveniſſe cõperiamus, uti Octavius primum Auguſtus manifeſtauit, dum ob gaudium lacrymans, digniſſimum hoc patris nomen excepit, quum per Valerium Meſſalam ita eũ cõſalutari Senatus demãdauerit,

Digitized by Google

Senatus te, conſentiens cum Populo Romano conſalutat PATRIÆ PATREM, ut poſteritati *Suetonius* tradidit in *eius vita cap.* 58. & hinc lepidè *Ovid. faſtor. lib. 2.*

Sancte PATER PATRIÆ tibi plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques,
Res tamen ante dedit: ſerò quoq; vera tuliſti
Nomina; iam pridem tu pater orbis eras,
Hoc tu per terras, quod in Æthere Iuppiter alto
Nomen habes: hominum tu PATER, ille DEVM.

59 Quemadmodũ generaliter *Patris* nomen Gentiles Iovi ſimiliter cõtribuere dignum ſanè reputarunt, vt primus omnium *Homerus* hocce carmine expreſſit.

Hominum PATER, atque DEORVM. uti *Ariſt.* prænotavit *politic. lib. 1. cap. 8. circ. princip.* Deindè *Maro Æneid. 7.*

Hic PATER omnipotens ter cęlo clarus ab alto
Intonuit.

& eodem 8.

Nec PATER omnipotens Troiam, nec fata vetabant.

& 10.

O PATER, ò hominum, DIVVMQVE æterna poteſtas.

Vnde perbellè *Themiſtocles orat. 5.* dixerit *ſola autẽ Divina eſt parentis appellatio; nam hominũ PARENTEM etiã IOVEM Poeta nominarunt.* Prout cæte-
60 ris quoq; eorũ dijs patris nomen meminit eos dediſſe, *Lactãt. lib. 4. Inſtit. diuinar.* hiſce *Lucilij* verſibus id confirmans

Vt nemo ſit noſtrũ quin aut PATER optimus Diuum,
Aut Neptunus PATER Liber, Saturnus PATER, Mars,
Ianus, Quirinus, PATER, nomen dicatur ad unum.

cõprobatq; *Briſſon. d. tract. de formul. lib. 1. pag. 43. verſic. certum.*

Quo etiam dulci patris nomine, (ut ad
61 veriora, ac ſanctiora convertamur) Pontifices etiam Summos uti pariter conſuevere, Principes, Reges, atque Imperatores dilectiſſimo filiorum nomine nuncupantes *cap. quam graui 6. de crimin. falſ. DD. in cap. cũ dilecta, de reſcript. Petrus Gregor. ſyntagmat. Iur. Canon. lib. 1. de reſcript. cap. 48. nu. 2. & lib. 2. eod. tit. cap. 19. nu. 4. & cap. 26. num. 3.*

Sed quid hujus nominis magnitudinem
62 amplificare curamus? cum & ipſemet DEVS OPTIMVS MAXIMVS infinita ſua clementia ſub hoc nomine non reſpuit exorari *lib. 2. Regum cap. 7. Ego ero ei in PATREM, & ipſe erit mihi in filiũ.* Ierem. *cap. 3. Ergo ſaltem amodo voca me PATER meus, Dux virginitatis meæ tu es*, ac ex Apoſtolorũ Principe in *Can. Quicũque 12. cauſ 11. q. 3.* notatur, *& PATREM omnium exacerbat Deum.* & Divo Paulo *ad Corinth. lib. 1. cap. 8. lit. B. nobis tamen unus Deus PATER*, Quodque reſpectu chriſtianæ religionis *Sãctus Auguſtinus* ex vi Dominicæ Orationis exaggerat *de ſermon. Domini in monte lib. 2. ſub.*
63 *cap. 7. lit. F. tom. 4.* & rationem attulere *D. Chriſoſtom. PATREM* inquiens, *ſe magis voluit dici, quam Dominum, ut fiduciam daret impetranti; quia ſeruũ non ſemper impetrant.* ac Divus Bernard. *Oratio*, ſubdens, *Qua PATERNO dulceſcit nomine, omnium petitionum noſtrarum impetrãdarum fiduciam mihi praſtat*, ut penès *Divum Bernardin. Senenſ. in ſermon. 1. poſt Ciner. ferm. 6. ſub cap. 1. tom. 1.*

Ad cæterorum igitur filiorum exemplar, ac vi ſaltim pęnæ Parentibus quoque conciliandum obſequium ab omni prorſus in hac cauſa, in ingratum filium Senatum deflectere neceſſum ducimus æquitate. xviij. kalẽdas Iunij M.DC.LXIII.

Iuxta

Iuxta deſuper firmata, nominationis, uti non veræ, nulla prorſus habita ratione,ad primigeniti diffinienda Iura,in ſuperioribus diſſertationibus diſpuncta, ſic Senatus ſtatuit progrediendum.

Die 18.menſis Maij 1663.Neapoli.

In cauſa D. Benedicti, & D. Michaelis Vaaz, fratrum filiorum quondam Georgij olim Regij Secreti, & Magiſtri Portulani Provinciarum Baruli,& Capitanatæ,cum Regio Fiſco,ſuper prætenſa ſucceſsione in dicto officio Regij Secreti,& Magiſtri Portulani virtute ampliationis; videlicet ſupradictus D. Benedictus vigore prætenſæ nominationis, in ejus perſonam factæ per dictum quondam Georgium in actis præſentatæ, & ceſsionis factæ per dictum D Machaelem in beneficiū ipſius D.Benedicti;& prædictus D.Michael, uti primigenitus non obſtante dicta ceſsione per ipſum facta in beneficium dicti D.Benedicti,ſtante abſolutione Iuramenti prædicti inſtrumenti ceſsionis, ut in actis.

Viſis actis per Dominum Militem V. I. D. D. Ioſeph Filiū Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium, factaq; per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera, coram alijs Dominis Præſidentibus illius, auditis partibus, eorumque advocatis fuit per Cameram ipſam Conſ. proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur,quod nulla habita ratione prætenſæ nominationis præſentatæ pro parte D. Benedicti Vaaz in eius perſonam, procedatur ad expeditionem cauſæ reſpectu prætenſæ ſucceſsionis per Dominum Michaelem Vaaz primigenitum, & prætenſæ ceſsionis per dictum D.Benedictum obtentæ ab eodem D.Michaele, hoc ſuum.

Io:Bozzauotra Actuarius.

Hoc autem decretum, cum ex pluribus exceptionibus D. Benedicti Advocatus nullum dixiſſet, ac nos eas minimè obſtare demonſtraremus, cauſam tranſactione decidendam ſingulari ſtudio D.Benedictus petijt, rogauitq; non modo primigeniti litem legitimæ ſucceſſionis Iure officium poſtulantis, (quod equidem parui habendum non erat) ſuo oneri aſſumens;ſed ejuſdem muneris integrum fermè referens pretium; Cum etenim duodecim mille

aureis

aureis priùs officiũ, (ut diximus) venditum foret,& pro ampliatione, (pro quà præſens vigebat contentio) tunc temporis,anno ſcilicet MDCXVI. quatuor mille Comes Molæ exolviſſet, quorũ reſtitutioni,in victoriæ quoq; eventu Fiſcus fuiſſet obnoxius,quibus, ſi id quod intererat jungẽdum eſſet,longè quantitatem duodecim mille aureorũ exceſſiſſet; ut Iuris potiùs quæſtionẽ vincere, quam compendium Fiſcus facere videretur : alios itidem aureos quater mille pro litibus(ut ipſe D.Benedictus inquiebat)dirimendis,Ærario ſe daturum ſpopõdit. A quà oblatione cum omnimodò abſtinẽdum inſtetiſſemus, Iudicatæ Rei in ſimilibus controverſijs decernendis magis auctoritatem pendẽdam,quam præſens emolumentum contendentes; præſertim, nè ſupra debilem primigenitum aſtuto fratri fiſcalem auctoritatem contribuere diceremur: ac nè quoq; aſſeri unquam poſſet ſuper falſi ſcelere fiſci patronum tranſactionem inijſſe; quin potiùs omni poſthabito expromiſſionis commodo ab eadem pro poſterorum potiſſimum exemplo egregiè abhorruiſſe: Excellentiſſimum idcircò,inſignemq; clementia Proregem Dominum Peñerandæ Comitem ſupplex D.Benedictus adijt, aureoſque alios mille pollicitus, huiuſcemodi impetravit reſcriptum.

Hauiẽdo D. Benedito Vaaz preſentado al Conde mi Señor el incluſo memorial con la offerta que la compañia, en que haze inſtançia ſe eſecute la tranſaçion,que propuſo en la Camera por la pretençion del Fiſco en el officio de Maſtro Portulano de la Prouincia de Bari, y Capitanata,hauiendo dado entencion de pagar mil ducados mas de los quatro mil,que ofreçio en el Tribunal,y attendiendo S.E.a la dilacion, que ordinariamente trae conſigo el deſpacho de pleytos, y que la Corte puede valerſe prontamente de eſta cantidad, me hà mandado decir à V.S.tracte de effectuar eſta tranſacion,no hauiendo enconueniente,Dios guarde à V.S.Palatio à 31.de Mayo 1663.

Quapropter re in Senatu non parum agitata, diſcuſſaq; tandem tutiori ſententia Ærarij prævaluit neceſſitas, & nos fato ceſſimus, nè cauſæ fatum in nos converteretur; ut indè & quinque millium aureorum oblationem, cæteraſque circumſtantias admittendas celebri fuerit conſultatione cenſitum,ut ſic conformis Prorex reſcripſerit.

El

El Conde mi Señor hà viſto la Conſulta de la Règia Camera de 8. del corriente, en que le rapreſentà, quē hauiendoſe viſto la oferta de tranſaçion, que ha hecho D. Benedito Vaaz de cinco mil ducados por las pretenciones, que tienē el Fiſco, en el officio de Portulano de las Prouincias de Bari, y Capitanata, es de parezer el Tribunal ſe admita la tranſaçion en coformidad del oferta, y en virtud della ſe haga la enteſtacion de dicho officio en la perſona de dicho D. Benedito, quedando enteramente ſaluas las razones, que pretenerēn ēn dicho officio à D. Miguel Vaaz, primogenito de Iorge, por cuia muerte vaca el officio, a las quales por la preſente tranſaçion no ſe haga precuiçio alguno, y cautelādoſe el Fiſco, que en caſo el dicho primogenito obtinieſſe ſentençia à ſu fauor en todo, ò en parte D. Benedito no pueda pretender la reſtituçion de dichos cinco mil ducados, ni de qualquier otra coſa; de manera que la Corte por la preſente tranſacion no ſea tenido a coſa alguna; quedando en piè a beneficio del Fiſco las ſignificatorias deſpachadas contra Iorge Vaaz ſu herençia, y bienes proprios, y conſermandoſe S.E. en todo con la conſulta, y parezer del Tribunal me hà mandado auiſarlo à V. S. à finque executè la Camera la tranſacion, y ſeguiendo el pagamento en la forma offrecida, ſe den a D. Benedito los deſpacho neceſſarios para la enteſtacion, y poſeſsion del officio de Portulano de Bari, y de Capitanata. Dios guarde à V. S. Palatio 10. de Iunio 1663.

SVMMÆ.

1 *Ratio rem efficit diuturnam.*
2 *Veritati nemo præſcribit.*
3 *Iuſtitiâ armis indui quemquè oportet.*
4 *Ratio innixa Iuſtitiæ, militantibus præbet victoriam.*
5 *Peregrini ſunt diligendi,*
6 ... *nutriendi.*
7 ... *hoſpitandi.*
8 ... *ac uti indigenæ beneficijs obſtringendi.*
9 ... *non affligendi.*
10 ... *æqualiter ut Cives judicandi,*
11 ... *ac mitiùs quoq; puniendi.*
12 *Cives in propria patria officia nequeūt communi Iure appetere.*
13 ... *prout Hiſpani, ſed de veritate inferiùs nu. 32. & 33.*
14 *Magiſtratus, Advenas eſſe debere, qui ſenſerint.*
15 ... *quique comprobarunt exemplo, & ſub nu. 23.*
16 ... *nè concivi odio ſint.*
17 ... *ſive illorum affectu à Iuſtitia deflectant.*
18 ... *ut juſta decernant, quæ debeant vitare,*
19 ... *quæq; in propria tamen patria vix poſſunt effugere.*
20 *Fiſci patronus nequibat eſſe provincialis.*
21 *Externos quamplures Italiæ provinciæ eligunt in Iudices.*
22 ... *alliciendos qui putarint.*
23 ... *quique Principes imitatione firmarunt.*
24 ... *quodq; Romanis, aſſertur cōtuliſſe;*

ſe; & ſub num. ſeq.

25 . . . *prout aliquoties hoc idem expoſtulat neceſſitas.*

26 *Annibalis dictum de vero Cive ,*

27 . . *ac Nevizani.*

28 *Viro probo cunctus orbis eſt patria. Cives non exteros ad publica officia probatur evocandos .*

29 *Iure diuino.*

30 . . *Pontificio.*

31 . . *Politico.*

32 . . *communi Romanorum.*

33 . . *Hiſpano.*

34 . . *Siculo.*

35 . . *Patrio.*

36 . . *quamvis aliqualem poſtmodũ declarationem receperit.*

37 *Magiſtratus, ſubditorumq; unitum deberet eſſe Idioma .*

38 *Patronum Clericum præſentare decet, qui patriæ linguam intelligat, ipſiuſque intelligatur.*

39 *Regula 19. Cancellariæ de Idiomate comprobatur.*

40 *Cives patria præſumuntur Iura ſcire, & conſuetudines. .*

41 . . *ſecundum, qua primo Ius ferri debet.*

42 . . *quod publicæ rei maximè intereſt.*

43 *Iudices olim exteri, patria Iura cum neſcirent, ſervare deſierunt.*

44 *Converſatio bona electum indicat operationis initium.*

45 . . . *ex ea alicuius virtus , ac animi dignoſcitur propenſio.*

46 . . *mala mores corrũpit, & ſub n. ſeq.*

47 . . *Divi Cypriani mirabili comprobatur ſententia.*

48 . . *Pecora morboſa, cũ ſalubribus nequit quis paſcere.*

49 *Malus, uel unus, multos inficit.*

50 *Ex peregrinis exercitiibus, multa mala Romanis, aliiſque obvenere.*

51 . . . *ut Anglis, & Gallis .*

52 . . . *Hebraiſque, qui, ob externas fœminas Idolorum Cultores evaſerunt , & ſub num. 53.*

53 *R. P. Athanaſius Kirchtrius commendatur.*

54 *In peregrinos ſalutare dictum expenditur.*

55 . . . *prout Cornelij à Lapide.*

56 *Vxores peregrinas minimè ducendas ex ſacra elicitur pagina.*

57 . . . *quemadmodum Romani interdixere.*

58 . . . *ſicuti Athenienſes, etiã pro Regibus lege lata.*

59 . . . *ac Martini Mageri ad hoc inducitur ratio.*

60 *Veſtes etiam peregrinæ, antiquitùs vetita.*

61 *Alienigenas ab indigenis , diviſit Solon.*

62 . . . *iiſq; Romani togæ vſum prohibuerunt.*

63 . . . *ac Peregrinum Prætorem conſtituere.*

64 . . . *eorum Conſilia prava*

65 . . . *Conſtitutio Non hæreditarium expenditur.*

66 *Indigenæ extraneis præſumuntur fideliores.*

67 *Exteros à Civitatis arcanis prohibere oportet.*

68 . . . *Cyri, aliorumq; principum, probatur exemplis.*

69 . . . *prout contrarium , qui ſentierunt, peſſundati ſunt.*

70 *Hoſpes murum ne aſcendat.*

71 *Patria cuique eſt dulcis .*

72 . . . *commendatiſſima.*

73 . . . *cæteris carior.*

74 . . . *cunctiſq; præſtantior.*

75 . . . *ferìſmet ipſis.*

76 *D. Nicolaus Antonius commendatur.*

77 *Patria ſemper carere nil triſtius.*

78 . . . *Vlyſſes , ut Ethnicus illam præpoſuit æternitati .*

79 . . . *Eam derelinquere impium eſt .*

80 . . . *Eius affectus parentum æquatur amori,*

81 . . . *quinimò in pari cauſa, eumdem ipſum ſuperat;*

82 . . . *cum plus in nos, quam parentes Iuris habeat.*

83 . . . *omnibus præſtat officiis.*

84 . . . *charitatumq; omnium cumulũ continet.*

85 . . . *pro ea licet mortem ſubire , & num. 87.*

prout

Google

86 . . . *prout plures digniſsimi Cives effecere.*

87 . . . *noſtrorũq; probatur auctoritate.*

88 . . . *ob illius creditum amorem exteris idcircò cives præferuntur.*

89 *Civem unum ſervare tutiùs, quàm multos hoſtes prehendere.*

90 *Corona ob Cives ſervatos civica, ſivè querna dicebatur.*

91 . . . *à Tiberio recuſata, à Claudio libenter accepta.*

92 . . . *à patria metipſa, benemerentibus de ſe civibus donatur.*

93 . . . *Illorum etiam poſt obitum.*

94 *Patria, exteros civibus anteponens, in tyrannidem dicitur incidere.*

95 *Civibus munera exteris poſthabitis, contulerunt Athenienſes, ac Lacedæmones.*

96 *Romani.*

97 *Abbates.*

98 *Carthaginenſes.*

99 *Germani.*

100 *Hiſpani.*

101 *Aragonenſes præſertim.*

102 *Neapolitani, Siculi, & Luſitani.*

103 *Navarri.*

104 *Galli.*

105 *Helvetij.*

106 *Brittanni.*
Pandoni.
Hunni.
Longobardi.

107 *Moſcovitæ.*

108 *Chinenſes.*

109 *Epidaurij.*

110 *Scytæ, Scythotauri, Caphaſantes, & Seres.*

111 *Veneti.*

112 *Hollandenſes.*

113 *Belgæ perindè cuncti.*

114 *Germaniæ Vrbes complures.*

115 . . *prout quamplures Italiæ.*

116 *Civitatis Ius Lacedæmonij, atque Athenienſes ferè nunquam cõceſſere.*

117 . . . *quẽadmodum Romani ante Claudij orationem.*

118 . . . *ac Auguſtus parciſſimè.*

119 *Sicuti ante Cannenſem cladem, penitùs fermè interdicebatur.*

120 *Hebræi à Regno Frãciæ expulſi fuere.*

121 . . *prout à Sereniſſimo Ferdinando Rege Catholico.*

122 *Seditiones ex alienigenis, ut plurimũ exortæ.*

123 *Exteri quamplures in civitates recepti, indigenas expulerunt.*

124 *Cives alienigenis, & in beneficijs, & in officijs regulariter præferendos, multiplici comprobatur auctoritate.*

125 *Hoſpitalitas ſat apud veteres recepta.*

126 . . . *& ex ea germani præſertim commendati.*

127 *Humanior ſententia eſt ſemper amplexanda.*

128 . . . *cæteris tamen paribus.*

129 *Leges finales, C. de offic. rector. & de crimin. ſacril. enucleantur.*

130 . . *in deſuetudinem incidiſſe Cuiac, teſtatur.*

131 *Exteri nunc quoque amicitias exquirunt, ac neceſsitudines.*

132 *Cives apud nos mediocribus in ciuitatibus, locisuè eligi nequeunt magiſtratus, & num. 137.*

133 *Exteri penitùs, Regiq; noſtro non ſubiecti, nec deliguntur.*

134 *Iudicis Taſsoni intellectus ad Capit. Regni, Et cum nihil impugnatur.*

135 *Cives ut ad adminiſtrationem rerum ad civitatem pertinentium evocentur.*

136 . . *etiam inviti.*

137 . . *niſi iuſtè excuſentur.*

138 . . *à iuſtitia autem muneribus excluduntur.*

139 . . *niſi ſcientia eminerint, ac cõſcientia.*

140 . . *etſi locumtenentes crearentur.*

141 . . *dummodò per modicum tempus non fuerint electi.*

142 . . *ſivè dierum quindecim, vel viginti.*

143 . . *ad minores etiã idcircò magiſtratus non admittuntur.*

144 . . *nec Actorum Magiſtri creantur.*

145 . . *Vniuerſitatibus tamen cõtradicentibus.*

146 . . *in amplis Ciuitatibus ad Iuſtitiæ*

munera recipiuntur, & num. ſeq.

147 . . *Roma quot Vrbi deſtinati prætores.*

148 . . *Neapoli, uti Vrbe in ampliſſima, proprÿ cives Iuſtitia quoq; leguntur magiſtratus.*

149 . . . *& ratio affertur.*

150 *Contrariorum eadem dicitur diſciplina.*

151 *Cives in locis ſat parvis Iuſtitia munia valent exercere.*

152 *Portulani Provinciarum Barÿ, & Capitanatæ officÿ affertur præminentia.*

153 *Iudex recuſatur ex capite inimicitiæ.*

154 . . *ex ſanguinis coniunctione.*

155 . . *ex affinitate.*

156 *Exteros admittere prolapsã deſignat Rempublicam.*

157 *Indigenæ cõtemni ſe exiſtimant, quũ ab alienigenis reguntur.*

158 . . . *ac libẽtiùs ſui generis vilis etiã conditionis parent hominibus.*

159 . . . *cũ ab externis Regi, maledictionis ſpecimen dijudicetur.*

160 *Exteros inſignis virtutis ad ſuperiora itidem munera exercenda, & cogere, & appetere oportet, & ſub nu. ſeq.*

161 *Hermodoti, aliorumque comprobatur exemplo.*

162 *Patria nobiliſſimi viri ad ſuprema etiam Regimina evecti.*

163 *Romano cunctis ſubiectis Imperio M. Antonius Philoſophus, ſivè Antoninus Pius Ius conceſſit Civitatis.*

164 . . . *& ad id l. in orbe Romano 17. D. de ſtat. homin. inducitur.*

165 *Coniugia exindè inter cives, ſubiectoſue promiſcuè licebant.*

166 . . . *ac fideicommiſſa quoque eiſdem ſubditis reſtituebantur.*

167 *Albinatum Ius apud Gallos, prout Romanorum ſubiectos non obſtringit.*

168 *Roma communis eſt Patria.*

169 *Orbis dicebatur Romanus, Romanum imperium.*

170 . . *prout Illyricum.*

171 . . *& Aſſyrium.*

172 *Regi noſtro ſubiecti exteri, aut peregrini inter ſeſe nequaquam exiſtimandi.*

ARGVMENTVM.

Peregrini, & Advenæ diligendi ſanè ſunt, & amplexãdi; cum maximopere illuſtres præſertim homines deceat hoſpitalitatem; verumtamen licèt nõ nulli ad Civitatũ munera eos recipiendos ſenſerint, ex crebriori tamen ſententia, omnique ferè Iure fulcita, præteritarumq; rerum exemplis, ac provinciarum quoq; moribus illuſtrata, iiſdẽ exteris ſaniùs indigenas, ſecuriùſq; oſtenditur præferendos uti ex invincibili erga Patriam, dulciſſimaque charitate obſtrictos, ſivè mutuo eiuſdem patriæ amoris nexu, gratiq; animi ſecuritate allectos; & potiſsimũ, cum ampliſſimis in ciuitatibus ad Ius reddendum adſciſcerentur, in quibus eà, quæ in mediocribus Vrbibus, Oppidiſq; ſunt apud nos ſancita, cõſuetudine noſcuntur, ac ratione nõ vigere. Inſignis pariter, eximiæq; virtutis viros extra ordinem in hac re tractãdos: quemadmodum neutiquã penitùs alienigenas, (Romani dominatus, orbiſuè inſtar,) eidem potẽtiſſimi noſtri

Regis

Regis ſubiectos Imperio, credimus habendos.

PRO REGIO FISCO.

C V M

Magnifico Emanuele Cagiano.

Diſſertatio XXIX.

1 CVm nihil poſſit eſſe diuturnum, niſi cũ SVBEST RATIO, ut *Quintus Curtius* inquiebat *de geſt. Alex. lib.* 1. amat etenim ratio veritatem, *Cui* teſte Tertulliano *de virg. veland. in prin-*
2 *cip. NEMO praſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinium perſonarum, non privilegium Regionum*, quodq; venuſtè complexus eſt *Plato* penès Laert. in eius vita lib. 3. *Praclarum*, inquiens, *quiddam eſt veritas, atq; durabile*; meritò Provinciarum Barij, & Capitanatæ portulaniæ quæſitum VERSVTIA munus, breui non niſi tẽpore meruit D. Benedictus Vaaz retinere; namq; improviſa cum lethi vis rapuit: ut palam fieret, nequaquam adverſus fiſcum, fratremvè bonis artibus actionem intendiſſe; ſivè Iuſtitiæ prout
3 decebat fuiſſe indutum armis, ut rectiſſimè *Iob cap. 29.* dicebat, *IVSTITIA indutus ſum, & veſtivi me, ſicut veſtimento, & diademate, IVDICIO MEO.*

Quemadmodum, ut adverſus gracilem impij ſpem, iuſti è converſo perpetuitatem deſignaret, Salomon *ſapient. cap.* 5. edixit, *Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea IVDICIVM certũ, ſumet ſcutum inexpugnabile ÆQVITATEM.*

Hinc vulgo circumfertur gladium, ad vi-
4 ctoriã nanciſcendã, Comitem ſibi rationem adſciſcere, neceſſum eſſe; ac ſeriùs Titus Liu. *lib. 21. num. 10.* aiebat *Eventus belli, velut ÆQVVS IVDEX, undè Ius ſtabat, ei victoriam dedit*, ac Propert. *lib. 4. eleg. 6.* de pugn. acticor.

Frangit, & attollit vires in milite CAVSSA:
Qua niſi IVSTA ſubeſt, excutit arma pudor.

Et ex Euripide hæc adnotavit verba *D. Io: Solorzan. de Indiar. Iur. lib. 3. cap. 2. nu. 23. tom. 1. INIQVA bellans bella, ſalvus haud redit*; ſed Sancti Bernardi *in exhortat. ad milites tẽpli cap. 1. to. 4.* digniora ſunt verba, *SI BONA fuerit cauſa pugnandi, pugna exitus malus eſſe non poterit*. ſicuti *Divi Auguſtini epiſt. 192. oper. tom. 2. Quia quando pugnatur, DEVS apertis oculis ſpectat, & partem, quam inſpicit IVSTAM, ibi dat PALMAM.* cætera congerunt *Iuſtus Lipſ. 5. politicor. cap. 3. Io: Boter. lib. 3. de rat. Stat. cap. de iuſt. cauſa, & de polit. illuſtr. lib. 9. c. 7. de bona cauſa, Symanc. de Republic. lib. 9. cap. 15. nu. 17. Simon Maiol. dier. Canic. to. 3. colloq. de bellor. eventib. colum. 1. pag. 697. D. Reg. Valenz. in diſcur. de Iur. ſtat. & belli p. 2. conſiderat. 22. nu. 16. & ſeq.*

Mors igitur D. Benedicti Vaaz cum nobis innotuiſſet, ex præcepto Excellentiſſimi Domini Proregis D. Petri Antonij ab Aragonia ſolertiſſimè, pijſſimèque Regni clauum ſuſtinentis, fiſci itidem tunc temporis patrocinium explentibus, ad officij venditionem, tanquam ad Curiam iuſtiſſimè reverſi, inſtetimus deveniẽdũ: primigeniti D. Michaelis Vaaz petitionibus penitùs ejectis, quippè qui, (ut haud imprudenter curavimus conſcire) cuncta ejus Iura eidem D. Benedicto defũcto fratri ampliſſimè ex publico remiſerat documento: muneris idcircò fuit decreta diſtractio, quodq; præuijs ſolẽnibus magnifico Emanueli Cagiano vltimo licitatori remanſit addictum; ſed cum gerendæ adminiſtrationis demanderentur literæ, emptorem Cagianum Regni exterum eſſe, compertum fuit: quamobrem ingenuè in Civium, Regniq; noſtratum perniciem, nequa-

Digitized by Google

quam extero homini tanti ponderis
officium tradendum poſtulavimus;hi-
ſce Iuris principijs aſſumptum,(cõtra-
rijs priore loco diſpunctis)firmare co-
nati.

Quamvis etenim Advenas, ac peregri-
5 nos, & amplexandos, & quám maxi-
mè diligendos edoceamur Exod.cap.
23.lit.B.*PEREGRINO moleſtus nõ eris:
ſcitis enim advenarum animas,quia &
ipſi peregrini fuiſtis in Terra Ægypti.*
Levit.cap.19.in fin.*Si habitaverit AD-
VENA in terra veſtra, & moratus fue-
rit inter vos, non exprobretis ei;ſed ſit
inter vos quaſi indigena: & diligetis
eum quaſi voſmetipſos; Fuiſtis enim &
vos advena in Terra Ægypti.* eoſque
6 decimis nutriendos Deus idem O.M.
iuſſerit Deuteron.cap.10.lit D.*DEVS
magnus, & potens, & terribilis amat
PEREGRINVM, & dat ei victum, atq;
veſtitum:& vos ergo amate peregrinos,
quia & ipſi fuiſtis aduena in terra Ægy-
7 pti.*ac Divus Paulus *ad Roman.cap.*12.
*lit.C.*Hoſpitalitatem ſectari præcepit,
& ad Hebræos cap.13.in princip.*Ho-
ſpitalitatem,*quoq; dixit *nolite oblivi-
ſci; per hanc enim placuerunt quidam
Angelis hoſpitio receptis*, comprobat
diſſertè ex multis *Caſſan. in catalog.
glor.mund.part.*11. *conſid.*46. *per tot.*
ut exindè *Cardinal. Vgo de ſanto caro*
edocuerit peregrinos ad hoſpitium
non ſolum vocandos, imò etiam tra-
hẽdos eſſe *in Evang.Divi Luc.cap.*24.
*pag.*275.*lit.A.tom.*6.Ac proindè Cæ-
leſtianum virum amabiliſſimum,Chri-
ſtiq; fidelem ob Carthagenis excidiũ
peregrinum, à Theodoreto Apellio-
ni enixè cõmendatũ fuiſſe refert *Card.
Baron.annal.tom.*6. *anno Domini* 440.
*pag.*3.*lit.B.&C.* Vt *Caſſiod.* de benefi-
cijs exteris præſtãdis præfecto præto-
rio epiſtolam ſcripſerit *variar.lib.*12.
8 *epiſt.* 9. *Pietate*, inquiens *plenum eſt,
PEREGRINAM GENTEM publicis be-
neficijs obligare,& non tantum conſan-
guineos ad ſubſtantia lucra mittere,
quantum ipſos quoq; ADVENAS invi-
9 tare.*Vnde rectè peregrinos,nõ modò
non contriſtandos, nec affligendos,
etiam ex divino firmauerit oraculo
10 *Renat.Choppin.de doman.francia lib.*
1.*tit.*2.*ſub nu.*26. ſed ijs æque, ac in-
digenis iuſdicendum,annotauerit *Phi-
lipp.Knipſchildt.de Iur.univerſ.lib.*2.
11 *cap.*8.*nu.*113.Quinimò mitiùs pro cri-
minibus puniendos *Petr.Erod.rer.iu-
dic.lib.*8.*cap.*8.

Noſtroq; iure id non modò fulciri vide-
tur, & peregrinos alliciendos,eiſque
publica munera conferenda; ſed è cõ-
12 verſo pariter officia in propria Pro-
vincia cives appetere,ſacrilegij quod-
ammodò inſtar cenſitum eſſe in *l. fin.
C.de crimin. ſacrileg. Nè quis* (reſcri-
bentibus Cæſaribus) *ſine ſacrilegij
crimine deſiderãdum intelligat geren-
dã, ac ſuſcipiẽda adminiſtrationis OF-
FICIVM intra eam provinciam, in qua
PROVINCIALIS, & CIVIS habetur.
Nulliq;* (Imperator Anaſtaſius ſanxit,)
*PATRIÆ SVÆ adminiſtratio, ſine ſpe-
ciali permiſſu Principis permittatur,in
l.fin.C.de offic.Rector.* concordant tex.
in *l ſi eadem* 3. *D. de offic. aſſeſſ. l.ſi cui*
38. *D.ex quibus cauſ.maior. l.in Con-
ſiliarijs* 10. *C.de aſſeſſor. l.nullus* 3. *C.
de diverſ.offic.& apparit.lib.*12.

Quodq; Hiſpanum Ius amplexum vide-
13 tur in *l.*11. *tit.*18.*par.*1.*l.*10.*tit.*2.*l.*4.
*tit.*6.*lib.*3.*recopilat.* patriũq; noſtrum
ſtabiliviſſe *in Cõſtit.Iuſtitiarij per pro-
vincias & Conſtit.magiſtri Camerarij
verſic.qui non ſint,* ibiq; *Afflict.in cit.
conſtit.Iuſtitiarij per provincias ſub
num.*5.

Vt in hanc ſententiam *Camillus Borrellus*
evocaverit *Accurſ.Innocent.Bart.Rom.*
14 *Io:Monac. Alexand.Iaſon.Dec. Franc.
Marc. Carol. de Graſſ. Lancellott. Lu-
dovic.Gomez,Conrad.* alioſq; *de magi-
ſtrat.edict.lib.*1.*cap.*5.*num.*1.*cum ſeq.*
ante eum, & poſt *Paridem de put. de
ſyndic.cap.ſtatutum Civit.nu.*4. *Theſ.
deciſ.*268.*nu.*1.*Caſtill.Bovadill.polit.
lib.*1.*cap.*12.*nu.*23.*tom.*1. ex *Luc.de
Penna, Io: de Plat. Marſil. Avendan.
Avil. Simanc.& Ant.Sala, Maſtrill.de
magiſtrat.to.*1.*lib.*2.*cap.*7.*n.*1.*D.Epi-
ſcop.*

*ſcop. Ricc. deciſ.*180. *num.* 8. *part.* 4.
15 Ac exin rectè *Franciſ. patritius de inſtit. Reipubl. lib.* 3. *cap.* 2. *& Melchior Iunius qq. polit. part.* 1. *q.* 15. *Zipaus Iud. magiſtr. lib.* 1. *cap.* 36. *Ianus Langlaas in ocio ſemeſtr. lib.* 7. *cap.* 10. *pag.* 379. *ſub verſic. ſed cur vnum, Solorzan. de Indiar. iur. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 48. *tom.* 2.
quibuſdā provincijs placere affirmant,
magiſtratus omnes, qui Iuri præſunt
dicundo, ditionemque in ſontes exer-
16 cent, peregrinos eſſe debere; ſivè, ut
inter concives, & inimicitiæ, & ſimul-
tates vitentur, cum Cives in Civem
17 videant animadvertere: ſivè nè intra
ſeſe ad gratiam, elementiamq; impar-
tiendam, (quod in peregrinis non fa-
cilè veretur) procliviores indigenæ ef-
ficiantur: cōmiſerationem etenim ex-
citant, affectuſq; movent uxorum, ami-
corum, cæterorumque ſimilium indu-
ctiones, ut ex *Hermogene Tharſenſi*
notavit *Rorrell. loc. cit. n.* 28. undè, vel
Antonini philoſophi tutiùs erit conſti-
tutionem amplecti penès *Dionem*, ut
nemo imperio, vel poteſtate ſit apud
eam gētem, ex qua ortus eſt; vel Cleo-
nis ſententiam, de quo hæc *Platarch.*
verba fecit in *pracept. gerend. Reipubl. pag.* 806. *lit. E. Cleo enim ad Rempublicam ſe collataras, conductis in unum amicis ſais, amicitia eorum renunciavit; qaod ea in republica perſapè à recta, ac juſta volantate animum everteret, atque emolliret.* & diſſertè *Fabius Quintilian. Inſtit. Orator. lib.* 6. *cap.* 2. *circa princip.* id ſic perbellè explicuit
Omnem inquirenda veritatis rationem Iudex amittit, occapatas affectibus: aſtu fertur, & veluei rapido flumini obſe-
18 *quitar*, Iudiceſq; proindè, ad recta ferēda iudicia ab animi oportere paſſionibus abſtinere, *Boetius de cōſolat. philoſop. lib.* 1. *in fin.* his verſiculis edocuit.

Tu qaoq; ſi vis
Lamine claro
Cernere veram,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato,
Nec dolor adſit,
Nabila mens eſt,
Vinctaq; frenis
Hac vbi regnant.

& graviùs ex *Iſidor.* & *Divo Hieronymo* colligitur *in Can. quatuor* 78. *& Can. quicamqae* 79. *cauſ.* 11. *q.* 3.
Quæ, in propria Patria ſi Ius tulerint, non
19 tam facilè aſſequi valebūt, vbi nuſquā
vel Adverſarij deſunt, vel Amici, con-
iunctiq; erga quos propēſio omnis, af-
fectuſq; præſumitur *Alciat. de praſum. par.* 1. *praſumpt.* 37. *Simanch. de Republic. lib.* 8. *cap.* 6. *Petr. Gregor. eod. tract. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 9. *ſub verſic. diſputatam eſt, Bovadill. politic. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 23. *Anton. Sola ſuper Conſtit. ſabaad. tit. de Caſtell. §. praeterea nu.* 1. *& ſeq. Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 2. *&* 3. *Barboſ. in collectan. ad cit. l. fin. C. de offic. rector. proa. nu.* 2. *D. Reg. Rouit. prag.* 7. *n.* 4. *de offic. Iadic. D. Iudex Petra in Rit. M. C.* 63. *num.* 7. *tom.* 1. ante eum *Novar. deciſ.* 54. *nu.* 2.
Vt plus quam arduum exindè, pro co-
ronidè *Caſſiodorus* putaverit Ius in pa-
tria dicere, *Vbi neceſſe eſt, aac gratiam parentela provocet, aut odium longa cōtentiones exaſperent var. lib.* 1. *epiſt.*
3. Quæ cūcta etiam ad fiſci patronum
20 protrahere dignū putavit Iulius Pau-
lus *lib.* 5. *ſentent. tit.* 12. cum dixit, *In ea provincia, ex qaa quis originem ducit, officium FISCALE adminiſtrare prohibetar, ne aut GRATIOSVS, aac CALVMNIOSVS apud ſuos eſſe videatar.*
annotaruntq; *Barnab. Briſſon. de verb. ſignif. in verb. officium, Caſtill. Bovadill. politic. lib.* 1. *tom.* 1. *cit. cap.* 12. *nu.* 23. *lit. D. & D. Io. de Solorz. de Indiar. Iar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *ſub nu.* 48. ante
eum *Ianus Langlaus in ocio ſemeſtr. lib.* 7. *cap.* 10. *pag.* 379. Quibus ductas ra-
21 tionibus, complures Italiæ provincias
(ut mox *nu.* 15. annuebamus) eiuſmo-
di magiſtratus externos accerſere cō-
ſueviſſe teſtatur *Caſſan. in Catalog. glor. mund. part.* 11. *conſiderat.* 22.
quodq; *Scipio Amiratus lib.* 11. *diſſert. polit.* 6. *pag.* 153. quem ſequuntur
Gaſpar Klok de arar. cap. 111. *nu.* 8. ac
Maximil. fauſt. in conſil. pro arar. claſſ. 20. *ordinat.* 1580. graviter affir-
22 mat, ex alijs nempè Civitatibus Ad-

venas

venas alliciendos, varijſque artibus.
admonens attrahendos; præteritarũq;
rerum id comprobat exemplis *Camill.*
Borrell. cit. cap. 5. de magiſtrat. edict.
nu. 1. cum plur. ſequent.

Hinc generaliter externos ad proprias
23 Civitates implendas, exornandaſque
invitandos, ſcitiſſimos Principes eru-
dimur imperaſſe, uti Theſeum apud
Plutarchũ in eius vita peregrinis om-
nibus evocatis Athenienſiũ Vrbem to-
tius Greciæ florentiſsimam effeciſſe: ſic
Alexandriam à magno conditam Ale-
xandro, propter ampliora ab eodẽ ex-
teris tributa privilegia, ampliſſimã ſert
evaſiſſe *Quintus Curtius de geſt. Alex.*
lib.4. cap.8. alias 21. cumque imitatum
Richardum Angliæ Regem ob contri-
butas civibus, peregriniſque Æqua-
lance immunitates, Londinum & opi-
bus, & populis locupletem reddidiſſe
tradunt *Maximil. fauſt. cit. ordinat.*
1580. ac *Klokius cit. cap. 111. de arar.*
num. 14. prout Caſimirum Regem M.
Poloniam frequẽtiorem, & cultiorem
ex inductis ibidem cum ſuo Iure Teo-
tonis *Arniſaus in tract. doctrin. Polit.*
in method. Ariſt. cap. 6. num. 3. circa
princip.

Ac (nè venerabilem Romanorum præ-
24 termittamus vetuſtatem) Romulum
(auctoribus *Plutarc. & Dionyſ. Hali-*
carnaſſ.) memoriæ eſt, Vrbem Romam,
non ex uno hominum genere; ſed ex
Albanis, populiſq; finitimis, ac pere-
grinis perauxiſſe, prout ejus ſucceſſo-
res, hac etiam vſos arte, ex innumeris
Civitate donatis, ijſque etiam, quos
bello vicerant, fœderibus initis, va-
ſtiſsimè eorum Imperium dilataſſe,
quod Cicero venuſtè expreſſit in *Orat.*
pro L. Cornelio Balbo, illud aiens *ſine vl-*
la dubitatione maximè noſtrum funda-
vit Imperium, quod Princeps ille Crea-
tor huius Vrbis, Romulus fœdere Sabino
docuit, etiã HOSTIBVS RECIPIENDIS
augeri hanc Civitatem oportere.

Quinimmò ſæpiùs alicujus Reipublicæ
25 conditionem poſtulare *Philipp. Kni-*
pſchildt de iurib. univerſ. monuit ad-
mitti peregrinos oportere; quod in
ea deveniri poſsit tempora, ut faſces
expediat advenis deferri; cum publi-
cus ſcilicet ſtatus ab indigenis pertur-
batus externi alicujus, (quod à civibus
excipere nequit) præſidium expoſcat
præſentiſſimum *lib.2. cap.8. num. 111.*
florẽtinorum id firmans exemplis, qui
pro republica eorum reſtauranda, ſe-
ditionibus iam labefactata, tùm Ro-
berti noſtri retro Regis, tùm Caroli
Calabriæ Ducis Imperio ſe commiſe-
re; prout ſæpiſſimè Poloni ad coæqua-
lem inter ſe cõſervandam libertatem,
alienos Principes ſibi adſciſcunt in
Regem *Io: Herboe. in chronolog. polon.*
lib. 11. Kinipſchildt. loc. cit. Quod op-
timè (ut paulò ante dicebamus) Ro-
manis ceſsit, eodem ſcilicèt die, ho-
ſtes, civeſque habuiſſe, qui ex ea affe-
ctione indigenis amore non conceſſe-
re, ut notat *Iacobus Zevecot. in obſeru.*
polit. ad Suet. in vit. Caij Iuly Cæſar.
cap. 7. quodq; hiſcè perbellis verbis
Claudius expreſſerat penès *Tacit. lib.*
11. annal. Manent poſteri eorum, nec in
amore in hanc patriam nobis cõcedunt.
& infrà. *At conditor noſter Romulus tã-*
tum ſapientia valuit, ut pleroſq; popu-
los eadẽ die hoſtes, dein cives habuerit.
Siue victos miſcuit victoribus, Vt ex
Tit. Livio ſert *Henric. Kippingius an-*
tiquit. Roman. lib. 2. c. 2. §. 3. in fin. Vn-
26 dè meritò *Annibal* dicere cõſueverat,
qui hoſtẽ feriet, is mihi Carthaginẽſis
erit, ex *Heinting. polit. Biblic. lib. 2.*
axiom. 59. tradit idem *Knipſchildt. cit.*
27 *cap. 8. nu. 112.* cum pendendum non
eſſe *Nevizan.* ſcripſerit, *in ſylu. nupt.*
lib. 4. n. 133. in fin. ex qua patria quis
28 ſit ortus, ſed qua ſit patria dignus;
generaliter enim, cuique digno præ-
ſertim viro cunctus orbis eſt patria,
uti *Plutarc.* ait *to. 2. de exulio pag. 600.*
lit. F. illud Herculis recitans.

Argivus, aut Thebanus, haud enim
peto
Vnius eſſe civis Vrbis, PATRIA
Graca vrbs mihi QVÆCVMQVE eſt,

Si vè totius mundi dixit ſe civem eſſe,
ſic ut

ſicut *Plutarc.* ibidem explicuit, quod tamen *Tullius* dilucidiùs ſic expreſsit, *Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, MVNDANVM inquit; totius enim mundi ſe incolam, & civem arbitrabatur Tuſcul. qq. lib. 5. pag. 193. nu. 27.* ut non abs re mũdum communem patriam dixerint *Bald. in cap. 1. nu. 2. de form. fidelit. Sard. conſil. 174. nu. 10. lib. 2. Kloch. conſ. 48. n. 41. Knipſchildt. de Iur. civit. lib. 5. cap. 22. num. 75.*

SED RE maturiùs perpenſa, civibus prælatis, à publicis muneribus exteros cõmuniter arcendos, omni iure, omniq; fermè ratione ducimus cenſendum.

Divino nempè Iure *Deuteron. cap. 17.*
29 *lit. C. in fin.* Cum etenim de cõſtituendo Rege ageretur, ſic ex Altiſſimi ore Moyſes reſpõdit, *Nõ poteris alterius gẽtis hominem Regem facere: qui non ſit FRATER TVVS*, & cap. 18. lit. C. *Prophetam de gente tua, & de FRATRIBVS TVIS ſicut me, ſuſcitabis tibi Dominus Deus tuus*, & Eccl. cap. 8. lit. D. *Coram EXTRANEO ne facias conſiliũ: neſcis enim quid pariet.*

Pontificio expreſsiùs profectò id demã-
30 datur, *in cap. bona 4. §. nec obſtabat verſ. intelleximus, de poſtulat. prælator.* qua in ſpecie cum de Strigonienſis Archiepiſcopi electione tractaretur, ſic Præpoſito, & Strigonienſi capitulo Innocentius III. reſcripſit, *Quia verò non plenam de perſonis illius Regni notitiã habebamus; ideoq; non poteramus ſalva conſcientia eidem Eccleſiæ in alia perſona, quæ de REGNO Hungariæ originem duceret cõgruè providere: nec vellemus ei præficere ALIENVM.* Idemq; in generali conſilio idem S. P. ſtatuit in cap. quoniam in pleriſq; 14. §. fin. de offic. Iud. ordinar. *Pontifex loci Catholicum Præſulem NATIONIBVS illis cõformem, provida deliberatione conſtituat ſibi Vicarium in prædictis, cap. te nobis 4. in fin. de Cleric. Peregrinis*, vbi Honorius III. Peregrinos Clericos, ſivè de alijs Epiſcopatibus vetuit inſtitui. cap. fundamenta 17. §. dignè de elect. in 6. *Numquid obduxit oblivio, quæ Vrbi, quæ incolis noxa diſpendia intulerunt hactenus PEREGRINA regimina.* Can. quã 5. cauſ. 18. q. 2. *Nõ EXTRANEVS eligatur, niſi de eadem Congregatione.* Can. 1. 23. diſtinct. *Eligitur autem de ipſius Eccleſiæ gremio, ſi reperitur idoneus, vel ſi de ipſa non invenitur, ex alia aſſumatur.* Can. nec emeritis 12. 61. diſtinct. *Nec emeritis in ſuis Eccleſijs Clericis peregrini, & extranei, & qui ante ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui benè de SVORVM CIVIVM merẽtur teſtimonio præponantur.* Can. nullus 13. eadem 61. diſtint. *Tunc autem alter de altera eligatur Eccleſia, ſi de Civitatis ipſius Clero, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod evenire non credimus) poterit reperiri.* Can. obitum 16. ead. diſtinct. *Commonemus etiam fraternitatem ſuam, ut nullum de altera eligi permittas Eccleſia, (niſi forsè inter Clericos IPSIVS CIVITATIS, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad Epiſcopatum dignus, quod evenire non credimus,) potuerit inveniri* Can. Metropolitano 16. 63. diſtinct. *Ex presbyteris einſdem Eccleſiæ, vel diaconis optimus ordinetur.* Can. nullus 13. eadem 61. diſtint. *Nequis de aliena Eccleſia eligatur, habeat enim vnuſquiſq; fructum ſuæ militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia trãſegit ætatem. In aliena ſtipendia minimè alter obrẽpat: nec alij debitam alter ſibi vindicare audeat mercedem.* Can. hortamur 8. 71. diſtinct. *Vt in Eccleſijs à vobis fundatis ALIVM veniens presbyter non ſuſcipiatur; niſi à veſtra fuerit Eccleſia conſecratus Epiſcopo.* Can. nullum 9. eadem diſtinct. *Nullum abſq; formata, quàm Græci epiſtolam dicunt, PEREGRINORVM Clericorũ ſuſcipi oportet.* Can. leges 13. 3. quæſt. 6. *Et PEREGRINA Iudicia ſubmovemus.* Can. ſcitote 2. 6. q. 3. *Et quicunq, cauſam habuerit à ſuis Iudicibus iudicetur, & non AB ALIENIS, ideſt à ſua iuſtis Iudicibus provinciæ, & non ab EXTRANEIS.*

Poli-

Politico itidem Iure id pariter de more
31 tradidit poſteritati præceptor *Ariſto-*
teles politic. lib.5. cap.3. hiſce præſer-
tim verbis, *Seditiones quoque concitat*
PEREGRINITAS, donec in eadem ſimul
conſpiratione devenerit, ut enim non
ex quavis multitudine conſtituitur Ci-
vitas, ita etiam neque in quovis tempo-
re. Quapropter quicunq; adhuc inqui-
linos ſuſceperunt, vel advenas, omnes
ferè ſeditionibus IACTATI SVNT.
Communi Romanorum, *in l. libertus 17.*
§. præſcriptio, D. ad municipal. quo loci
32 de muneribus deferendis *Papinianus*
reſpondens, *potior* inquit *eſt ORIGINIS*
cauſa, l. vnic. C. *non licere habitator*
Metrocom. lib.11 loca ſua ad extraneum
transferre, l.2. C. *de offic. prætor.* ibi cum
tres tantummodò prætores creandos
Imperatores *Valent. & Martian.* ſanci-
verint, ſic ſubdunt, *Vt hi tantum tres*
ex ijs, qui propriũ larem IN HAC ALMA
VRBE habeant, non ex provincijs eli-
gantur. l. in Eccleſijs 11. C. de Epiſcop.
& Cleric. *Clerici non ex alia poſſeſſione,*
vel vico, ſed ex eo, vbi Eccleſiam eſſe
conſtiterit, ordinentur, l. eſt verum 3. à
contrario ſenſu, *C. de incolis lib. 10. §.*
ſed neque, Authent. de Collat. ibi *Cum*
quinq; primatibus civitatis, & §. inte-
rim Auth. de defenſ. Civit.
Hiſpano, *in l. 1. tit. 11. partit. 2.* & pro-
33 priè *in verb. de los ſuyas*, ac dilucidiùs
lib. 1. ordinat. ll. omninò videndis 18.
19. *&* 20. *& lib.7.* quoq; *ordinat. tit.*
2. lib. 8. & 23. & *lib. 1. recopil. tit. 3. l.*
14. & lib. 3. l. 3. tit. 5.
34 Siculo ex *capit. Regis Alfonſi 386. &*
416. & invictiſſimi Caroli V. Cæſaris
cap. 18. & 189. & pijſsimæ memoriæ
Philippi III.
Patrio noſtro Iure *in capit. & cum nihil*
35 ſub Rubr. *de non ſtatuendis Clericis,*
vel EXTRANEIS officialibus, ubi ita
Carolus II. edixit *Laicum etiã, qui non*
ſit noſter vaſſallus, nec à Curia noſtra
in Regno, vel alibi deſignata ſtabilia
bona tenens, PRÆPONI OFFICIO NON
DEBERE, SEV IVRISDICTIONI, AVT
EXERCITIO CVILIBET, per quod poſ-
ſet pro noſtra Curia Comitibus, Baroni-
bus, & præficientibus eum in homines
Regni aliquod miniſterium exercere.
Quod poſtmodũ deceſſores Reges, præ-
cipuè Sereniſſimæ Aragonẽſium pro-
ſapiei in publicis Comitijs, etiam ſub
gratiarum nomine dilucidiùs conceſ-
ſere, ut in *cap. Gratiarũ* Ferdinandi II.
cap. 4. pag. 21. Federici *cap. 6. & 7. pag.*
23. Regis Catholici *cap. 25. & 26. pag.*
43. & cap. 3. & 4. pag. 58. licet non mi-
36 nimam Ius id poſtmodum diminutio-
nem receperit ex cõceſsis ab Invictiſ-
ſimo Carolo V. Cæſare Bruxellis IV.
Idus Martias M.D.L. ob quę taxati nu-
meri officia ex Regio, ut dicimus be-
nè placitu, etiam exteris conferuntur,
ut in *cap. 4. gratiar. pag. 148.* ex quo
emanavit ſanctio *pragm. 1. de offic. pro-*
viſ. ſeù diſtribut. faciend. regnic. & ex-
teris, à ſapientiſsimo filio Philippo II.
Rege libentiſsimè firmatis ſub anno
M.D.LVII. & anno M.D.LXI. ut in
ijſdem gratijs, *& capit.* fideliſs. Civit.
Regnoq; conceſſis *pag. 159. & pag. 165.*
RATIONIBVS quoq; enitet, peregrinos
37 ad Civitatis munia non admittendos;
& primum ne ſubditi Idiomatis varie-
tate defatigentur, & confuſio inter ip-
ſos, & præpoſitum magiſtratum oria-
tur, iuxtà illud *Geneſ. cap. 11. Deſcen-*
damus, & confundamus ibi linguam
eorum, ut non audiat unuſquiſque vo-
cem proximi ſui, undè Ezechiel. *cap. 3.*
ſub lit. A. Non enim ad populum profun-
di ſermonis, & ignota lingua tu mitte-
ris ad domum Iſrael: neque ad populos
multos profundi ſermonis, & ignotæ
linguæ, quorum nõ poſsis audire ſermo-
nes. Divus Paulus *lib. 1. ad Corinth.*
cap. 14. lit. C. vocis virtutẽ, æquali no-
tione, & à proferẽte, & ab Auditore nõ
ignorãdam reſcribens, quod perbel-
lè, *D. Auguſtinus* expreſsit, faciliùs ſci-
licet oſtẽdens animalia quævis diverſi
generis ſibi ſociari, quam *DIVERSÆ*
LINGVÆ eiuſdẽ ſpeciei *de Civit. Dei*
lib. 19. cap. 7. plura eruditè congerit
Camill. Borrell. de præſtant. Regis Ca-
tholic. cap. 51. nu. 8. & ſeq Hinc *Cardi-*
nal.

nal. in cap.ſignificaſti de Iur. patronat.
38 ex antiquo interprete Vgone refert,
debere nempè patronũ Epiſcopo Cle.
ricum præſentare,qui intelligat,& in-
39 telligatur, ut regulam proindè Can-
cellariæ 19. de Idiomate, quæ exterum
vetat loci idiomate apertè non callen-
tem, Parochiali Eccleſiæ præfigi, Iuri
conſonam eſſe probarint Ioan.de Selva
de beneſic.par.3.q.26. Ludovic.Gomez.
in d.regul.q.2.per tot. Petr.Rebuff. in
pract.beneſic. regul. Quod quis intelli-
gat idioma gloſſ.1. Alfonſ. Hoieda de
beneſic.incompat.atq; compat.par.2.cap.
24.nu.43. cum plur.ſequent. Petr.Na-
varr.de reſtit.ablator. lib.2. cap. 2. nu.
168.& ſeq.Io:Baptiſt.Ferrett.in conſil.
279.nu.4.volum.2. quos nominatim
ſequitur Borrell.cit.cap.51.de præſtant.
Regis Catholic.nu.17.& 18. ante eum
egregiè Gulielm. Benedict. in repetit.
cap. Raynutius verb.& uxorem nomi-
ne Adelaſiam verſic.ſucceſſio ab inteſtato
nu.482.484.& 485. Petrus Gregor. de
republic.lib.4.d.cap.6.nu.10. verſ.ra-
tiones, & noviſſimè Nicol.Rodriq.Fer-
moſin.de iudiciis,& for.compet.ad cap.
cum deputati 16.de indic.q.4.nu.3.cum
ſequent. facitq; profectò Ciceronis il-
lud lib.1. de offic.oper. tom.4.pag.366.
nu. 25. inquientis, Vt enim ſermone eo
debemus uti, qui notus eſt nobis, nè ut
quidam græca verba inculcantes irri-
deamur.

Secũda affertur ratio, quia videlicet Ci-
40 ues patriæ mores, conſuetudines,ſta-
tutaq; præſumuntur gnorare, argumẽto
cap.quoſdam 7.& cap.quanto 8. de præ-
ſumpt. quod ad publicam gerendam
rem cõducit maximopere; cum ſecun-
41 dũ Regionis leges, ac mores excitatæ
cõtroverſiæ ſint potiſsimũ dirimendæ
l.ſi de interpretatione 37.D.de leg. l.ſi
42 fundus 6. D.de evict.l.2.C.quẽadmod.
teſt.aper.undè Cic.2.de orat.edocuit Ad
conſiliũ autẽ de Republ.dandũ caput eſt,
NOSSE rempublicã.& lib.3.de legib.n.
13.pag.349.Eſt ſenatori neceſſariũ NOS-
SE REMPVBLICAM, idque latè patet,
quid habeat militum, quid valeat Æra-
rio, quos ſocios habeat, quos amicos, quos
ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, con-
ditione, fœdere: tenere CONSVETVDI-
NEM decernendi, NOSSE EXEM-
PLA MAIORVM. Vt inde Mæcenas
apud Dionem.lib.52. cũ Auguſto ſua-
deret, ut ſolos Romanos in Senatum
deligeret, rationẽ hanc attulit, partim
propter INSTITVTORVM PATRIÆ
MEMORIAM, partìm ne protinùs im-
mutare reipublicæ ſtatum videretur.
quod & Valer. Max. præmonuit dum
dixit, Auſpiciis enim PATRIIS, NON
ALIENIGENIS Rẽpublicã adminiſtra-
re oportere lib.1.c.4.de auſpic.in princ.
& rectè Carolus à Mansfelt.Regulus,ſi-
vè de Civil.magiſt.offic.cap.18.§.1.Be-
nè(ait)adminiſtrandæ, Reipublicæ opti-
ma initur ratio in ſubditorum prævia
COGNITIONE.comprobant ex noſtris
Gulielm. Benedict. in cit. cap. Raynut.
verb.& uxorẽ nomine Adelaſiam verſ.
ſucceſſio ab inteſtato nu.484.verſ.unde
providẽdum,& n.491.& 492. Caſſan.
in Catalog.glor.mund.par.11. conſide-
rat.22.verſic.nam etiam, Maſtrill. de
magiſtrat.lib.2.cap.7.n.32.Ianus Lan-
glaus in ocio ſemeſtr.lib.7. cap.10.pag.
382. verſic. adde quod indigena, Kni-
pſchildt de iur.& privil.univerſ.lib.2.
cit.cap.8. nu.107. verſic. at verà, hæc
ex Schonborn.2.politic. cap.5.addens,
Eligantur ergo DOMESTICI, qui in illo
ipſo ſolo, ad quod regendum accedunt
sati,natiq; ſunt; hi morum,animorumq;
provinciæ Gnari, meliùs curabunt res
PATRIÆ notas. Vt meritò D. Præſ. de
Franch. ex Sebaſtian. de Neap. dixerit
43 Tuſcos, ac Peruſinos in Iudices tunc
temporis electos, Regni Iura, cum pe-
nitùs ignorarent, ſervare neglexiſſe
deciſ.479.nu.2.

Tertiam adducunt rationem ex diſſimili-
bus, ſivè improbis peregrinorum mo-
ribus; quibus proindè nefas affirmant
eſſe indigenas aſſociari:ſicut enim bo-
44 na converſatio dignum fert operatio-
nis indicium Can. Valentianus 3. 63.
diſtinct. undè David pſal.17.Cũ sãcto
ſanctus eris,& cũ viro innocente inno-

Digitized by Google

cens eris, & Salomon proverb.cap.13.
lit. D. QVI cum ſapientibus graditur,
ſapiēs erit,& cap.21.lit.B.PARVVLVS,
ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam.
& 2.offic. pag.380.n.38. eloquebatur
Cicero, Facillimè autem,& in meliorē,
& in optimum partem cognoſcuntur
adoleſcentes, qui ſe ad claros,& ſapientes
viros benè conſulentes Reipublica
contulerant: quibus cum ſi frequentes
ſunt, opinionem afferunt populo, eorum
ferè ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt
ad imitandum. Quodque Iuſtinianus
reſcripſit in §. cogitandum in fin. Authent.
de Monach. Fiet enim ſeniorum
CONVERSATIO, Iuventutis educatio
45 perfecta: Vt Angelus in cit.§.cogitādū,
Authent. de Monach. annotarit, ex con-
verſatione alicuius bonitatem, mali-
tiāq; probari, ſequitur ex Accurſ. Bald.
Cardinal. Albert. gand. alijſque Tira-
quell. ad l.5. connubial. par.5. ſub num.
29. & in ſpecie Borrell. de præſtant. Re-
gis Cathol. cit. cap.51. à n.22.

46 Ita pariter ex prauorum conſuetu-
dine, bonorū corrumpi mores præſu-
muntur vehementiſſimè l.ædiles 25.
§.pædius, D.de ædilit.edict. vbi ſic Vl-
pianus reſpondit, Vtputa ſi imitatione
CONSERVORVM apud emptorem, talis
factus eſt aleator fortè, vel vinarius,
vel erroneus. l.ſi Cohortalis 12.in fin.
C.de Cohort. lib.12. Vt omnis honor,
atq; militia CONTAGIONE huiuſmodi
ſegregetur. cap.inter ſollicitudines 10.
§. attendentes de purgat. canoc. can.
Clericus 20.81.diſt. can. pervenit 59.2.
q.7.& can. ſapè 12.28.q.1.& cit.pſal.
17. Et cum perverſo perverteris Pro-
verb.cap.22. lit.D. NOLI eſſe amicus
homini iracundo, neq; ambules cum viro
furioſo, nè fortè diſcas ſemitas eius. &
Eccleſiaſt.cap.13.in princ. Qui tetige-
rit picem inquinabitur ab ea, & qui
communicaverit ſuperbo, induet ſuper-
biam. & cap.19.lit.A. Qui ſe jūgit for-
nicarijs, erit nequam. ac Divus Paulus
1.ad Corinth.cap.5.lit.D. Si is, qui fra-
ter nominatur inter vos, eſt fornicator,
aut avarus, aut Idolis ſerviēs, aut ma-
ledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum hu-
47 juſmodi, nec cibum ſumere. Quæ cuncta
in unum collegiſſe videtur Divus Cy-
prian. in lib. de ſingularit. Cleric. mala
inquiens CONVERSATIO non niſi cor-
ruptionem ſeminat, pullulat vitia, cupi-
ditatem concipit, ignominiam parit, ra-
biem concitat, porrigit furiā, laſciviam
paſcit, petulantiam nutrit, caſas exal-
tat, ruinas adificat, rapinas exigit, præ-
cipitia inſtruit, periculis navigat, nau-
fragijs velificat, perditione gaudet, in-
teritum fovet, confuſionem mercatur,
theſaurizat opprobrium, criminatio-
nes exaggerat, accuſationes inflammat,
& catervatim ſemel in faſcem glome-
rans numeroſas indagines captionum,
per infinita dedecora ſimplices mores
invehit in perniciem perditorum con-
firmatque ex noſtris Menoch. de præ-
ſumpt. lib.1. quæſt.89. num.125. Ti-
raquell. in cit. l.5. connubial. par.5. nu.
29.& in l.16. connubial. gloſſ.1. p.16.
n.15. Farinac. in prax. Criminal. p.1.
q.52. n.86. Benedict. Carpzou. in prax.
par.3.q.120.nu.35. Hinc Knipſchildt.
48 de Iur. Civit. lib.2. cap.7. num.81. ad
utilem ſe conferens quæſtionem tra-
didit, ut ſi quis nempè paſcendi Ius
in aliquo agro ſibi vindicet, morboſa
ibidem pecora paſcere nequeat, nè cę-
tera contagione afficiantur, percant-
que ex l. Iulianus 14. in princ. D.de
action. empt. can. reſecanda 16. cauſ.
24.q.3. Schneidevuin. ad l.1. de ſervit.
prædior. nu.41. Carpzou. Iur. prudent.
forenſ. par.2. conſtit.41. diffinit.8. Tā-
tæque efficaciæ iſthæc malorum eſt
conſuetudo, ac familiaritas, ut illorū,
49 vel VNVS ad totiùs populi mores in-
ficiādos ſatis quidem eſſe dijudicetur
can. ſed illud 17.45. diſtinct. POLLVI-
TVR enim ex VNO peccatore populus,
ſicut ex VNA OVE morbida univerſus
grex inficitur, juxtà illud.

Morbida ſæpè PECVS totum corrum-
pit ovile
Ne maculet ſocias, eſt ſeparāda grege.

Et Iuuenal. Satyr.2.

Dedit hanc contagio labem,

Et

Et dabit in plures: ſicut GREX totus in agris.
VNIVS ſcabie cadit.
Et Ovid. lib. 2. de remed. amor.
Si quis amas, nec vis; facito contagia vires:
Hæc etiam pecori ſæpè nocere ſolent;
Dùm ſpectant læſos oculi, læduntur, & ipſi;
Multaq; corporibus tranſitione nocent.

50 Quapropter multa mala ex peregri-
na Aſiatici exercitus luxuria, Roma-
51 nis obveniſſe ſcripſit *Livius lib. 39.*
hiſtor. quemadmodum, & Anglis, &
Gallis ad rem firmat *Borrell. de præ-*
ſtant. Regis Catholic. cit. cap. 51. n. 28.
52 *&* 29. Iſraeliticumque populum in-
deteſtabile Idololatriæ ſcelus ob pe-
regrinarum mulierum conſuetudinẽ
incidiſſe, teſtis eſt *Ioſeph Hebræus lib.*
4. cap. 6. His verbis, enarratam abſol-
vens hiſtoriam. *Vt jam tota Caſtra ju-*
venum impietas invaderet, & avita
religio in extremum periculum dedu-
ceretur; Iuventus enim guſtatis ſemel
PEREGRINIS moribus, inexplebili-
ter in eos ferebatur. prout fuſiùs id idẽ
53 deſcripſit *R. P. Athanaſius Kircherius*
feraciſſimi quippè Ingenij vir in Æ-
dip. Ægyptiac. ſynt. 4. cap. 11. verſic. fuit
ſanè. Quod Salomoni, quum alienige-
nas adamaſſet mulieres, eveniſſe Sa-
cra teſtatur pagina *lib. 3. Regum cap.*
11. Vt mirificè hic conducere videa-
54 tur, quod per Ironiam ipſummet ex-
pertem Salomonem dixiſſe *Cornel. à*
Lapid. fert ſuper *Eccleſiaſt. cap. 11. ſub*
verſic. 3. lit. D. pag. 299. dùm eodem
cap. 11. in fin. ſcribitur *Admitte ad te*
alienigenam, & ſubvertet te in turbi-
ne, & ABALIENABIT te à vijs pro-
prijs. Ideoq; ad exterorum malitiam
diſignandã, Herodẽ Iuniorem, uti ex-
55 ternam Vulpem à Chriſto Domino
nuncupatum, apud *Luc. cap. 13. nu. 32.*
illis verbis *Dicite vulpi illi*, compro-
bat idem *Cornel. à Lapid. loc. mox cit.*
lit. B.
56 Hinc, & peregrinas vxores, ad pe-
regrinos quoq; vitandos mores, mini-
mè ducendas, ſacra itidem erudimur

hiſtoria *Geneſ. cap. 24.* ubi ſervo ſuo Abraham injunxit, nè filio ſuo de filiabus Chananæorũ uxorem peteret; & *Geneſ.* itidem *cap. 8.* Iſaac gnato ſuo Iacob mãdavit, nè de genere Chanaã conjugem acciperet: ſingularique per Moyſem Deus cavit edicto *Exod. cap. 34. nu. 17. Nè VXOREM,* (præcipiens) *de filiabus eorum accipies filijs tuis; nè poſtquam ipſæ fuerunt fornicatæ, fornicari faciant filios tuos in Deos ſuos;* juſſitque *Deuteron. cap. 7. lit. A. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies FILIO tuo; quia ſeducet filium tuum, nè ſequatur me, & ut magis ſerviat Dijs alienis.* Exprobavitque idcircò, ab præceptis hiſce deviantes Hebræos vehementer, Salamonis exemplo eos objurgans, maledicenſque Nehemias *Nehem.* ſive *lib. 2. Eſdr. cap. 13. num. 23.* obſervantq; *Balduin. Inſtit. in tit. de nupt. n. 3. & ad leges 12. tab. cap. 16. in princ. & Amaya obſervat. jur. lib. 2. cap. 5. ſub num. 16.*

57 Quod, vel libẽtiſsimè Romani amplexi, Civitate non impetrata, cum exteris conjugia vetavere. inquientibus Vlpiano *in fragmentis tit. 5. § cõnubio, Ius habent Cives Romani cum Civibus Romanis, latini, & peregrini illud Ius non habent, niſi hoc illis conceſſum ſit nominatìm:* & Caio lib. 1. Inſtit. tit. 4. de matrimon. *legitima ſunt nuptiæ ſi Romanus Romanam nuptijs intervenientibus, vel conſenſu ducat uxorem.* & Iuſtiniano Inſtit. de Nuptijs in princ. *Iuſtas autem nuptias inter ſe Cives Romani cõtrahunt:* Atq; indè ex lege, quæ dicebatur Menſia, de qua *Vlpianus in cit. tit. in fragment. § connubio*, factum fuit, vt ex peregrino, & Cive Romana peregrini, non autẽ Cives naſcerentur; *B et. in topic. cit. lib. 2. cap à conſequentibus circ. princ. Nicol. Cruchius de Comitijs Roman. lib. 1. cap. 3. pag. 48. lit K.* dignaque ſunt *Seneca* verba *de benefic. lib. 4. cap. 35. Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſteà PEREGRINVS apparuiſti: non*

eſt mihi cum extraneo connubium. Eadem lex me defendit, qua vetat. ex noſtris *Ludovic. Charondas, & Iacobus Cujac. in notis ad citat.* §. *connubio in fragm. Vlpian. Briſſon. de iur. connub. in princip. Franc. Hotoman. oper. tom. 1. diſput. jur. civil. de rit. nupt. cap. 2. verſic. de patria. Valent. Guilelm. Forſterius de nupt. cap. 7. verſ. ſecundo, Henning. Arniſæ. de iur. connubior. cap. 3. tit. de error. condit. nu. 3. Philipp. Knipſchildt de iur. & privileg. Civit. lib. 5. cap. 2. nu. 35.* Adeò ut *Valentiani, & Valentis* conſtitutione ſic cautum fuerit, *Nulli provincialium cuiuſcunq; Ordinis, aut loci fuerit, cum BARBARA ſit uxore conjugium: nec ulli gentilium provincialis fæmina copuletur,* in *Codic. Theodoſ. lib. 3. tit. 14. de nupt. gentil.*

58 Quodq; alias etiam gentes probaſſe, Athenienſes potiſsimùm, ex Periclis lege, qua pro notho habebatur, qui ex duobus Athenienſibus ortus nõ foret, annotarũt *Hugo Donell. lib. 13. cõment. cap. 19. Connan. lib. 8. cap. 6. num. 1. Arniſæ. & D. Franciſ. Amaya loc. cit.* vndè Terent. *in Andr. act. 3. ſcen. 1.*

Quid hoc?

Adeon, eſt demens? ex peregrina?

probatq; & eruditiùs *Samuel petit. ad leges atticas lib. 6. tit. 1. pag. 435. & tit. 5. pag. 474.* verba legis referens, operis *in princ. cit. lib. 6. tit. 1. pag. 440.*

CIVIS peregre nè nubito.

Ac eiuſmodi plebiſciti

Vnam uxorem legitimam, eamq; CIVEM ducito.

Atq; eandẽ eam legem ab ipſomet Pericle, peſſimo ejus exemplo obſoletã, ab Ariſtophane, Euclide Athenis prætore, (ſubdens) inſtauratã *cit. lib. 6. tit. 1. pag. 435.* Quinimò eo pariter Iure, Regem quoq; ex Demoſthene, oſtẽdit alligatum, huiuſcè legis verbis

Regis uxor CIVIS eſto, virgoq; ei nubito.

lib. 3. tit. 2. pag. 241. Quadere ex memoratis antiquorum moribus, politiç fructũ exprimens *Mart. Mager. ex Adamo Contzen. lib. 8. pol.* §. *9.* aſſeruerit, nõ
59 abs re externorum matrimonia, potẽtium maximè vicinis fuiſſe inviſa; cum ſcilicet ea contrahentes noui aliquod moliri velle videantur *de Advocat. armat. cap. 7. nu. 391.*

60 Eoq; devenit hæc cum externis interdicta ſocietas, vt peregrinas etiam veſtes odio habendas eadem cõſtituerit vetuſtas; nè cum eis paulatim extraneorum vitijs indigenæ imbuerentur, ut poſt *Magalian. lib. 3. in cantic. mag. Moyſ. ſect. 3. annot. 4. nu. 59. & ſeq.* tradit *R. P. Ioan. Baptiſta Fragoſ. de Regimin. Reipublicæ tom. 1. par. 1. lib. 1. diſput. 2. à nu. 5. vſq; ad nu. 9.* Ex novitate enim veſtium prudentiores Imperij exitium addiuinaſſe, ex multis firmat *Guilhelm. Anthon. à Freundebergh. de reſcrip. morator. tit. 10. concl. 68. n. 25. lit. bb.* & ex Platone *in lib. de leg.* tum maximè reipublicæ peſtem metuendam (inquiens) cum nouis cõmentis homines delectarentur, novos corporis geſtus, novaſq; veſtium ſuppellectiles arceſſentes *loc. cit. verſ. unde & Plato.* Vndè Macedones amorem erga Alexandrum exuiſſe, quod macedonica relicta, perſica veſte vteretur *Quint. Curt.* ſcripſit *de geſt. Alex. lib. 6. nu. 6.* ac *Diodor. Sicul. lib. 17.* adeout popularium animos ex priſtini habitus mutatione, maximopere abalienari ſenſerit *Philipp. Knipſchildt. de iur. & privileg. Civit. lib. 5. cap. 15. nu. 3.* ac D. O. M. ſuper peregrinis indumentis ad iram provocatus, ita *Soph. cap. 1. lit. B.* minatus fuerit, *Viſitabo ſuper Principes, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes, qui induti ſunt veſte pe-*
61 *regrina.* Vt meritò idcircò incolas ab alienigenis apud Athenienſes, Solonis lege diſtinguendos, ſancitum ſciamus; cum in Civitate inquilinis, Athenis cõmorantibus, rerumq; ſuarum ſedem, domiciliumq; ibi firmantibus, opus in foro facere vererentur, uti accuratiùs notare nõ deſijt *Renat. Choppin. de doman. franciæ lib. 1. tit. 11. n. 4.* Quàpro-
62 pter ſolertiſſimos quoq; Romanos, & peregrinis togæ Ius, vſumq; inhibuiſſe

elici-

elicitur,ex *l.ſedſi accepto 32.D.de iur.*
ſiſc. & *Cicer.4.in Ferr.*notarũtq; *Cujac.*
ad l.obſides, D. qui teſta.facer.poſſ.oper.
to.2. & *Briſſon.de verbor.ſignific.verb.*
63 *toga*, ac prætorem pariter, quem pe-
regrinum appellarunt, conſtituiſſe *Pō-*
ponius teſtatur, qui externis plerumq;
Ius diceret ſegregatim, in *l. 2. §. poſt*
64 *aliquot,D.de orig.iur.* Peregrinorum
etenim conſilia, (ut cunctam hujus ter-
tiæ rationis vim complectamur) non
ſuſpecta modo; ſed perniciosa,pēſtife-
raque judicanda eſſe, ex *Grimald.de*
*optim.Senat.*annotavit *Camill.Borrell.*
de magiſtrat. edict.cit. cap.5.num.22.
65 idque grauiùs edixit Fridericus Impe-
rator in *Conſtitut.Cum hæreditarium*
his verbis, *ſæpè iam contigiſſe dolemus,*
quod poſt diverſarum mixturam gen-
tium paſſa eſt ex alienis moribus Regni
ſynceritas corruptelam, & infrà, *& in-*
firmitate mentium inquinata converſa-
tionibus, ac uſibus cæterorum veritas
decrevit in populis, ab illorum fermen-
to GREX eſt fidelium maculatus. Quod
in puris indigenis metuendum ſanè nō
66 eſt, quippè qui fideliores externis er-
ga patriam,erga Principes præſumun-
tur, argumento ejuſdem *Conſtit. Cum*
hæreditarium, Petr. Gregor.de conceſs.
feud.par.8.q.7.num.6.& 7.Borrell.cit.
cap.51.in fin.

Quarta præcedenti profectò finitima eſt
67 ratio, nè ſcilicèt ab alienigenis pro-
priæ Civitatis, principatuſuè ſcruten-
tur ſecreta, pandanturque,contra *Ho-*
norij, ac *Theodoſij* monitum in *l. mer-*
catores 4.C.de cōmerc.& merc.NE alie-
ni Regni (quod nō convenit) ſcrutentur
ARCANA, Gulielm. Benedict.in citat.
verſ. & uxorem nomine Adelaſiam ſub
num. 484. *Caſſaneus in Catalog. glor.*
mund.dicta conſiderat.22.verſ.facit in
fin. Knipſchildt de privileg.Civit. lib.
2.cap.2.nu.70. Caſpar Klock. de ærar.
lib.2.cap.25.nu.49. Io:Kbokier in the-
*ſaur.polit.lib.3.cap.6.verſ.10.*animad-
vertente ſic Tullio, *Peregrini autem &*
incolæ officium eſt, nihil præter ſuum ne-
gotium agere, nihil de alio inquirere,
minimèque in aliena eſſe Republica cu-
rioſum de offic.lib.1.pag.368.num.23.
oper. tom. 4. ut prudenti conſilio ma-
gnus Perſarum Rex Cyrus,morti pro-
ximus filium ſuũ Principem monuiſ-
68 ſe dicatur,ut ſi quos poſt ſuum obitum
ſibi Conſiliarios aſciſceret; nunquam
non niſi à ſuis civibus, conterraneiſq;
inciperet, eos ſemper exteris præfe-
rens; quippè qui ut alienigenæ timen-
di, nè aliorum Principum donis, aut
promiſſis pervertere̅tur,ex *Xenophont.*
lib.8.ejuſdem Cyr. quemadmodum Ia-
cobum Brittaniæ Regem, etiam lege
lata Henricum ſuum filium admonuiſ-
ſe teſtatur *Guilelm.Anthon.à Freunde-*
bergh. de reſcript.morator.concluſ.67.
*lit.P3.pag.775.*ſuaſitq; ſibi ipſi Clau-
dius Cęſar ſui Principatus initio penès
*Suet.Tranquill.in eius vit.*cũ affirmaſ-
ſet, non lecturum ſe Senatorem, niſi
Civis Romani abnepotem. Qui enim
69 aliter ſine prudentiæ lumine effecere,
pernicioſum equìdem exitum experti
ſunt; dum innumeri ſub hoſpitum per-
ſona proditores occuluere,exemplaq;
præſertìm recenſentur Zopyri *Herod.*
*lib.3.*Simonis *Maron.2.æneid.*Demara-
ti Spartiatæ *Iuſtin.hiſtor.lib.2.*& Amil-
caris Carthaginenſis *Iuſtinus idem lib.*
21. ut hinc antiqua lex ſit, hoſpes mu-
70 rum nè aſcendat, ideſt ſecreta Civi-
tatis nō cognoſcat,ex *Cicer. Aruſa. de*
Republ.conſtit.lib.1.cap.12.in princip.
verſ.Lycurgus.

Quintam demum lubeat nobis ſubdere
rationem, ex charitate ſcilicet,qua er-
ga patriam cives, dulciſsima quoque
animi propenſione obſtringũtur:ac ex
reciproco amore, quo in benemeritos
eoſdem indigenas, patria metipſa alli-
gatur.

71 Patria enim(ut initium faciamus)vni-
cuique dulcis eſt, ac (ut Scęvola in-
quit) ſuaviſsima in *l. qui habebat 99.*
D.de legat.3. ubi *gloſſ.marginal.* Ovi-
dij refert carmina *lib. 1. de ponto ele-*
gia 4.

Neſcio, qua NATALE ſolum dulce-
dine cunctos

Ducit,

Ducit, & immemores, nõ ſinit eſſe
ſui.

Quod *Maro* cecinerat *Bucolic. ecloga 1. in princip.*

Nos PATRIÆ fines, & dulcia linquimus arva;

72 Ac commendatiſſima, ſicuti ejus patriam Phęnicem in Syria, uti ſplendidiſsimam extulit Vlpianus in *l. 1. D. de cenſibus*, prout immodicè propriam laudavit Euripides apud *Plutarc. de exulio pag. 604. lit. B. tom. 2.*
73 & cæteris equidem carior, teſte Caſsiodoro *var. lib. 1. epiſt. 21. in princip.*
74 atque cariſsima, ut Euripides in phęniſſis.

PATRIA ut decet cariſsima mortalibus,

Neque exprimere poſſum quam cara.

Ac maior, & præſtantior, idem *Ovidius.*

Dulcis amor PATRIÆ, quo non præſtantius ullum.

ex *l. fin. C. ſi ſervus export. veneat*, ibiq; *gloſſ. in verb. in Italia* tradidere *Alciat. lib. diſpunction. 4. cap. 18. Caſſaneus in Catalog. glor. mund. part. 11. conſiderat. 24. verſ. & licet. & par. 12. conſiderat. 17. nu. 13.* quod à ſe ſurripuiſse ait *Tiraquell. ad ll. connubial. l. 7. n. 66. Dom. Reg. Valenz. conſ. 36. n. 56. & ſeq. lib. 1. Henning. Arniſ. de republic. tit. de abdicat. Civit. cap. 5. ſection. 9. n. 19. Solorzan. de Indiar. iur. lib. 1. cap. 16. nu. 1. & 2. tom. 1. & lib. 1. cap. 5. nu. 70. tom. 2.* explicuitque lepidè *Caſſiodorus* metipſe *lib. 8. epiſt. 31.* cum dixit, *Feris datũ eſt, agros ſylvaſq; quærere; hominibus autem focos patrios ſupra cun-*
75 *cta diligere.* Quinimò, & feriſınet ipſis ob ſignorum experimenta, patriam quoque caram eſſe ex *Oppiani* carminibus *lib. 11. Cyneget. ſic latio reſtitutis.*

Non igitur SOLIS cara patria eſt hominibus;

Sed etiam rapidarum deſiderium quoddam

Inſtillatum eſt animis FERARVM.

76 annotavit, nõ minùs ingenio, quã rebus tractandis, pręſtantiſsimus Eques *D. Nicolaus Antonius de exilio lib. 1.*
77 *c. 4. n. 2.* quã de re nihil triſtiùs, aut miſeriùs, quam ſemper patria carere aſſeuerat *D. Franciſ. de Amaya in l. 4. C. de Iur. fiſc. lib. 10. nu. 13.* quod hæc *Senecæ* oſtendunt verba, *Carere patria intolerabile eſt? de cõſolat. ad Heluiam cap. 6.* Hinc properaſſe Vlyſsem, alioquin ſcitiſſimum Principem, ad Ithacæ ſuæ ſaxa, ſcripſit *Seneca* itidem *epiſt. lib. 9. epiſt. 67.* & *Ovid. ead. eleg. 4. lib. 1. de ponto.*

Non dubia eſt Ithaci prudentia; ſed tamen optat

Fumũ de patrijs poſſe videre focis.

78 Quodq; tam vehementer expetijſse fertur, vt ſi *Tullio* credimus, renũciaſſe, affirmaverit, ęternitati, *Siquidem* (inquiens) *etiã ille ſapiẽtiſsimus vir, Ithacam ut videret, immortalitatem ſcribitur repudiaſſe de legibus lib. 2. pag. 322*
79 *nu. 3.* Præterea, quoniam impium eſt ſine cauſa propriã linquere patriam, aut non diligere *l. vnic. C. ſi Curial. relict. Civit. lib. 10.* ibiq; *gloſſ. in verb. demonſtraverint, Menoch. de præſumpt. lib 5. præſumpt. 12. n. 3. Solorzan. lib. 2. de parricid. cap. 4. & 6. Amaya in l. Curiales nu. 8. C. de decurion. lib. 10.* non modo parentum amori, (quos deſerere
80 impium, indignumq; eſt) patriæ iſthæc charitas æquatur *l. veluti 2. D. de Inſt. & iur. l. 1. §. et generaliter in fin. D. de ventre in poſſeſs. mitt. l. poſtliminium 19. §. filius, D. de capt. & poſtlimin. reverſ. l. minimè 35. D. de religioſ. & ſũptib. funerum*, expreſsitq; *Cicero de officijs lib. 1. pag. 358. nu. 41. SED ſi cõtentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officij, Prin-*
81 *cipes ſunt PATRIA, & parentes*; ſed illum ſuperat, devincitq; adeò ut in pari eventu, patriæ potiùs, quam parentibus obſtringamur *Marc. Anton. Natta conſ. 597. n. 18. & ſeq. lib. 3. Decian. reſponſ. 82. n. 15. & ſeq. volum. 5. D. Franc. Pfeilſ. conſ. 195. num. 7. lib. 2. Hẽning. Arniſ. de Republ. cap. 5. ſection. 8. num. 4. Andra Kohl. de ſervitut. feud. par. 3. n. 36.* ex *Bart. Bald. Salycet. Alex.*

Digitized by Google

Alex. Iaſon. Abb. alijſq; *Mager. de advocat. armat. cap. 13. à n. 251. cum ſeq. Knipſchildt de iur. & privileg. Civit. lib. 2. cap. 8. nu 44.* illud *Platonis* laudans *in Critone, An, ſic*(dicentis)*es ſapiens, ut te latuerit, & patri, & matri, & progenitoribus omnibus PATRIAM ESSE ANTEPONENDAM:* quãobrem
82 perbellè ex *Lucilio* Satyræ conditore annotavit *Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 1. conſid. 63.*

Cõmoda præterea PATRIÆ ſibi prima putare,
Deindè parentum.

Plus etenim Iuris in nos patriam habere, quam parentes, aiebat *Plutarc. in opuſc. an ſit gerend. Reſpubl. pag. 792. lit. E. tom. 2.*

Nec ſcribere id deſijt idem eloquentiæ princeps *de officijs lib. 3. pag. 400. nu. 31. Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebit nè filius? imò verò obſecrabit patrem, nè id faciat, ſi nihil proficiet accuſabit, minabitur etiam: ad extremum, ſi ad perniciẽ patriæ res ſpectabit, PATRIÆ ſalutẽ anteponet ſaluti PATRIS,* quod ex *Speculator. Affl. Laudenſ. Tiraquell. Schenck.* alijſq; firmavit *Henning. Arniſ. politic. cap. 5. utrũ Maieſtas ſub n. 12.*
83 Ac rationem Cicero metipſe præbuit, nè dum quia *PATRIA omnibus præſtat officijs loc. mox cit. n. 39.* Sed quoniam
84 charitatum omnium cõtinet aceruum *cit. lib. 1. de offic. nu. 36. Vnicuiq; noſtrũ,* inquiens, *Cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates PATRIA VNA complexa eſt.* Quodq; *Valer. Max. lib. 5. cap. 6. in princip.* hiſce exornat verbis, *Quia everſa domo interdum Reipublicæ ſtatus manere poteſt: Vrbis ruina, penates omnes ſecum trahat neceſſe eſt.* Ideoq;
85 pro eadẽ patria ſi profuturus ſit, mortem bonus civis non curat oppetere, *Horat. lib. 3. ode 2.*

Dulce, & decorum eſt PRO PATRIA MORI.

86 & egregia huius rei poſteritati monumenta dedere Codrus, Themiſtocles, Phileni Carthaginienſes fratres, Spartius, ac Bulides, Ancurus Midæ filius, Meneceus Thebanus, Leos Orphæi filius, Brutus primus Conſul, Curtius, Scævola, Genucius Cipus, Publius Decius, Deciuſq; filius, Scipio ſuperior, Attilius regulus, Marcus Marius, compluresq; alij inſignes Græci, Romaniq; equites, ut miſſis *Iuſtin. Xenophonte. Thucyd. Tit. Liu. Saluſt. Plutarc. Stat. Æmil. Probo,* penès *Valer. Max. cit. lib. 5. c. 6.* ac *Io: Raviſ. de charit. in patr. tit. 7.* probarunt ex noſtris *Knipſchildt. cit. cap. 8. n. 44.* ante cum *Ferdinand. Vaſq. contr. illuſtr. lib. 1. cap. 11. n. 3. Borrell. de magiſt. lib. 2. cit. cap. 7. nu. 67. cum ſeq.* ex *Laurent. Grimal. Gaſlic. de optimo Senat. lib. 1. pag. 17. verſic. quandoquidem, D. Reg. Rovit. in prag. de offic. proviſ. nu. 21.* & licet id oppugnare, (rei vi funditùs fortaſsis non perpenſa) ſtuduerit *Borrell. de magiſtr. edict. lib. 2. cap. 7. à num. 69.* quemadmodũ dubitaſſe videtur *Ameſcua in tract. de poteſtat. in ſeipsũ lib. 2. cap. 2. nu. 11. & ſeq.* attamen priorem,
87 benignioremq; pro patria probaſſe noſcimus ſententiam *Divum Thomam 2. 2. q. 70. art. 3. R. P. Layman. in Theolog. moral. p. 3. tract. 3. de iniuſt. læſion. corpor. cap. 1. n. 4.* & poſt *Turrian. Leſſ. Azor. Bannes Malder. Sot. Valent. Aragon. Saloniũ,* alioſq; *R. P. Diana reſolut. moral. to. 5. tract. 4. reſol. 23.* & cæteris relatis ſequitur *Io: Bapt. Larrea alleg. fiſcal. 114. n. 17. & 18. lib. 2.* Vt in ſpe-
88 cie ex hoc arctiſsimo erga naturale ſolum amoris nexu, quod in alienigenis non contingit, his idcircò indigenas præferendos, in ſpecie firmaverit, ex *Divo Thom. Acoſt. Zapata, & Reduard. Veſtor. D. Io: de Solorzan. de Indiar. iur. tom. 2. lib. 3. cit. cap. 19. nu. 36.*

Quod, (de poſtrema hujus capitis parte diſſerentes) *ſi tanta PATRIÆ charitas eſt?* ut verbis *Tullij* utamur *Tuſculan. qq. lib. 1. pag. 130. n. 44.* quanta ipſius quoq; patriæ erga ſuos cives debet eſ-
89 ſe benevolẽtia? ut meritò Scipio Emilianus inquierit; *Malle ſe civem ſerva-*

re

re unum, quam multos hoſtes perdere, ac Iulius Cæſar itidem *de bello Civili. ſe nè nnius quidẽ Militis interitu, ingẽtem hoſtium ſtragem empturum eſſe;* ut iuſtè apud *Plutarchum in Luculli vita* eiuſdem commendẽtur verba, *ſe malle vnũ* (aientis) *ab hoſtibus Rmanorum eripere, quam omnes ſibi res hoſtiũ vendicare.* & Senecæ *de Clemenc. lib. 1. cap. 26.* decora quippè ſunt verba, quibus, ut manifeſtum facerer, non hoſtilia arma detracta victis, non currus barbarorum ſanguine cruentos, non parta bello ſpolia, celebrem omninò civem, Principemvè efficere; ſed datam, ſivè prudentia, ſivè fortitudine civibus incolumitatem, ſic inquit, *Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius, pulcriuſq; eſt, quam illa Corona, ob CIVES*
90 *SERVATOS*, quæ ſub Imperio è Cæſaribus expetebatur; undè *Tacit. Annal. lib. 15. Si ſingulis manipularibus pracipua SERVATI CIVIS Corona Imperatoria manu tribuerecur;* quamque civicã veruſtas appellabat, ſivè quernam, uti ex fertiliſsima, robuſtiſsimaq; quercu conflatam, Iovi, Iunoniq; vrbium præſidibus ſacram *Plin. Hiſt. natural. lib. 16. cap. 4. Plutarc. in Coriolan. to. 1. pag. 214. lit. E. & qq. Roman. pag. 284. lit. F. tom. 2.* undè Alciat. *emblem. 200.*

Grata Iovi eſt quercus, qui nos ſervatq; fovetq;
SERVANTI CIVEM querna Corona datur.

ſed dixerant *Lucan. 1.*

Servati civis referentem pramia quercum.

& Claudian. *lib. 3. de laudibus Stilicon. verſ. 72.*

Mos erat in veterum caſtris, ut tempora quercu
Velaret, validis fuſo, qui viribus hoſte,
Caſurum potuit morti ſubducere CIVEM.

Illaq; in Cæſarum præſertìm veſtibulis ponebatur, ut dein oſtenderetur, prout Auguſto Senatus decreuit, *quod & perpetuus hoſtium victor eſſet, & CIVIUM SERVATOR*, ut *Dio* fert *lib. 53. in actis anni 726.* & dulce indè Ovid. *lib. 3. triſt. eleg. 1.*

. . . video fulgentibus armis:
Cõſpicuos poſtes, tectaq; digna Deo,
Et Iovis hac, dixi, domus eſt: quod ut eſſe putarem
Augurium menti querna CORONA dabat.

& paulò infrà

Cauſſa ſuperpoſita ſcripto teſtata Corona,
SERVATOS CIVES indicat huius ope.

91 Et licet quernam hanc Coronã, modeſtiam ſimulans Tiberius renuerit, ut *Sueton.* tradidit *cap. 26. civicã in veſtibulo Coronã recuſavit,* Claudius tamen ſibi cõbitribui nõ abnuit, ut idẽ Suet. refert *cap. 17. navalem coronam faſtigio Palatina domus iuxta civicã fixit.*
92 Quæq; non modò civibus ſervantibus concives; ſed multò, & iuſtiùs de patria benemerentibus, ipſamq; diſcriminibus ſpretis, defendentibus à patria metipſa digniſsimo monumento impartiebatur, prout reliquis miſsis, Thraſybulum ab Athenienſibus ea donatum tradunt *Iuſtin. Hiſtor. lib. 5. Xenophont. in eiuſdem Thraſybuli oration. Æmilius probus in eius vita, Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1.* ut meritò noſter Alciatus *emblem. 135.* dixerit

Dũ iuſtis patriam Thraſybulus vindicas armis,
Dumq; ſimultates ponere quemque iubet,
Concors ordo omnis, magni inſtar muneris, illi
Palladia SERTUM frondis habere dedit.

Quemadmodum civica quoq; Corona à Republica Ciceronem decorandum, Lucius Gellius cenſorius vir cenſuit, *Quod ut Aulus Gellius* retulit noct. act. lib. 5. cap. 6. *Eius opera eſſet atrociſſima illa Catilina coniuratio detecta, vindicataque.*
93 Eamq; gratiſsimam memoriam in huiuſce

ſce virtutis cives, celebres equidem
patriæ,etiam poſt illorum fatum ſerva-
vere, ut Camillo Roma detulit, aſſe-
rente *lib.2. hiſtor.Roman.*ſic Eutropio
Lucio Genucio, & Quinto Servilio coſs.
mortuus eſt Camillus:honor ei ſecundus
poſt Romulum delatus eſt. Servioque
Sulpitio beneficij pariter memor Vrbs
metipſa munifex Romana inſcripſit.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS.
SER.SVLPICIO.QVINT.F.LEMONIÆ
RVFO. QVOD.DIFFICILLIMO. REIP.
TEMPORE. AVCTORITATEM. SE-
NATVS SALVTEMQ; POPVLI.ROM.
VITÆ. SVÆ PRÆPONENS. IN LE-
GATIONE.MORTEM OBIERIT VITÆ.
CONSENTANEAM.

teſte poſt *Guter.*Dom.*Epiſc.Theanenſ.*
Octavio Boldon. elog.in ſcript. lib. 5.
cap.1.membr.1.

Conſtat igitur vtramq; partem, tam ſci-
licet civium, quam patriæ ab eodem
charitatis nexu,ac fortiter devinceri;ut
ſi patriam civis reliquerit indefenſam,
proditoris inſtar habeatur; ſi è cõver-
94 ſo, ac impior quidem peregrinos pa-
tria prędferat civibus,*Ad menſam vocet,*
(ut iiſdem utamur verbis) ac *Reipubli-*
cæ cuſtodes efficiat, Tyrãnorum incidat
notam, vt docuit *Ariſtotel.5.politicor.*
*c.*u.firmatq;*Arniſæ. de corrupt.Reipub.*
lib. 2. cap. 5. de remed. contr. corrupt.
*verſ. quæ ad decimam in fin. pag.*234.
perbellè etiam T.Manlium conſ.con-
tra L. Annium Setinum exclamãtem,
inducens ex *Tit.Liu. lib.*8.*poſt princ.*
Audi Iuppiter hæc ſcelera,inquit,audito
Ius,faſq; peregrinos Cõſules,& peregri-
num Senatum in tuo Iuppiter augurato
tẽplo capsus,atq; ipſe oppreſſus viſurus
es? in *tract.de Republic.lib.1.cap.5.de*
*different.civium num.*43. At decora
eiuſdem T. Manlij verba fuere, quæ
tunc quoque temporis, & antequam
ad Iovis ſimulacrũ cõverteretur iram
non ſuſtinens fecerat audacter,*Vt ſi tã-*
ta (inquientis)*dementia Patres cõſcri-*
ptos cepiſſet, ut ab Setino homine leges
acciperent,gladio cinctũ in Senatum ſe
eſſe venturũ palam diceret,& quęcunq;
in Curia latinum vidiſſet,ſua manu in-
terempturum.

PROVINCIARVM itidem Regionumq;
moribus roboratur, alienigenis poſt-
habitis civibus publica munia confe-
95 renda, uti de Athenienſibus, ac Lace-
dęmonijs, teſtis eſt (ultra paulò ante
relatos)*Plutar.inLicurg.Alex.ab Alex.*
*genial.dier.lib.4.cap.*10.*ver.lacedęmo-*
nij,vbi de Thebanis id idem quoq; e-
96 ſtatur.de Romanis *Tit.Liu.lib* 23.De
97 Abbatibus inter Ægyptũ, & Syriam
populis,qui proindè nuſquã expugna.
ri potuere,ex *Diodor. Sicul. lib.3.Ca-*
mill.Borrell.de magiſtrat. edict. lib.1.
98 *cit.cap.5.n.*10. Carthaginenſibus *Ia-*
nus Langlaus in ocio ſemeſtr.lib.7.cap.
99 10.*pag.*383. Germanis *Mynſinger.ob-*
100 *ſervat.lib.4.obſeru.*30. Hiſpanis *Co-*
varr.practic.qq.lib.vnic. cap.35.nu.5.
Greg.Lopez.tit.20.p.2. verſ.la primera
gl.10. Burg.de Paz.ad.l.2.Taur.n.83.
& enixè poſt *Kirchneriũ de offic. dign.*
Cancellar.lib.3.cap.4.n.8.Knipſchilde
*de privil.Civit.lib.2.cit.c.8.num.*110.
101 ac ſpeciatim de Aragonenſibus *Seſe*
*de inhibition.c.1.§.4.n.*11.ac *D.Creſp.*
*de Valdaur.obſervat.6.à n.5.lib.*1.De
102 noſtratibus, ac vltra Pharum Sicu-
lis, Luſitaniſq; vltra *Borrell.Mutam,&*
Cabed. D.Io:Solorz. de Indiar.iur.to.2.
103 *lib.4.c.4.num.*48. Navarris *Michael*
Vleur.de Regim.mund.par.4.q.2.n.11.
104 Gallis poſt *Gulielm. Benedict. &*
Caſſan. loc. cit. ſtudioſè *Renat. Chop-*
*pin.de Doman.franc.lib.1.tit.*11.ex quo
Albinatus,nomenclatum apud eos ius
105 traxit originẽ.De Helvetijs *Dominic.*
Arumæ. ad aureã bullã diſcurſ.19.to.4.
106 de Brittannis, Pandonis, Hunnis, ac
Longobardis *Renat.Choppin. loc. mox*
107 *cit. num.*3. Moſcovitis, & Chinen-
108 ſibus *Arniſ. de Republic.conſtituend.*
cit.cap.12.circ.princ.verſ.nec parum
109 Epidaurijs *Gaſpar Klochius de ærar.*
*lib.2.cap.25.n.*52. poſt habemus cru-
110 deles Scytas, Scythotauros,Gãpha-
ſantes,ac Seres, de quibus verba fecit
Alex.ab Alex.genial.dier.lib.4.cit.cap.
10.*verſ.quod de Scytis*,De inclita Ve-

111 netorum Republica,in qua nõ inde,
aut Iuſtitia,aut ſeveritas deeſt *Franciſ.*
Patritius de Inſtit.Reipublic. lib.3.tit.
2.Caſſan.in Çatalog.glor.mund.par.11,
conſiderat.22.verſ.verumtamen, Lan-
*glaus cit.lib.7.cap.10.pag.*383.De Ho-
112 landẽſibus idem fert *Gratius in apo-*
*loget.cap.9.pag.*173. Ac de omnibus,
113 ferè Belgicis ditionibus *Franciſcus*
Zipcus in tract.Iudex magiſt.lib.1.cap.
*26.ſub n.*3.De nõnullis Imperij civita-
114 tibus, utputà Argentinæ,Norimber-
gæ, Auguſtæ,Frãcofurti,Magdeburgi,
Hamburgi, alijſq; Germaniæ Vrbibus
teſtatur *Carpzon. de leg. Reg. German.*
cap.10.ſection.2.nu.18.& 19. ac *Kni-*
*pſchildt.cit.cap.8.nu.110.in fin.*Prout
115 de alijs Italiæ Civitatibus idem *Phi-*
lipp.Knipſchildt loc. iam *cit.*præcipuè
Mediolani, & Ferrariæ,poſt *Alexand.*
Imol.conſil.198.lib.6.& conſ.157.lib.
2.Renat.Choppin.de doman.franc.lib.1.
*d.tit.11.n.6.*Bononiæ *Barbat.conſ.23.*
n.5.vol.1. aç Veronæ ex *Bald.conſ.46.*
vol.1.Camill.Borrell.de præſtant.Regis
Catholic.cit.cap.51.nu.4,
Hinc meritò duo Græçiæ lumina , Lace-
116 dęmones, & Athenienſes iudicio,ac
prudentia cæteris (tradit) nationibus
præſtitiſſe *Renat.Chopp.cit.tit.11. lib.*
*1.de doman.francia nu.*32. primi nem-
pè, quia Tyrreno populo , & ſi Atticis
moribus nato, civiles denegarunt ho-
nores: poſtremi,quoniam ex Barbaris
omnibus uni ſoli Anacharſi Civitatẽ
indulſerunt ; magniquę noſcimus Ro-
117 manos habendos , qui ante Claudij
Cæſaris concionem, de qua *Tacitus*
lib.11.annal. Gallis Civitatis Iura mi-
nimè cõcedenda ſtatuere, ut notat *Ci-*
cero in orat.pro Cornelio Balbo; quem-
118 admodum Auguſtum cum maximi
penderet populum à peregrini ſangui-
nis colluvie ſyncerum ſervare, incor-
ruptũq; parciſsimè.Quiritum Ius,Ro-
manãq; dediſſe Civitatem, ait *Sueton.*
*in eius vita cap.*40. quodque cæteris
miſſis monumẽtis de more *ab Alexan-*
dro de Alex. relatis *genial.dier. lib.4.*
119 *cap.10.verſ.hanc vero* ante Cannen-
sẽ præſertim Cladẽ omninò fermè ve-
titũ ad cãpanos legatos Varronẽ duci-
mus declamaſſe apud *Liu. lib.23.n.5.*
Ac veteribus inde edictis Philippi Frã-
120 corum Regis , fuiſſe Regno exactos
Hebræos , ac Longobardos fert idem
Renatus Choppin.loc.cit.nu.32. verſic.
*quos certè,*prout eorumdem Iudeorum
121 innumeras penè familias , quamuis
Imperij vires debilitaſſet, è ſuis quoq;
Regnis ejeciſſe,noſcimus Ferdinãdum
Catholicum Hiſpaniarũ Regem,penès
Luciũ Marina.hiſt.Hiſpan. lib.19.cap.
21. Ioann.Buter. de Republic.lib.7.cap.
*11.*cæteroſq; *à Borrell.*relatos *de præ-*
ſtant.Regis Catholic.cap.69. nu.43. &
44.reliqua congerit exempla *Hennin.*
Arniſæ. de corruption. reipublic. lib. 2.
cap.4. pag.203.colum.1.verſ.infinita,
& ſolertiſsimè id geſtũ eſſe, dicendum
122 eſt; namq; ſi à proprijs ſedibus In-
digenæ ab exceptis exteris aliquando
non fuerint eiecti;inteſtinis ſaltim bel-
lis agitati,ſeditionibuſq; fuere,uti Sy-
baritæ, Thurij, Byzanthini , Zanclæi ,
Apolloniatæ , & Syracuſani ab *Ariſt.*
recenſiti *polit. lib. 5. cit.cap.3.* Stock-
holmienſes,ac Budenſes, alijq; ab *Ar-*
niſæ.loc.mox cit.pag.202 colum.1. in
fin. & colum.2.
123 PRÆTERITARVM pariter rerum
eventibus,noſtra hæc innititur ſenten-
tia: Achæi etenim,cum apud Sybarim
vna cum Trezenijs incoluiſſent, maio-
rem poſteà in numerum Creſcentes ,
Trizenios pepulere : prout id idem
contra eos,qui ipſos acceperant, effe-
cerũt Sybaritæ; ſicuti Zanclęi à Samijs
recepti , hos à propria Civitate deie-
cerunt: quemadmodum, & amphipo-
litæ à Chalcidẽſium Colonis,quos in-
troduxerant, pulſi ferè omnes fuere ,
ut apud *Ariſtotelem* conſimilia conge-
rẽtem exempla *politic.lib.5.cit.cap.3.*
verſic. quapropter. Decantatam mitti-
mus Menelai contumeliam , qui pul-
cherrimæ vxoris raptum ab Troiano
Paride paſſus fuit,quem Advenam in-
genuè Hoſpitio ſuſceperat; Sicuti ex-
probantem id Paridi Helenam Naſo
indu-

Digitized by Google

induxit *epiſt.* 16.

Auſus es hoſpitij temeratis ADVENA ſacris,
Legitimā nupta ſollicitare fidem?
Nec tibi, diverſa quamvis à gente venires?
Oppoſitas habuit regia noſtra fores.
Eſſet ut officij merces iniuria tanti?
Qui ſic intrabas, HOSPES, AN HOSTIS eras?

Iugurthæ tamē meminiſſe oportet, qui in Regiam à Maſiniſſa receptus eius filios, Regiamq; familiam evertit. Ac Herodis Aſcalonitæ, qui in Hircani fallam aſcitus, eius omnem Machabæorumq; ſtirpem extinxit, Regnoq; uſurpato ſeſe Regem creavit, ut ex *Ioſepho de bello Iudaic.* notat *R. P. Cornelius à Lapide in cōmentar. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 11. *pag.* 264. *lit. C.*

124 PERGRAVI denique Interpretum auctoritate confirmatur, Cives nempè Alienigenis, & in re beneficiaria, & in officijs ex regula anteponēdos eſſe, Gloſſæ ſcilicet *in cit. Can.* 1. 23. *diſt. verb. Gremio Can.* 1. *verb. Civitatis* 70. *diſt. in Can. hortamur.* 8. 71. *diſtinct. verb. veniens.*

Bald. *in cit. cap. bona nu.* 2. *de poſtulat. prælator.*

Abbat. *ibidem notabil.* 13.

Lucæ de Penna *in l. quiſquis nu.* 2. *C. de omni agro deſert. lib.* 11.

Gulielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius cit. verb. & uxorē nomine Adelaſiam verſ. ſucceſſio ab inteſtato num.* 482. *& ſeq.*

Gloſſ. Choſmæ *in proœmio pragm. ſanction. §. nam Eccleſiarum in verb. exterorum. lit. C.*

Roland. à Vall. *conſ.* 47. *n.* 67. *volum.* 1.

Bolognet. *in l.* 1. *n.* 8. *D. de offic. aſſeſſor.*

Selva in *tract. de benefic. par.* 3. *q.* 26. *nu.* 1. *&* 2.

Afflict. *in Conſtit. Regni Ut univerſit num.* 56.

Mynſinger. *obſervat.* 30. *centur.* 4.

Roch. *de Curt. in tract. de Iur. patronat. verb. honorificum q.* 18. *nu.* 45.

Caſſan. *in Catalog. glor. mundi cit. par.* 11. *conſiderat.* 22. *verſic. verumtamen.*

Ludovic. Gomez *in regul. de Idiomat. q.* 1. *per tot.*

Coraſ. *de beneficijs* 3. *p. cap.* 5. *num.* 9. *&* 12.

Rebuff. *in tract. nominat. q.* 9. *nu.* 55. *verſ. imo, & in tract. de benefic. tit. de reſcript. miſſis pag.* 286.

Duenn. *Regul.* 202.

Petr. *Navar. de reſtit. ablator. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 195.

Martin. Navarr. *in conſil.* 62. *de Simon. lib.* 5.

Lambertin. *de Iur. patronat. lib.* 2. *q.* 7. *art.* 24. *&* 3. *par. q.* 5. *princip. artic.* 5.

Gregor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 15. *par.* 1. *& in l.* 1. *tit.* 11. *par.* 2. *verb. de los ſuyos.*

Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 4. *quaſt.* 7.

Covarr. *practic. qq. lib. unic. q.* 35. *n.* 5. *&* 6.

Hoieda *de incompatibil. benefic. cap.* 24. *nu.* 115. *&* 116.

Gonzalez *ad regul.* 8. *cancellar. gloſſ.* 9. *§.* 1. *nu.* 37.

Lecirier. *de primogenit. lib.* 1. *q.* 24. *num.* 15.

Sotus *de Iuſt. & iur. lib.* 3. *q.* 6. *artic.* 2. *verſic. quarto arguitur.*

Divus Thomas 2. 2. *q.* 63. *artic.* 2. §. 4.

Azeved. *in l.* 14. *& ſeq. tit.* 3. *recopilat. lib.* 1.

Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 12. *nu.* 5. *&* 6.

Cened. *collect.* 56. *ad decretal. nu.* 7.

Roderiquez *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 17. *ſub nu.* 75.

Petr. Gregor. *Tholoſ. de Republic. lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 22. *& ſeq. & cap.* 6. *n.* 9.

Renat Choppin. *de doman. franc. lib.* 1. *tit.* 11. *nu.* 3. *& ſeq.*

Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 93. *nu.* 10

Mandoſ. *ad regul.* 16. *Cancellar. nu.* 8. *&* 9. *pag.* 93. *& conſil.* 55. *nu.* 8.

Sayrus *de ſimon. deciſ.* 65.

Guttierez *conſil.* 2. *nu.* 23.

Cevall. *commun. contr. cōmunes q.* 693. *nu.* 33. *& ſeq.*

Spin. *de teſtam. gloſſ.* 3. *princip. à n.* 32.

Io: Bapt. Ferrett. *in conſ.* 279. *n.* 4. *vol.* 2.

Corſct. ſingular. ſuper verb. ſurreptiò tom. 1.

Burgos de Paz in l. 1. Taur. pag. 125.

Didac. Perez in l. 18. tit. 3. lib. 1. ordinat.

Berardin. Diez cap. 54. lib. 1. quaeſt. 17. num. 75.

Salzed. ibiq; in addit.

Rot. Roman. penès Puteum deciſ. 254. part. 1.

D. Praeſes de Franch. deciſ. 479. nu. 1. & ſeq.

Theſaur. deciſ. 268. nu. 2.

Maſtrill. de magiſtr. tom. 1. lib. 2. d. cap. 7. nu. 27. & ſeq. & deciſ. 2. n. 13. & 14.

Muta in Capit. Regn. Sicil. tom. 3. cap. 7. ex nu. 55.

Zerola in prax. Epiſcopal. verb. beneficia pag. 58. verſ. ſecundo debent.

Salgado de regia protect. part. 1. cap. 1. nu. 2.

Perez de Lara de anniverſ. & Cappell. lib. 2. cap. 3. nu. 19.

Salzed. de leg. politic. lib. 2. cap. 15.

Vivian. de Iur. patron. lib. 6. cap. 11.

Nicol. Garz. de benefic. lib. 7. cap. 9. nu. 2. & ſeq.

Petrus Barboſ. in l. hares abſens, §. proindè de for. rat. orig. nu. 62. D. de iudic.

Io: Vincent. de Anna allegat. 57. nu. 7. & 8.

Cabed. de iur. patron. Regia Coron. c. 29

Percir. de man. Regia to. 2. cap. 64. n. 30. & ſeq. & nu. 38.

Calliſt. Remirez in tract. de leg. Reg. Aragon. §. 27. nu. 16.

Azor. moral. par. 2. lib. 6. c. 4. ver. deindè

Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 5. nu. 14.

Vgolin. de offic. Epiſc. cap. 50. §. 12. n. 5.

Genuenſ. in manual. paſtor. cap. 38. num. 4.

Diana par. 1. tract. 3. reſolut. 6.

Surgent. Neapol. illuſtrat. cap. 17. nu. 17.

D. Reg. Tapia lib. 2. Iuris Regn. tit. de offic. in Regn. conſtit. pag. 109. & 111. nu. 5. & ſeq. & clariùs deciſ. ſupr. Ital. 15. n. 3. cum ſeq.

Capiblanc. de Baron. prag. 5. nu. 121. & pragm. 10. nu. 74. lib. 1.

Camill. Borrell. de praeſtant. Regis Cathol. cap. 51. nu. 1. cum ſeq.

Flavij Amendol. in addit. ad cit. deciſ. Praeſ. de Franch. 479. nu. 4. & 6.

Imbrian. de Iudic. Regni part. poſt n. 10.

Dom. Epiſcop. Ricc. in cit. deciſ. Dom. Praeſ. de Franch. 479. in princip. & collect. 198. verſ. 2. par. 5. & collect. 2020. verſ. 2. part. 5.

Maſull. in addit. ad Capyc. deciſ. 118. nu. 3. & 178. nu. 1.

Novar. in Collect. ad pragm. 10. de offic. Iudic. nu. 120. & de gravamin. vaſſall. gravam. 103. nu. 2. & ſeq. lib. 2.

Io. Baptiſt. Thor. in compend. deciſ. Regni verb. Regens pag. 450.

Lelius Zech. de benefic. cap. 12. nu. 36.

Auguſt. Barboſ. in collect. ad Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. nu. 130. & in votis deciſ. lib. 2. vot. 33. concluſ. 1. à nu. 2. & in collect. ad cit. l. in Eccleſijs nu. 3. C. de Epiſc. & Cleric.

Piaſec. prax. par. 2. cap. 5. pag. 354.

Villar. del padronado de Calatayud. 3. part. nu. 7. & par. 8. coſtrumbe 4.

D. Laurent. Ramirez de pred. de conſil. & conſil. lib. 3. cap. 6. per tot.

D. Io: Baptiſt. Valenzuol. conſil. 34. ex nu. 70. lib. 1. & conſ. 105. à nu. 85. lib. 2.

Ianus Langlaeus in octo ſemeſtr. lib. 7. cap. 10. pag. 380. verſ. ſunt tamen, & ſeq.

Guilhelm. Anthon. à Freundeberg. de reſcript. morat. tit. 9. cõcluſ. 67. lit. P3. pag. 775.

Doctor Sahagum in cap. eam te à nu. 24. de reſcriptis.

D. Epiſc. Roder. Acunh. in not. ad cap. nec emeritis 61. diſtin. pag. 545. nu. 1. & 2. & ad cap. neminem 70. diſtinct. nu. 7. pag. 594.

Io: Brant. de ſenator: lib. 1. cap. 16.

D. Io: Solorz. de Indiar. iur. tom. 2. lib. 3. cap. 19. nu 5. cum ſeq. & lib. 4. cap. 4. nu. 49. & 50.

Henning. Arniſ. de Republic. cõſtit. lib. 1. cap. 12. verſic. Lycurgus cum ſeq.

Caſpar Klockius de arar. lib. 2. cap. 25. à nu. 48.

Philipp. Knipſchildt. de Iur. & privileg.

leg.Vniverſ.lib.2.cap.8.à n.107.
Nicolaus Rodriq.Fermoſ.*de Iudic. & for. compet. ad cap. cum deputati de Iudicijs q.4.nu.3. cum ſeq.*
Dom.D.Chriſtophor. Creſp. de Valdaur. *obſervat.illuſtr.6.nu.2.ver.cum ſequent.lib.1.*

IN CONTRARIVM verò principio obiecta ſuo credimus marte corruere; quávis etenim peregrinos advenaſq; complecti, hoſpitariq; opus ſit profe-
125 ctò dignisſimum, ut deſuper *nu. 5. & ſeq.* quibus *Tullij* ex Theophraſto addimus auctoritatem *offic.lib.2. pag. 383. num.38.* inquientis, *Rectè etiam à Theophraſto eſt laudata HOSPITALITAS. Eſt enim (ut mihi quidem videtur) valdè decorum, patere domos hominum illuſtrium, ILLVSTRIBVS HOSPITIBVS: Idque etiam Reipublicæ eſt ornamēto, homines EXTERNOS hoc liberalitatis genere in Vrbe noſtra nō ege-*
126 *re*. Ideoque valdè pro hoſpitalitate Germanos præ cæteris dignoſcimus commendatos, ex *Cæſar.lib.6.de bell. gallic.* ab *Henning.Arniſæo lib.1. de Republ.cōſtit.cap.12. verſ.hoſpitalitatem.* Id tamen à neceſsitate eos in Republica detinendi, vel ad illius munia admittendi longè, latèq; dicimus alie-
127 num; commendarunt namque conſulti humanitatem, humanioreſq; exinde ſententias reſponderunt admittendas *l.1.§.ait prætor, D. de poſtul. l. ſi cum milite 16.§ fin.D.de compenſat. l.Iulianus 7.§.1.D.de dol. mal.except. l.Divus Pius 31.D.ad l.Cornel.de falſ. l.1.§.ſiquis,D.de quæſtion.l.non tantum 6.D.de appellat.l.1.D.quand.appelland. ſit, l.generaliter 3. D.de decurion. l. in bello 12.§.codicilli D.de captiu.& poſtlimin.reverſ. l.ſi ita 13. D.de liber.&*
128 *poſthum.* At cęteris(ut dicimus)paribus *l.ultim.in fin.C.ad l.falcid.c.1.§.ut autē de allod.Guilhel.Anthon.à Freundebergh. de reſcript.morator.tit.7.cōcluſ.18.n.9.* nō autem quum ob æquitatem amplectēdam, noſtra poſſumus, ſivè Rempublicam peſſundare.

Quemadmodum Iura in contrarium expenſa *nu.12.* præcipuè *ll.fin.C.de offic. rector.* & *de crimin.ſacrileg.* ſeſe metipſa declarant; vigere ſcilicet quoties,
129 ſine Principis licentia exercentur officia, ut *in cit.l.fin.C.de offic.rector.Sine ſpeciali PERMISSV Principis permittatur.* ac *in l.fin. C.de crimin.ſacrileg. NISI hoc cuiquam ultronea liberalitate per Divinos AFFATVS Imperator indulgeat*. prout cūcta, & eiuſmodi præſertim munera, ex Regio apud nos diplomate pernotum eſt emanare, exerceriq; uti in ſpecie eadem Romana Iura, tali diſtinctione comprimenda cenſuit *Dom. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaur.obſervat.illuſtr. obſer.6.nu.3. in fin.lib.1.* & dixiſſe conſpicitur *gloſſ. fin.in cap.fundamenta in fin. verb. excludit de elect.in 6.* & *in l.hi qui 37.in princip. & verb.conſtitutionibus, & l.ſi cui 38.D.ex quib.cauſ. maior.* Præter-
130 quamquod in deſuetudinem Cōſtitutiones eas jam deveniſſe locuples teſtis eſt gravisſimus *Cuiac.in cit.tit.29. de crimin.ſacrileg.in fin.C.lib.9.* hiſce verbis. *Sed hæc hodie nè in minimo quidem vitio ponuntur.*

Incongruens verò, quod tam enixè, ex
131 munerum adminiſtratione inter cōcives, cōjunctoſq; deſuper efferebatur *nu.16.cum ſeq.* facili diluitur provincia, ſivè quia (uti mox ex *Cuiac.* afferebamus) antiquata hæc ſunt; cum ſit experientia quoque cōprobatum inquit, idem *D.Creſp.de Valdaur.loc.cit.ſub n. 2. Etiam ab exteris neceſſitudines contrahi, imò & queri, & varijs modis Iudicia corrumpi; ni eius prudentia, ſcientia, virtutis, & integritatis eligantur magiſtratus, quæ neceſſaria ſunt ad rectè Iuſtitiam adminiſtrandam.*
132 Sivè quoniam inconveniens metipſum, mediocribus forſan in oppidis conſiderari poſſet, quod elici putamus ex verbis ſtatutariæ noſtræ legis *Conſtit.Magiſtri Camerarij* ijs in verbis, *Ex parvis autem civitatibus, locis, & municipijs.* & infrà *Qui non ſint de ipſorum locorum aliquo municipes, vel etiā oriundi.* Ac idcircò (rē ad forensē vsū

acco-

Digitized by Google

133 accomodantes) penitùs alienigenis,
noſtroq; potentiſsimo Regi nõ ſubie-
ctis;(uti noſter eſt Adverſarius)& me-
ritò exceptis,quos nullo pacto in Gu-
bernatores , ſeù Iudices regulariter in
Regno creare oportet cit.Conſtit.Ma-
giſtri Camerarij, ibi Qui ſint de dema-
nio noſtro TANTVM.Cap.Et cum nihil
Rubr.de non ſtatuend.Cler.vel Extran.
official.& ibidem Bartholom. de Capua,
& Sebaſtian.de Neap. D.Praeſ.de Fran-
chis deciſ. 479. num. 1. ubi addentes,
134 Novar.ſic deffinitum tradens,ac Taſ-
ſoni ad pragm. de antefat.verſic.3. ob-
ſervat.4.ſub n.136. ambiguitatem re-
ſpuens, de gravam.vaſſall. lib.1.gra-
vamin.193. nu.2. & 3. Publicæq; rei
135 adminiſtratione quoq; reſervata,
quæ non niſi civibus eſt concedenda
l.reſcripto 6. & l.ſi quis magiſtratus
9.D.de muner.& honor.l.2. & 3. C.de
defenſ.Civit.l.ad ſubeunda patriæ 46.
C.de decur.lib.10.§.interim Auth.eod.
tit. de defenſ.Civit. Maſtrill.de magi-
ſtrat.lib.2.cap.7.Borrell.de magiſtrat.
edict.cap.5.n.17.& 23.in fin. Thor. in
Cod.rer.iudic.par.2.caſ.39.n.17.qua-
136 dere vel inviti ad municipales ma-
giſtratus ſubeundos,ſpecialibus pęnis
impoſitis, & ipſimet cives compellun-
tur l.ſiquis magiſtratus 9.D.de muner.
& honor.l.ſi ad magiſtratum 18. l. ex
omnibus 31. C. de decurion. lib.10. ex
Bald.Salycet.Luc.de Penn.Abb.Soccin.
Angel.Alex.Roman.Dec.Cagnol. ac re-
liquis Vin.deciſ.144.lib.1. Caſſan.in
Catal.glor.mund.par.11.conſiderat.32.
Bovadill.politic.lib.1.cap.15.num.10.
cum ſeq.Maſtrill.de magiſtr.tom.1.lib.
1.cap.30.num.63.cum plur.ſeq. Niſi ut
Cohellius ad Bul.bon.Regim.c.19.n.28.
& ſeq.penès Vizzan.de mãdat.Princip.
137 cap.10.nu.20. iuſtæ excuſationis at-
tulerint cauſas,ab Avendan.præſertim
recenſitas de exequend.mandat.cap.19.
n.24.cũ ſeq.par.1.& Maſtrill.de magi-
ſtr.d.lib.1.cap.30.à n.92.vſque ad fin.
In cæteris verò Regni locis ad Iuſtitiam
138 adminiſtrãdam illorum exteros eli-
gi debere, non autem indigenas fate-
mur affirmaſſe Afflict. cit. Conſtit.Iu-
ſtitiarij per provincias n.1. D.Praeſ.de
Franch.dec.98.n.1.& 2.Maſull.ad Ca-
pyc.dec.168.n.10.Capiblanc.de Baron.
pragm.5.nu.165. Thor.in Cod.rer.Iu-
dicat.2.par.caſ.39.num.4.& ſeq. emi-
139 nentiſsimæ quamvis ſcientiæ, con-
ſcientiæque viros æquiſsimè ex Bald.
Roman.& Parid.de Put. ab hac vulga-
ri regula, putaverit eximẽdos Afflict.
in Conſtit. Iuſtitiarij per Provincias
n.2.verſ.& fallit,quam tamen ad Of-
140 ficialium pariter ſubſtitutos,ſive lo-
cumtenẽtes protraxere; cum externos
etiam eos eſſe debere, poſt Bald. con-
tra pravam apud noſtrates admiſſam
tunc temporis conſuetudinem inve-
ctum, etiam Bartholomæi de Capua te-
ſtimonio ductum, in l. parabolani
nu.2.C.de Epiſcop.& Cleric.ac Luc.de
Penn. in l.agentes nu.2. C.de agentib.
in reb.lib.12. tradiderint idem Afflict.
in Conſtit.Magiſtri Camerarij nu. 10.
Dom.Praeſ. de Franch. deciſ.98.num.4.
verſic. ſed ut plurimum, Thor. cit. caſ.
39. nu.12. Dummodò modici tempo-
141 ris non fuerit electio Guttierez pra-
ctic.qq.lib.1.cap.34.n.1.D.Pr.de Fran-
chis ead.deciſ.98.in fin.D.Reg.Tapia
in cit. Cõſtit.Iuſtitiarij per provincias
nu.1.pag.355.Iuris Regni lib.2. Capi-
blanc.de Baron.pragm.3. num.218. &
142 pragm.5. nu.15. ſivè dierum quin-
decim,aut viginti;ſicuti auctoritate,&
exemplis comprobant Capiblanc. de
Baron.pragm.3.nu.217.Amendol. in
addit.ad D.Praeſid.de Franch.cit.deciſ.
98.nu.16. ibique D.Epiſcop.Ricc.in
fin.Thor.in 1.par.compendij dec.verb.
locumtenens,& in ſuo Codice rer.Iudic.
cit.caſ.39.nu.14.
Verum id minoribus in officijs receptum
143 referunt, ut ad ea ſcilicet exercen-
da minimè ejuſdem patriæ cives evo-
centur Maſtrill. de magiſtr. cit. cap.7.
n.69.& 70. lib.2. Novar.ſuper collect.
pragm.1.de offic.proviſ.nu.3.Thor.dict.
caſ. 39. nu.18. Et ſi de Actorum No-
144 tarijs,ſive Magiſtris ageretur Afflict.
in Conſtit.Regni Iuſtitiarij per provin-
cias

cias in 1.notab.nu.1. & poſt Parid.de
Put.D.Praſ.de Franch.deciſ.98.ibique
addentes Theſaur. deciſ.268. num. 2.
D.R. Tapia in Conſtit.Magiſtri Came-
rarij nn.1.pag.193.lib.1. Iuris Regni,
Capiblanc. de Baron. pragm.3.nu.229.
D.Epiſcop. Ricc.in collect.1358. Thor.
in comped. deciſ.Regni verb.Actuarius
par. 1. Novar. in deciſ.54. nu.1.& in
collect.ad pragm.1.de offic.prouiſ.nu.3.
145 quod tamen Vniuerſitatibus ſeſe op-
ponentibus vigere D.R. de Marin.tra-
didiſſe videtur reſolut.iur.lib.2.c.149.
ſub nu.9. & ſequitur D.Iudex D.Caro-
lus Petra in cõmentar. ad Rit.M.C.63.
ſub nu.13. tom.1.

Secus autem in maioribus magiſtratibus
146 dicendum autumant, ſivè in amplis
Civitatibus, ac Metropolibus, in qui-
bus iuſtiſsimè id exiſtimant cõprimen-
147 dum; In Vrbe etenim Roma decem,
& octo Prætores ſelectos Pomponius
refert in l. 2. §. deindè Cornelius Sylla
verſ. Divus deindè Auguſtus,D.de ori-
gin.iur.vti tres quoq; Prætores ex his,
qui proprios in eadem alma Vrbe la-
res haberent, non ex provincialibus
creandos Cæſares ſtatuere in l. 2.C.de
offic.prætor.concordareq; videtur text.
in cap.fũdamenta 17. §.fin.de election.
in 6.notatq; cit.gloſſ.fin.verb.excludi,
Bertrand.conſ.50.n.2.p.2.lib.1.ex no-
ſtratibus Affl.in cit.cõſt.Iuſtitiarij per
provincias n.1.verſ.& olim, D.Ep.Ricc.
in d.collect. 1358.& deciſ.180. nu.1.
par.4. Capiblanc. de Baronibus prag.5.
nu.167. Flauius Amendol. in addit. ad
D.Praſ.de Franch.eadem deciſ.98.n.2,
148 Quemadmodũ in ampliſſima noſtra
Neapoli Civitate, id quoq; receptum
teſtãtur D.Epiſ.Ricc.dic.collect.1358.
verſ.limita ſecundo, ac D.Index Petra
in comment.ad dict.Rit.63.nu.17.tom.
1. ante eum Capiblanc. loc. mox cit.
Danza de pugna Doctor. tom.1. tit.de
offic.actuar.cap.1.nu.27.Quodq; Prin-
149 cipis cõtribuerunt præſentiæ,quippè
quæ omnem metum fugat, evertitque
injuſtitiæ ſuſpicionem; In ſacro enim
Comitatu noſtro TIMERE nihil potui-
ſti, Dorophani Cæſares reſcripſere in
l.1.C.de ijs,qui per met.Iudic.nõ appell.
in ſpecie Capiblanc.de Baron.cit.prag.
5.nu.167.par.1. Thor.in Cod.rer.judi-
cat.d.caſ.39.ſub.n.18.ſicuti (ad cõtra-
150 riorum eamdem ſervandã diſciplinã
l.1.D.de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iu-
ris, cum alijs per Everard.in Topic.le-
gal. loc. 73. Brun. à Sol.in loc.commun.
verb.cõtrarietas n.2.Barboſ.axiom.58.
nu.11.) in oppidulis, in quibus exter-
151 ni Rectores vix ſibi victum parare
poſſent, concives Iuſtitiæ pariter mu-
neribus fungi poſse perbellè ſenſerũt
Theſaur. deciſ.268. nu.2. Petra in ad-
dit.ad Grammat.deciſ.34.n.28.& ſeq.
Capiblanc. de Baron. pragm.3.nu.226.
D.Epiſc.Ricc. in addit. ad D.Præſid.de
Franch. deciſ.98. circ.princip. Novar.
ſic pluries ſervatum inquiens cit. dec.
54.nu.3. cum ſeq.D.Iudex Danza dic.
tit.de offic. Actuar. cap.1. ſub nu.19.&
20. D.Iudex Petra in cõmentar.ad Rit.
M.Curia 63.nu.16.tom.1. & Rit.250.
nu.18.par.2.

Quapropter,nec perſonæ,officiũ nunc af-
fectãtis,tãquã prorſus alienigenæ,nec
inſignis ipſiuſmet muneris ratione,cu-
ius ſub legibus,ac ditione duæ ſubsũt
152 provinciæ,uti eximiè, etiam ex Affl.
& Iacob.Anton. de Nigris eiuſdem au-
ctoritatem, præeminentiamq; deſcri-
pſit D. R. Capyc.Galeot.reſponſ.Fiſcal.
29.nu.13. ante eum D.R.Moles de iur.
baiulat.§.9.nu.19.& ſeq.apud nos (ut
deſuper) recepta, ad quæſtionem ſunt
equidem adaptanda. Sivè demum
quoniã,& in magnis,& in paruis locis
153 Iuris conſuluit prouidẽtia, Nè ſcili-
cet inimicis Capyc.deciſ.138.Milaneſ.
dec.16.lib.1.Ambroſin.dec.50.à n.47.
Chriſtin.dec.Belg.149.n.6.vol.2. D.R.
Capyc.Latr.deciſ.90.n.10.lib.1.& con-
ſultat.101.n.34.lib.2. Neque ſangui-
154 ne conjunctis l.qui iuriſdictioni 10.
D.de iuriſd.omn.Iudic. cap.accedens 4.
ut lit.non conteſt. cap.poſtremo 36. de
appellat.Aufrer.in tract.de recuſation.
in princip.D.Reg.Rovit.in pragm.1.de
ſuſpit.n.25.D.Conſil.Carleual.de iudi-

cys

eijs diſp.2.q.7.ſection.1.n.792.D.Reg.
Sanfelic.deciſ.316.n.1.lib.2. Affinita-
155 teue proximis idem *D.Reg.Rovit. in*
ead.pragm.1.n.27. de ſuſpict.D.Conſil.
Staiban.reſolut.117.n.4.centur.2. ele-
ctis magiſtratibus jus potiſſimũ dicere,
permittatur.

OBIECTIS igitur exolutis Iuribus ratio-
nibus, provinciarum moribus, vetuſta-
tis exemplis, patrumq; traditionibus,
non modo conſentaneum firmavimus
eſſe, peregrinis hominibus in muneri-
bus conferendis, proprios Cives præ-
ferendos; verum etiã, tum in cives ip-
ſos, cum in patriam impium exiſtimã-
156 dum facinus, indigenis deſpectis ex-
teros deligere; niſi (ut *Henning.Arniſa.*
expreſsit) de prolapſa iam Republica
ageretur *de Republ.conſtituend. d.cap.*
12.pag.112.colum.2. verſic. qui verò.
157 Iraſci namque ſemper cives *Paulus*
Æmil. lib.3. de reb.geſt.Fran. (cæteris
miſſis) inquit, ſi ſibi pręficiantur alieni-
genæ, putantq; ſe contemni, ſi ab ex-
ternis regantur magiſtratibus *Patrit.*
lib.3.de Republic.tit.2.Caſ.lib.5.polit.
in dub. cap.3. libentiùſq; proindè ſuæ
158 nationis, & ſanguinis, quam exteris
parent hominibus *Arniſ. loc. cit. pag.*
113.col.2.in princip. ex *Diodor.Sicul.&*
Dlogoſſ. ſubdens, Tyrios viliſsimo po-
tiùs ſui generis homini, quam alieni-
genæ obedire maluiſse. Vt pro firmio-
ri equidem lapidè, fas ſit ſubjungere,
159 adeò namq; hæc vera eſſe, ut ab ad-
venis populos regi, & miſerrimum
judicetur, atque inter divinas commi-
nationes, maledictioneſvè recenſitum
Deuteron.cap.28.lit.F. ADVENA, qui
tecum verſatur in Terra, aſcendat ſu-
per te, eritque ſublimior, tu autem de-
ſcendes, & eris inferior, ipſe fanera-
bitur tibi, & tu non fæneraberis ei, ipſe
erit in caput, & tu eris in caudam, &
ſævius fortaſsis *Ierem. cap.5. verſic.*
ecce ego lit.D. notantq; *D.Reg.Tapia*
deciſ.ſupr. Senat.15.nu.3. ac *D.Io:So-*
lorzan.de Indiar.iur.tom.2. lib.3.cap.
19.nu.34.Fermoſ.de iudic.& for.comp.
ad cap.cum deputati de Iudic. q.4.n.4.
Miſſum tamen non facimus excelſioris
160 quandoq; virtutis exteros, non mo-
do ad munia gerenda, ſuperioris etiam
ordinis adſciſcendos, quinimo expe-
tẽdos, atq; eximiè exindè honorãdos.
161 Quemadmodum Romanos Herma-
doro Epheſio ab patria, ob egregiam
eius probitatem exacto *Cic.qq.tuſcul.*
lib.5.pag.193.nu.4.oper.to.4. ad græ-
cas ferendas leges, interpretandaſque
vſos fuiſse, teſtantur *Strab. lib.14.*
Alex.ab Alex.genial.dier.lib.5.cap.18.
verſ.Hermodorũq; & ex *Põponij* aucto-
ritate *in l.2.§.ex actis in fin.D.de orig.*
iur. & ibidẽ noſtri pręnotarũt præſer-
tìm *Hieronym.Cagnol. nu.71.* itaut ab
eodem cum Romano populo ſtatua
poſtmodũ in comitio donatũ ſcripſe-
rint *Plin.lib.14.cap.5. Alex. ab Alex.*
genial.dier.loc.mox cit. prout Xantip-
pum Lacedęmonium in eoſdem Qui-
rites, Carthaginenſes, tradunt evocaſ-
ſe *Cic. lib.3. de offic. pagin. 401. nu.*
41.tom.4. Liu.hiſt.lib.28. Eutrop.rer.
Roman. lib.2.verſic.2. Manilio. Siculos
Gylippum *Diod.Sicul.hiſt.lib.13.verſ.*
Prafecto Athenis, Thucidid.de bello Pe-
loponẽſ.lib.6.in fin.& lib.7.circ.prin-
cip. Chalcidẽſes Braſidem idem *Diod.*
Sicul. hiſtor. lib.12. Aſiaticos Lyſan-
drum, Callicratem, & Ageſilaum ex-
ternos ſibi Duces optaſſe *Plutar.oper.*
tom.1.in Lyſandr.pag.546.lit.B. & C.
& in Ageſilao pag.598. lit.D. Io:Bapt.
pign.de princip.lib.2. ſicuti Pomponiũ
atticum Athenienſibus, Callimacum,
Italum *Io: Alberto Polono* profuiſſe ex
Cornel.nep.in Pompon.& Crom.lib.30.
fert *Arniſaus de Republic. conſtit. cit.*
c.12.pag.112.verſ.hoſpitalitatẽ in fin.

Ac ad Romana iterum monumenta re-
deuntes, prætereũdi ſanè nõ ſunt Nu-
ma Pompilius, nec patritius, nec Ro-
manus civis ex Sabino Agro à patri-
bus Rex creatus *Plutarc. in eius vit.*
Flor.lib.1. Dionyſ.Halicar.lib.2. Oroſ.
lib.4. Eutrop.lib.1. Plin. de vir.illuſtr.
cap.3. Tarquinius priſcus Demerathi
Gręci filius civis adhuc Anci Romanus
quoq; Rex renunciatus *Liu.lib.1. Flor,*
lib.1.

lib.1.Halicarn.lib.3. Entrop.eod.lib.1.
Plin.cit.tract.lib.6. exactiſque Regi-
bus M.Perpenna natione grecus,Con-
ſul Romæ factus eſt *Liu.lib.4.in orat.*
Comulei, ſicut Cornelius Balbus Ga-
ditanus *Entropius lib.4.Plin.lib.5.c.5.*
& inter Imperatores cæteris miſſis re-
cenſendi equidē ſunt Nerva Narnienſi
genitus oppido, Aurelius victor,Tra-
ianus hiſpanus à Nerva deſignatus cū
diceret, virtutum cuiuſq; non patriam
æſtimari,& ponderari oportere,quem-
admodum tradit *Dio in Nerva.*

Memoria quoq; in re tam gravi proden-
dum eſt; externos omnimodò eos ſanè
haberi non poſſe, qui ſub vaſtiſſimo,
potentiſſimi noſtri Regis viuunt Impe-
rio; ij namque virtutibus, meritiſque
inſigniti,uti indigenæ ad prima pariter
munera præ provinciarum incolumi-
tate, fas eſt quidem evehere : & licet,
ex antiquis id, & recentibus promi-
ſcuè experimentis edoceamur;dum &
Hiſpanos, & Italos Duces, præſertim
162 noſtræ nobiliſſimæ Patriæ,& Regno-
rum præponi regimini,& Regijs exer-
citibus imperare obſervemus; libeat
id etiam ex communis Iuris viſceribus
excerpere;inter Romanos enim,qui nō
niſi civibus munera conferenda,atque
inter eoſdem,(uti traditum eſt)connu-
bia dumtaxat contrahenda conſtitue-
re;Civitatiſq; Ius indè (ut deſuper iti-
dem dicebamus) arctiſſimè cōceſſerāt,
163 M.Antoninus Philoſophus,ſivè ma-
vis Antoninus Pius,prout *Iuſtinianus*
credidiſſe videtur (quā in re obſervā-
da sūt,quæ ex *Aurel.Victor.Caſaubon.*
Dorleans annotavit *D.Franc.Amaya in*
l.cives nu.81.& 82.C.de incol.lib.10.)
omnibus poſtmodum ſubiectis, beni-
gna certè conſtitutione donavit, hiſq;
verbis explicauit, amplificauitque
prælaudatus Imperator in *Auth. ut li-*
berti de cater.novell.78.§.fin. Sicut
enim, aiens, *Antoninus Pius, cognomi-*
natus, (ex quo etiam ad nos appellatio
hac pervenit,) Ius Romana Civitatis
prius ab unoquoq; ſubiectorum petitus,
Et taliter ex ijs, qui vocantur peregri-
ni, ad Romanā ingenuitatem deducens,
ille hoc omnibus in cōmune SVBIECTIS
donavit. quod paucioribus fuerat cō-
plexus verbis *Vlpianus*, *In ORBE RO-*
MANO(inquiens)*qui ſunt,ex Conſtitu-*
tione Imperatoris Antonini Cives Ro-
164 *mani effecti ſunt,in l.in orbe Romano.*
iuxta florentinam pandectam 17.*D.de*
*ſtat.homin.*undè ex *Rutilio Numatian.*
*lib.1.Itiner.ver.62.*hoc retulere Tetra-
ſtichon *Renat.Chopp.de dom.franc.lib.*
1.cit.tit.11.ſub n.3.& D.Io:Solorzan.
de indiar.Iur.tom.1.lib.2.cap.21.n.23.

Feciſti patriā diverſis gentibus VNAM,
Profuit iniuſtis, te dominante capi,
Dūq; offers victis proprij cōſortia Iuris,
Vrbem feciſti,quod prius orbis erat.

Et ex *Claudian.lib.3.de laudibus Stili-*
con. annotavit *Henning. Arniſa. de*
Republic.cap.5.de different.Vrb.& Ci-
vit.ſection.2.nu.18.

Hæc eſt,in gremium victos, quæ ſola re-
cepit,
Humanūq; genus cōmuni nomine fovit,
Matris,nō domina ritu,civeſq; vocavit,
Quos domuit.

Piuſq; Prudent.lib.2.in Symmach.

Ius fecit cōmune pares,& nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla
redegit.
Vivitur omnigenis in partibus haud ſe-
cus, ac ſi
Cives cōgenitos cōcludat,mœnibus VNIS.

165 Vt inde, & conjugia, non niſi inter
Romanos conceſſa, inter Romanum,
ſubiectamq; uti inter concives licuiſſe
tradat poſt alios *Amaya* metipſe *obſer-*
vat.iur.lib.2.cap.5.n.14. faceſſuntque
Prudentij carmina eod.lib.2.

Diſtātes Regione plaga, diviſaq; ponto
Littora, conveniunt nunc per vadimo-
nia ad unum,
Et commune forum nunc per cōmercia,
& artes
Ad catum celebrem, nunc per genialia
fulcra
Externi ad Ius connubij; nam ſanguine
mixto
Texitur alternis ex gentibus VNA pro-
pago.

166 Ac fideicommiſſam hereditatem peregrinis reſtitui inhibitam *Nicol. Gruchius de Comit. Roman. lib. 1. cit. cap. 3. pag. 48. lit. I.* Civitatibus omnibus, quæ ſub dominatione fuerant Romana reſtitui oportere, ex Aproniano Senatus Conſulto *Paulus* reſpondit *in l. omnibus 26. D. ad Senat. Conſult. Trebell.* probavitque *Renat. Chopp. de doman. franc. lib. 1. cit. tit. 11. ſub nu. 32.*

167 in hunc quoq; ſenſum Albinatus Ius, gallico ſceptro ſtatutum ſubiectis cõprimens *d. tit. 11. nu. 8.*

168 Atq; Vrbs Roma communis patria dicta, vt Martianus in l. Roma 33. D. ad municipal. *Roma communis patria noſtra eſt*, quodq; *Claudianus* idem cõplecti videtur, ſubdens *loc. cit.*

nexuq; pio longinqua revinxit,
Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patrys regionibus vtitur hoſpes, &c.
Quod cuncti gens VNA ſumus.

169 Totumq; demum Romanum Imperium, digniſſimè fuit Romanus exinde orbis nuncupatus *cit. l. in orbe Romano 17. D. de ſtat. homin. l. 1. C. de Eunuch. l. unic. in princ. C. de caduc. tollend. l. nullam 5. tit. 19. lib. 10. C. Theodoſ.* annotaruntq; *Alciat. diſput. lib. 2. cap. 21. verſ. cum igitur oper. co. 6. Barnab. Briſſon. de verbor. ſign. lib. 13. verſ. in orbe Romano, & verſ. Roma, Renat. Choppin. de doman. franc. lib. 1. cit. tit. 11. nu. 32. verſ. deniq; Henning. Arniſæ. de Republic. lib. 1. cap. 5. de different. Vrb. & Civic. ſect. 2. ſub num. 18.* ex *Arr. Pinell. Vgon. Donell. Petr. Barboſ. Anton. Fabra & Bernard. Alderete, Amaya obſervat. Iur. cit. lib. 1. cap. 1. nu. 82. in fin. & 85. & in d. l. cives n. 81. C. de incolis lib. 10.*

Quod, (ut unicuiq; proprij laboris gloriã retribuamus) ex Caſſiodoro *Briſſonius loc. mox cit.* probaverat *lib. 3. epiſt. 52. Auguſti ſiquidem,* (inquiente,) *temporibus ORBIS ROMANVS agris diviſus, cẽſuq; deſcriptus eſt.* & *lib. 10. epiſt. 8. Decet enim, ut & ORBIS iſte ROMANVS, iuvamine veſtro reſplẽdeat, quem amor veſtræ ſerenitatis illuſtrat.* ac ex *Salvia. Maſsil. lib. 7. de vero Dei iudicio, Sed apud nos emẽdatur, aut quæ pars Romani ORBIS corrigitur.* atque aliàs *ſed hæc omnia prætermittantur, quæ in toto fermè agũtur ORBE Romano.* Et ex *Optato Afro lib. 3. de dogmat. Donatiſt.* habetur. *Sed nè in montem Sion, qui eſt Eccleſia per omnẽ ORBEM ROMANVM*
170 *caput.* Et illyricum quoque orbem,
171 Aſſyriumq; dictũ notat *Amaya d. lib. 1. obſervat. iur. cap. 1. nu. 86.* ex *Claud. in conſul. Theod.*

Illyrico ſe tertia porrigit ORBI,

Et Iuvenal, Satyr. 2.

Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis ORBE,

Sed nè ad rem ſpecialis deeſſe videatur
272 auctoritas, ſic propoſitã Theſim, ut cũ civibus dũtaxat patriæ munera sũt conferenda, nõ omnimodò exteri, ſub eiuſdẽ regnantis ditione viuentes cenſendi ſint, interpretatus fuit conſumatæ eruditionis vir *Camill. Borrell. de magiſtr. edict. cap. 5. nu. 23.* hiſce præſertim verbis, *Quinimmò nec peregrinos ego appellaverim, quod Rex Catholicus Conſiliarium Hiſpanum in Senatu Neapolitano, vel Neapolitanum in Senatu hiſpanico, aut alio eius conſeſſu collocet; Omnes enim tunc, & peregrini reſpectu patriæ, & Cives, ac ſui reſpectu Regis, dicantur.* Quodque non ineptè credimus excerpi, ex *cit. l. 3. tit. 5. lib. 3. noua recopilat.* cum etenim ibi de magiſtratibus dandis Ijs Civitatibus, lociſuè ageretur, quæ eos nõ Cives, ſed Alienigenas expeterent, ſic Rex ſcitiſsimè reſcripſit, *Os mandaremos dar que ſean perſonas pertenesciẽtes para ello: y que ſean naturales de las Ciudades, y Villas, y lugares de nueſtros Reynos, y no de FVERA DELLOS.*

Quamobrem (ut expetitum denique portum appellemus) eum Emanuel Cagianus, non modo hujus Regni prouincialis non ſit, aut ampliſſimo noſtri Regis ſubditus Imperio; ſed alieno ſubiectus Principi, extra omnem controverſiam, fiſcalem putamus inſtantiam,

tiam,ut ad portulaniæ nempè Provinciarum Baruli, & Capitanatæ, tantiq; ponderis munus, tanquam penitùs externus nullatenus admittatur.

S V M M Æ.

1 *Poſterior dies prioris eſt diſcipulus.*

2 ... *Illius tamen cogitatio ducitur ſapiētior.*

3 ... *ac ſanior.*

4 *Mercatura è Mercurio traxit originem.*

5 ... *Mercuriumq; ipſum habet præſidem.*

6 ... *à merendo dicitur.*

7 ... *eam digniſsimi viri exercuere.*

8 *Mercatores ſpernunt pericula.*

9 ... *Eos Divus Franciſcus Xaverius ferè invidit, quod ſe priùs Iaponiam appuliſſent.*

10 ... *uti provinciȷs frugiferì munerādi.*

11 *Deus ſua providētia non omnibus provinciȷs omnia, ſed vnicuiq; ſigillatim contribuit dona.*

12 *Homines, ex promiſcua Regionum indigentia inter ſeſe fiunt ſociabiles.*

13 *Negotiatores ad amicitias provinciȷs conciliandas maximè proſunt.*

14 ... *etiam Barbarorum.*

15 *Commercia intereſt Reipublica florere.*

16 *Mercatura publicis rebus dicitur neceſſaria.*

17 ... *text. ad id in l.2.D.de nundin. expenditur.*

18 ... *ac Baldi dictum, ſummum eam bonū, ac quintum vocantis elementum.*

19 *Negotiatores etiam Principibus vtiles.*

20 ... *ac proinde alliciendi.*

21 *Belli iuſta exurgit cauſa, ſi commercia vitentur.*

22 *Negotiatores in periculo versātur æternæ ſalutis.*

23 ... *cum vix Deo placere poſsint.*

24 ... *Sine mali admiſtione ut plurimum mercaturam non exercent.*

25 ... *ſed cū mēdacio, periurio, & fraude.*

26 ... *ut difficile fermè ſit in eorum commerciȷs non intervenire peccatum.*

27 ... *pſalmus 70. ad id enucleatur.*

28 ... *Eorumdem infelices exitus, qui recenſuit.*

29 ... *Latronibus quodāmodo aſſimilantur.*

30 ... *Mercurium præſulem obtinuere.*

31 ... *peregrini præſertìm arcendi.*

32 *Mercatura vilis putatur, ac ſordida.*

33 ... *ac plebeȷs relinquenda.*

34 ... *armorum eidem uſus inhibetur.*

35 *Nobiles patriæ decet defenſio.*

36 ... *à negotiatione abſtinere oportet.*

37 ... *eorum inſignia mercatoribus denegantur.*

38 ... *mercaturam exercentes à torneamentis repelluntur.*

39 ... *ac nobilitatem amittunt.*

40 ... *ni contraria in patria vigeret cōſuetudo.*

41 ... *quamvis aliquantulum ea nobilitatem obumbret.*

42 *Principem, indigente Ærario, negotiari inquiunt non dedecere.*

43 *Mercis parvæ emptores, ac revenditores omnimodò dānantur, & ſub n.47*

44 *Matthias Corvinus Pannoniæ Rex conſuetudinem negotiandi in nobilibus penitùs improbavit.*

45 *Mercatura privatis hominibus deſeri debet; nè Reipublicæ ſtatus perturbetur.*

46 *Theophilus Imperator vxoriam navē, mercimonia vehentem iuſſit comburendam.*

47 *Senatoribus marinæ naves interdicūtur.*

48 *Auctor, Regiæ Dohanæ Apuleæ extitit Gubernator.*

49 *Mercatorum quorūdam ibidem expertus malitiam*

50 *A negotiatoribus maximopere abhorrendum.*

51 *Mercatura res eſt indifferens.*

52 ... *illius exercita vitia, hominum ſūt, non artis.*

53 *Index rectiſſima mentis eſſe debet.*

54 .. *ac ab omni ſeſe munere abſtinere.*

55 .. *cum ſine manibus Thebani effinxere.*

56 *Munera indicantium oculos excæcant.*

57 ... *Reipublicæ permaximè ſunt noxia.*

58 ... *Spernere victoria eſt.*

59 *Negotiatio, peccandi periculis dicitur expoſita.*

60 *Officialibus mercatura eſt interdicta, & ſub nu.62.*
61 *. . . etſi per ſuppoſitas eam egerint perſonas, & ſub nu.73.*
62 *. . . nulli eorum exindè contractus exiſtimantur.*
63 *. . . idq; tàm majoribus, quàm minoribus vetitum eſt.*
64 *. . . ac eorundem familiaribus.*
65 *. . . nè ſubditis inferatur impreſſio.*
66 *. . . ſivè ab officij ijdem avertantur exercitio.*
67 *. . . ſivè eum inter nobiles ipſi enumerentur.*
68 *. . . plebeorum miſceantur mercimonijs.*
69 *. . . aut eum animi dotibus fulgere debeant.*
70 *Mercatorum fraudibus involvantur.*
71 *. . . patrio Iure eiſdem pariter vetatur.*
72 *. . . tum majoribus, cum minoribus.*
73 *. . . licet per ſuppoſitas negotiētur perſonas.*
74 *. . . ac præſertim noſtri Senatus Adminiſtris.*
75 *. . . Regni à ſecretis.*
76 *. . . Theſaurario majori.*
77 *. . . Opinatoribus, ceù Perceptoribus.*
78 *. . . Magiſtris Portulanis.*
79 *. . . Arcium cuſtodibus, & ſub nu.81.*
80 *Iuriſdictionem ſolummodò exercentibus, qui mercaturam ſenſerint inhibitam.*
81 *. . . cot proprie putantes magiſtratus.*
82 *A mandatis Scribis, actorumque Magiſtris itidem vetatur mercatura.*
83 *Negotiatores ad officia aſſumpti, ab eiſdem debent removeri.*
84 *Facta quandoq; ſuſtinentur.*
85 *Decuriones ſunt in dignitate conſtituti.*
86 *. . . dicuntur primates.*
87 *. . . ad officia gerenda invitantur.*
88 *. . . plebeis poſthabitis.*
89 *. . . Negotiatores ad publica exercenda munera non deliguntur.*
90 *Dom. Præſidens D. Carolus Calà Dux Diani commendatur.*
91 *Prout D.Reg.D.Petrus Valero Diaz.*
92 *Excellentiſſimus Prorex D.Petrus Antonius ab Aragonia celebratur.*

ARGVMENTVM.

Mercatorum, negotiatorumvè origo, ethimologia, dignitas, utilitas, ac neceſſitas recensētur; quibus ſibi, patriæ, principibus, provincijs ac toto ferè terrarum orbi videntur prodeſſe. Quemadmodum (ni rectè exercitium, quod ex ſe indifferens res eſt, geſſerint) eorundem æternæ ſalutis diſcrimen, mendacia, fraudes, ac periuria deteſtantur: queis à nobilitate, nobiliumq; inſignijs, torneamētis, publiciſq; munijs, Iuſtitiæ præſertim removentur, Cum magiſtratus puris oporteat manibus officia exercere, atque à muneribus, quæ Iuſdicentium excæcant oculos ſeſe libentiſsimè cohibere; ac idcircò à cunctis abſtinere mercimonijs, prout Romanorum Iura, & patria enixiùs, indictiſq; pœnis ſigillatim oſtenditur ſanxiſſe, ut meritò exindè negotiatores ad officia exercenda, nec eligi, neque delecti valeant ſuſtineri.

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa.

Diſſertatio XXX.

1 DIES poſterior, licet
prioris dicatur di-
ſcipulus *Adagior.co-
lum.* 505. *Guilhelm.
Anthon. à Freunde-
bergh. de reſcripe.
morat. concluſ.63.n.*
99.quia tamen *Dies* quoq; *diei eructat
verbum,& nox nocti indicat ſcientiam*
2 *pſalm.* 18. *poſteriores* idcircò *cogita-
tiones*, *ſapientiores* dixit *Cic. Philipp:
lib.*12. *orat.* 54. *circa princ.* Quinimò
3 *ſaniores*,argumento *l. ſi vindicari* 20.
C. de pœnis, Frideric. Pruckman.conſ.
50.*nu.*440.*lib.*1.Quamobrem cum in
hac cauſa non modo Emanuelem Ca-
gianum Regni penitùs exterum; ſed
negotiatorem etiam nuperrimè nove-
rimus eſſe; prioribus proindè hæc no-
viſſima addentes Iuribus, ex utroque
æqualiter capite, à tanti muneris ar-
cendum exercitio, inſtitimus conſu-
lendum.

Enim verò,quãvis nõ defuerint,qui mer-
catorum laudes contexuere, ſivè illo-
rum originem ſpectantes, cum è Mer-
4 curio Philoſopho,& Rege,inter Deos
poſtmodum ab Ethnicis relato initia
mercaturam ſumpſiſſe,ex *Dionyſ.lib.6.*
referat *Tiraquell. de nobilit. cap.* 33.
5 *ſub nu.* 17. Ideoque eidem præſidem
Mercurium metipſum deſignatum,
eruditiorum præterit neminem, præ-
ſertim *Hugon.Victorin. lib.* 2. *erudit.
Didaſc. cap.* 24. *R.P.Giballin.univerſ.
negotiat.cap.*1.*art.*3. *nu.*3. *verſ.ideoq;
& lib.*2.*cap.*1.*artic.*3.*ſub nu.*14.*verſ.
mercibus præfuit*.Hinc Plaut. *in Sticho
act.*3.*ſcen.*1.

*Cum benè re geſta ſaluus converter do-
mum,*
Neptuno grates habeo,& tempeſtatibus:
*Simul MERCVRIO, qui me in mercimo-
nijs*
*Iuvit, lucriſque quadruplicavit rem
meam,*

6 Ceù mercaturę ethimologiam probã-
tes, quam à merendo, quod virtutis
eſt, dictam cenſuit *Klockius de Ærar.
cit.cap.*25.*lib.*2.*nu.*1. *verſ.quo circa.*

Sivè dignitatem eorum obſervantes,qui
7 illam exercuere, inter quos Abraha-
mum, & Salomonem ex pluribus re-
cenſuit *Klockius* idem *loc. cit. nu.*9. *&*
10. ſicuti Solonem, Thaletem,Hippo-
cratem Mathematicum, Maſſaliam, ac
Platonem, *Plutarc.in Solon.in princip.
to.*1.*pag.*79. Ac Zenonem, Catonem
Cenſorium, Tarquinium Priſcum Re-
gem, Veſpeſianum, ac Pertinacem
Cæſares ex *Tull.Heſiod.Laert. Sueton.
Tranquill.* alijſque enumerarunt *An-
dreas Tiraquell. de nobilit. d.cap.* 33.
*n.*15.16.*&* 17. *& Stracc.de mercatur.
part.*2.*nu.*3.

Seu illorum animi commendantes auda-
8 ciam, quippè qui diſcriminibus ſpre-
tis, maris inconſtantiam quotidiè ex-
periri non pavent. Vndè *Senec. in Me-
dea in Chor.act.*2.

AVDAX nimium, qui freta primus,
Rate tam fragili perfida rupit,
Terraſq; ſuas poſt terga videns,
Animam levibus credidit auris.

& Horat.*lib.*1.*ode* 1.

Luctantem Icarijs fluctibus Africum
MERCATOR metuens,otium, & oppidi
Laudat rura ſui: MOX reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.

& *lib.*1. *epiſt.*1.

*IMPIGER extremos curris mercator ad
Indos,*
*Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa,
per ignes.*

9 Vt Divum Franciſcum Xaverium In-
diarum Apoſtolum erubuiſſe, ſibique
ſuccenſuiſſe feratur, quod mercatores
priùs ad Iaponios fluxis, ac perituris
mercibus vẽdendi cauſa penetraſſent,
quam ipſe,ut cęleſtibus theſauris,qui-
bus fides Orthodoxa propagatur, Re-
gni Cęlorum limites poſſet dilatare,in

eius

eius vita lib.3. cap.16. annotatque in
ſpecie *Henric.Engelgrau.in Luc.Euan-
gel.Dom.8. poſt Penteçoſt. emblem. 36.
§.1.verſ.hac nos.*
Sivè tandem vtilitatem, quam patrijs, cæ-
10 teriſq; externis Provincijs afferũt, ex-
tollẽtes; negotiatio etenim, tãquã Rei-
publicæ frugifera, favoribus munerã-
da viſa fuit *Calliſtrato* in *l. ſemper 5.
§.negotiatores, D.de Iur. Immunit.* & ex
l.vnic. C. de nund. colligerunt ibidem
*DD.Hauia in labyrint.lib.1.cap.1 Petr.
Greg.de Republic. lib. 4. cap.7. Alvar.
Io.Baptiſta Valenz. conſ. 52. num.86.
tom.1.Solorzan.de Indiar.Iur.to.1.lib.
1.cap.8.nu.9.& cap.16.nu.31.& to.2.
lib.5.cap.1.nu.60. David. Mevius in
diſcuſſ. levamin. debitor. cap.1. nu.85.*
Mercatores namq; ex vendendi, com-
mutandique, qua utuntur facultate, &
earũ rerum, quæ abundantiùs in pro-
prio ſolo naſcũtur, & quarum id idem
ex alieno indigere comperitur, indu-
ſtria, aſportatione, invectioneq; vtriq;
11 conſulunt vtiliter: non enim omnibus
Regionibus D. O. M. ineffabili uſus
providentia, cuncta duxit contribuen-
da. Hinc Indis Ebur, Sabæis thura,
Perſis ſericum, Maluccanis aromata,
Americanis aurum, argentumq; Cha-
lybidis ferrum, Suevis æs, Brittoniſq;
ſtannum indulſit, undè *Virgil.* cecinit
1.Georgic.

Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ:
*Arborei fœtus alibi, atq; iniuſſa vireſ-
cunt*
*Gramina. nonnè vides croceos ut Tmo-
lus odores,*
*India mittit Ebur, molles ſua thura Sa-
bæi?*
*At Chalybes nudi ferrum, viroſaq; Pon-
tus*
*Caſtorea, Eliadũ palmas Epeiros equa-
rum.*

12 Vt ex hac promiſcua indigentia, pro-
vincia provinciã quæreret, & exindè
inter ſeſe habitatores (prout homines
decet) fierent ſociabiles *Philipp. Kni-
pſchildt. de Iur. & privil.Civit.lib.5.
cap.22.nu.1.& 2.& ſub nu.55.* Idque
egregiè *Gaſpar Klockius* amplificavit
de Ærar.lib.2.cap.25.n.2. ex cõmer-
cijs (aiens) cum Regibus, rebuſque pu-
blicis amicitias contrahi, novaſque
Colonias in toto Terrarum orbe de-
duci, Quodque *Plutarcus* metipſe *in
cit.Solon. vita circa princ.* hiſce verbis
13 indicauit *MERCATVRA verò ad Bar-
barorum neceſſitudines, Regumque ami-
citias comparandas plurimum valere
14 putabatur.* Adeout ex ea Orienta-
lem Indiam apertam, novum orbem
detectum, Chriſtianamque noſtram
Religionem longè, latèque ſubdide-
rit propagatam *Klokius* itidem *dict.
15 cap.25. nu.2.* Ac idcircò commercijs
ijſdem Reipublicæ non dum florere
maximoperè intereſſe dixerit *Philipp.
Knipſchildt. de Iur. univerſ. lib.5.cit.
cap.22. nu.72. in fin.* poſt *Kloch. conſ.
37.nu.360.* Sed ob emolumenta, quæ
16 Civitatibus negotiatorum parit in-
duſtria, neceſſariam nunc eſſe merca-
turam ſenſerit *Bodin. de Republ. lib.3.
cap.8.* confirmantq; *Caſſan.in Catalog.
glor.mund.par.11.conſiderat.1.verſic.
& nõ ſolum, & conſiderat.45.in princ.
& verſ.plures, Camill. Borrell.de praſt.
Reg.Catholic.cap.8.nu.18.Knipſchildt.
lib.2.cap.16.nu.47.in princip.* & aper-
17 tè Calliſtratus reſpõderat in l.2.D.de
nundin. *Denique ſummæ prudentiæ, &
auctoritatis apud Græcos Plato, cum
inſtitueret quemadmodum Civitas be-
nè, & beatè habitari poſſit, in primis
iſtos negotiatores NECESSARIOS di-
xit*, ejuſdem Platonis verbis ſubjun-
gens, (*ab Andr. Tiraquell. de nobil.cap.
33.nu.13.* ſic in latium verſis) *Pluribus
agricolis, alijſque artificibus, ac mini-
ſtris opus eſt, qui importent, & expor-
tent ſingula; ſunt autem hi MERCA-
TORES*, probaſſeq; mercatorũm hanc
neceſſitatem *gloſſ. Bart.Bald. Salycet.
Alex.& Alberic.* refert *Stracch.de mer-
cat.par.2.n.16.* & ex *Conrad.Lup.Am-
broſ.de.Vgnat. Navarr.Boninſegn. Sa-
lon.Romual.* & *Scacc. Gaitus de credit.
cap.2.tit.7.q.5.nu.1015.* Ideoq; *Bald.
in Rubric.de Cleric.Peregrin.n.1.* aie-
bat

bat Mercatura eſt amica populis: quia mundus nō poteſt ſine mercatoribus vivere, ſequuntur Tiraquell. loc. cit. verſ. cui concinens, Camill. Borrell. cit. cap. 8. num. 19. Ludovic. Mexia in pragm. tax.
18 pan. concluſ. 5. n. 137. Quinimò Baldus
metipſe in conſ. 348. n. 4. vol. 1. Mercatorum, & campſorum maſſam sūmum bonum, & quintum, dixit elementum, ut retulere quoq; Stracc. cit. par. 2. de mercat. n. 4. & noviſſimè R. P. Giballin. de univerſ. human. rer. negotiat. tom. 1. lib. 1. cap. 1. art. 4. nu. 1.
19 Quapropter Negotiatores in præſentiarum pariter Principibus apprimè utiles putat Onoſandr. Strategic. penès Ioan. Chokier. cap. 5. in fin. ac vti ne-
20 ceſſarios ſemper alliciendos Caſſiodorus, Theodorici Regis ſub nomine ſcripſit prudentiſſimè epiſt. 26. lib. 2. Nullius compēdijs delectamur injuſtis; nec ad animum noſtra pietatis perveniunt, quæ probitatis gratia deferuntur; Reſpublica ſiquidem Iure ſemper æquitatis augetur: & cum temperantia diligitur velociter profutura ſuccedūt. Quapropter beneficia noſtra erga negociatores, qui noſtris titulis NECESSARII comprobātur omnibus modis facite cuſtodiri, nè genus hominū, quod vivit lucris, ad necē poſſit peruenire diſpēdijs.
21 Ita ut juſtā belli cauſā eſſe, ſi cōmercia denegentur ex Beſold. de Iur. bell. c. 5. n. 6. tradiderit Knipſchildt de Iur. Civit. lib. 5. cit. cap. 22. n. 55. ante eos Stracc. cit. p. 2. de mercat. ſub n. 16. Idq; à Romano Populo in eventibus receptum, hiſce verbis Cicero expreſſit, Maiores veſtri ſæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis, BELLA geſſerunt, de leg. Manil. oper. tom. 2. pag. 243. nu. 24.
Attamen innumeri, & veriùs fortaſſis, at-
22 que accuratiùs negotiatorum turbam penitùs improbaverūt; eorum etenim ſtatus in magno æternæ ſalutis verſatur diſcrimine Afflict. in Conſtit. mercatores nu. 4. Stracc. de mercat. cit. par. 2. nu. 5. illud Baldi afferens in cap. cum cauſā 42. de teſtib. in fin. à Iaſon. quoque relatum in l. ſi quis in conſcribendo 4. notabil. C. de pact. Sylva nupt. lib. 5. num. 49. in fin. Tiraquell. de pænis temper. cauſ. 51. num. 142. & Coraſ. miſcellan. Iur. lib. 3. cap. 24. Quò ibit igitur anima mercatoris; cum nūquam
23 ferè omnipotenti Deo ij poſſint placere Afflict. in cit. Conſtit. mercatores n. 4. Sylva nup. loc. cit. n. 50. Tiraquell. de nobilitate cap. 33. nu. 9. quodq; expreſsè elicitur ex Can. ejciens 11. 88. diſtinct. Quia homo mercator vix, aut nūquam poteſt Deo placere. Quoniam ut D. Auguſtinus refert. Sine mali admiſſione, non adminiſtratur mercatura, Can. conſideret 1. § in his omnibus de
24 pænit. diſt. 5. ac ſine mendacio, atque
25 periurio fermè nequit exerceri Lucas de Penna in l. 2. C. de incol. & ubi quis domicil hab. lib. 10. & in Rubr. C. Negotiat. ne militēt ſub n. 2. Sylva nup. eod. cit. loc. n. 50. Tiraquell. de pæn. tēper. cit. cauſ. 51. nu. 142. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 6. n. 2. Laurentiùs Kirchoff. inter conſ. Kirchou. lib. 4. cōſ. 9. nu. 8. & ex eod. Can. ejciens excerpitur, ibi Sic qui emit, & vendit ſine mendacio, & periurio eſſe non poteſt. Qua de re Divus Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. verſ. ſed contra, Negotiator (edixit,) avidus acquirendi, pro damno blaſphemat, pro pretijs rerum mentitur, & peierat. Ac Salvian. lib. 3. de Guber. Dei Quid aliud (ait) eſt cūctorum negotiantium vita, quam fraus, & periurium?
26 præterquāquod ut Eccleſiaſt. cap. 27. in princip. habetur, Inter medium emptionis, & venditionis anguſtiabitur peccatum, ſivè ut Leo Pap. in epiſt. 92. cap. 9. ad Ruſticum Epiſcopum, in Can. qualitas 2. de pænit. diſt. 5. inquiebat, difficile eſt inter ementis, vendentiſq; commercium nō intervenire peccatum.
27 Ac David pſal. 70. Quoniam nō cognovi NEGOTIATIONES introibo in potentias Domini, prout rectiùs verbum illud litteraturam, quod in aliquibus Codicibus reperitur, legendum negotiationes obſervamus in Can. conſequens 2. & cit. Can. ejciens 11. & Can.
quo-

Digitized by Google

quoniam 12. 88. *diſt.* ex Divis *Gelaſ.*
Papa, Io: Chryſoſtom. & Auguſtin. con-
flatis; comprobat, nonnulla in Merca-
tores eruditè quoq; atque eximiè con-
28 gerens, infeliceſq; illorum, ac terri-
ficos exitus aliquot enumerans *R. P.*
Paulus Arinchus in tract. mort. peccat.
peſſim. par. 2. lib. 6. cap. 12.
Vt Iure meritò Negotiatores Dominus
noſter è templo ejecerit, eos etiam (ni
29 fallimur) latrones nũcupans *Matthæi*
cap. 21. Marc. cap. 11. & Luc. cap. 19.
Eÿciebat omnes vendentes, & ementes
in templo. & infrà *Domus mea, domus*
orationis vocabitur; vos autem feciſtis
eam ſpeluncam latronum; quodq; per-
bellè exornat *Borrell. de praſtant. Reg.*
Cathol. cap. 36. nu. 71. & expreſſiſſe vi-
detur *Inglaris elog. 40. ſup. cit. Evang.*
ipſũq; refert *R. P. Arinch. loc. cit. n. 3.*

Non ſuffert latrocinium ſecurum in
templo.
Quod cũ periculo exercetur in ſylvis.

Vndè nil mirùm, ſi Mercuriũ Pręſulem
30 mercatoribus Poetæ deſtinarunt, teſte
præ alijs *R. P. Giball. de univerſ. negot.*
to. 1. c. 1. art. 3. ſub n. 3. nam eum pari-
ter & furibus præfecere *Tiraquell.*
cit. cap. 33. ſub nu. 10. indè Aurelius
Prudentius *contra Symmac. de Mercur.*

EXPERTES furandi homines hac
imbuit arte
MERCVRIVS Maia genitus.

31 Mercatoreſq; proindè peregrinos, ut
in ſuperiori *diſſert.* firmavimus, nè ci-
vium corrumpant mores, nevè ci-
vitatum ſcrutentur arcana, ad *text. in*
l. mercatores 4. *C. de cõmerc. & mercat.*
prohibendos compluribus probant
exemplis *Klock. cit. cap. 25. de arar. lib.*
2. à nu. 45. vſq; ad num. 54. ante eum
Petr. Gregor. de Republic. lib. 4. cap. 7.
num. 10.
32 Hinc vilem, ſordidam, perfidam, ac
ſceleratam mercaturã affirmat *Alciat.*
in l. mercis appellatione nu. 11. D. de
verbor. ſignif. Otylar. de Koſilin. 5. part.
princ. cap. 2. nu. 2. Laurent. Kirchoffius
inter conſil. Kirchous lib. 4. cit conſ. 9.
nu. 7. Mexia de tax. pan. concluſ. 6. ſub
nu. 25. Gait. de credit. cit. quæſt. 5. nu.
2084. *Philipp. Knipſchildt. de privi-*
leg. civit. lib. 5. cit. cap. 22. nu. 10. ac
33 plebeijs linquendam, poſt *Ariſt. po-*
litic. lib. 4. cap. 3. Bodin. lib. 3. de Repu-
blic. cap. 8. Petrus Gregor. de Republic.
lib. 4. cap. 7. n. 5. Mynſinger. obſeru. lib.
6. cit. obſer. 54. Iohann. Otton. in arma-
mentar. Iuſtinian. de exarmation. cap.
4. nu. 15. verſ. faciunt. Eiq; idcircò ar-
34 morum uſum vetitum eſſe, ex *Fri-*
derici Conſtitutione *in cap. 1. §. mer-*
cator de pace tenenda, notat idem *Io;*
Otton. cit. cap. 4. num. 15. in princip.
35 Viriſque è converſo nobilibus, quos
patriam conſilio, & armis iuvare, tue-
riq; oportet *Caſtill. Bovadill. polit. lib.*
1. cap. 15. n. 10. Bartol. Keckerm. ſyſtem.
politic. lib. 1. cap. 14. Knipſchildt. dict.
cap. 22. num. 11. ex *gloſſ. Bald. Luc. de*
Penna, Ariſt. ac *Divo Thom. Solorzan.*
de Indiar. iur. to. 2. lib. 2. cap. 23. nu. 43.
36 negotiationem Cæſares, edocemur
interdixiſſe *l. nobiliores 3. C. de cõmerc.*
& mercat. l. milites 31. & fin. C. de lo-
cat. & cõduct. l. ne quis 6. C. de dignat.
lib. 12. l. 1. C. de præpoſ. agent. in rebus
tot. tit. negotiat. ne milit. l. ſi cohortalis
12. C. de cohortal. eod. lib. 12. ut Titus
Livius *ab Vrbe condit. lib. 21. nu. 63.*
QVÆSTVS omnis Patribus indecorus
viſus eſt, dixerit; ac *Ariſtoteles*, (quem
gloſ. marginalis quoque retulit *in*
l. principalibus D. ſi cert. petat.) 3.
polit. cap. 3. monuerat, Thebano-
rum lege cautum, neminem ad Rei-
publicæ ſuſcipiendos honores ido-
neum cenſeri; niſi qui per annos de-
cem à mercatura deſtitiſſet. Vndè mu-
lierem, quæ mercimonijs præfuiſſet,
Senatori nubere vetuerant *Valentia-*
nus, ac *Martianus in l. humilem 7. §.*
humiles, C. de inceſt. nupt. conſonatq;
73 *l. 1. C. de natur. liberis*, equitumq; inſi-
gnia mercatoribus denegãda, ſtatuitur
in l. 12. tit. 21. par. 2. Dezimos, que no
deue ſer ome Cauallero, que por ſu
perſona andouuieſſe faziendo mercadu-
38 *ria.* prout Equites ipſos mercimonijs
vacantes, à torneamentis, nobilium
ludis

ludis, arcendos, ex Henrici Primi Con-
ſtitutione in legibus haſtiludialibus,
ſivè de torneamentis cap. 2. fert Carol.
Emmanuel Vizzan. de mandat. Princip.
cap. 4. §. 1. n. 32. ante eum Philipp. Kni-
pſchildt. de fideicomm. famil. nobil. cap.
7. nu. 51. ac nobilitatem demum amit-
tere patritios viros, mercaturam exer-
centes, latè præalijs tradit idem Kni-
pſchildt. de ordin. Equeſt. Iur. lib. 1. cap.
13. prout annotavit de Iur. Civit. lib. 5.
cit. c. 22. n. 9. verſ. & nobiles ex cæteris
Guid. Papa deciſ. 196. Sylva nupt. lib. 5.
nu. 49. Tiraquell. de nobilit. cit. cap. 33.
n. 3. & 4. Stracc. de mercat. par. 2. n. 17.
Scaccia de cõmerc. §. 1. q. 7. p. 3. limit. 17.
ſub num. 20. Matienſ. in l. 1. nou. Re-
copil. tit. 14. gloſſ. 7. nu. 1. & 2. Mexia de
taxa panis 6. concluſ. ſub n. 23. & Dom.
Præſ. de Franch. deciſ. 128. nu. 4. D. Reg.
Rovit. in rubr. prag. de mercat. offic. pro-
hib. nu. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap.
186. nu. 25. lib. 1. D. Conſil. Paſchal. de
vir. patr. poteſt. par. 4. cap. 2. n. 44. Gait.
de credit. d. q. 5. num. 2078. & nu. 2083.
Franciſc. de Petr. conſ. 35. nu. 5. Matth.
Stephan. de nobilit. cap. 7. n. 3. & ſeq. &
de iuriſdit. lib. 2. par. 1. cap. 7. memb. 2.
nu. 93. Bocer. de regal. cap. 2. nu. 52. Phi-
lipp. Knipſchildt. de fideicomm. famil.
nob. cit. c. 7. n. 49. Amaya in l. vnic. n. 81.
Cod. de infamibus R. P. Fragoſ. de Republ.
tom. 1. par. 1. lib. 3. diſput. 6. §. 9. n. 163.
pluraque ex veterum congerit monu-
mentis Arniſæ. de ijs, qui ſumma poteſt.
ſubic. cap. 12. pag. 128. volum. 2. verſic.
poſt agricolas.
40 Et quanquam interpetres id vigere
paſſim negarint, ubi locorum cõſuetu-
do contrarium receperit, namque
nobilitati non officere communi ſcri-
pſerunt calculo, ex Capoll. Anton. de
Butr. & Afflict. Tiraquell. de nobilit.
cit. cap. 33. nu. 21. Mynſinger. obſervat.
centur. 6. obſervat. 54. nu. 1. Peregrin.
conſ. 111. nu. 6. vol. 3. Arduin. conſ. 21.
nu. 9. Stracc. de mercat. par. 2. nu. 18. Ro-
ta Rom. penès Ludoviſ. 322. num. 10.
Scaccia vbi ſup. n. 22. Bocer. de regalib.
cap. 2. n. 54. Arniſæ. cit. cap. 12. pag. 129.
verſ. Veneti, Dom. Reg. Rovit. in rubric.
de mercat. offic. prohib. nu. 2. Gait. de cre-
dit. cit. q. 5. num. 2101. ex Otalor. Ma-
tienſ. Baez. Gutierez. Azeued. & Garſ.
& Narbon. Amay. loc. cit. n. 82. R. P. Fra-
goſ. loc. cit. d. nu. 163. in fin. (quamvis
41 etiam aliquid ſanguinis puritati his in
eventibus detrahi ſenſerint Mexia cit.
concluſ. 6. nu. 23. in fin. Renat. Chopp. de
privil. Ruſtic. lib. 3. cap. 1. nu. 4. in fine,)
42 Sivè reſtringẽdam Iuris regulam quo-
ties, Principum pręſertim Ærarium
incipit indigere Lal. Zecch. in tract. de
Princip. lib. 2. cap. 2. Kloch. de ærar. cit.
cap. 25. n. 20. 33. & ſeq. & Knipſchildt.
d. cap. 22. ſub. nu. 14.
43 Seù in paruæ mercis, ſordidæque ne-
gotiatoribus propoſitam forſan thæſim
ſibi partes vindicare, in ijs potiſſimùm
qui emunt, vendũtq; iterum, apud nos
vulgo revenditores nuncupati arg. l.
nè quis 6. C. de dignit. lib. 12. Afflict. in
cap. quis dicatur Dux n. 16. in fin. poſt
Luc. de Penn. Sylu. nupt. dict. lib. 5. n. 50
verſic. ſed iſta, Tiraquell. d. cap. 33. ſub
nu. 10. Bocer. de Regalib. cap. 2. nu. 55.
Arniſæ. de Republic. de different. de-
mocrat. cap. 5. ſect. 3. nu. 28. Gait. loc. cit.
nu. 2080. Maxim. fauſt. conſ. pro ærar.
claſſ. 14. ordin. 962. in fin.
44 Nobis tamen negotium iſthæc faceſſe-
rent; niſi quod ad primum pertinet,
Matthiæ Corvini Pãnoniæ Regis ver-
ba penès Guevar. in horolog. Princip.
lib. 3. cap. 28. ac Sigiſmundi Poloniæ
Regis apud Gaſparem Klochiũ cit. cap.
25. nu. 32. rem redderent ancipitem.
45 Quemadmodum ſecũdum Theophili
Imperatoris ſententia videtur everte-
re, qui exiſtimans privatis hominibus
mercaturam relinquẽdam; nè alioquin
ſtatus cõfuſio in publica re exoriatur,
ut adnimadvertere Petr. Gregor. lib. 4.
de Republic. cap. 7. cit. num. 5. Bodin. de
Republic. lib. 3. cap. 8. Iunius polit. qq.
par. 2. q. 61. Keckermannius polit. lib. 1.
cit. cap. 14. Daniel. Otton. de Iur. public.
cap. 20. lit. Q. neč Imperatoriam indè
maieſtatem, præter proprias opes mer-
46 caturæ emolumẽta intercipere adde-

cens eſſe;ut tenuioris fortunæ (ut mox
dicebamus) homines victum ex ijs va-
lerent ſibi æquius comparare ; Vxoris
idcircò negotiatoriam navim in portu
comburi iuſsit, cum diceret, *Cum Deus
me Imperatorem fecerit, tu me naucle-
rum facere contendis*, uti ex *Zona. in
eiuſdem Theophili vita* notat *Kni-
pſchildt.cit.lib.5.c.22.nu.12.* Vt aptiſ-
47 ſimè Senatoribus marinas naves ha-
bere, ex lege Iulia repetundarum non
licuiſſe Scævola reſpōderit in *l.his, qui
3. verſ. Senatores D. de vacat. muner,*
ibiq; *Dionyſ.Gothofred. & Cuiac. in l.
vnic. C.vt nemini liceat in empt. ſpec,
lib.10.*

Et poſtremum Tullij verba non impu-
gnarent, in magnæ negotiationis viris
rem non adeò turpem; verumetiam in-
decorā agnoſcentis *de offic. lib.1.pag.
373.n.151.* ijs verbis, *Mercatura autem,
ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt, ſin ma-
gna, & copioſa multa undiq; apportans,
multiſq; ſine vanitate impartiens: non
eſt ADMODVM vituperanda.* Ergo, &
ſi nō pari modo, ſemper tamen exiſti-
matur damnanda,

Prætereà iſthanc in mercatores anxiùs
48 probare nunc ſententiam compelle-
remur ; quum poſt hæc potiſſimū exa-
rata, anno M.DC.LXIX. ad Regium
Dohanæ Apuleæ moderandum patri-
monium præfecti ; tanta inibi nego-
tiatores (hujus Regni præſertim quoſ-
dam exteros) verſutia, inſigniq; malitia
dignoverimus ſcatere, atq; inſatiabili
adeò devictos avaritia, ut mentiri, pe-
jurare, atq; apertè ferè interdicta mo-
nopolia exercere (ad tex. in *l.vnica, C.
de monop.* ibiq; à noſtris tradita, ac præ-
cipuè *Anton.Perez*, poſt *Tib.Decian.in
tract.crimin.lib.7.cap.21.*) fermè pro
49 virtutibus ſibi viderentur adſcribe-
re: cumq; rerum ſtatus expoſceret, ut
negotium non agnitum oſtenderetur,
quinimò conniventibus (prout aiunt)
oculis tractaretur; humanitate potiùs,
blanditijſque duriores, atque in dies
50 evadere experti ſumus diriores; ita ut
liberum illud dicterium, quod ex *Io:
Ordelaph.in l.fin.n.508.Partheny litig.
Auctor* excerpſit, minimè putaverimus
contemnendum, *MERCATORES* ſcili-
cet conſimiles *tanquam peſtem fugien-
dos, lib.2.cap.8.nu.25.* Ni ſecurior nos
51 intelligentia evocaret, mercaturam
indifferentem rem affirmans, ut ſi pro-
bè nimirùm exerceatur, nō improban-
da, ſi verò perversè, ſit vituperanda,
juxta Divi *Auguſtini* monitum *in lib.
qq.vet.teſt.cap.127.* relati in *Can. for-
nicari 10. diſtinct.88. Negotiari verò,*
(dicentis) *aliquando licet, aliquando nō
licet*, ac *D.Tho.2.2.q.77.artic.4. Zyp.
Index magiſtr. lib.3.cap.20.nu.10. So-
lorzan.de Indiar.Iur.lib.1.cap.15.n.8.*
Sivè dilucidiùs, propoſita negotiatorū
vitia, hominū eſſe, nō artis; & ſi etenim
52 cōplures eam exercētes mendacia, ac
dolos admiſceant, fraudeſque; Ars ta-
men ipſa longè ab ijs diſtare comperi-
tur, nilque cum flagitijs habere equi-
dem cōmune, ſi rectè (vt decet) ea ho-
mines elegerint uti; cū & Chriſto Do-
mino Regnum Cælorum negotiatori
placuerit cōparare *Matth. c.13.* ſicuti
ex *Innocent.Abb.Panorm.Io:Andr.Luc.
de Penn.* & ijſdem Divis *Auguſt.Thoma
Antonino, ac Alex.de Ales, Scot. & Gab.
Biel.* tradidit *Andr. Tiraquell. de nobi-
lit.cit.cap.33.num.19.* Quod tamen,
quam difficile, infructuosūq; penè ſit,
homines nempè ab arte ſecernere; ſivè
indifferentem rem illam cenſere, exer-
centium verò vitia improbare, diutur-
na profectò dictat experientia,

Et quamvis cuncta hæc ſatis eſſe debe-
rent, nè ad preſens munus, cuiq; tam
grandis ineſt iuriſdictio, valeret nego-
53 tiator aſpirare; cum teſte Caſſiodoro
*variar.lib.12.epiſt.2. NIL vile, nil cu-
pidum Iudices decet.* Quemadmodum
abeſſe à Iudiciarijs mentibus aliquid
profanum oportere, idem *Caſſiodor.* in-
quiebat ex Theodorici ore, ſic Euge-
nio officiorum magiſtro reſcribentis,
*Eſto Innocētia templum, temperātia ſa-
crarium, ARA IVSTITIÆ var. lib. 1.
epiſt.12.in fin.*

Vt rectè etenim judicetur, excutiendas
manus

Digitized by Google

54 manus ab omni munere dixit *Iſai.cap.*
33.*lit.C.*illorum namque nummorum-
vè,acceptio,prævaricatio eſt veritatis,
ex *Iſidor.lib.3.de ſumm.bon.cap.*58.no-
tatur in *Can.qui rectè 66.cauſ.11.q.3.*
Hinc *Omnes cognitores*(Gratian.Valēt.
& Theodoſ. edixerunt,) *& Iudices à
pecunijs , atq; patrimonijs MANVS ab-
ſtineant, neq; alienum Iurgium putent
ſuam prædam in l. omnes 3. C. ad l.Iu-
liam repetundar.*ac Iuſtin.in §.oportet
Auth. de mandat. princ. *Oportet te pu-
rè ſumentem adminiſtrationem, & ſine
omni ſuffragio,præ alijs mundas ſerva-
re Deo, nobiſq; & legi MANVS.*& in §.
*ſic igitur, Auth. ut Iudices ſine quoquo
ſuffragio* (de eadem adminiſtratione
verba faciens) *Sic eam puris cuſtodire
MANIBVS.*& Novell.25.de prętor.Ly-
caoniæ. *Puris utetur MANIBVS.* Eam-
55 que manuum munditiem , tam valdè
Thebani excoluere , ut Iudices mani-
bus effinxerint truncos ex *Plutarc.*
notat *Stobęus ſerm.*44.

. . . . . *Capiant nè Xenia, nec ſe,
Pollicitis flecti muneribus ſinant,*

Alciat. explicuit *emblem.*145. *Munera*
56 ſiquidem *(ut lex ait) excæcant oculos,
efficiunt Iuſtitia,mentem à recta via co-
gunt decedere, Philo Iudæus* aiebat *in
lib.de Iudic.* cuius autem meminit lex
*Exod.*libro ſcripta eſt cap.23.lit.B. *Nec
accipies munera , quæ etiam excæcant
prudentes,& ſubvertunt verba iuſtorũ.
Cito* (idem *Iſidor.lib.9. de sũm.bon.cap.*
58. relatus in *Can.pauper 72.cauſ.11.
q.3.*affirmabat)*violatur AVRO Iuſtitia,
nullamq; reus pertimeſcit culpam,quam
redimere NVMMIS exiſtimat.*cum mul-
toties peſſimi dimittantur Rei , paupe-
reſq; & fortaſſis innoxij vltrici ferian-
tur cēſura, quadere *Iuvenal.ſat.*2.

*Dat veniam Corvis,vexat cenſura Co-
lumbas.*

Munerũ etenim captione Reipublicæ ſa-
57 lutem prodi,civium libertati, atq; in-
columitati ſtrui inſidias , iuſtitiam ne-
gligi, iudicium adulterari , virorumq;
bonorum viduarum,& pupillorum iu-
ſtas corrũpi cauſas, tradidit poſt alios
Parth.litig.lib.2.cap.10.ſub num.22.
58 Adeout non minima ſit Iudicis victo-
ria,muneribus ſpretis,Iuſtitiam ſic ex-
colere,ut juſtum,honeſtumq;præferat
utilitati,iuxta illud *Horatij carmin.lib.
4.od.9.*

*Sed quoties,bonus, atque fidus
IVDEX honeſtum prætulit vtili,* &
*Rejecit alto dona nocentium
Vultu: & per obſtantes catervas
Explicuit ſua VICTOR arma .*

Et nos Deo duce alibi apertiùs,fuſiuſ-
que Quumq;iſthæc à muneribus abſti-
nētia difficillimè in mercatoribus,pro-
prijs lucrorum cupiditatibus addictis,
aut inveniri, aut probabiliter ſperari
59 poſſit; atque exindè peccandi pericu-
lis negotiatio ſit expoſita , ut deſuper
*nu.*22. comprobatq; *R.P.Giballin.de
univerſ.negot.lib.1. cap.1. cit.artic.3.
nu.3.& 5.*ante eum *Sigiſmundus Scac-
cia de commerc.*§.1.*q.7.par.2. ampliat.
11.nu.7.& par.3.limit.17. ſub nu.20.*
ſic inquiens,*Si ſe in his,quæ annexam
habent peccandi occaſionem,immiſceret,
prout hanc inſeparabilem habēt merca-
tura,& negotiatio.* indicātq; id iterum
ſacra dogmata,Eccleſiaſt.cap.11.lit.B.
*Fili nè in multis ſint actus tui: & ſi di-
ves fueris, non eris immunis à delicto,*
& Zacchar. cap. 14. in fin. *Et non erit
mercator vltra in domo Domini exer-
cituum.* Et Ezzechiel.cap.28.lit.D.*In
multitudine negotiationis tuæ repleta
ſunt interiora tua iniquitate, & pecca-
ſtii & eieci te de monte Dei, & perdidi
te ò Cherub;* & paulò infrà lit. E. *Ini-
quitate negotionis tuæ polluiſti ſancti-
ficationem tuam.*

Meritò idcircò Iuſtitiæ ſaltìm Admini-
ſtros, quos ab omni ſordiũ labe,opor-
tet eſſe alienos,ex hoc hominum gene-
re nefas erit deligere.

REM tñ aptiùs aggrediētes duplici quo-
que probationis genere eam ducimus
exornandam, primo ſiquidem, officia-
libus negotiationem de Iure vetitam
oſtendentes ; deindè ex hac peculiari
cauſa ad publica munera negotiatores
60 non poſſe promoveri . Officia igitur

gerent ibus negotiari interdictũ,Herẽ-
nius Modeſtinus reſpõdit in *l.qui officij*
62.D.de cõtr.empt.& apertiùs *in l.prin-*
cipalibus 33. D.ſi cert.pctat.Principali-
bus Conſtitutionibus (inquiens) *cave-*
tur,nè hi,qui provinciam regunt,quive
circa eos ſunt,negotientur, mutuam pe-
*cuniam dent,fanuſque exerceant.*Con-
ſtitutionem autem Verum, & Antoni-
num edixiſſe Martianus teſtatur in *l.nõ*
*licet 46.D.de contrahend,empt.*quodq;
arctiùs poſtmo:um ſtatuere Leo in *l.*
ſcriniarios 8.C.de numer.& Actuar.lib.
12.& Iuſtinianus in *l. vnic. C. de con-*
tract.Iudic. & *in §. oportet verb. nego-*
tiatione Auth. de mandat. princip. ac
61 Gordianus, etiãſi ex ſuppoſitis cõtra-
xerint perſonis,hiſce protraxit verbis,
Eos,qui officia adminiſtrãt,neque per ſe,
neque per ſuppoſitas perſonas tempore
officij ſui in provincia fenus agitare
poſse, ſapè ſcriptum eſt in l. eos 3. C.ſi
62 *cert.pet.*Quod & Hermogenianus ſen-
ſit,contractus exin quoq; infirmandos
exiſtimans in *l. aufertur 46. §. quod à*
*Præſide, D.de iur.fiſc.*conſonant *l.5.tit.*
5.p.5.& l.2.tit.6.lib.3.recopilat. pro-
bantque DD. in prælaudatis Iuribus,
præſertim *Iaſon, & Decius in d.l.prin-*
cipalibus,Andr.de Iſern.in c.1. §.ſi ve-
rò de feud.guard. ibiq; *Afflict. Roland.*
à Valle conſil.83.nu.5. & ſeq. volum.2.
Menoch.conſ.1174.nu.7.vol.12.Alciat.
lib.2.parergon.c.49. Guid.Pap.q.195.
nu.2.Gregor.Lopez ad cit.l.5.tit.5.p.5.
& ibidem *Hermoſill.gl.4.per tot.Chri-*
ſtinans deciſ.Belg.86.tom.2. D.R.Re-
vert.deciſ.59.nu.2.Gomez var.reſolut.
lib.2.cap.14.in fin.verſ.ſexto,Peregrin.
de Iur.fiſc.lib.4.tit.7.num,6. cum ſeq.
Bovadill.polit.lib.2.cap.12.num.34.&
ſeq.tom.1.Cardoſ.in prax.Iudic.& Ad-
uoc.verb. Index nu. 16.Fachin.contr.
lib.2.c.78.Molin.de Iuſt.& Iur.tract.2.
diſp.343.in princ.& diſput.488. verſ.
de Iur. Cald.pereyr. poſt *quaſt. forenſ.*
conſil.34.nu.1.& 9. & de emption. &
vendit.cap.8.num.47.& ſeq. Maſtrill.
de magiſtr.lib.6.cap.10.n.11.Felician.
de ſociet.cap.8.nu.2. D.Reg.de Ponte
conſ.49.n.32.lib.1.D.R.Rovit.in prag.
1. de mercat.offic.prohib.num.1. & ſeq.
Scacc. de commerc.§.1.q.7.par.3.limit.
17.num.16.Cancer.var.reſolut.par.3.
cap.1.nu.97. D.Conſil.Paſchal. de vir.
patr.poteſt.p.1.cap,4.nu.9. Merlin.de
pignor.& hypot.lib.2.q.82.nu.1. Gait.
de credit.cap.2.tit.7.q.5. num.20.21.
Barboſ. in collect. ad cit. l. vnic. C.de
contr.Iudic.nu.6.Klock.de Ærar.lib.2.
cap.131. nu.4. D.Conſil.Carleu. de in-
dic.tom.1.tit.1.diſp.3.nu.1. & tom.2.
tit.3.nu.102.diſput.8.verſic.ſunt mul-
ti,Knipſchilds de Iur. & privil. Civit.
lib.5.cit.cap.22.nu.9. D. Conſil. Arias
de Meſa var.reſolut.lib.3.cap.36.n.19.
Amaya in l.vnic. C.ut nemini liceat in
empt.ſpecier.lib.10.nu.53. D.R.Capyc.
latr. deciſ.93. nu.14. D.Reg.Sanfelic.
deciſ.105.nu.15.lib.1.
Quodque non modo in majoribus;ſed in
63 minoribus etiam magiſtratibus reci-
piẽdum dixere *Aviles in cap.prator.2.*
in gloſſ.verb.heredad nu.2.& 3.Molin.
de Iuſt.& Iur.tom.2.d.diſput.343. in
princ.Barboſ.in collect.ad l.unic. C.de
contract.Iudic. nu.9. Et ſi per alios ſi-
vè ſuppoſitas id egerint perſonas *d. l.*
aufertur 46. §.quod à praſide,D.de Iur.
fiſc. Menoch.conſ.322. nu.29. lib.4. &
de arbitr.Iudic.caſ.459.nu.12.Peregr.
de Iur.fiſc.lib.4.tit.7.nu.7. Barboſ.ubi
ſupra nu.8.
Ac in domeſticis itidem, eorumdemque
64 Magiſtratum familiaribus, quibus in
commiſſa provincia cõtrahere, ac ne-
gotiari rectiſsimè prohibetur *Pute. de*
ſyndicat. verb.contrahere nu.8. Aviles
in loc.cit.nu.1. Auendan. de exequend.
mandat.cap.2.nu.22. Peregrin. de Iur.
fiſc.lib.4. tit.7. nu.7. ampliat. 2. Ma-
ticnſ.in dialog.relat.p.3.cap.28.nu.15.
Barboſ.ubi ſup.nu.8.
65 Hujuſq; ſententiæ ea ſunt principia,
ſivè ſubditorum ut vitentur impreſſio-
nes, qui ad contrahendum cum pro-
vincialibus Adminiſtris metu præſu-
muntur induci *l.ſi per impreſſionem 11.*
C.quod met.cauſ.Oſaſc.deciſ.144.n.12.
& ſeq.Menoch,conſ.1174.nu.7.lib.12.

D.Reg.

*D.R.de Ponte conſ.49.n.34.Maſtrill.de
magiſtrat.lib.6.cap.10.n.11. Gait.cit.
q.5.nu.2022.*
66 Ceù nè magiſtratus ipſi negotiationi-
bus implicati,animum à proprij mune-
ris avertant exercitio, ex *Luc. de Penn.
& Laurent.Griſman Gloslic.D.R.Rouit.
ſup.prag.1.de mercat.offic.prohib.nn.3.
Gaitus.d.cit.7.q.5.nu.2037.* ante eos
*Caldas de empt. & vendit.cap.8.n.47.
verſ.ratio eſt*, ac *R. P.Andreas Molfeſ.
par.2.conſ.16.nu.13.*
Sivè cum Iuſdicentes, Senatoreſvè inter
patriæ nobiles, ac ſpectabiles recen-
ſeantur, ut Deuteron.cap.1.lit.C.*Tu-
liq; de tribubus veſtris viros ſapientes,
& nobiles,& conſtitui eos Principes,tri-*
67 *bunos, & Centuriones.* ac ſpecialibus
proindè ſint honoribus munerãdi,*Poſt
Deos enim immortales*,inquiebat,*Plato
lib.6. de legib. ÿs omnibus ſecundas, &
honoris,& gloria ſedes deberi, qui pu-
blicè muneris magiſtratus gerunt, &
egregia ſua virtute, atque induſtria ca-
terorum vitam moderantur*; quem ſic
Cicero exornavit *lib.3.* de legib. *Noſter
Plato Titanum è genere ſtatuit eos,qui,
ut illi cæleſtibus,ſic hi adversẽtur magi-
ſtratibus.*l.cõtinet 3.§.1.D.de eo quod
met. cauſa, *Magiſtratus rectè intulit,
ſcilicet Iure licito,& Iure honoris,quem
ſuſtinet.*l.ſemper 5.D.de Iur.immunit.
*Eundem honorem ſenibus, quem magi-
ſtratibus.* l.fin.C.quand.provoc. non
eſt neceſſ. *Omnem honorem ſalvum Iu-
dicibus reſervantes.*l.Iudices 12.C.de
dignit.lib.12. *Codicillorum inſignibus,
& honore.* l. nihil omninò 4. C. de pa-
lat.ſacr.largit.eod.lib.12. *Sed excepta
reverentia, qua non ſolum ab inferiori-
bus;ſed etiam à maioribus debetur.* §.ſi
autem in fin. Authent. ut Iudices ſine
quoquo ſuffrag. *Purè cingulis utentes
omni honore, & reverentia, & honeſta-
te frui ſancimus.* cap.ut debitus 59. de
appell. *Vt debitus honor deferatur Iu-
dicibus.l.4.tit.4.part.3.l.penult.tit.6.
par.7.*Divus Paul.ad Hebręos cap.13.
*Obedite præpoſitis veſtris,& ſubiacete
eis*, cum cæteris,relatis à *Caſſaneo in
catal.glor.mund.par.1.conſider.1.&
par.7.conſider.24.verſ.& quia, Petr.
Gregor.ſyntagm.Iur.lib.47.cap.1.n.9.
Tiraquell.de nobilitat.cap.28.ex nu.1.
Caſtill.Bovadill.lib.3.cap.1.num.1.&
ſeq.& n.22. Maſtrill.de magiſtr.lib.5.
cap.3.nu.1.cum ſeq. Giurb.conſ.38.à
n.13.cum ſeq.*& propriè *nu.26.Amay.
in l.prohibitum n.6.C.de iur.fiſc. Dom.
R.Merlin,contr.for.cap.71.n.1.cent.2.
R.P.Mendozza in virid.ſacr.& profan.
erudit.lib.5.problem.37.nu.102.*Merci-
68 monijs inde, ad quæ viles, plebeique
imitãtur, & ipſi pariter nõ immiſcean-
tur,in Principis, populiq; ſcandalum,
ac publicam lædentes maieſtatem, eo-
rumq; ſuſpectum Iudicium reddentes,
ut *Sigiſmundi Scaccia* verbis vtamur
*de commerc.§.1.q.7.par.3.limit.17.nu.
17.& 20.verſ.& in Iuſdicentibus*,quæ
& *Gait.* quoq; retulit *de cred.d.q.5.n.
2028.*
69 Seù tandem, nè cum præclaris animi,
corporiſq; dotibus oporteat Magiſtra-
tus omnes præfulgere eximiè *Affl.in
Conſtit.Vt univerſis n.48.cum ſeq.Me-
noch.de arbitr.Iudic.caſ.540.centur.6.
Frideric.fur. in Idea conſiliar.cap.2.&
3 Camill.Borrell. de magiſtr. edict.lib.
1.cap.3.& 4.* Quos nominatìm ſequi-
tur *D.R.Rovit.in pragm.2.nu.2.& 3.
de offic.ſacr.Reg.Conſil.* ante eum *Petr.
Greg.de Republic.à cap.10.vſq; ad cap.
12. Simanc.eod.tract.lib.3.cap.16.&
17.Caſtill.Bouadill.politic.tom.1.lib.1.
à cap.3.vſq; ad* 8. & fuſiùs, atque eru-
ditè *Ioan. Zipæ.* in ſuo eleganti tract.
Iudex magiſtr.ſenat.ferè per tot. Mer-
catorum dolis, fraudibus, mendacijs,
70 perjurijſq; involuti, obnoxijq; conſpi-
ciantur; ut præ alijs integerrimus ille
Senator,prout peritiſſimus I.C.*D.Reg.
Rouit.*in ſpecie obſervavit in *d pragm.
1.n.2.de mercat.official.prohibit.* & ſe-
quitur *Gait.de credit.cit.q.5.nu.2036.*
IVS AVTEM noſtrũ patrium, nõ mo-
71 do id idem,quod commune Romano-
rum ſtatuit; ſed pęnis graviſsimis indi-
ctis (ni fallimur) auxit *in Conſtit. ut
communiter ſub tit. de prohib. Curial.
com-*

commerc. & prag. 1. de mercat. official. prohib.

72 Non modo in majoribus;ſed in minoribus ſimiliter magiſtratibus *in cap.* 38. inter *Capit. & privileg. Neap. anno M.D.VII. pag. 61. & pragm. 14. §. 5. de offic. & quæ ijs probib.*

73 Et ſi per alios, ſivè ſuppoſitas perſonas exercuerint mercaturas *pragm. 1. de mercat. official. prohib.*

74 Et præſertim in officialibus, ſiuè majoribus, ſivè minoribus noſtri Senatus *pragmat. 17. §. 2. & pragmat. 66. §. 4. de offic. procur. Cæſar. & in capit. novæ reform. cap. 43. & cap. 107.*

75 Expreſſumque id itidem fuit in Regni à ſecretis *cit. prag. 14. §. 2. in princip. de offic. & quæ ijs prohib.*

76 Sicuti in Regni pariter maiori Quæſtore, ſivè Theſaurario *pragmat. 8. de emption. & vendit.* & apertiùs *in pragm. 11. in princip. de offic. quæſt.* edita ſub anno M.D.XXXIX. Quidquid doctè priùs ſcripſerat *D. R. de Põte cõſ. 49. lib. 1.* quem, in propria ſectatus cauſa maximoperè commendavit *Menoch. conſ. 1174.* præſertim *n. 9. & 26. lib. 12.* Invictiſsimus etenim Carolus V. Cęſar ad eas vitandas diſceptationes, eam legem *pragmtica* 11. duxit proferendam; quemadmodũ teſtatur magni nominis Advocatus *Fabius Marcheſ. in allegat. pro eodem Marchione Griptularum* exarata, à *Dom. Reg. Sanfelic.* in ejus opere inſerta poſt 2. *tom. deciſ. in addit. pag. 5. nu. 11.*

77 In tributorum ſuſceptoribus, ſivè opinatoribus, apud nos Perceptoribus nuncupatis *pragmat. 1. §. 5. & prag. 48. §. 2. de offic. procur. Cæſar.*

78 Et ſpeciatim in Magiſtris Portulanis *ead. prag. 48. in fin. de offic. proc. Cæſar.*

79 In arcium quoq; Cuſtodibus diffinitũ tradidit, pro Gallipolis Civitate adversùs Conſalvum de Cardona *Dom. Reg. Rouit. in conſ. 92. lib. 2. in fin.* Senatumq; exindè ſub die 23. Iunij M.DC. XXII. generali terminatione, fert comprobaſſe *cit. conſ. 92. in fin. lib. 2.* ex de-
80 victa ambiguitate, quà communi forſan ſententia affirmatur, interdictiones
Officialibus negotiationem vetantes, in ijs qui Iuriſdictioni præſunt, eſſe intelligendas *Bart. Luc. de Pẽna, Parid. de put. Ludovic. Roman. Gulielm. Benedict. & Iaſon.* penès *D. R. Lanar. conſ. 43. n. 17. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 4. cit. tit. 7. nu. 14. Auiles in cit. cap. prætor. 2. gloſſ. de mercaderia nu. 32. Mattienſ. in dialog. relat. par. 3. cap. 2. nu. 15. & cap. 28. n. 15. D. Reg. de Pont. conſ. 49. n. 54. lib. 1. Marcheſ. in cit. allegat. nu. 6. & 7. Barboſ. in collect. ad cit. l. vnic. nu. 15. de contract. Iudic. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 2. q. 82. nu. 16.* Cũ eos verè officia-
81 les nuncupandos exiſtiment, qui Iuriſdictionis pollent exercitio *Andr. in tit. quæ ſunt regal. verb. ad Iuſtitiam expedsendam n. 67. Bald. conſ. 194. lib. 2. Card. Tuſc. pract. concluſ. lit. O. concluſ. 88. Dom. Praſ. de Franch. dec. 407. n. 5. D. R. Lanar. conſ. 22. nu. 10. Maſtrill. de Indult. cap. 40. nu. 6. D. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 3. de elect. official. §. 5. nu. 26. & 27. Maur. allegat. 77. nu. 13. Giurb. conſ. criminal. 96. nu. 2. Ramon. conſ. deciſ. 35. Nouar. in d. Rubric. de offic. & qui ijs prohib. nu. 3.* Namq; prælaudatis præſertim expẽſis diſpoſitionibus *cap. 38. gratiar. anni M.D.VII. & prag. 14. §. 5. de offic. & quæ ijs prohib.* in Arciũ quoq; Cuſtodes, traditas diffinitiones obueniſſe teſtatur idem *D. R. Rouit. cit. conſ. 92. nu. 9. lib. 2.*

82 Hinc ijſdem ſubiciendos prohibitionibus, ac ſi Iuſtitiæ adminiſtratores eſſent, Scribas à mandatis, ac cujuſvis Tribunalis actorum Magiſtros ſtatutum fuit *in cit. prag. 14. §. 2. verſ. y los de offic. & quæ ijs prohib.*

Patet igitur vndequaq; Barij, ac Capitanatæ Portulano ullo quidem pacto, Iure maximè patrio, ſpeciali etiã interdictione, impunè negotiationem non licere. Reliquum nunc erit (ut promiſſa exolvamus) ejſdẽ ex inſtitutis oſtendere, Emanuelem Cagianum, uti negotiatorem ad idem gerendum munus antecedẽter aſſumi, nec fas, nec ęquum
83 eſſe. Quodque naturalis equidem ex

ſeſe

ſeſe ratio ſuaderet; ſi enim recepta illius delectio, ob detectam poſtmodum mercaturam, irrita foret inutiliſque cenſenda, ut prçter ſuperiùs congeſta, *Gratian. Valent. & Theodoſ.* ſtatuere, *Quicunque*, inquientes, *ex mancipijs Comitis horreorum* (quod de piſtoribus intelligendum *gloſ. Dionyſ. Gothofred. lit. V. Cuiac. & Anton. Perez n. 2.* cæteriq; ſenſerunt) *dignitatem, & officium vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, ſeù quolibet alio modo poſt hac fuerit aſſecutus, EXVTVS dignitate, quam cõtra interdictum noſtræ Serenitatis adeptus eſt; mulctatus etiam in viginti libris auri, ad antiquum denuò conſortium, collegiumq; REVOCETVR in l. vnic. C. de piſtor. lib. 11.* Qua ductus ratione, ſic pariter in monetam cudentes reſcripſit Conſtantinus Imperator *Monetarios* (edicens) *in ſua ſẽper cõditione durare oportet, nec dignitatis cuiuſcunq; privilegio ab huiuſmodi conditione LIBERARI. l. 1. C. de murilegul. & Cynaciar. lib. 11.* prout adversùs cohortales ſtatuit Zeno in *l. ſi cohortalis 12. C. de cohort. lib. 12. Si cohortalis* (aiens) *apparitor, aut obnoxius cohorti, ad vllam aſpiraverit dignitatẽ, ſpoliatus omnibus impetrati honoris inſignibus ad ſtatum PRISTINVM revocetur.* & nè de cohortalibus ſolummodò verba feciſſe diceretur, Sic itidem in ſpecie in Negotiatores ſubdidit, *Sed etiam cunctos, qui diuerſarum rerum NEGOTIATIONIBVS detinentur, trapezitas, ſcilicet, vel gemmarum, argentique, veſtiumvè venditores, Apothecarios etiam, caeteroſq; inſtitores aliarũ MERCIVM, quibuſcunq; ergaſterijs adhærẽtes, iubemus à PROVINCIALIBVS OFFICIIS REMOVERI.* quemadmodũ & Iuſtinianus ſanxijt in *l. unic. C. negot. nè militent lib. 12.* ijs præſertim verbis *Scientibus, quod ſi poſtea negotiatores apparẽãt, militia PRIVABVNTVR.* Multò igitur magè (ex fortiſſimo apud nos, potentioris nempè Iuris argumẽto) adhuc non impletæ electioni, apertiùs inficias ire oportebit; cum aſſueta

Ius noſtrum æquitate, iam facta mul-
84 toties patiatur ſubſtinere *l. patre furioſo 8. D. de ijs qui ſunt ſui, vel alien. Iur. l. circa 24. D. de inofficioſ. teſt. l. 1. §. biduum, D. quand. appellandum ſit cap. ad apoſtolicam 16. de regular. & transeunt. ad religion.* cum ſimilibus.
85 Vt idcircò Decuriones, quia honore fulgent, ac dignitate *l. 2. §. in filijs, & §. in ano verſic. quod ſi, & §. fin. l. ſpurij 6. in princip. & §. qui Iudicij, l. honores 7. §. is qui, & l. fin. D. de decurion.* ac
86 ſummates indè, primateſque dicuntur *l. quinque ſummates 57. C. de decur. lib. 10.* ibiq; *gloſſ. in princip. l. cum Navarchorum 4. C. de Naviculariјs lib. 11.* ex *Pancirol. de magiſtr. municip. cap. 1. Buleng. lib. 7. de Imper. Roman. cap. 3. in fin. Amaya in rubric. C. de Decurion. n. 6.*
87 Ad officia gerenda, non autem ignobiles (prout ex regula negatores oſtẽdimus) evocantur, inquiente *Paulo, Is, qui non ſit decurio decemviratu, vel alijs honoribus fungi non poteſt d. l. honores 7. §. is qui, D. de decurion.* quodq; Cçſares annuere, *Ad ſubeunda* (dicentes) *patriæ munera digniſſimi meritis, & facultatibus Curiales eligantur* in *l. ad ſubeunda 46. C. eod. tit. lib. 10.* & ra-
88 tionem *Paulus* ibidem reddidit, *Quia decurionum honoribus plebei fungi prohibentur*, ſivè ut Zeno in *ead. l. ſi cohortalis in fin.* dicebat, *Vt omnis honor, atque militia, contagione huiuſmodi ſegregetur.*
Vndè (nè longiores ſimus) ad publica
89 munia negotiatores nõ eligendos, in ſpecie, præ alijs firmarunt, prçcipuè ex *l. vnic. C. negotiat. nè militent lib. 11. Luc. de Penn.* ibid. *ſub nu. 1. verſ. prohibentur à militia, officijs, & honore, ex cit. l. ſi cohortalis. C. de cohortal. lib. 12.* vbi *Lucas* idem *de Penn. ante n. 1. verſ. vltimo ſtatuit, Io. de Platea nu. 1. & 3. Dionyſ. Gothofred. lit. Q. Antonius Perez in eod. tit. nu. 15. Gutierez conſ. 31. nu. 9. Petr. Gregor. ſyntagm. Iur. lib. 47. cap. 10. nu. 4. to. 3.* ex *Curia Piſan. c. 12. nu. 20. lib. 1. Maſtrill. de magiſtr. to. 1. lib. 2. cap. 12. nu. 30. Caſtill. Bovadill. politic.*

politic.tom.2.lib.3.cap.8.nu.6.& propriè *verſ. eſcrivanos, y mercaderes* hiſpanicum Ius advocans in *l. 25.tit.7. lib.3. & l.20.tit.3. lib.7.recopilat.* ex alijs *Amaya ad l. vnic. C.de infamibus lib.10.nu.76.& ſeq.*

Ex vtroq; ergo capite, tùm ſcilicèt quia Emanuel Cagianus penitùs Regni eſt exterus, alijq; ſubditus Principi; cum etiam quoniam negotiator, & ſi ſordidam non tractet mercaturam, nobilibuſque animi fulgeat moribus, atquè è patria fortaſsis trahat originem, vbi & nobiles quoque minimè negotiari dedeceat; quum tamen receptiſſimæ apud nos id obeſt conſuetudini, Romanoq; ac patrio repugnet Iuri, Officiales nempè, vel negotiari; vel negotiatores ad officia evehi interdicẽtibus; præ cęterorũ potiſsimũ exemplo, à tantæ molis munere adverſus illicitas, quam maximè invectiones, aſportationeſq; deſtinato, eundem Cagianum arcendum, inſtamus conſulendum. vj. Idus Octobris M.DC.LXVII.

Cum Iure, ac Æquitate, & in ſuperiori & in præſenti diſſertatione laudata Senatus dignoſceret innixa, ad relationem proindè exi-
90 mij D. Præſidentis D. Caroli Calà Ducis Diani iv. Idus Octobris M.DC.LXVII. Emanueli Cangiano, tùm uti penitùs extero, noſtroq; Sereniſſimo Regi non ſubdito, tùm uti negotiatori, officiũ confereudum conſuluit: neutiquam inter cæteros tunc temporis
91 implente cætum, nobiliſsimo D. Petro Valero Diaz digniſſimo nunc Collaterali Conſiliario, eruditiſſimoq; ſupra ordinem Conſulto, cujus encomia non modò celebres Hiſpani D. Ioſeph Fernandez de Retes in *epiſt.oper.tit.de interdict. & relegat.* ac D. Ioſephus Argaiz, & Breton *in ſua epiſt.* eiuſdem operis *D. Ioſephi Fernandez,* inſcripta recenſuere; verum, & Francici, quoque Auctores, ut in literis præpoſitis operi *de concordia Sacerdotij, & Imperij* clariſsimi, ac Reverendiſsimi viri D. Petri de Marca Archiediſcopi Pariſienſis.

Excellentiſs. inde D. Petrus Antonius ab Aragonia, omni æuo ſpecta-
92 tiſſimus Prorex, & rei conſulens gravitati. Senatus probavit conſultationem, & incomparabili ſua ſanè prudentia fiſci commodis proſpiciens, Officiũ Georgio Emanuelis filio, in Regno iam orto diſtrahendum juſsit, aucto pariter ob minorem illius ætatem in Ærarium cõpendio, ipſiq; Emanueli patri, nè ampliùs ad munus idem pertinentia negotiaretur, indicta pęna tali quoque pacto interdicens.

Hauiendo viſto el Señor D. Pedro la conſulta, que le ha hecco el Tribunal de la Camera con los repares, que ſe le offrecen, paraque nò ſe admita al Doctor Iuan Cardito la nomina que ha hecco en perſona

ſona de Manuel Canciano, para el Officio de Portulano de Bari, por ſer foraſtero, fuè ſeruido S.E. remitirle al Colateral, y con ſu conſulta hà reſuelto el Señor D.Pedro, que ſe admita la nomina, que harà el Doctor Iuan Cardito, en perſona de Iorge Canciano, diſpenſando à ſu minor etad, y concediendole facoltad, que durante ella pueda ſeruirlo por ſuſtituto; y ſtante que por las dichas diſpenſas hà de pagar en beneficio de la Regia Corte lo que aguſtare con S.E. y que por eſſe Tribunal ſe le haga vn mãdado a Manuel Cangiano de diez mil ducados, deque nò haga negocio de Immiſſion, y extracion encompatibiles con el dicho officio de Portulano, y me manda auiſarlo à V.S. paraque en eſta conformidad ſe le den el Tribunal de la Camera los diſpachos neceſſarios. Dios guarde à V.S. Palacio à 3. Nueuembre 1667.

SVMMÆ.

1 *Officiorum materia, uti ſubtilis acutè eſt indaganda.*
2 *Contraria proponens, facilè non eſt audiendus.*
3 *Æquitas in Iudicijs amplexanda.*
4 *Votum captandæ mortis deteſtatur.*
5 *Pactum de viuentis ſucceſſione improbatur.*
6 *.. & ſi Iure iurando firmatum.*
7 *.. etiam in officijs, iuxta multorum ſententiam. & ſub nu.* 28
8 *.. ſuſtinetur eo, de cuius agitur ſucceſſione, ad mortem vſque nõ diſſentiente.*
9 *.. idque in officiis ex Regio firmatur decreto.*
10 *.. in Principum conceſſionibus ex uſu videtur admiſſum.*
11 *.. ex contrariorum quoq; diſtinctione.*
12 *Princeps ſi in una parte indulgentiam impartitur, in alia minimè videtur feciſſe.*
13 *Diſpenſatio (ut vulgo dicitur) odioſa putatur; ac reſtringenda.*
14 *... & niſi expreſſa, non eſt inducenda.*
15 *... ſtricti cenſetur Iuris.*
16 *... de una ad aliam, non extenditur ſpeciem.*
17 *... ad vnumquodque removendum obſtaculum, eſt concedenda.*
18 *Minores ad officia non admittuntur, & num.* 21.
19 *... præſertim Infantes,*
20 *... ac Impuberes.*
21 *Text. in l. ad rem publicam* 8. *D. de mun. & honor. & cap. ex eo* 31. *de elect. in* 6. *expenduntur.*
22 *Minores, quia rebus ſuis nõ valent præeſſe, ad publica indè munera eligi nequeunt.*
23 *... ad officia idcircò inutiliter nominãtur.*
24 *Princeps minori ætati, ex illius electione præſumitur indulgere.*
25 *... Minoris loco interim perſona deputata.*
26 *... dummodò ex certa ætatis ſcientia, id effecerit.*
27 *Minor Regni Iure, in officio ſub haſta venundato, nequit nominari.*
28 *.. ad officij ſucceſſionem admittitur, cõſueto pro ſubſtituendi facultate compendio exoluto.*
29 *.. ſecus cũ de ſola nominatione ob futurã obtenẽtam ſucceſſionẽ tractatur, quia tunc tẽporis incapax reperitur.*
30 *Officium ſine expreſſa Principis voluntate inhabili non confertur.*
31 *... illius nominatio in minoris perſonam facta inutilis exiſtimatur.*

32 *Parentes cum filÿs officia comparaſse præſumantur, extraneis illa cōferre, arduum putatur.*

33 ... *eorum merita filÿs proſunt maximoperè.*

34 *D. Conſiliarius Antonius Florillus commendatur.*

ARGVMENTVM.

Improbata fururæ ſucceſsionis pactio, eo diſſentiente, de cuius agitur ſucceſsione in officijs an Iure, an Conſuetudine, an ex Principis poteſtate recipiatur. Principis Indulgētia, ſeù mavis diſpenſatio arctiſsimi Iuris oſtenditur. Minores ad munera nec Romanorum cōmuni Iure, nec patrio evoçantur) ni ſpecialis Principis voluntas acceſſerit) ſubſtituendi interea, vel facta copia, vel exercētis electione. Ac licet ijdem minores ex ſucceſſionis capite admittātur ad officia, ex nominatione verò (impetratę ſucceſſionis vi) nequeunt optari: Senatus quāvis ęquitatē potiſſimū, ac paterna ſequutus merita, patris neceſſariam ferè electionem, tamē ſueto in Ærarij commodum exoluto cōmpendio, minimè çenſuerit reſpuendam.

PRO REGIO FISCO.

CVM

D. R. Conſil. Antonio Florillo, vti Magnifici Gaetani filij legitimo Adminiſtratore.

Diſſertatio XXXI.

1 INſignis officiorū ratio, ſubtilibus adcò eſt formata principijs, ut niſi acutè ea expendantur, multoties inter ſeſe inuicem cēſeantur pugnare; quodque ex ſuperiùs in opere diſsertis facilè innoteſcit: dum ex conceſſa illorum prorogatione, nominādi facultatē habenti (ex clauſulis in diplomate pręſertim appoſitis) quēlibet eligere, penitùſque etiam extraneum, indicauimus permiſsū. Ac amplius filios etiam minores in officijs ſuccedere libentiſsimè nō abnuimus; dummodò eadem per ſubſtitutum interim exercendi, principalem impetraverint indulgentiam.

In præſenti verò cauſa vtrumq; in controuerſiam reponere videmur; cum primum intelligēdum dicimus, ſi ætate major perſona nominetur. Ac poſteriùs neutiquam lubēter recipimus, cum et ſi ſeruiendi per ſubſtitutum licentia in hac ſpecie poſtuletur, eam nec ſatis eſse arbitremur.

Vt inde à Regio Sanctæ Claræ Conſiliario Domino Antonio Florillo, qui futuram paterni muneris ſucceſsionem à potentiſsimo noſtro obtinuit Rege, ob patris noviſſimum funus, magnificum ejus filium Gaetanum, vti minorem, ac ſecūdo loco genitum eligi nō valuiſse decernendum contendamus.

Sed

Digitized by Google

Se d ut repugnantia nos nec proponere,
2 nec tueri demōſtremus;cum ab ijs be-
nevolas Iudicis affectātes aures,opor-
teat abſtinere *l.Titiæ 99.D.de condict.
& demonſtrat.l.1. C.de furt.cap.impu-
tari 13. de fid. inſtrum. l.111.circ.fin.
tit.18.partit.*3. ibique *Gregor. Lopez.
verb.ninguna, Menoch.lib.2.præſumpt.
41. nu.2. Gratian. deciſ. Marchiæ 54.
n.18. Cabed.deciſ.34.nu.9.in fin.part.*
1. Neq; ſubtilitati nimiū vacare, præ-
ter eam, quà *veritas ipſa in diſputa-
tione limatur*, iuxta *Cic.* monitum 2.
3 *officior.*ſivè cōtroverſię gratia ab ęqui-
tate deflectere, quæ uti judiciorum
finis, & *iuſtitiæ maximè propria eod.
Cic. 1. officior.* debet ſemper exquiri
1.*de orat.* Namque ut *Seneca* inquit in
Octavio act.2.

Iuſtitia Cęlo miſſa,cum ſancta fide,
Terras regebat MITIS.

Et quæ nunc idcircò aſſeveramus, prio-
ribus nō adverſari,ac Iuris ęquitatem
continere,eamque ubertim in hac po-
tiſſimum cōtroverſia Senatum ample-
xurum, brevibus oſtendemus.

Prætermittimus in hac re minimè de am-
pliatione Iudicium eſſe, in quà mitiori
sēper agitur arbitrio;cum in ea,ab eo-
dem officij rectore, votiq; cōpote ex-
pleatur nominatio;ſed de futura vivē-
tis tunc officialis ſucceſſione; quæ Iu-
4 riſprudētiæ fuit sēper inviſa, prout in-
feſtum captādæ mortis votum,ad *tex.
in l.fin.§.ſed nobis,C.de pactis*;ita ut ſu-
pervivētis hæreditate quævis pactio,
uti triſtiſſimi eventus, periculiſq; ple-
5 na, turpiſq; omnimodò reſpuatur *cit.
l.fin.C.de pact.l.hiſpan.13.tit.5.partit.
5.& l.33.tit.11.partit.5.* ex penè in-
numeris *Gabriel.cōmun.concluſ. lib.3.
tit.de pactis col.1.nu.11.Mart.de ſuc-
ceſſ.legal.part.4.q.25.art.1.nu.1.The-
ſaur.dec.225.n.1.Caſtill.quotid.contr.
lib.3.cap.9.nu.5. Barboſ.in collect. ad
cit.l.fin.n.1.& 2.C.de pact.Larr.deciſ.
38.nu.5. lib.1. David Mevius de Iur.*
6 *Lubecenſ.p.2.tit.1.n.15.*quāquam Iure
jurando firmata fuerit.*Suarez in l.quo-
niam in prioribus C.de in offic. teſtam.
limit.5.ad leges Regni nu.2.& 3.The-
ſaur.cit.deciſ.225.nu.6.Covarr.in cap.
quamvis pactum p.2.in princip.nu.2.
& part.3.in princip.nu.2.& 3.Gomez
in l.22.Taur.nu.31. Molin.de Iuſt. &
Iur.tom.3.diſput.579.nu.38. & ſeq.* ex
alijs *Caſtill.& Barboſ.loc.cit.nu.3.*

Ideòq; non defuere, qui hanc venturam
7 in officijs ſucceſſionē ingenuè inpro-
baverunt, præſertìm ex *cap.2.& c.fin.
de conceſſion.præbend.cap.2.eod.tit.in
6.Soccin. Senior conſil.* 288. *incipient.
minor nu.4. lib.2. Rebuff. in Conſtit.
Franc.tom.2.tit.ut benefic.ante vacat.
gloſſ.2.verſ.imo nec, Petr.Greg.de con-
ceſſ.feud.p.1.q.3.n.9. Franc.Marc dec.*
1364.*nu.4.tom.1.Maſtrill.de magiſtr.
lib.1.cap.25.nu.10.& ſeq.Avendan.de
mec.lib.1.cap.11.nu.2.in fin.Salzed.de
lege polit.lib.2.cap.21.n.26.Fontanell.
deciſ.212.in princ.&* ferè *per tot.tom.
1.Franciſc.Salern.*nervosè *conſ.10.per
tot.D.R.Capyc.lat.cōſul.145.n.31.lib.
2.D.Creſp.obſer.ill.65.nu.2.cum ſeq.*

Nam cum res purè, ac dilucidè ab egre-
gio filio, nec patre diſſentiente tracta-
ta fuerit, eiuſdem legis diſpoſitio non
vigeret; vtpotè quæ reſtringitur eo de
8 cuius ſucceſſione,quis paciſcitur aſsē-
tiente,& ad mortem vſq; perſeverante
l.fin.§.ſecūdū, verſ.niſi ipſe, C.de pact.
ibiq; *DD.* quos longa congerunt ſeriè
Caſtill.cit.cap.9.contr.quotid.nu.6. &
*Barboſ.in ead.collect. ad l.ipſam.nu.1.
&2.& 9.*expendiq; ad rem etiam poſ-
ſet potentiſsimi,pijſſimiq; Philippi IV.
9 decretum à *Franciſco Salerno* ſimiliter
relatum, quò in ſpecie,futuræ hæ offi-
ciorum ſucceſsiones,parentibus eiſdē
conſentientibus, nequaquam interdi-
cuntur *cit.conſ.10.n.41.in fin.*Præter-
quamquod in ſimilibus Principum
conceſſionibus,ex recepto more eiuſ-
10 dem *legis fin.*licet ęquiſsimā Conſti-
tutionem, ferè cernimus aboletam;
idque de Iure itidem probavere *Al-
ciat. Dec. Alvarot. Afflict. & Didac. à
Britto* penès *Gratian. diſcept. forenſ.
cap.818.nu.38.to.5.* ante eum *Phebus
deciſ.Luſitan.2.tom.1.* ſic diffinitum

mmm 2 tra-

tradens *nu.1. Barboſ. in collect. ad cit.*
11 *cap.2.de conceſſ.prabend.nu.5.*& hanc
eandem demum ſententiam, diſcretis
tãtũmodò ſpeciebus, ac Principũ, qua
cõceduntur poteſtate,cõfirmant ijdem
Fõtanell.dec.213.d.to.1. Salern.d.conſ.
10.*n.*39.ac *D.Creſp.loc.cit.n.2.4.& 12.*
Quà propter, ad obiecti elucidationem
accedentes fatemur admiſiſse (particularum
potiſſimũ robore, in ampliationum
privilegijs appoſitarũ) quemlibet
penitùs etiam extraneum in officijs
inſtitui poſſe (quidquid ſit in
legitimæ ſucceſsionis eventibus) attamen
id intelligẽdũ opinamur,dummodò
perſona nominata, fuerit ele-
12 ctionis capax; Cum etenim Princeps
in vno indulget capite, ut nempè etiã
extra regalium ſucceſsionis gradus
electio fieri poſsit; non eſt credendum,
alterum etiam laxare voluiſse,
ut ſcilicet minor quoq; in officio poſſit
nominari. Teſtamenti namque factionem
filio familias cum Imperator
conceſsiſſet, cæteras ſolemnitates inviolatas
ſtatuit cuſtodiendas in *l. ſi
quando 35. C.de in officioſ.teſtam. Neque
enim* (adjungens) *credendum eſt
Romanum Principem, qui Iura tuetur,
huiuſmodi verbo totam obſervationem
teſtamentorum multis vigilijs excogitatã,
atq; inventã velle evertere ead.l.ſi*
13 *quãdo ver.neq;* Hinc diſpẽſationes,(ut
vulgo nuncupãtur)odioſas eſſe, ac reſtringendas
adnotarunt *Alex.conſ.30.
n.4.& 5.volum.4.Theodor.allegat.61.
n.62.D.R.Capyc.latr.conſult.82.n.72.
lib.2. D.R.Merlin.contr.forenſ.cap.51.*
14 *nu.10.centur.1.* Ac niſi expreſsè eæ
fuerint decretæ,minimè eſse inducendas
ex *Oldrad. Ægid.Maſcard.* ac *Tuſch.D.Larr.alleg.fiſcal.86. nu.44. in*
15 *fin.tom.2.*ſtrictique proindè Iuris eſse
*cit.l.ſi quando 35.C.de inoffic. teſtam.
cap.1.de filijs preſbyt.Menoch.cõſ.306.
nu.24.lib.4. & conſ.474.nu.12.lib.5.
Anna in repetit. cap. 1. de vaſſall. decrep.
atat.nu.313.tom.2. Surdus deciſ.
268.num.21. Seſe deciſ.231. num.55.
tom.3.Cyriac. contr. forenſ. cap. 219.
n.5.& 7.& cap.257.n.39.& 40.& cap.
323.à n.37.lib.2. Kohl. de ſervit.feud.*
16 *p.1.n.66.Spada cõſ.9.n.9.*ita ut de vna
ſpecie ad aliam non porrigantur *Bart.
in l.cum propter, D. de legat. praſtand.
Affl.dec.320.n.12.Gratian.diſcept.forenſ.
cap.483.nu.13.lib.3. D.R.de Marinis
reſolut.Iur.lib.1.cap.168.num.7.
Ricc. collect. 704. par. 3. Iacob. Fontanell.
de Iur.patr.lib.4.quaſt.11.num.*
17 *6.* ac tot idcircò impartiri eas oporteat,
quot numerantur obſtacula *Geminian.
conſ.33.nu.8. Caſſador.dec.9.
nu.4.de prabend.Rot.diverſ.p.1. deciſ.
233. n. 22. Surd. conſ.245.nu.4. & 5.
lib.2. Grat.diſcept.forenſ.cap.397.nu.
39.lib.2.D.R.Merlin.cit.contr.51.centur.
1.nu.11.*
Minores autem ad officia invitare inhi-
18 bitum proſus eſse, apertiſsima Iura
edictant in *l. cum lege Iulia 46. D. recept.
arbitr.* inquiente Calliſtrato, *Cum
lege Iulia cautum ſit, nè minor viginti*
19 *annis iudicare cogatur*, quodq; de filio
infante Paulus affirmat in *l.Lucius
Titius 21. §.Imperatores, D.ad muni-*
20 *cipal.* Quemadmodum de impubere
*Vlpianus in l.hi qui 2.§.Impuberes,D.
de iur.immun.* ac in *l.fœmina 2.§.item
Impuberes,D.de regul.iur.*& in minore
viginti quinque annis idem I. C. in *l.
ſpurij 6.§.minores,D.de decur.* ſed di-
21 lucidiùs in *l.Ad rempublicam 8.D.de
muner.& honor.* ijs verbis, *Ad Rempublicam
adminiſtrandam, ante vigeſimum
quintum annum, vel ad munera,
qua non patrimonij ſunt, vel ad honores
admitti MINORES non oportet. MINORES
denique,nec Decuriones creantur,
nec creati ſuffragiũ in Curia ferũt.*
cõcordat *tex.in c.ex eo 32.de election.
in 6.* quo Bonifacius VIII. hæc verba
fecit, *Cum tam Iuris, quam rationis
exiſtat, ut tales, cũ diſcretione careant,
ad praſtandum in electione ſuffragium,
nullatenus admittantur*, firmantque
ad rem, non poſse videlicet minores
in officijs nominari *Bald.& Salycet.in
l.fin.C.de teſtam.milit.Roderic.Suarez
allegat.12.n.2.Narbona de atat.ann.1.
q.15.*

q.15. nu. 13. diſſertè quidem *Maſtrill.*
de magiſtr.lib.2. cap.5. nu.1. cum ſeq.
Amaya in l. intervalla 3. C. de muner.
& honor.lib.10.n.20. Novar.in collect.
ad pragm.2. nu.15. de offic.S.R.C.& ad
prag.10.nu.121.de offic.Iudic. D.R.Re-
vert.deciſ.437.nu.2.lib.2. iuxtà ordi-
nem *D.R. de Marin. Amicangel. de re-*
gal.offic.q.12.nu.15.

Et inter cæteras, Iuri ſanè conformis *Ab-*
22 *batis* eſt ratio, quoniã ſcilicet ęquum
non eſt, ad reipublicæ gerenda officia,
majoris plena diſcriminis minores e-
vocare, qui propriam ſubſtantiam ob
ætatem nequeunt adminiſtrare *in cap.*
cum vigeſimum 41. circ. princip. de
offic.deleg. ſequitur *Suarez cit.allegat.*
12.n.2.verſ.quod non poteſt. Indeque
23 minorum ad officia nominationem-
met ipſam nullam innuere Cæſares *in*
l.ſi pater 8. C. quando provoc. non eſt
neceſſ. ibiq; *Bald.& Caſtrenſ. Anton.de*
Virg.de legitim.perſon.cap.1.nu.59.in
fin.

NEC hiſce oberit, ſi dicatur minori ætati
indultum cenſeri, quoties ex certa
24 ſcientia minor ad officium fuerit ele-
ctus *Caſtill.Bovadill.lib.1.politic.cap.*
7.nu.28.tom.1.Suarez cit. allegat.12.
n.24.Petr.Gregor.ſyntagm.Iur. lib.47.
c.9.n.25.in fin.Coſta de facti ſcient.&
ignor.in ſpec.69.n.16.Maſtrill.d.cap.5.
nu.58.lib.2. Quinimò, etſi fuerit Impu-
25 bes, officij ſuſtineri collationem, &
interea vſque ad majoris ætatis tem-
pus, pro illius exercitio à Principe
perſonam eſſe deligẽdam, ex complu-
ribus *Maſtrill.cit.cap.5.nu.59. D.R.de*
Ponte deciſ.27.nu.12.

Hæc etenim propoſitio in Principe vige-
26 ret, qui ex certa inhabilis ætatis ſcien-
tia, motuq; proprio minori officium
contuliſſet, poſt alios *D.R. Revert. cit.*
deciſ.437.n.2.verſ.tamen oportet tom.
2. Tunc etenim aut per ſubſtitutum
ſerviendi, eidem expreſsè facultatem
quoque elargietur (ut in compluribus
privilegijs libuit obſervare), aut inte-
rim Princeps ipſe, ſivè eiuſdem Vica-
rius perſonam ad illud eliget exercen-
dum, ut præter *Maſtrillum dict.n.58*
cap.5. ex pluribus edocuit *Suarez cit.*
alleg.12.nu.24. ſecus autem affirman-
dum eſt, cum privatus, virtute ſibi tra-
ditę facultatis, minorem curat eligere;
tunc etenim, tàm communis, quàm pa-
trij Iuris auctoritate obſtrictus, non
niſi capacẽ, atq; ætate idcircò maiorẽ,
(ut deſuper dicebamus) valebit equi-
dem nominare.

Diximus Iure quoque patrio hanc quæ-
ſtionẽ diffiniri; ex *cap.131.noua refor-*
mat. in tertio pragmaticarũ volumine
nuper in pręsẽti redactę in ordine ca-
rũ 74. *ſub tit.de offic.proc.Caſar.* §.131.
27 ubi apertiſsimè diſpoſitũ eſt, etiam in
eo eventu, quò palam, publicè, ac ſub-
haſta pro perſona nominãda in noſtro
Ærarij Senatu officium diſtraheretur;
nullo pacto minorem poſſe nominari,
tanquam ad illud exercendum inha-
bilẽ, incapacemq; ibi *Que no ſe admi-*
ta al exercitio, no SIENDO ÇAPAZ de
vſarle.

Neque hæc juſtiſſimè obiecta D. Conſi-
liarius poterit effugere (ut ad poſte-
riorem nos partem conferamus) ex
oblatione noviſsimè tandem facta,
adeundi ſe ſcilicet Dominum Prore-
28 gem, impertiendi poteſtatem habentẽ,
pro ſubſtituendi facultate adipiſcen-
da, in fiſci Ærarium ſueto quoque
ſoluto compendio, aureorum nempè
quinq; in ſingula centena.

Quamvis etenim iſthanc ſententiam nos,
non modo admiſerimus; verum etiam
ſic fiſco inſteterimus judicandam, in
cauſa præſertìm Gaetani Sances, pro-
ut ſic pariter diffinitum fuit *diſſert. 4.*
per tot.& in fin. eam tamen in minore
ad officij ſucceſſionẽ, obtentæ amplia-
tionis virtute, aſpirãte duximus ample-
xãdam; ſecus verò, cũ de nominatione
(ut in hac re) ob futuram impetratam
ſucceſſionem ageretur; ſatis namque
diſcriminis inter vtramq; ſpeciem di-
gnoſcimus eſſe; quippè quod in priori
pater E. G. filium, quamvis minorem
impartitæ prorogationis virtute ad of-
ficij ſucceſsionem evocans, & voti cõ-
pos,

pos (ut deſuper annotavimus) nec perturbato naturæ ordine id efficit, ac nullius ſub imagine fraudis; cum ſi maiori etiam, filius conſiſteret ætate; adhuc illum in officio nominaret, quin immò nec ſupervivendi quoque ſpe destitutus, communi eo ſiſus adagio, ut dum ſcilicet in homine viget ſpiritus, ſalutis adhuc ſpes viret animoſa: Adeò ut firmiter dici tunc nequeat, celebratã filii electionem in minori eius ætate effectum fore habituram; cum ſupravivente genitore, ad maiores ætatis annos nominatus idem filius poſsit pervenire. Quæ cuncta futuræ (de qua agitur) ſucceſsioni, nullatenus conveniunt; quum in ea nominatio, priori officiario voti incõpote fiat, ut præ aliis animadvertit *D. Marius Cutell. ad ll. ſiculas Martini not.* 30. *pag.* 525. eumq; ſequitur *D. Creſp. de Valdaur. cit. obſervat. illuſtr.* 65. *n.* 11. *lib.* 2. illoq; iam mortuo; & minore interim certo certiùs in officij ſucceſsione intuto. Qua de re, cum eo tempore, quo nominandi expletur facultas, nominatus minor, nec electionis capax ſit, neque habilis ad exercendum, irrita quidem ex omni parte remanebit electio *cap. ſi eo tempore* 45. *de reſcript. in* 6. *Rot. Rom. deciſ.* 69. *par.* 3. *lib.* 1. *in noviſſ. Mar. Anton. variar. reſol. lib.* 1. *reſolut.* 19. *num.* 1. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 72. *num.* 78. *& in collect. ad eit. cap. ſi eo tempore num.* 7. in ſpecie *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *cit. q.* 58. *num.* 2. *verſ. nam illud, Amicangel. de regal. offic. q.* 12. *nu.* 20.

Nec deniq; oblatio (ſuſtituendi videlicet copiam impetrãdi) ambiguitatem removet; quum initio ſubſtituendi ea facultas, in hoc potiſsimum eventu, ex Principis largitate conceſsioni non reperiatur annexa. Ac poſtmodum (quod ſummæ æquidem animadverſionis eſt) ſine eiuſdem Principis volũtate in inhabilem, ex naturali etiam defectu, facta interea repetiretur nominatio, ſicuti ad rem pariter firmavit *Amicangel. de regal. offic. cit. q.* 12. *n.* 19. *cũ ſeq.* vbi acerrimè hanc tuetur
31 intelligentiam, ſimilem proindè nominationem inutilem, & caducam inquiens remanere; ſicuti eam quoque poſt *Suarez cit. allegat.* 12. ſectatur *D. Io. de Solorz. de Indiar. Iur. lib.* 5. *cap. vnic. nu.* 109. *&* 112. ex Indiarum itidem ſchedulis anni M.DC.XXVII. id conſtitutum aſſerens, ac *ex l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 7. *nova recopil.* ijs præſertim verbis, *Y ſiendo idoneo para ello*, & ante eos eximiè *Frec. de ſubfeud. lib.* 2. *cit. q.* 58. *per tot.*

Hæc autem, in non parvi momenti quæſtione excogitata, majorem profectò ſibi vim capeſſunt, quum primigenito filio poſthabito, ulteriori loco natus, & minor fuerit in officio nominatus: Vt muneris nexui deeſſe compertiſſimè videremur, niſi hæc (raptim licet collecta) Iuri tamen, ac rationi conſona, pro fiſci tutela, Senatui nõ exhiberemus iv. Idus Septẽbris M.DC.LXII.

Quamquam anceps principio Senatus eſſet verens nè contra cõmunes, patriaſq; Conſtitutiones, totque Patrum auctoritatem Ius diceret; ac ſine peculiari Principis in hac re conceſſione, quà complures minores etiam nominandi in privilegijs ſe ſe cautos curarunt reddere; in poſterum minores evocandi viam aperiret: perpenſa tamen poſtmodum libera oblatione, ſubſtituendi poteſtatem petrandi, exoluto in fiſcum compendio: ac intraſpiciens à patre filium, non autem extraneum electum fuiſſe; ac durum quod-

32 quòdammodò videri, parentes, qui officia pro filijs paraſſe creduntur, ob minorem ætatem, ijs prætermiſſis, extraneos maiores querere oportere, quodque *Solorz.* pariter expendit *cit. cap. vnic. lib. 5. nu. 110.* primogenitumq; non longè nominato fratri ætate anteire; ac demum Gnatis ob paterna, ac decora merita fore ſæpiſsimè deferendum, iuxta *Papiniani* ſenſum *in l. qui tutelam 28. D. de teſtam. tutel. Modo ſi legata* (inquientis) *filij non affectione propria; ſed in honorem patris meruerunt*, exornantq; ex alijs *D. Reg. Valenz. conſil. 83. nu. 156. lib. 1. D. Conſil. Paſchal de vir. patr. poteſt. p. 4. c. 3. n. 44. Eſcobar de purit. ſanguin. 1. p. q. 1. proœm. §. 3. nu. 11. Altamir. in l. 3. C. de filijs offic. cap. 13. à nu. 1.*

Æquitatem idcircò, Senatus amplexus, Domini Conſiliarij Antonij Florilli genitoris, digniſsimi Iu. Conſulti, nominationem, obla-
34 tionemque pro ſubſtituendi facultate nanciſcenda, tali præfinitione cenſuit admittendas.

Die 16. menſis Septembris 1662. Neap.

Facta relatione de cõtentis in ſupradicta comparitione in Regia Camera Summariæ; per Dominum Militem V.I.D. D. Didacum de Vlloa dict. Regiæ Cameræ Præſidentem, & Commiſſarium, &c. coram Spectabili Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, alijſq; Dominis Præſidentibus ipſius, audito Domino Regio fiſci Patrono, fuit per dictam Regiam Cameram Conſ: proviſum, & Decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, quod prædictum officium Magiſtri Rationalis Regiæ Siclæ inteſtetur in perſonam Gaetani Florillo perſonæ nominatæ per dictum Regium Conſiliariũ Antonium Florillo PATREM, & pro facultate ſubſtituendi, & ſolutione diritus fiat conſultatio S.E. iuxta ſolitum hoc ſuum, &c.

S V M M Æ.

1 *Fiſci patronus Ærarij munus exercet laborioſiſſimum.*
2 *Auctores, qui in hac cauſa judicium dedere.*
3 *Leonardus Maximus de Philippo, Auctoris germanus frater laudatur.*
4 *Reges Neapolitani, quo anno cęperint regnare.*
5 *Dom. D. Franciſcus Capycius latro commendatur.*
6 *Primogeniti Neapolitani Regis, Duces Calabriæ creantur, & num. 14.*

7 Feu-

7 *Feuda, à principio pracaria fuere, poſtea annalia, & ad feudatary vitam, ac tandem ad haredes quoque conceſſa.*

8 *Officia annalia primum, ac biennalia fuere.*

9 *...poſtmodum ad vitam, idque iuxtà rectam eorum, dicitur naturam.*

10 *... in feudum concedi valent.*

11 *Feuda, annalia conſtituebantur, quia officia ſic itidem concedebantur.*

12 *Argumentum, à rationis paritate in Iure receptum.*

13 *Feudalis res, præſumptionibus, ac coniecturis demonſtratur.*

15 *Membra à capite diuidi nefas eſt.*

16 *..& iuxtà illius naturam præſumuntur tributa.*

17 *Regnum Neapolitanum, noſtris Regibus eſt hæreditarium.*

18 *Feuda in Regno, ex quo præſertim hæreditaria cenſenda.*

19 *Inveſtire, & inveſtitura verba, feudalem arguunt conceſſionem.*

20 *Feudum, ſine inveſtitura eſſe non poteſt.*

21 *Inveſtire verbum, feudi traditionem indicans, D.R.Rovitus pre alijs barbarum putavit.*

22 *..tàm feudalia, quàm allodialia comprehendere valet, ſed nu. 34.*

23 *..metaphoricum potiùs exiſtimãdum, quàm barbarum, haud inculte firmatur, & nu. 26.*

24 *...à verbo veſtio exoritur.*

25 *Veſtire verbũ, quamplurima per tranſlationem eruditè ſignificat.*

26 *Inveſtituram, Cujacius inueſtimentum dixit.*

27 *Inveſtis quis dicatur.*

28 *Inveſtituram, Andreas Knichen veſtituram nuncupavit.*

29 *Inveſtio, ornatè indicat veſtire.*

30 *Inveſtire, & inveſtitura, verba apud latinos, ut elegantia, quis vſurpaverit.*

31 *Grammatici, non rerum, ſed vocum ſtudent ſignificationi.*

32 *Inveſtire verbo, etiam extrà feudalem rem, veteres uſos teſtatur Cujacius.*

33 *..ſed ad præſens, propriè ad feuda refertur.*

34 *Verba, juxtà propriam ſignificationem, intelligi oportet.*

35 *..ac ſecundum communem loquendi, ſcribendiq; uſum.*

36 *Franciſcus de Amicis, feudorum interpres, commendatur.*

37 *Oldradi conſilium 159. expenditur, ac multiplici intelligentia reſolvitur, & nu. 39.*

38 *..in Regno præſertim, non facilè recipendum, & ratio affertur.*

39 *Conceſſio, ex Regionis quandoq; more in feudum facta præſumitur.*

40 *Feudum, benevola dicitur actio, capienti gaudium tribuens.*

41 *..ipſius conceſſio, amore potiùs, quam pretio emanare deberet.*

42 *Beneficium proindè dicitur, amore datum.*

43 *..ac donationis ſpecies.*

44 *..ſeù, ob cauſam donatio.*

45 *..Principiſq; donum exiſtimatur.*

46 *Officium Actorum Magiſtri, vel juriſdictionem continet, vel illi coheret, & nu. 66.*

47 *Iuriſdictio, an in feudum, an in allodium tributa feudorum uſibus præſumatur.*

48 *..apud nos in feudum crebriùs impertita cenſetur.*

49 *..idq; noviſsimè, iudicatarum rerum ſæpiſsimis exemplis, comprobatur.*

50 *Fidelitatis iuramentum, ſi deeſt, res in allodium conceſſa præſumitur.*

51 *..ſi autem præſtari mandatur, in feudum dicitur data.*

52 *Fidelitas, eſt de feudi ſubſtantia.*

53 *....ipſa etenim ſola, feudum format, creatque.*

54 *....illiuſq; juramentũ, feudalis qualitatis præſumptionem non inducere, qui dixerint.*

55 *...Conciliatio, etiam ſecũdum Adverſariorum intelligẽtiam, expenditur.*

56 *Ius iurandum, pro recta officy adminiſtratione præſtandum.*

57 *Feudalis qualitatis præſumptio, ex immunitate à cõtributionib' inducitur.*

One-

58 *Onere duplici, pro eadem re, gravari quempiam non oportet.*
59 *Feudatarij conſeſſio, feudalem probat qualitatem.*
60 *Feudalis qualitas ex actibus feudorum naturæ convenientibus deſignatur.*
61 *Alphonſi, ex Aragonenſibus primi, ac Ferdinandi Regis Catholici; non autem Ferdinandi primi, Alphonſi ſecūdi, & Federici, in Regno privilegia attendi debent.*
62 *Clauſulæ expenduntur Catholici Regis in privilegio appoſitæ, quibus in feudum conceſſio facta putatur.*
63 *Feudalis qualitas, ubi redditus non eſt certus, aliquibus nō induci viſū fuit, ſed de veritate nu. 64. & 65.*
65 *Iuriſdictionis redditus, quamvis non ijdem numero, tamen ijdem ſpecie ſingulis annis renaſcuntur.*
66 . . . *.ideoq; in feudū paſſim concedi præſumuntur.*
67 *Feuda, Adhoa taxationi non deſcripta, ex Regijs iuſſionibus ſubijci debent.*
68 *Cedularij Aulæ, ad feudorum taxationem præcipuè cōficiendam, deſignata.*
69 *In feudum, decreta conceſſione, adhoa, & relevij ſervitia debentur, & ſi ſpecialis de eis mentio facta non ſit.*
70 *Principis conſueta, in ipſius contractu appoſita exiſtimantur.*
71 *R. P. D. Gaetanus de Afflicto celebratur.*
72 *D. R. Revert. deciſ. 9. to. 5. manuſcript. 399. lib. 2. D. R. de Marin. expēditur, & exornatur.*
73 *Officia in feudum data, feudorum legibus, atque oneribus ſunt obnoxia.*
74 *Feudalis ſucceſsio, quæ in Regno, extrà tertium gradum in collateralibus, non porrigebatur protracta poſtmodum fuit ad patrueles.*
75 *Ex gratia quoq; pijſsimæ memoriæ Philippi IV. Regis, uſq; ad quartū gradū generaliter exsenſa nunc reperitur.*
76 . . . *primumque recepta hujus gratia, affertur exemplum.*
77 *Officia, à Rege in feudum conceſſa, inter quaternata feuda connumerantur.*
78 *Feudalem hæreſim noſtri putarunt, extrà tertium gradum, faudalem appetere ſucceſsionem.*

ARGVMENTVM.

Cauſa nō levis momenti, ac aliàs diſceptata, vel facti narratione indicatur; Ad hanc feudorum, officiorumq; recenſetur origo. Cumq; officia, dum extrà ſuam rectam (ut ajunt) naturam, ad hæredes protrahuntur, in feudū ſæpè ſæpius concedantur; Quæ idcircò præſumptiones, aut quæ in cōceſſione oppoſitæ particulæ, feudalem deſignent qualitatem, non incurioſo diſſeritur methodo. Hinc, cùm *inveſtire*, & *inveſtitura* verbis concedentes vtantur, nullam ea præſeferre barbariem; ſed latij Iuris, appoſita ſanè metaphora, atque elegantia, eſse demonſtrantur. Oldrad. *conſ. 159.* recēti quoq; animadverſione refellitur. Plura, circa Iuriſdictionum qualitatem, ac Iuris iurādi à feudatarijs præſtandi religionem, afferuntur. Quibus Aragonenſium Regū Privilegijs parēdum; Quo pacto, feuda hactenùs non ſuppoſita, taxationi ſubijcienda. Quovè gradu collaterales cōiuncti, ad feudorum ſncceſſionem apud nos invitentur,

nova, quo ad hoc, ad quarti
gradus extenſionem gratia
perpenſa, brevi aperitur trac-
tatione.

PRO REGIO FISCO.

C V M

D. Didaco de Bernaudo, alijſque litis conſortibus.

Diſſertatio XXXII.

VT Fiſci Iura in Cre-
ditores, ac D. Dida-
cum de Bernaudo,
litiſq; cõſortes ſcri-
pto nõ vulgaremus,
duo potiſſimum no-
biſcrant impedimẽ-
to; temporis ſcilicet
Anguſtiæ, quibus ob maximam rerum
1 molem noſtri Senatus fiſci patronos
præmi teſtatur *D. R. Capyc. Galeot. re-
ſponſ. fiſcal. 4. in fin.* nè opprimi dica-
mus; Et illorum ſcientia, atque aucto-
ritas, qui in hac eadem cauſa, ſivè pro
Adverſarijs, ſivè pro potentiſſimo no-
2 ſtro Rege patrocinium præſtiterunt,
ut præſertim fuere *Paulus Staiban. Se-
nior conſ. 19. D. R. Conſil. Theodor. alle-
gat. 41. Dom. Iudex Taſſon. de antefat.
verſ. 4. obſervat. 2. alleg. 12. pag. 257.
cum plur. ſeq. Novar. qq. forenſ. q. 20.
& 21. par. 2. D. Præſes Lanar. in addit.
ad Reg. Lanar. patr. in cap. 1. de ſucceſſ.
feud. nu. 57. & ſeq. D. R. Capyc. Galeot.*
in celiberrimo *reſponſ. fiſcal. 12.* quem
licet acriter oppugnaverit *Montan. in
tract.* præſertim *de regal. officia n. 7.* at-
tamen præter tradita a *Rev. P. Frãciſco
Meroll. in Theol. mor. to. 3. diſput. 6. de
privil. cap. 8. difficul. 8. num. 393. cum
3 ſeq.* puriſſimis, ac ſcitiſsimis Iuris (ni
fallimur) principijs, eum tutatus fuit
noſter germanus frater *Leonard. Ma-
ximus de Philippo in Apolczia ad cit.
reſponſ. 12. pag. 210.* diffinitionemq; in
p.ſſeſſorio edidit Iudicio *D. R. Rovit.
dec. 72.* ac mẽtionem demum de ea ha-
buere *D. R. Conſil. de Georg. in repet.
feud. cap. 53. in fin. Thor. in ſupplem.
cõpend. deciſ. Regn. verb. officia à Prin-
cipe pag. 452.*

Nè tamen in re tam gravi, quà mente, &
ore præ noſtra imbecillitate deſuda-
vimus, Calamo dumtaxar pepercíſse
notaremur. Infraſcripta duximus exa-
randa, quibus, & ex hucuſque traditis
aptiora, & ex nuperrimè excogitatis;
nova quidem, diſtinctaq; methodo di-
geſta, validiora ſeligi poſſint; ac ſe-
cundum *Iuſtiniani* monitum, *ſine ma-
gno labore, ac diffidentia* fiſci iuſtitiam
deprehendendam fore, ſpes animoſa
blanditur.

Quodq; ut facilius conſequamur, facti e-
narratione præhabita, duobus præci-
puè ex capitibus, diſtincta tñ oratione
tractandis, vaſtiſſimam hujuſce rei cõ-
troverſiam (annuente Deo) perſtrin-
gere nitemur.

Primo, in feudum officiorum horum lar-
gitionem fuiſſe probantes, ut vel hinc,
& fideicommiſſa, ſiquæ forent, ſine
Principis placito inutiliter inſtructa:
& extra Regni *Conſtitutionis. Vt de
ſucceſſionibus* gradus, ſucceſſionem
non Iure poſtulari di,udicetur.

Secundo, eadem officia de Regalibus eſ-
ſe, atque in ijs ex protracta ad hære-
des in perpetuum conceſſione, non
niſi ſanguinis Iure deſcendentes vo-
cari, feudalemq; etiam in ijſdem Iuris
naturam retineri, aut aſſociatam ineſ-
ſe, ut his omnibus perpenſis, tùm di-
ſtinctè, tùm uniter eademmet ſucceſ-
ſio iuxtà patrias feudalium ſanctio-
nes exiſtimetur dimetienda; ac cõtra-
rijs cunctis argumẽtorum generibus,
plenè exolutis, præclara demum fiſco
victoria paretur.

Rem igitur, ita ut dicebamus exordien-
4 tes, noſſe oportet, ab anno M.C.XXX.
quo Reges in Regno cæperunt eſse,
uti

uti ex noſtris hiſtoriographis colligi poteſt *Io: Baptiſta* nempè *Carrafa hiſtor. lib. 3. ſub verſic. inteſo queſto pag. 54. & 55. Io: Anton. Summont. lib. 3. in vita Rogery primi Regis pag. 5.* & & noviſsimè poſt *Cardinal Baron. ex diplomate Anacleti Antipapa* ſequitur nobiliſsimus Eques, vetuſtatis ſeruã-
5 tiſsimus *D. Francic. Capyc. latr. Marchio Lucidi hiſtor. p. 1. lib. 1. pag. 4.* cuique nec diſſentit *Dom. Reg. Moles in tit. de Iuſtit. tit. & poſſ. §. 26. nu. 40. & 41.* Regum Primigenitos Calabriæ
6 Duces creatos fuiſse, quẽadmodũ ſub anno M.CD.XLII. Ferdinando I. ab Aragonia contingit, qui à Sereniſsimo Alphonſo genitore generalibus in Comitijs, Regni proceribus expoſcentibus Calabriæ Dux fuit enunciatus, his verbis, *Eum in Ducem Calabriæ erigit, intitulat, attollit, & de eodem per enſis, & circuli aurei traditionem illum die craſtina inveſtire deſtinavit, & ex nunc ſibi, ſuiſque hæredibus de legitimo corpore deſcendentibus, cum Iuribus, & pertinentijs omnibus dictum Calabria Ducatum cõcedit,* ut in *cap. & gratijs Neapolit. pag. 6. à terg. verſ. ſereniſſima.*

Calabriæ Ducatu in feudum iam erecto Idibus Aprilis M.CD.LVIII. Ferdinandus idem Actuarii eiuſdem Ducatus officium, pro duabus partibus Antonello Bonaccurſio, eius durante vita, cum lucris, atque emolumentis, ſubſtituendiq; poteſtate conceſsit, ea conditione adiecta, *Quod quieſcente officio Viceregis, Locumtenentẽ generalem dicta Provincie præfigimus, quod idem Antonellus, & nemo alius exercere deberet præfatum officium Actuariatus, ſeu Notariatus actorum, penès quoſcumq; Rectores, & Gubernatores dictæ provinciæ, cum ſi nomen officiorum mutaretur, nõ mutatur ipſius effectus, ſivè exercitiũ, ſed eodem officio, iuriſdictione, vel poteſtate remanente,* ſicuti tranſcriptum legimus in ſubſequenti privilegio Ferdinandi Primi *fol. 801. proceſs. 2.*

Antonellus poſtmodũ Bonaccurſius, munus quo adviveret in Philippum de Bernaudo, pro Bernardino, & Ioanne eius filijs diſtraxit, Regio tamen conſenſu impetrando *cit. fol. 801. à terg. volum. 2.*

Id quod anno M.CD.LXXVIII. v. Kalendas Iunij Ferdinãdus ipſe nõ modò ſuo regio firmavit aſſenſu; ſed fratribus de Bernaudo pariter indulſit, ut poſt eiuſdem Antonelli obitum, eorumq; perdurante vita officium valerent poſſidere; eo tamen modò, formaq; pro ut per Antonellum exercebatur *d. fol. 801. 802. & 803. vol. 2.*

Anno deindè M. CD. LXXXIX. idem quoq; Ferdinandus Rex cum Raphael Gullus, tertiæ præfati muneris partis poſſeſſor, malè ſe in illius geſſerit exercitio, iiſdem eam fratribus, dum viverent fuit elargitus *fol. 230. & 231. vol. 1.* his clauſulis adiectis.

De veſtra FIDE.

Fiducialiter commendamus fol. 230. cod. vol. 1.

Recepto tamen priùs à vobis fratribus, & vtroq; veſtrũ ſolito FIDELITATIS, & de officio ipſo pro dicta tertia parte fideliter & legaliter exercendo, ad honorem ſcilicet, & ſtatum noſtrum, noſtrorumq; hæredum, & ſucceſſorum in hoc Regno corporali ad ſancta Dei Evangelia IVRAMENTO fol. 241. lit. A. & B. vol. 1.

INVESTIENTES proindè *vos,*

Quã INVESTITVRAM vim, robur, & efficaciam veræ, & realis aſſecurationis fol. 232. lit. E. vol. 1.

Ea ſignificantes Illuſtriſsimo Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ, &c. d. fol. 232. lit. T.

Expleto poſtmodum Regno, tàm Ferdinandi primi, quàm Alphonſi ſecundi filij, ac Ferdinandi ſecundi nepotis, illoq; ad Federicum filium ſecundogenitũ eiuſdem Ferdinandi primi ſucceſſione tranſlato, Federicus xi. Kalendas Februarij M.CD.XCVIII. officium antedictum ad vitam Ioannis Aloyſij filij Bernardini, & Ioãnis Mariæ filij Ioannis de Bernaudo proro-

gavit, extenditq; *fol. 794. à ter. & ſeq. vol. 1.*

Supplicantibus deindè anno M. D. I. iij. Kalendas Iulij, ipſis ſimiliter fratribus de Bernaudo, ut officium ad hæredes, ſucceſſoreſq; in perpetuum porrigeretur per hæc verba *Præfatis exponentibus, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ampliare, commendare, & denuò concedere dignaremur fol. 125. vol. 1.* Federicus itidem officium, inſimul cum officio Credenzerii Civitatis Coſentiæ eiſdẽ conceſſit, his inſertis particulis. *Quod librum introiti, & exitus*, officii conficere deberent *fol. 125. à terg.* quodq; exercerẽt, adminiſtrarentq; *pro ut ipſi, & ſui prædeceſſores hactenus fecerunt, & adminiſtraverunt d. fol. 125. & circ. finem*, perſonalemque eorundem amplians naturam, etiam hæredibus, ac ſucceſſoribus, his verbis fuit impertitus.

Poſt eorum obitum, hæredibus, & ſucceſſo- in perpetuum prædicta officia cum proviſione, gagijs, lucri , honoribus, & oneribus, poteſtatibus, & alijs omnibus ad dicta officia quovis modo ſpectantibus, & pertinentibus, tam de conſuetudine, quam de Iure cõfirmamus, damus, donamus & de novo cõcedimus, & gratiosè largimur; hac tamen conditione, quod tam in obitu eiuſdem Bernardini, & Ioannis, quam hæredum, & ſucceſſorum ſuorum ſucceſſores teneantur, & debeant comparere coram nobis, vel noſtris in Regno ſucceſſoribus, & IVRAMENTVM præſtare de officio ipſo benè, fideliter, & legaliter exercendo ad honorem, & FIDELITATEM noſtram, hæredũq; noſtrorũ. Anno verò M.D.III. fratres de Bernaudo, iuſtiſsimè verẽtes Regem Ferdinãdum Catholicum, qui in Regno ſucceſſerat, præfatis inveſtituris non eſſe obſtrictum; eidem Regi Catholico ſupplicaverũt, ut eadem officia in perpetuum eis, eorumque hæredibus, ſucceſſoribuſq; confirmare, ac de nouo elargiri dignaretur *fol. 126. à terg. lit. A. vol. 1.*

At Sereniſsimus Rex, privilegia quamvis confirmaverit, & quatenus opus eſſet de novo munera conceſſerit, *pro dictis fratribus, ipſorumque in eiſdem hæredibus, & ſucceſſoribus, in perpetuũ d. fol. 126. à terg. in fin.*

Has tamen ſubtexuit clauſulas.

INVESTIENTES VOS.

Veſtroſque IN IIS hæredes, & ſucceſſores.

Vt eſt moris.

Quam INVESTITVRAM, vim robur, &c.

Nullumque præter NOS recognoſcatis in Dominum, & Superiorem.

NOSTRIS tamen, & CVRIÆ NOSTRÆ Iuribus ſemper ſalvis, & expreſsè reſervatis fol. 127. vol. 1.

Et demum, *præſentem noſtram confirmationem, novamq; conceſsionem* d. fol. 127. vol. 1.

Ac licet anno M. D. XVIII. iidem de Bernaudo, invictiſsimum Carolum V. Cæſarem, pro privilegiorum confirmatione, ſupplices adiiſsent; habita meritorum dumtaxat ratione, ac ob Regi Catholico præſtita obſequia cõfirmationẽ obtinuere *fol. 669. & 670. vol. 1.*

Poſtmodum immortalis memoriæ Philippus Secundus anno M. D. LXII. prævia noſtri Senatus relatione, inter officia, AD REGIAM IPSIVS COLLATIONEM pertinentia, iſta hæc ſcitiſsimè repoſuit, in *pragmat. 2. de offic. ad Reg. Maieſt. collat. ſpect. ſub num. 8. verſ. el officio de Maſtredatas.*

Ac tandem anno M. DC. IX. ab diuæ memoriæ Philippo Tertio ipſis de Bernaudo præcantibus, quatenus Calabriæ demãdaret Auditorio, ut in cunctis negotijs Actorum magiſtro veteretur, ſupplicationi pijſsimus Rex annuens hanc præcipuam conceſsionis cauſam expreſsit.

Y deteriorarſe el precio, y valor dellas en preiudicio de MI REAL PATRIMONIO de mas de otras inconvenientes, que ſe repreſentan fol. 771. lit. A. vol. 1.

Præterea ex facto infraſcripta quoq; notanda erunt, & primum quod ſuper ijſdem officijs, quoties commercium aliquod geſtum eſt, perpetuò Regius

fuit

Digitized by Google

fuit interpoſitus aſſenſus.

Primò ſub anno M. CD. LXXVIII. quo Antonellus Bonaccurſo, officiũ ipſis de Bernaudo diſtraxit *d. fol.* 801. *à ter. vol.* 2.

Secundò cum Conſalvus de Bernaudo officiorum medietatem aliis fratribus vendidit, ſuper eorum etenim contractu, ex ſpeciali gratia, potentiſsimus Carolus V. Imperator his verbis aſſenſit, *non obſtante, quod ſuper officio proceſſum ſit: Et FIDELITATE noſtra, noſtriſque aliis Iuribus reſervatis fol.* 128. *à ter. in ſignis vol.* 1.

Tertiò dum ſub anno M.D.XC. Io: Maria de Bernaudo officium hypothecæ nexui ſummiſit, nam ſalva Regis aſſenſus impetratione cõtraxit *fol.* 305. *à terg. vol.* 1.

Quartò cum Magnificus Tiberius de Amato, uti de amatorum monte adminiſtrator ſuper Ducis Bernaudæ obligationem, regium placitum petiiſset, huiuſce officii reſpectu his fuit clauſulis collaterale Conſilium aſſenſum impertitum, *citra tamen præiudicium Iurium Regiæ Curiæ quo ad obligationem, & hypothecam ipſius officii, tam in caſu DEVOLVTIONIS ipſius, quam in omnem alium caſum, ita tamen quod reſpectu Regiæ Curiæ obligatio prædicta nullo unquam futuro tempore ipſam Regiam Curiam afficiat, nec præiudiciũ aliquod afferre poſsit*, aſſenſumque vii. kalendas Martii M.DC.XXV. digniſsimi, ac doctiſsimi Regentes ſubſcripſerũt conſtantius nempè, Enriquez, Tapia, Lopez, ac Brandolinus Senior, *fol.* 575. *lit. A. &* 577. *vol.* 2.

Prænotandum inſuper, & ſecundo erit, quod Ioanne Maria Ferdinando, & Conſalvo de Bernaudo ob mortem Ioannis Iacobi, ſine filiis maribus vita functi, fideicommiſsorum virtute officia appetentibus, licet in promptu cà producerent, ut *fol.* 1. 7. & 12. quia verò ſuper iiſdem Regius aſſenſus interpoſitus non fuerat iii. Idus Maij M.D.XCVII. filiæ fœminæ (fideicommiſsis nil refragantibus) iunctis Sacr. Conſilij Aulis eorundem officiorum in poſſeſſionem miſſæ fuere *fol.* 29. *vol.* 1.

Et annotãdum pariter, & tertio erit, quod apud munificentiſsimi noſtri Regis Curiam expoſcente Pyrrho de Graccio, ut cauſa in Collaterali Conſilio definiretur, Sacra Regis Maieſtas hanc quæſtionem ſibi pronũciari, maximopere ſua intereſſe dignoſcen, præmonenſque juſſit, ut fiſci Advocatus ibidem interveniret, ejuſque Iura diſertiſsimè patrocinaretur kalend. Aprilis M.DC.XXIII. *fol.* 720. *vol.* 1.

Cæteriſq; conſultò omiſsis, prætereundum non erit, in eo eventu, quo Coſentiæ Civitas, officia quoq; collectarum oneribus affici petierat, ſub prætextu, quod cætera tunc temporis feudalia ab eiſdem oneribus nõ erant immunia; quia officia nõ modo ſub feudali natura, ſed arctiſsima quoq; qualitate ſibi conceſſa, fratres de Bernaudo aſſeverarunt, Civitatis propterea inſtantiam effugere, ut *fol.* 478. *à ter. vol.* 1.

Ac deniq; ex noviſsima facti diſceptationis ſpecie, reminiſci oportebit: Io: Mariam de Bernaudo poſtremũ officij poſſeſsorem in humanis agẽtem illud ſub menſe Martij anno M.DC.XXV. ſpurijs ſuis filijs, quamvis ex Principis reſcripto, ad natalium puritatem reſtitutis fuiſse donatione largitum; Eamq; poſtmodum, ſubſequẽti Aprilis menſe, ob dolum falſumq; ab eiſdem, illegitimis (pro ut aſſeruit) patratum revocaſſe, idemque officium D. Frãciſco, ac D. Didaco de Bernaudo, Illuſtris Bernaudæ Ducis, D. Ferdinandi filijs, (ad quem majorum fideicommiſſorum virtute dixit pertinere) etiam ſe ſe de medio abdicantem, refutationis titulo ceſsiſſe, donaſſeque; ſed genij fortaſsis varietate ductum, eodem anno ſub menſe Octobris, ſpurijs iterum donationem confirmaſſe, eamq; anno M.DC.XXVII. (quò extremum appetijt diem, roboraſſe.

Qua-

Quapropter vita functo Io:Maria, Fiſcus inſtetit ex defectu legitimi ſucceſſoris, in officiorum poſſeſſionem immitti virtute famigerati capituli *Ex præſumptuoſa ſub tit. quod feudat. abſque legitim. prol. poſſeſſ.* Et licet per menſis dumtaxat ſpatium Senatus ſequeſtrationem ipſi decreuiſſet, indefinitam Excellentiſsimus Prorex, concedendam reſcripſit.

Sed interea mortuo D. Franciſco de Bernaudo Ducis Don Ferdinandi filio. D. Didacus alter filius, ac donatarius, ſequeſtrationem tolli, ipſumq; in poſſeſsione; quam à donati nis die nactũ ſe fuiſſe inquiebat, conſervari efflagitavit, & veterum fideicommiſſorum, & præfatæ donationis vigore, officia, namque uti merè allodialia tractanda eſſe contendebat.

Quoque idem primogenitus, ex ſpurijs filijs pro fiſci tamen exclusione affirmabat, ſeque ipſum adverſus mnes in poſſeſsione, quam paterni teſtamẽti virtute cæpiſſe aſſerebat conſervandum, aut ſaltìm in eam immittendum petens.

Neque pigri extitere Pyrrus, & fratres de Ciaccio uti Stutheræ de Bernaudo hæredes, ad quorum inſtantiam cum Ferdinando, & Io:Maria de Bernaudo in Sacro Regio Conſilio acta fuerant inſtructa, cum peterent eorum iudicium, etiam tamquam poſſeſſorij quæſtionem abſorbens, priore loco diffiniri; ſed cum id noſter Senatus, ac inſimul Regium Collaterale Conſilium reſpuiſſent, bis poſſeſſionis cauſam, prius decernendam ſtatuere, ac tandem xi. kalendas Iulij M. DC. XXX. in eodem Collaterali Conſilio, & coram Excellentiſſimo Regni Prorege novem dominis ſuffragantibus, tribus videlicet Regiam Cancellariam Regentibus, Regiæque Cameræ Locumtenente, ac tribus illius Præſidentibus, duobuſq; Conſiliarijs, uti aſſociatis, huiuſmodi decretum emanavit. *Infra quatuor dies audiantur omnes intereſſe pretendentes, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio etiam ordinario, & interim fiat ſequeſtrum officiorũ penes tertium, verum fructus liberentur per Regiam Cameram creditoribus*, ut apud *D. R. Rovit. in deciſ. 72. in fin.*

Cumque diù iam inſtructa, completaque ſint acta, ideoq; iudiciarij ordinis ſolemnibus ſatis, ſuperque ſit factum, proprietatiſque tantummodò cauſa ſit terminanda, ob nitidiſsimam, quam fiſcus fovet Iuſtitiam, officiorum addictionem, incorporationemvè ſibi pronunciari efficacius inſtat.

HIS ex facto delibatis, ad propoſitas libeat quæſtiones accedere. Et quod ad primam attinet; in feudum nempè cõceſsiones, à retro Regibus fuiſse formatas, facillimè id probabitur ſi quæ Ius ſtatuit, facto cohęrere demonſtrabuntur.

Feudorũ etenim uſibus edocemur; prin-
7 cipio feuda præcaria, deindè annalia fuiſse, ad vitam poſtmodũ, ac demum ad filios, nep :teſque tranſeuntia *cap. 1. §. & quia vidimus de ijs, qui feud. dar. poſſ. cap. 1 de ſucceſſ fratr. vel gradib. ſucceděd. in feud. Andr. loc. cit. cap. 1. §. & quia vidimus nu. 14. & ibidem Afflict. n 2. verſ. nota primo: Io: Paulus Balzar. nu. 5. 19. & 20. Franciſcus Hoteman. verſ. per annum, & verſ. uſque ad vitam feud. lib. 1. pag. 230. Hartaman. Pyſtor. qq. Iuris lib. 2. q. 19. nu. 1. & ſeq. part. poſter. Herman Vulteius conſ. 34. n. 35. vol. 3. Guilm. Haneton. de feud. lib. 2. cap. 2. nu 2. D. Praſ. Camill. de Curte in diverſ. feud. cap. multoties nu. 13. pag. 45. D Conſil. de Giorg. in repetit. feud. cap. 53. nu. 18. & 19. Montan. in repet. l. Imperialem de prohibita feud. alien. per Frideric; Sand. de feud. tract. 1. de cauſ. & mod. acquir. feud. in ſumma in princip. pag. 28. D. Io: Solorzan de Indiarum Iure tom. 2. cap. 16.*
8 *nu. 11.* ſic quoq; communi, patrioque Iure, annalia ab initio officia, ſivè biẽnalia *l. publius Mevius 36. D. de condit. & demonſtrat. l. neminem C. de ſuſceptor. lib. 10. Conſtit. Regni occupatis nobis, verſ. horum officialium, & cap. item ſta-*

ſtatuimus 132. & cap. electionem Ca-
pyc.deciſ.121.ſub n.5. erudite D.Præſ.
Io:de Philipp.reſponſ.27.nu.6. poſt Aſ-
flict.Nigrum, D.Præſ.de Franch.Capi-
blanc. alioſq; D. R. Galeot.cit.reſponſ.
12.nu.171.& ſeq. ac Montanus de re-
gal.in præfat.q.7.nu.40. Ad vitam de-
9 indè, ſecundum propriam, rectamque
eorum, (ut aiunt) naturam conſtituta
fuiſſe, l. cuius bonis 9. D.de Curat. fu-
rioſ. l. Curatoris 17. C. de negot. geſt.
Freccia de ſubfeud.lib.2.q.50.nu.4. Io:
Philipp.cit.reſponſ.27 ſub n.6.D.R.Re-
vert.deciſ.70.nu.2.& deciſ.230.nu.2.
& deciſ.281.nu.2.vol.1.ſecundum or-
dinem, D.R. de Marin. Bald. Alex.Ca-
gnol. Gregor. Lopez, Barboſ. Montan.
D. R. Capyc. latro, alijq; à nobir relati
diſſert.1.nu,14. Et denique (licet co-
rundem alterata ratione Freccia de
ſubfeud.lib.2.q.51.nu.1. D.R.Revert.
deciſ.230.ſub n.2. Amicangel.de rega-
lib.officijs q.4.n.12.& q.7.nu.3.in fin:
alijque in cit.diſſert.1.nu.10.& 11.ad
hæredes aliquando protracta; feudi-
ſtica tamen retēta, ſivè aſſumpta qua-
10 litate id effici dicendum erit; nō mo-
dò quia, eadem officia in feudum cō-
cedi poſſe neminem latet, ex Andrea
de Iſernia præ alijs teſtatur D.Reg.Cō-
ſil. de Giorg. in repet.feudalib. cit.cap.
53. nu. 28. & 29. ſed quoniam, ſicuti
11 feuda annalia cęperunt eſſe, eò quod
annalia ſimiliter officia, ob quæ illa
concedebantur, diſpoſita fuerant, ut
præmonuit Franciſcus Hotomanus loc.
prox.cit.verſ.per annum, ibi nam cum
annuis magiſtratibus uterētur, ut Ota-
friſi. teſtatur, annua quoq; feuda con-
ſtituebant; & elicitur ex cap. 1. de feu-
dis guardia, ibique DD. & præſertìm
Martin.Laudenſ.num.6. Schrader.de
feud.part.2.cap.4.nu.54. Aroſental de
feud.tom.1.cap.2.concl.70.nn.2.& 3.
ex alijs Andr. Kobl. de ſervitijs feud.
par.4. tit.de cauſ.form.ſervit.nu.115.
cum ſeq. Ità pariter, dum perpetua ef-
ficiuntur officia, ab ijſdem feudis mu-
tuare ſibi feudalē qualitatem dicimus
12 conſentaneum Argumento l.gis illud
D. ad l. Aquiliam Vaaz Barboſ. prin-
cip.commun.verb.argumentum n.186.
Argel.de legitim.cōtradict.q.2.n.204.
Solorzan de Indiar. Iur. lib.2.cap.21.
num.8.

Iureque itidem traditum non ignoramus
(ut ad ſpecialia probationum genera
deveniāmus) feudalem rationem, non
modo ex largitionis ſpecialibus ver-
13 bis, ſed ex alijs etiam clauſulis, in ea-
dem contentis, ac præſumptionibus,
conjecturiſvè, & elici, & colligi poſſe
ex Afflict. Alex. Natt. Roland. à Vall. &
Panormit. Menoch. de præſumpt. lib.3.
cit.cap.91.nu.39. & conſ.195.num.2.
lib.4. Theſaur.Iur.qq.forenſ. lib. 3. q.
105.nu. Montan. de regal.offic.nu.25.
verſic. niſi dictum ſit. Vt idcircò DD.
RR.Galeot.cit.reſp.12. & Rovit. deciſ.
72. pro ea indaganda expenderint,
quam plurima.

Et primum, hæc officia, membra Cala-
14 briæ Ducatus eſſe; Qui cū noſtri Re-
gis primogeniti ſpeciale patrimoniū,
feudumq; ſit, ut ex facto deſuper an-
notatum fuit, & ex Iſernia in cap. 1.
num.4. de feud.March. alijſq; firmavit
D.R.Galeot.d.reſponſ.fiſcal.12.n.255.
cum ſeq. Conſequens profectò vide-
15 tur eſse, ut membra ipſa, ſicuti ab
feudali ſuo capite deſciſcere non va-
lent, cap. cum non liceat de præſcript.
ibiq; DD. Rebuff. in praxi beneficiar.
tit.de Conſtit. in gloſſ.capiti pag.522.
Caſſaneus in Catalog. glor. mundi p.5.
conſiderat.26. Menoch.conſ.148.n.12.
Valdeſ. de dignit. Reg. Hyſpan. cap. 4.
28 apud nos ſibi prerogatiuã ſervat, etſi maſculus fęmina quoque inferior ſit ætate, ut perbellè poſt Afflict. Albert. Brun. Thom. de Marin.Petr.de Gregor. Molin.Tiraquell. atque ex ferè omniũ incontrouerſa ſententia fert. D.Præſes Vrſin.de ſucceſſ.feud.par.1.q.5.per tot.
29 ſic itidem in officijs ſorores ætate licèt majores, minori ætate fratri cædere neceſſum habent; ut in officio Magiſtri Actorum M. C. Vincentij Salerni Avi neptes,ætate quamvis ſuperiores, fratri conſobrino,ex eodem quoque Vincentio deſcẽdenti,utpotè maſculo ætate quamquam inferiori, manus ſub noſtro patrocinio dedere xij. Kalendas Iulij. M. DC. LVII. penès Actuar.Pepe.

Ac demum, nè hæſitari de cætero cõtingat, officia ad hæredes protracta,noſtris feudorum Cõſtitutionibus ſubij-
30 ci, ac regularis primogenij pariter qualitatem aſſumere , & ut in magnis regaliumvè dignitatum feudis,in quibus francorum vivitur Iure requiſitum illud , quod primo nati, vlteriori gradu genitis anteferuntur, ut ex ead. Conſtit.ut de ſucceſſionibus,& Conſtit. Comitibus, ac cit.cap.conſiderantes annotarunt ibidem DD. Andr.in cap.Imperialem, §.præterea Ducatus ſub n.35. de prohib.feud.alienat. per Federic. & ibi Afflict.nu.1. & in decif.284.nu.1. ibiq; Vrſill.in princip. Anton.Capyc.in inveſtit.feud. §.feudorum diviſio,verſ. limita quinto pag.164.Frec.de ſubfeud. lib.1.tit.de origin.feud.nu.88.D.Præſes de Franch.decif.73.nu.22. Borrell.in ſumm.decif.lib.1.cit.tit.34.nu.235.& de præſtant. Reg.Cathol.cap.46.nu.30. & 31.& cap.57.nu.5.6.& 7.D.Conſil. de Georg.in repet.feud.cap.47.nu.19.& cap.49.nu.3.4.& 5. D.R.Galeot.contr. illuſtr.lib.2.controu.1.num.20.& ſeq. D.Præſes Vrſin. de ſucceſſ.feud.par. 3. q.4.artic.9. nu.2. D.R.Capyc.latr.conſult.3.nu.22.& ſeq. in officiorum iti-
31 dem ſucceſsione,& expoſci, eodemq; antelationis privilegio inſigniri ; ex Roderic.Suarez primum colligitur,qui maximoperè hanc doctrinam cõmendat in l. quoniam in prioribus in 10. ampliat.ſub nu.25.C.de inoffic.teſtam. & poſt Iserniam Franc. de Amic.in repet.tit.de his qui feud. dar.poſſ.cap. officij natura pag.62.& in 21.q.ſub verſ. ſupereſt modo pag.194.D.R.Capyc.latr.

deciſ,26.n.4.& 5.lib.1.Amicangel.de
regal.offic.q.14.nu.7. ante eos judica-
tum refert *D.R.Revert.in deciſ.*511.in
celebri illa cauſa ſororum de Muſcet-
tula, cujus meminit *Amicangel. loc.*
prox.cit. comprobatq; *D.R.de Marin.*
*in obſer. ad eand.dec.D.R.Revert.*551.
nu. 1. *lib.* 2. Et inconcuſſo uſu id re-
ceptum eſſe, in officiorum præſertìm
prorogationibus, in quibus ex ipſa
dumtaxat regalium ratione, quæ om-
nimodò feudali (ut pluries hucuſque
diximus) eſt inſita naturæ, primogeni-
tos cæteris minori ætate fratribus
præferri, fideliſſimi nos teſtes ſumus,
ac innumera in Senatu penès *Actuarios*
extant exempla. Ac ne in poſterum
res iterum in controverſiam forſan
reponeretur, latè, & firmare, & exor-
nare opere pretiū duximus in *differt.*
24.*per tot.* præclarè fiſco rem tandem
tradentes diffinitam *cit.differt.*24. *in*
fine.

INSIPIDA tandem illa *Montani* conſi-
deratio, ut quum ad hæredes nēpè of-
ficia porriguntur, perſonæ ſtudij de-
ſit electio, nilq; Principi officiat, an per
primi officialis liberos, an verò per
extraneos hæredes illius exerceantur,
indigna equidem tanto viro videtur:
fruſtrà etenim in feudorum conceſſio-
nibus ſtatuere regnantes deſudaſsent;
quum feuda, è precario Iure, ad mili-
tantis vitam, ac deindè ad hæredes
protraxere, ut hi ex ſanguinis tantum
32 eſſent intelligendi *cap.* 1. §. *cum verò*
Conradus, & §. *hoc quoq; in fin. de ijs,*
*qui feud.dar.poſſ.c.*1. §. & *ſi clientulus,*
verſ.ſine hærede de alienat.feud. ſi par
cauſa foret, ad benemeriti feudatarij
dumtaxat deſcendentes, ac ad omnes,
extraneos, etiā ſucceſſores feuda per-
trāſire. Omittimus, ex ejuſmodi ad ex-
traneos quoq; largitionibus deperdi-
tam fieri ſupremi dominij rationem;
quando Regalia Coronæ adſervare
mirum in modum prudentes deceat
33 Principes, quippè quæ non modo ad
illorum ſpeciale decus ſpectare no-
ſcuntur *cap. intellectu de Iur. iurand.*
Cōſtit.ea quæ ad ſpeciale decus poſt *af-*
*flict.Roland.à Vall.conſ.*1.*nu.*153.*vo-*
lum 2.*Vulteius de feud.lib.*1.*cap.*5.*nu.*
5.*Roſental. de feud.to.*1.*cap.*5.*concluſ.*
1.*n.*2.*lit.B.* Ideoq; electo Regi ea cō-
34 tinuò, uti dignitati annexa cenſentur
contributa *Bald.in cap.*1.*nu.*8. ibique
*Laudenſ.nu.*5.*Amicangel.nu.*2 *alijque*
*quæ ſint regal. Roſenthal de feud.lib.*1.
*cap.*5.*concluſ.*1. *d.n.*2. & *lit.F. in fin.*
35 Verum etiam ad laborum præmia,
Regnorumq; firmamētum, cuſtodiam,
augumentumq; undè *Gunter in Ligur.*
*lib.*8.

Vectigal portus cudendę Iura moneta,
Cumque molendinis, telonia, flumina
pontus,
Id quoque in fodrum, vulgato nomine
dicunt,
Et capitolitium certò ſub tempore cen-
ſum,
Hæc Liguris ſacra, tribuerunt omnia
fiſco.

probatque *Renat. Choppin. de doman.*
*franc.lib.*1.*tit.*11.*nu.*1.*circ.fin.* Ⅰ *ulte-*
*ius de feud.lib.*1.*cap* 5. *n.*7. *Borcolthen*
*tit.quæ ſit regal nu.*4.*Bocer.eod tit.cap.*
3.*nu.*6.*Montan.ibid.nu.*2.*circ.fin.* *Ar-*
*niſæus de Iur.Maieſt.maior.cap.*1.*nu.*3.
*lib.*2. *Khoek. de Ærar.lib.*1.*cap.*4.*ſub*
*nu.*47.*Otton.de Iur.public.cap.*11.*verſ.*
cum Cæſaream. Knipſchildt de Iur. &
*privileg.Civit.lib.*2.*cap.*4.*n.*32.*Vveſ-*
*ſelling.nomognoſtic.Iur.tit.*2. *verb. re-*
galia verſ. regalia quę ſic. Vt ex illo-
rum nempè redditibus commiſſos ſibi
populos, paci, belloq; valeant cuſto-
dire, ejuſdemq; per eligendos præci-
puè Magiſtratus iuſtitiam miniſtrare,
conſtructiſq; armis ab hoſtibus tueri,
arcium cuſtodibus, cæteriſq; militibus
ſtipendia perſolvere conſueta, ob quæ
36 divitijs indigere *Divus Thom.* fatetur
*de regimin.princip.cap.*6.*divitiæ* (in-
quiens) *ſunt Regi neceſſariæ, ac etiam*
theſaurus, quia ſine illis Regi congrue-
re Regnum non poteſt, ac *Alphonſ.*
*Toſtat.Epiſc.Abulenſ.deutor.c.*17.*q* 9.
37 magis dixit vituperabile in Rege eſse
non habere theſauros, quam facere

ne

ne cum neceſſitas ſubitanea ingruat, hæc
omnia à ſuo populo exigere, ut *Tacit.*
præmonuit, *Nam quies gentium ſine*
armis, neq; arma ſine ſtipendijs, neque
ſtipendia ſine tributis, haberi queunt
hiſtor. lib. 4.

Poſthabemus devolutionum juſtiſſimam
ſpem, quibus divitijs quoq; affluens,
regale culmen ſuſtinetur, præfulgetq;
quod neceſſarium itidem eſſe Theo-
38 doricus Rex teſtabatur penes *Caſſiod.*
l. var. epiſt. 19. *INDIGENTIAM* (aiens)
juſtè fugimus, quæ ſuadet exceſſus, dum
pernicioſa res eſt in imperante TENVI-
TAS, plures etenim defectus ſupplent
in *Rege* divitiæ; unde *Liu. lib.* 33. *de*
Attulo Pergam. Rege *Huic* (dicebat)
viro, præter divitias nihil fortuna de-
derat, his ſimul prudenter, ſimul magni-
ficè utendo effecit, primum ut ſibi, dein-
dè ut alijs, non indignus videretur in
Regno. Hinc ob divitias etiam Salo-
monem commendatum cernimus *lib.*
3. *Reg. cap.* 3. *circ. princ. & cap.* 10. *lit. C.*

Ex ijs enim Ærario impleto, ab eo tan-
39 quam è fonte, gratiæ, ac liberalitates
denuò poſsunt effluere, ut utrunque
complexus videtur *Caſſiodorus. tributa*
quidem nobis annua devotione perſol-
vitis, ſed nos majore viciſsitudine de-
coras vobis REDDIMVS dignitates, ut
vos ob inverſantium pravitate defen-
dant, qui noſtris iuſsionibus obſecun-
40 *dant lib.* 6. *epiſt.* 24. largitiones namq;
in Principe, tam ad ipſius conſervan-
dam gloriam, quam ad Imperij firmi-
tudinem expoſcuntur: de prima non
incongruens eſſet prudentis Senecæ
verba referre penes *Tacit. annal. lib.*
14. ſic Neronem orantis *Ac quoq; in*
tuam GLORIAM cadet, eos ad ſumma
vexiſſe, qui & modica tolerarent: Illud-
que Skioldi Regis Daniæ conſuetas
prædas, ac manubias inter Regni ſta-
tus, militeſque cum diſtribueret in-
quientis. *Quod pecunia, & bona perti-*
neat ad militem, honor verò, & GLO-
RIA ad Ducem, ex *Zingraff. & Petr.*
Popp. Guilhelm. Anton. à Freundebergh.
de reſcript morator. concluſ. 44. *ſub nu.*
46. ſed dilectiſſimum noſtrum iterum
audiamus Caſſiodorum *dict. epiſt.* 11.
lib. 3. *Quid enim tam egregium* (excla-
41 mantem) *quam FECISSE FELICEM,*
ut eouſque præſtare, quo ſe erectus ſtu-
peat attigiſſe. Quod & *latinus Pacatus*
in paneg. ad Theodoſ. ſeniorem expreſ-
ſerat cum dixit *Nullam maiorem cre-*
diderim eſſe Principũ felicitatem, quam
FECISSE FELICEM.

Quapropter pertritum illud beneficien-
tiſsimi Titi Imperatoris, Amor, & de-
liciæ generis humani nuncupati apud
42 *Sueton. lib.* 11. *cap.* 8. memoria ſemper
ducimus refricandum *Recordatus* (ver-
ba ſunt eiuſdem Tranquilli) *ſuper cæ-*
nam, quod nihil cuiquam toto die præ-
ſtitiſſet, memorabilem illam, meritoque
laudatam vocem edidit, AMICI DIEM
PERDIDI. Quod *Themiſtius* obſe-
quens erga Valentianum Cæſarem,
43 valdè ſtuduit amplificare *in orat.* 16.
ad Imper. Valent. & Valent. dũ eius ori
imponit. *Hodie non imperavi, in nullũ*
44 *enim hodie beneficus fui.* Et Cęſarũ ſuf-
ficeret monimẽtum, virtutum pręmia
merentibus tribui, ſancientium in
l. ex virtutis 3. *C. de ſtat. & imma-*
gin. ac Iuſtiniani in *l. enim multa* 7. *in*
fin. C. de bon. quæ liber. Vt enim (re-
ſcribentis) *Imperialis fortuna omnes*
ſupereminet alias; ita oportet principa-
les liberalitates culmen habere præci-
puum, cum *illud* ut *Dio* de Auguſto di-
xit *lib.* 54. *amplitudinis certum ſit teſti-*
monium, omnes beneficia promereri;
quodq; de Ptolomei Legi filij liberali-
tate *Plutarch. in eius vita*, ac *Elian.* 3.
45 *var. cap.* 13. retulere incredibili vo-
luptate dicentis, *magis Regium DITA-*
RE, quam divitias POSSIDERE, idque
eo magis eſt a Principibus excolendũ,
quo uti nos vetuſtas monet (ut alte-
rum caput attingamus) nec Civitas,
46 nec Imperium ullum potens, ac diu-
turnum eſſe poteſt, quod equaliter nõ
curet, & à flagitijs mortalium animos
retrahere, & ad virtutem, præclaraq;
facinora, gloria, honoribus, propoſi-
tiſq; præmijs incitare, inquiente præ

cæte-

cæteris Tullio, *Vt enim nec domus, nec*
Reſpublica, ratione quadam, & diſcipli-
na deſignata videatur, ſi in ea, nec re-
ctè factis præmia extant ulla, nec ſup-
plicia peccatis. de natur. deor. lib. 3. pag.
253. *num. 6. oper. tom.* 4. quod circa
duos polos verti dixere, *PRÆMIO*
nempè, ac *PÆNA*, qua de re videndi
ſunt *Bodin. de republic. lib. 5. Didac. Si-*
manc. de Republ. lib. 9. cap. 20. & 22.
Caſtill. Bovadill. polit. lib. 1. cap. 5. ſub
nu. 8. tom. 1. & lib. 4. cap. 2. nu. 66. tom.
2. Saavedr. in Idea princip. chriſt. ſymb.
polit. 23. §. reliqua, & §. cũ ergo Beſold.
in diſcurſ. de præm. pæn. cap. 1. nu. 1.
Knipſchildt de Iur. & privil. Civit. lib.
1. cap. 14. nu. 8. D. R. Conſtant. de ſil. of-
ficial. l. 1. & 2. nu. 1. Cod. lib. 12. ac dilu-
cidè elicitur ex *l. 2. tit. 27. par. 2.* Vir-
48 tutes autem præmijs enutriri lepidè
Caſſiodor. lib. 2. epiſt. 16. expreſſit *nu-*
triũt PRÆMIORVM exempla virtutes,
neque quiſquam eſt, qui non ad morum
ſummam nititur aſcendere, quando in-
remuneratum non relinquitur, quod cõ-
ſcientia teſte laudatur, & epiſt. 8. lib. 9.
principalis propoſitio eſſe debet honeſtos
labores palma REMVNERATIONIS or-
nare, ut viciſſitudine, quæ provecti gau-
dent, deſides mordeantur, ſibique impu-
tare poſſint, quod clementiſſimis tempo-
ribus iudicij principalis PRÆMIA non
merentur, & eod. lib. 9. epiſt. 21. *Cum*
manifeſtum ſit præmium artes nutrire,
ac Livius Decad. 3. *Magnus animus*
(ſcripſit) *magnis honoribus fieri*; undè
Claudian. in laud. Stilicon. paneg. 2.

. . . . Egregios invitant præmia mores.
Hinc priſca redeũt artes, felicibus inde.
Ingenijs aperitur iter, deſpectaq; muſæ.
Colla levant: opibuſq; fluens, & pauper
eodem.
Nititur ad fructum ſtudio, cum cernat
uterque.
Quod nec inopes iaceat propites, nec in-
ertia ſurgat
Divitijs . . . .

Licet etenim in ſubiectis; ut benè re-
ctèq; in ſuos Principes ſeſe gererent,
nec potentior, nec inſignior cauſa eſ-
ſe oporteret, quam propriæ actionis
pro mercede laus, quà nobiliſsimus
quiſq; contentus eſſe deberet, cum nõ
49 deſinant probatæ conſcientiæ faſces,
quæ ſublimibus animum inveſtiunt
dignitatibus, cum ſit SAPIENTIA SI-
BI SATIS, ac VIRTVS VIRTVTI
50 PRÆMIVM, unde Senec. *de clement.*
cap. 1. in princip. Quamvis enim rectè
factorum verus fructus ſit feciſſe, nec
ullum virtutum pretium dignum illis,
EXTRA IPSAS SIT; & lib. 10. epiſt.
66. circ. princ. MAGNVM SVI DECVS,
ac Plaut. in Anphitruone.

Virtus PRÆMIVM eſt optimum,

& Claud. in Conſ. Manilij in princ.

Ipſa quidem virtus PRETIVM SIBI,

ac Silius *lib. 13.*

Ipſa quidem virtus SIBIMET pulcher-
rima MERCES.

51 Vt geſta tamen è virtutibus effluxiſſe,
ac honoribus exinde digna manife-
ſtentur, namque *Caſſiodoro* teſte *adhuc*
tamen non poteſt credi virtus, quæ SE-
QVESTRETVR A PRÆMIO lib. 1. ep.
3. Principes idcircò ad cæteros alli-
ciendos, imperiumque & firmiùs, &
glorioſius ſtabiliendum, probos, ex-
celſoſque viros præmijs decet red-
dere honorificentiores; *Remuneratio*
enim meritorum (ut ipſiuſmet Caſſio-
52 dori impleantur monimenta) *Iuſtum*
dominantis prodit Imperiũ, apud quem
perire neſcit, quod quempiam laboraſ-
ſe contigerit lib. 1. var. epiſt. 42. & lib.
3. cit. epiſt. 11. Beneficia ſiquidem ſunt,
quę Regna ſublimant: & libertatis Do-
minus igitur poteſt creſcere, ſi ſibi ſu-
biectos ſtudeat AMPLIARE; prout om-
53 ni ævo fulgentiſsimos, ac potentiſſi-
mos Hiſpaniarum Reges effeciſſe, vel
tritæ evulgant hiſtoriæ, vel leges, Ru-
bricæq; ſingulares in alium legumla-
torum Codicibus nõ inventæ glorio-
sè demonſtrant *l. 3. tit. 1. par. 1. l. 1. tit.*
27. de los galardones par. 2. & l. 1. &
23. tit. 21. & tit. 10. ead. part. & l. 57.
tit. 18. par. 3. ibiq; *Gregor. Lopez* com-
probant cuncta hæc eximiè, ſivè mu-
nificentiam, ut neceſſariam, in Princi-
pibus,

pibus,ſivè ut antidoralem nexum ex-
tollentes Tiraquell.in l.ſi unquã,verb.
donatione largitus à nu.12.C.de revoc.
donat. Petra de poteſt. princip.cap.32.
dubit.2.princ.nu.38.Caſtill.Bovadill.
polit.lib.1.cap.3.nu.8.& cap.5.nu.8.
cap.6.nu.27.& lib.4.cap.2.nu.66. Si-
manc.de Republic.lib.9.cap.20.nu.22.
Marquez in Gubern. Chriſtiano lib.2.
cap.3.Garz.de nobilit.gloſ.1.§.1.n.14.
Didac. Saauedra cit.ſymbol.polit.23.
Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig.
convent.lib.13.tit.15.n.16.& lib.21.
tit.4.nu.7.Gratian.diſcept.forenſ.cap.
368.nu.13.Menoch.conſ.331.nu.75.&
76.volum.4. Decian.conſ.82.ferè per
tot.lib... Burgos de Paz conſ.25. à n.
16. D.Io:Solorz. de Indiar.Iur.tom.2.
lib.2.cap.10.nu.61.cum ſeq.& cap.30.
nu.31.& 32.& 76.& lib.3.cap.19.n.
39.D.R.Capyc.Galeot.contr.illuſtr.cõtr.
2.n.7.lib.1.& contr.54.n.1.& 2.lib.2.
Et in ſpecie poſſe ſcilicet Regalia ſubdi-
55 tis à Regnantibus,meritorum ratione
conferri. tradiderunt Molin.de primo-
gen.lib.1.cap.3.nu.18.Sebrader.de
feud.par.4.cap.21.n.24.ex Bart.Igneo
Bellug.Geneſ.Reſtaur.Caſtald. & Aze-
ved.Maſtrill.de magiſtr.tom.1.lib.12.
cap.12.nu.33.
Sed quæ deſuper aſperſimus prætermit-
56 tantur, utique omitti forſan nè pote-
rit,ut memoria beneficiorũ à Principe
ſubiectis collatorum nè pereat ad ſan-
guinis ſolummodò hæredes conceſ-
ſiones comprimi oportere? ut Egidius
Boſsius perpendit cit.tit.de princip.n.
204.in princip. quodq; Caſſiodorum
quoque non latuit, dum regalem er-
ga ſubditos excitans munificentiam
inquiebat; Quia in avum vivit, quod
munificentia principalis indulſerit.
Præterea ac demum à veritate Montani
ſenſus ſatis contendimus abhorrere,
dum dixit, Principes perſonarum in-
duſtriam non expendere, cum ad hæ-
redes, ſibique incognitos protrahunt
beneficia; Id quippè,quod ad ſpecia-
lem attinet ſcientiam concedi porro
queiret, quò verò ad generalem, iu-
reque probatam cognitionem perti-
net, eſt omninò reſpuendus. Quis
etenim ignorat, ut quum Rex ſimiles
pro ſucceſſoribus impertitur largitio-
nes, non modò ad primi, in quem eas
confert, ſed ad cæterorum eiuſdem
ſucceſſorum fidelitatem videatur per-
57 ſpicere! Idum ſub tacita conditione fa-
ctam conceſsionem præſumi, ſi in fi-
delitate præcedens manſerit Agnatus;
ex pluribus annotavit D.R.de Ponte in
lect.feud.lect.22.nu.22.
Et contrarium forſan ſuaderi poſſet, ut ſi
Rex nempè perfidiam ſucceſſorũ præ-
ſciviſſet, ijs quoq hæredibus liberali-
tatem concedere animo intendiſſet?
ut meritò,quæ recepta eſt legibus cõ-
iectura, ea, beneficia concludendum
erit emanaſſe, ut ex cognita ſcilicet,ac
penſitata primi ſtipitis fidelitate ad
eiuſdem deſcendentes, non verò ex-
traneos hæredes, collatio facta cen-
58 ſeatur: quum feudorum ſpecialem
ipſam naturam, quæq; in extraneum
(ut aiunt) non devoluitur, primum
ſẽper ſuum ſtipitem reſpicere, Argum.
l.cum in fideicommiſſo 33.§ fin. D.de
legat.2.tradit D.R.Ferdinand. Bran-
cia allegat.92.nu.4.& 17.inter alleg.
D.R.de Marin.diverſ.Iuriſconſ.reſo-
59 lut.Iur.tom.3. cumque probata ſit
præſumptio.in filios,poſteroſque, pa-
rentum deſcendere virtutes, ex l.me-
mini 11.l.petitionum 13.C.de Advocat.
diverſ.Iudicior.& l.iubemus 3.§.pro
ſportulis,C.de advocat diverſ.Iudicum
Alciat.de præsumpt.regul.1.præsumpt.
48.nu.1.Caſſan.in Catalog.glor.mund.
11.parte conſid.25.Tiraquell.de pan.
temper.cauſ.49.nu.10.& 11.& de no-
bilit.cap.20.n.21.Menoch.de præsump.
lib.6.cit.præsumpt.58.nu.10.tom.2.
D.R.Conſtant.loc.cit.nu.24.D.Io: de
Eſcobar de pur.& nobilit.par.1.q.1.
§.3.nu.11.cum ſeq.Idelfonſ.Perez de
Lara de anniverſ.& cappell.lib.2.cap.
4.nu.2.Altamiran.in l.1.C.de fil.offic.
cap.6.§.1.nu.8.& 9. tantiq; momenti
60 hæc eſt inſpectio: bonos nempè fru-
ctus, ex bona arbore legi Matth.c.7.
lit.C.

lit.C.& Luc.cap.6.lit.F. ex melioribus
nempè, meliores quoq; exoriri, ut do-
cuit *Ariſt.lib.3. polit. cap.* 8. ac veriſi-
mile eſſe probum, ex probis: benèque
educatum in prçſtãtem virum evaſiſſe,
ut idem *Ariſtot.lib.3.Rhetor.cap.16.* ſi-
vè *ex claris PARENTVM facinoribus
PROLIS indicari SVCCESSVS*, ut *Caſ-
ſiodori* verbis utamur *lib. 2. var. epiſt.*
15. cum cæteris ſuperiùs congeſtis
diſſert. 25. num. 89. *& ſeq.* ut ex hac
61 dũtaxat ſpe, à genitorũ meritis dedu-
cta, filijs paterna munera, commiſſæq;
provinciæ, abſque alio examine iuſtè
valeant cõferri *D.R.Conſtant.in l.1. &
2.C.de fil.offic.lib.12.n.28. ver.eſt autẽ,
& ex Bald. D.Io:de Solorz. de Ind.Iur.
tom.2.lib.2. cap.30.num.39.* ex *Iacobo
Cuiac.D.Franc.Amaya* alijſq; *Altimir.
in ead.l.1. C.de fil.offic.cap.5.n.6.verſ.
hac demum*, ſicq; Iuriſprudentia con-
firmatur, quæ *Caſſiodorus* tam *ibidem*,
quam *lib.9.ep.23.* affirmabat; *Vt hono-
rabili PRÆSVMPTIONE NATVRÆ,
ex claris progenitorum factis, IN EX-
PLORATA POSTERITAS ELIGATVR.
Quia valet* (Cic. dicebat) *apud nos cla-
rorum hominum, ſenex de Republica me-
ritorum memoria, etiam mortuorum,
62 pro ſext.Roſc.* prout per maximè argu-
mentum hoc profuiſſe Ciceronis filio,
ac Cn.Cinnæ magni Pompei ex filia
nepoti, ut ob majorũ memoriã ad Cõ-
ſulatum promoverentur, refert *Senec.
lib.4.de benefic.cap.30.* ac proximis fe-
rè temporibus Leſco Albo, ut Caſimi-
ro patri ſuccederet, ex *Cromer. hiſtor.
Polon. lib.7. Hennic. Arniſæus de Mo-
narch.Regum cap.9. verſ.nihilominus
pag.86.column.2.in princip.* ac noviſ-
63 ſimo inſigniq; exemplo apud nos id,
& firmatum cernimus, & auctum: cum
nobiliſſimus Eques, ac ſcitiſsimus I.C.
D.R.Iacobus Capycius Galeota San-
cti Angeli Dux, non modò Dom.Re-
gentis Fabij Genitoris digniſsimi, ut
paternarum ſanè virtutum hæres, ferè
in cuncta eiuſdem ſucceſſit munera,
ſed ſuperiori equidẽ lance, ſublimem
parentis doctrinam, admirabili erudi-
tione ditavit. Quò factum eſt ut ex ea-
64 dem hac parentum ſervata memoria,
filij, nepoteſque ad maiorum decora
imitandum exempla incendantur, ut
ex *Abb. in cap. venerabilis col.2. de
prabend.* notat *Tiraquell.de nobil.cap.
20.nu.22.* & latiùs *ad ll.connubial.l.7.
nu.2. & ſeq.* illud *Tullij 2. in Verrem*
quoque afferens *circumſtant ſumma
auctoritates, qua te oblivisci laudis do-
meſtica non ſinant, qua te dies, nocteſq;
commoveant fortiſsimum tibi patrem,
ſapientiſsimum Avum, graviſſimum
Socerum fuiſſe*; ſed aptiùs ad rem, eum
locum commemorare poterat, quò ut
hominum generi propè natura datum
oſtenderet, ut quà in familia laus ali-
qua floruerit, hanc ferè, qui eius eſ-
ſent ſtirpis ad patrum memoriam pro-
dendã perſequãtur cupidiſsimè Pauli
Maximi, Publijque Decij filios ex pa-
terna imitatione ſingulariter his ver-
bis commendavit, *Siquidem non modo
in gloria rei militaris, paulum Scipio,
aut maximum filius, ſed etiam in devo-
tione vita, & in ipſo genere mortis
imitatus eſt publium Decius filius in
Orat. pro Caio Rabirio poſth. oper. tom.
2.pag.560.nu.30.* ſicuti cum majorum
intuerentur immagines vehementiſsi-
mè ſibi ad virtutem animum accensũ
fuiſſe, ab ijſdem Q.maximo, & Publio
Scipione *Saluſt. in proem. bell. Iugur-
tin.* ſe teſtatur audiviſſe, ſuaſitq; pijſ-
ſimè Æneas Aſcanio filio, cui poſt-
quam virtutem ab ſe, ex alijs fortunã,
iubet addiſcere,

*Diſce puer virtutem ex me, verumque
laborem,
Fortunam ex alijs.*

Æneid.lib.12. ſic ad rem ſubdit

*Tu facito mox, cum matura adoleverit
ætas,
Sic memor, ut te animo repente exem-
pla tuorum,
Et pater Æneas, & avunculus EXCI-
TET Hector.*

cæteriſq; antiquitatis memorijs præ-
termiſſis, noſtra ætate præclarum de
hac re præbuit ſpecimen, præ clariſſi-

mus

mus ille Eques Marchio Toralbæ D.
65 Benedictus Trelles, qui & in utraque
Sicilia, & in ſpectātiſſimo Italiæ Con-
ſilio primis togæ functus muneribus,
in ſupremo nunc Caſtellæ egregiè cō-
ſidet Senatu. Is etenim in popularibus
Regni cruentis ſeditionibus ſplendi-
dis majorum ductus exemplis, (qui in
re etiam bellica inſigniter, ac glorio-
sè effloruere) quaſi ex contracto ab
eiſdem nobiliſsimi, belligeriq; ſangui-
nis genio, non modo perſpicaciſſimo
politiæ Conſilio, ſed Illuſtri, impavi-
doque enſe, quem ex Diui quoq; Ia-
cobi ſtemmate in pectore geſtat, toga-
tus miles, Conſultuſq; armatus, Regia
iuvit arma, defenſavit, auxit, reddiditq;
victricia, ut eximiè huius rei mentio-
66 nem fecere celeberrimus Hiſtoricus
*Comes Mayol. Biſaccion. in hiſtor. delle
guerre civili in 2. edict. & in ſtem. Re-
gni Neapolit. pag.* 182. & ex noſtris *D.
Conſil. Paulus Staiban. reſol. for. reſol.*
200. *nu.* 106. *cent.* 2.

Quæ cuncta digniſſima facinora, cum &
ſpe, & indole, rerumque experientia,
non niſi ab ſanguinis deſcendentibus
67 obtineri poſſe, ſolertiſſimè Principes
dignoſcant, ad hos profectò in dubijs
quæſtionibus, nō autem ad extraneos
ſucceſſores, officiorum largitiones in-
trepidè dicēdum erit ampliaſſe. Quæ-
que denique, ut egregia itidem illu-
ſtretur auctoritate: celebres hoſce ad-
ducimus conſultos.

Marin. Frece. omnimodò obſervandus
lib. 3. de ſubfeud. formul. 2. n. 25. uſque
68 *ad nu.* 30. qui id ex eo probat, quod
regalia ſtrictioris ſunt rationis, quàm
feuda, nam ad concedentem Regem
citiùs revertuntur, ſolis inſtar cujus
radij ab eo nequeunt ſeparari; Idque
ſpeciale eſſe, ob rem de qua agitur,
ipſiuſque magnitudinē, dignitatemvè
ex *Baldi* doctrina *conſ.* 275. *volum.* 2.
Ac idcircò ex Regis beneficio, regalia
altioris eſſe naturæ, quam feuda, egre-
giè confirmat; in eorum, ſubdens, elar-
gitione Coronam lædi, demanialia, è
quibus Regia conſtant alimonia mi-
nui, Rempublicam offendi, Regnumq;
iacturam pati: Et proindè, nè ad nihi-
lum redigantur, arctiſſimè quoq; eo-
rum conceſſionem fore interpetran-
dam, ut quò difficiliùs, ſtrictiuſq; eo-
rumdem conceſsio facta cenſetur, eo
faciliùs ad Regium diadema regre-
diantur *cit. nu.* 25. 26. *&* 27. *uſque ad*
30. ubi demum ad hæredes eorum al-
terata natura ad deſcēdentes tantum-
modò tranſmitti abſolvit elegantiſſi-
mè.

Boſſ. in tit. de Principe nu. 204. in largi-
tionibus Principum tūc Mediolanen-
ſium, ſivè donationis, ſivè feudi titu-
lo celebratis, nec fœminas, nec extra-
neos hæredes compræhendi, *vi* ut ip-
ſe ait *decreti generalis, quod obſerva-
tur ſicut Euangelium, ut nō poſſint tran-
ſire in extraneas perſonas, nec titulo
particulari, nec civili, neque alio quo-
vis modo.*

Peregrin. ex pluribus *de Iur. fiſc. lib.* 1. *tit.*
2. *num.* 102. ubi hæc verba fecit, *addo
ego, quod conceſſiones factæ per Princi-
pes, nè dum de Regalibus, ſed etiam de
poſſeſsionibus, prædijs, & OFFICIIS
quamvis pro ſe, & hæredibus, non pro-
tenduntur ad hæredes extraneos, ſed ad
liberos, ideſt hæredes ſanguinis, ad exē-
plum feudorum*, ſic Venetijs ſervatum
in cauſa Bartholomei Spadavino, in-
quientem *cit. nu.* 102. *verſ. & ſic.*

Paul. Staiban. Senior conſ. 19. *n.* 12.

Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. *cap.* 15. *num.*
13. ad liberos tantummodò, ſicque
ſanguinis hæredes regalia ad hæredes
conceſſa porrigi, non autem ad extra-
neos ſucceſſores.

D. Reg. Conſil. Theodor. omni eruditionis
genere præſtantiſſimus ex *Bart. Bald.
Angel. Alex. Immol. Felin. Dec. Rip. Ca-
mer.* alijſq; *cit. allegat.* 41. *nu.* 12.

D. R. Rovit. qui dilucidè (ut Adverſarij
in poſterum reticeāt) hanc noſtram ſe-
69 ctatus fuit ſententiam, licet etenim in
poſſeſſorio Iudicio aliqualem ſenſerit
difficultatem, *Capyc.* fortaſſis inſequu-
tus *deciſ.* 77. *nu.* 14. prout de poſſeſſo-
rio eius ſermonem eſſe, non indubiè

edixit *cit.deciſ.72.nu.1.verſ.pro deci-
ſione, & nu. 62.* quò ad iuſtitiam verò
proprietatemvè, de quà ad præſens
agitur, in fiſci commodum evidentiſ-
ſimè ſuum ſenſum aperuit, *à ſexta con-
cluſione, ſivè à nu.42.vſque ad nu. 63.*
uti eiuſdem hæc verba demonſtrant,
*firma remanet conceſſio facta per Regem
Catholicum, quæ ex ſupradictis clauſu-
lis remanet reſtricta ad hæredes ſãgui-
nis tantum, & ſucceſſivè hæc officia tan-
quam regalia ſunt comprehenſa in pro-
hibitione alienandi, inducta per Conſti-
tutionẽ ſcire volumus d.deciſ.72.n.63.*
D.Mar.Cutell.deciſ.29.n.34.& 36.lib.1.
D. Dux Regina, qui licet in eadem hac
cauſa fiſco ſubſcripſit, non eo minus
dubitavi ab eo auctoritatem impertur-
batam vindicare *cit.*ſepiùs *reſponſ.12.
nu.143.cum plur.ſeq.*
Franc.Nig.Cyriac. qui de officijs verba
faciens, deſcendentes tantum ſan-
guinis hæredes, ait, ad illorum ſucceſ-
ſionem admitti *contr.forenſ.cõtr.398.
nu.20.lib.2.*
Ioſue Amicang. cui omnimodò fides præ-
70 ſtanda eſt, nõ modò quia doctè, argu-
tèq; iſtiuſmodi officiorum quæſtiones
noviſſimus enucleavit, ſed quoniã, non
impio adverſus fiſcum genio ductus,
nec clienti inſerviens, prout ijs morem
geſſiſſe, priore loco *Montanum* fama
eſt, ſed in peculiari regalium officio-
rum, quem edidit tractatu, veritatẽ ſe-
ctatus anhelans, immortalitati ſtu-
dens, hãc adverſus *Montanum* ſignan-
ter ſententiam comprobavit *de regal.
offic.q.5.& q.11.* quibus in locis, non
ſolum ſecundum feudales Conſtitu-
tiones, officiorum ſucceſſionem (ut
diſſerebamus) dimetiendam eſſe aſse-
verat, ſed in ipſorum ſaltìm ſucceſſio-
ne, ſuaptè itidem natura, hæredes, de
ſanguinis ſucceſſoribus intelligi opor-
tere, *cit.q.11.nu.14.in fin.* ibi *vel at-
tentis verbis cõceſſionis, pro hæredibus,
ſaltìm eſt reſtrigenda ad certos hæredes
ſanguinis, prout in feudis ſervamus,* &
nu.16. *Dum ergo officium eſt conceſſum
pro hæredibus, ne ſequatur iniquitas
contra mentem concedentis, & ne offi-
cium duraret ſine fine, interpetrationem
recipit pro filijs, & deſcendentibus ſe-
cundum gloſ.& ibi DD.in d.l.ex facto
D.ad Trebell. & tãto magis id affirma-
re compellimur, dum ſupra in propria
quæſtione validiſſimis rationibus demõ-
ſtravimus, penès cõcedentem remanſiſ-
ſe dominium directum officij, quod eſſet
perpetuò inutile, ſi non poſſet quandoq;
officium devolui ob lineã finitã,* & infe-
riùs, *& eſſet vileſcere regalia officia, ſi
tranſirent ad omnes hæredes etiam ex-
traneos in infinitum;* Idque idem pro-
ſequitur, & ſignanter *nu.19. in fin. &*
20. & ſuperiùs *q.5.ſub.nu.18.* abhor-
rere legem inquit, directum extare
dominiũ, & ſpem devolutionis abeſſe.
Sed nè iudicatæ quoque rei deſideretur
auctoritas: cauſæ meminiſſe fas erit in-
ter Regium fiſcum diſcuſſæ, ac Victo-
riam lingua, quæ cum ad prorogatam
officij Cuſtodis noſtræ Regiæ Dohanæ
ſucceſsionem admicti ſe petijſſet, ex
edicto *unde vir, & uxor*, cuius vigore
præambuli quoq; (ut dicimus) decre-
tum in M. C. Vicariæ obtinuerat, ex
his ſuperiùs jactis principijs, officia
ſcilicet cuncta, etiam nudi miniſterij
de regalibus eſſe, directũ ſemper do-
minium penès Principem reſidere, lo-
cum devolutioni dandum ſanè eſſe in
evẽtibus; quibus regalium, feudorum
inſtar, ſucceſſores non exiſtunt, bis fi-
ſco diffinitum fuit, non eſſe ſcilicet lo-
cum ſucceſſioni petitæ in officio præ-
dicto, vigore ſucceſsorij edicti, unde
vir, & vxor, ut *cit.diſſert.22.in fin.* vj.
nonas Februarij M.DC.LX.

Vt deſuper traditum eſt; Regiæ litteræ inſpiciendæ ſunt
Diſſert. XXXIX.

SVM.

S V M M Æ.

1 *Virtus eſt rerum omnium pulcherrima.*
2 . , *utiliſſima.*
3 . . *proprium hominis bonum .*
4 . . *cælum bonis aperit, & ſub nu. 5.*
5 . . *gaudet ſe muſis adiungere .*
6 . . *etiam poſt fatum laudanda eſt, & ſub num.7.*
7 *V. I. D. Laurentius Craſſus commendatur.*
8 *Invidia inſequitur virtutem.*
9 . . *eſt integritatis ſocia.*
10 . . . *bonos inſectatur.*
11 , . . *optima, in cibum appetit.*
12 *Virtus inſenſos etiam habuit.*
13 . . *inter hos Domitianum, & Neronem.*
13 . . . *infeſta illi tunc tempora.*
15 , . *nunc verò ſub Invictiſſimis noſtris Regibus aurea .*
16 . . *quippè quod inſiguitur pramijs.*
57 . . *aſſociatur gloria.*
18 . . *à Scriptoribus ſemper commendanda.*
19 *Horatij Montani, & Dom. Praſidentis Fulvij Lanarij extollitur argumentum.*
30 *lex unica, C. ſi liberal. imperial. ſoc. lib. 10. expenditur.*
21 . . *ex ea, in Principum largitatibus, extraneos vocari heredes, qui dixerint.*
22 . . *huic cauſa, etiam ex ſuperiùs diſſertis, non aptabilis oſtenditur.*
23 . . *ex Iure accreſcendi ſocium ibidem admiſſum, qui ſenſerint.*
24 *Ius accreſcendi in contractibus, regulariter non recipitur.*
25 *legis unic. diſpoſitionem, ex repetita conceſſione ſocium vocaſſe Alciatus aſtimavit.*
26 . . *ex nova Principis voluntate Io: Anton. Bellonus.*
27 *Dominus directus, feudum, ſivè emphiteuſim ob finitam lineam devolutam, petentibus agnatis, denuò iuſtiùs eſt concedere.*
28 *Ius accreſcendi inter eos viget, qui eodem Iure, non autem diverſo vocantur.*
29 . . . *in uſufructu ſibi locum vindicat, etiam poſt quaſitam portionem.*
30 . . . *in cateris autem neutiquam.*
31 *Socium in ſpecie cit. legis unic. ſpeciali ſucceſſionis Iure admitti, qui ſenſerint*
32 . . . *viri, atque uxoris naviculariorũ, aliorumque inſtar.*
33 *Societas ius quodam fraternitatis dicitur conſtituere.*
34 *Iacobus Gothofredus iuſtiſſimè commendatur.*
35 . . . *einſdem ad eandem l. unic. intellectus recenſetur.*
36 . . . *Baſilicon conſtitutionibus illuſtratur.*
37 *Ius accreſcendi, ex teſtatoris proficiſcitur iudicio.*
38 *Ex diverſis vetatur illatio.*
39 *Ius accreſcendi regulariter in feudis non admittitur, etiam in ſpecie cit. l. unic.*
40 *D. Reg. D. Annibal Moles commẽdatur.*
41 *Io: Antonij Belloni doctrina circa Ius accreſcendi in feudis enucleatur .*
42 *legis unica, C. ſi liberalit. Imperial. ſoc. origo refertur.*
43 *Tribonianus plura in Iuſtinianeo, Cod. ex ſuo effinxit capite, & n. 29. & 30.*
44 *Idque cit. legis unic. ac l. 1. & 2. Cod. Theodoſiani lib. 10. tit. 14. exemplo comprobatur.*
45 *cit. l. unic. locum an obtineat, ſi Princeps non proprio motu, ſed ad partis petitionem, liberalitatem exercuerit.*
46 *l. 1. Cod. Theodoſiani lib. 10. tit. 14. de ſolis liberis verba fecit.*
47 *Socius imperialis liberalitatis, poſt liberos tantum, ſecundum eruditiores, admittitur.*
48 *Hares verbum, à ſubiecta ſibi regulatur materia.*
94 . . *prout in cit. l. unic. capi debere, etiã ex facto confirmatur.*
50 *Senatus diffinitio in Cauſa Victoria Lingua, ad intellectum cit. l. unic. iterum expenditur.*
51 *Ioſua Amicangel. ad eandem l. unic. fiſco quoque faventis, affertur interpretatio .*

52 *Eaque celebratur.*
53 *Legibus.haud exemplis eſt iudicãdum.*
54 . . . *præſertim cum rei veritas, exemplis non congruit.*
55 *Ex factis, quamvis exigua mutatione, totum Ius immutatur.*
56 *Iudicatum non dicitur, quod diſcuſſum feriò non fuerit.*
57 *D.R.Reverterij deciſ.469.inducitur, reſolviturque cum num.ſeq.*
58 *Inveſtitura tenor, ſemper ſpectandus.*
59 . . . *quippè qui omnis feudorum deroget natura.*
60 *Princeps in ſua rei cõceſſione, prout ſibi libet, legem apponit.*
61 . . . *Dominicalis ſibi reſervans iura, minimè in allodiũ largitionẽ efficit.*
62 *Allodium neminem, niſi ſolum Deum concedentem agnoſcit.*
63 *D.R. Revert.commendatur.*
64 . . . *præ cæteris, officiorum anguſtiorem rationem, feudiſq; comparandam, dicitur edocuiſse.*
65 . . . *eiuſque ſententiam, in ſpecie Montano fuiſſe adverſam demonſtratur.*
66 *Feudalia Iura collectarum oneri, minimè ſubijciuntur.*
67 *Virtus in hoſte quoq; laudanda.*
68 *Scriptores à livore, ac obtrectatione debent abſtinere.*
69 *Laus magna eſt homini, manſuetudo.*
70 *Magiſtratus decet pietas.*
71 . . . *probitas.*
72 . . . *clementia.*
73 . . . *cunctis prodeſſe, nemini nocuiſſe.*

ARGVMENTVM.

Virtus proprium hominis bonũ, poſt fata magis commendanda, ab invidia licet, atq; æmulatione inſectetur; ſivè principibus infenſis, ſivè infeſtis temporibus, quæ tamen vtraque immenſę noſtrorum Regum pietas, ac liberalitas effugavere. Iuris accreſcendi ratio varijs quęſtionibus exornatur. *lex unica, C. ſi liberal. Imperial. ſoctus lib. 10. aduerſus Montanum*, cæteroſque aſſeclas, recentiori expẽditur methodo, ac quam pluribus noviſſimiſque intelligẽtijs illuſtratur. Triboniani, in ea è Theodoſiano Codice exſcribẽda: ſivè licentia, ſivè lapſus panduntur. Præiudicijs à Domino Præſidente Fulvio Lanario inductis in fiſcum, ex pũctis adamuſſim. Magiſtratus demum pietatem, probitatem, clementiam, atque benefaciendi officia, peroratur decere.

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa.

Cum eiſdem litigantibus.

Diſſertatio XXXV.

1 CVm virtus, quà nihil formoſiùs, nihil pulchriùs, nihilque amabiliùs *Cicer. epiſt. famil. lib. 9. epiſt. 14.* Re-
2 rumque omnium utiliſſima *Plutarc. in Convin. ſept. ſapient. pag. 153. lit. D.*
3 *oper. tom. 2.* proprium ſit hominis bonũ, ut teſtantur *Senec. epiſt. 76. & Tacit. hiſtor. lib. 4.* ſivè in qua vera bona ſunt *tod. Tacit. in vit. Iulij Agricola*,

quod

4 quod & Etnici fidei otbi lumine, etiam
agnovere, cum ex ea non autem è
5 Iocis, flagitijſque mortalibus Cęlum
dixerint aperiri. Vnde, (ut virtutem
metipſam obſequamur, iuxta *Claudiani* monitum *panegyr.3.ſtilicon.*

Gaudet enim VIRTVS teſtes ſibi iungere muſas.)

Ovid. *faſtor. lib.* 1. adducere iuvat, ita canentem,

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,
Inq; domus ſuperas, ſcandere cura fuit,
Credibile eſt illis, pariter vitijſque, Iocisque
Altius humanis exoluiſſe caput.
Non venus, & vinum ſublimia pectora fregit,
Officium FORI, MILITIÆQVE labor.
Non levis ambitio, profuſaque gloria fuco,
Magnorumque fames, ſollicitavit opum,
SIC PETITVR COELVM, &c.

Sat diri animi illum credimus eſſe, qui nō
modò eam toto corde nō veneretur;
verum etiam eandem poſſidentes re-
6 uereri non glorietur, cum id potiùs
. in ipſius encomium, quam in laudati
refluat gloriam; præſertìm quum ce-
lebrium virorum virtutes poſt fata re-
cenſentur, quod ſibi plurimum con-
ducens, & exemplo, & verbis, ſic *Ta-
citus* explicuit in *exordio* deſcriptæ vi-
tæ defuncti *Iulij Agricolæ. Ita celeberri-
mus quiſque ingenio, ad probandam
VIRTVTIS memoriam, ſine gratia, aut
ambitione, bona tātum conſcientia pre-
tio ducebatur.* Quemadmodum, eodem
decoro ductum cenſu, (ut quæ ore
7 profitemur more impleamus) Egre-
gium Conſultum Laurentium Craſ-
ſum obſervamus effeciſſe, qui ut illu-
ſtres Viros de litteraria Republica be-
nemeritos è mortis oblivione ad im-
mortalitatis redderet vitam, vitas eo-
rum deſcripſit *par. 1. & 2. dell'Elegij
degl'huomini litterati*. Quia ut inquit
*Seneca de beneficijs lib.4. c.30. Hoc de-
bemus virtutibus, ut non præſentes ſo-
lum illos, ſed etiam ABLATOS è CON-
SPECTV colamus.*

Et quamvis non ignoremus, virtutem
non ſemper ſibi comitem gloriam
8 habere; ſed ut plurimum velut corpus
umbram, invidiam ſuſtinere; hinc ex
Iano Boiſard. emblem. 14. fert *Solorz.
emble.98.nu.7.*

Vmbram habet omne ſuam corpus, ſequiturq; præitque,
Sic ſecū VIRTVS, attrahit INVIDIAM.

Et *Adrianus Iunius* ſuo nono emblemati,
9 ſic titulum, animamvè inſcripſit. *In-
vidia INTEGRITATIS aſſecla;* & Cic.
lib.4. ad Herenn. *Virtutis Comitem in-
vidiam, plerumque bonos inſectari*, ac
10 Polyb. lib. 1. hiſtor. pagin. 37. lit. C.
*Illuſtres enim, atque admirandę actio-
nes graves INVIDIAS, & acres calum-
nias conflare ſolent.* & Plutarch. de in-
vid. & odio pag. 537. lit. F. oper. tom. 2.
*Sicut enim Cantharides maximè adul-
tis iam frugibus, & roſis florentibus in-
cumbunt; INVIDIA maximè adoritur
bonos, & ad VIRTVTEM proficientes,
atque gloriam.* Valeriuſque Maximus
lib.3. cap.7. *Nullam tam modeſtam fe-
licitatem eſſe, quæ malignitatis DEN-
TES vitare poſſit.* Vt inde aſſuetum
iam factum eſſe, magnis vtique rebus,
viriſque virtute inſignibus obtrecta-
tionem inſidiari, atque invidiam, dixe-
rint *Tacitus* hiſtor lib.4. *Cuncta ma-
gnis Imperijs obtrectari ſolita, cōtume-
liaſque, & INVIDIAM in populum Ro-
manum effudis.* & *Caſſiodorus* var. lib.
10. epiſt. 28. *Conſuetudinarium bene
agentibus locum, protinus tollamus in-
vidia.* Varijſq; illuſtrium, atq; exem-
plaris etiam ſanctitatis virorum id cō-
probat monumentis *D. Larrea allegat.
fiſcal. 102. nu. 1. vſque ad nu. 12. lib. 2.*
11 quodq; ut apertiùs (quiſquis ſit) ex-
primeret, probos nempè ab invidia
ſæpiſſimè, atque æmulatione urgeri,
ſic inquit, OPTIMA, CIBVS INVI-
12 DIÆ; & præviſerat *Tacit. lib. 4. an-
nal.* cum dixit, *etiam gloria, & virtus
infenſos habet;* huiuſmodi pertinacia
laborabāt illi de quorum Imperio cō-

que-

querebatur *Tacit.lib.1.hiſtor.* qui pro
virtutibus certiſsimũ decernebãt exi-
tium, imò eorum aliquis virtutẽ ipſam
morte inſignium virorum cupiebat
exſcindere, uti *Tacitus* metipſe excla-
mavit *At poſtremum Nero VIRTVTEM*
ipsã exſcindere cõcupivit Annal.lib.16.
Quia tamen ſæua illa ad pręſens nõ ſunt,
14 & infeſta virtutibus tempora, de qui-
bus *Tacitus* lamentabatur, in vita pre-
15 ſertim *Iuly Agricol.* ſed aurea quippè:
cum, (quidquid latret invidia, & inſe-
ctetur æmulatio) ſub potẽtiſsimis, pijſ-
ſimiſq; noſtris Hiſpaniarum Regibus,
16 eximiæ virtutis viros, & honoribus
aluntur, & glorioſis præmijs extollun-
tur; quod pulcherrimum in Republica,
cenſuit *Polyb.hiſtor.lib.6.pag.462.lit.*
17 *D.* adeout eos non amplius invidia,
ſed iuſtiſsima gloria cõcomitari videa-
tur, iuxtà illud *Senec.epiſt.79.GLORIA*
VMBRA VIRTVTIS eſt. Et *Hadriani*
Iunij emblem.3.& 21.

GLORIA continuos, nunquam moritura labores
Sequitur, virenſque in ore viuit perpetim.
GLORIA debetur ſtudijs, atque aſſecla merces.

& Caſtal. *in pegm.pag.335.*

Sic & virtuti Comitem ſe GLORIA prabet;
Et praclara ſolet laus, benefacta ſequi.

Quemadmodum virtuti nunc Iure idcir-
18 cò præmia tribuuntur decora, ita in-
genuis cõvenit Scriptoribus, excelſos
virtute homines, eos potiſsimum qui
exceſſere, præclaris quas meruere
laudibus celebrare; Vt candidè pro-
19 pterea fateamur, hac iam vita functo-
rum *Horatij Montani, D.Preſid.Fulvij*
Lanarij, aliorumq; in hac Cauſa pro
adverſarijs collegarum, digniſsimum
ſanè fuiſſe argumentum, quod ex Cõ-
ſtãtini Imperatoris ſanctione *in l.unic.*
*C.ſi liberal.Imperial.ſoc.lib.*10. ijdem
20 eruere, ex qua ſingulariter induci exi-
ſtimant, in principalibus etiam libera-
litatibus, non ſolùm benemeriti deſcẽ-
dentes, ſed extraneos quoq; hæredes
evocari; Ideoq; quæ in ſuperiori diſ-
ſertatione anxiè firmavimus, huiuſce
nunc Cõſtitutionis ſcopulo infringan-
tur. In illius etenim ſpecie ſtatuiſſe *Cę-*
ſar videtur, ut ſi quis fortè ex ijs, qui-
bus cõmuniter aliquid Imperialis do-
naverit liberalitas, nullo hærede reli-
cto deceſſerit, ad cõſortem potiùs, quã
ad aliam perſonam decedentis portio
perveniat: ut indè pragmatici præſer-
21 tim dixere, in Principũ quoq; largitio-
nibus, fiſcum à liberis non modo ſan-
guiniſque proindè hæredibus; ſed à
cæteris ſucceſſoribus, prætorio etiam
Iure vocatis penitùs, excludi *gloſſ. pa-*
rum ſibi conſtans in ead. l. vnic. verb.
harede in 2.reſponſ. Io:de Plat. ibidem
ſub nu.12. Iacobus Rebuff. in princ. Go-
mez var.reſolut.lib. .cap.10.nu.2.Va-
lenſu.Piſcat. in ead.l unic.nu.2.& 3.&
Garz.Toletan.nu.3. Cyn.Salicet.Alex.
& Iaſon in l.1.C.vnde vir, & uxor Soc-
cin.Iunior.conſ 37.nu.9.lib.1.Montan.
loc.cit. & Clarius in eadem *rubric. de*
regalib.offic.n.9.circ.fin verſ.ubi aut,
quem refert tantummodò *D.R.de Ma-*
*rin.in obſer.ad deciſ.D.R.Revert.*364.
nu.1.lib.1.
Et licet illius legis contextus huius cau-
22 ſæ non ſit aptabilis ſpeciei, cum præ-
gnantiſſimæ eæ deſunt clauſulæ, qui-
bus ad hæredes, regalium officiorum
protracta ratione, adeò illorum ſub-
ſtantia forſan eliderctur, ut ad nihilum
fermè redacta, ad hæredes etiã extra-
neos ſucceſſio deferretur: Dominico,
directoq; Iure, (quod inanè equidem
eſſe non debet) penitùs exploſo, quod
& meritò in præſenti cauſa reſpuendũ
ducimus, quum in allodium quoque
facta conceſſione, id ſervatum intel-
ligi firmavimus nitidiſsimè: & quan-
do ex parte excepta, quà Princeps
quidpiam in huiuſmodi regalibus, ſi-
vè detrahi, ſive innouari ſtatuerit, in
cæteris cunctis illibatam earundem
permanere naturã, ex eodemmet *Mon-*
tano probavimus luculentiſſimè; &
quoties, (prout in hiſce officijs) dire-
ctum dominium, ſuperiuſque Ius, ex
con-

conſilio ſervato, & adamuſsim fuere,
ut ex *Montani* quoque dictis excerpi-
mus,& recepta in ijs conſuetudo aper-
tiùs demonſtraverit; cum ſine Regio
placitu nil ſuper ijſdē muneribus per-
actum, diſpoſitumq; fuerit.
Nè tamen ex laudata *l.unic.C.ſi liberalit.*
Imperial. ſoc. propoſitum obiectum
inultum remaneat, ac nè ampliùs, in
iuſtiuſmodi regalia opponatur,multi-
pliciter id ſanè iuvabit exolvere, ex
varijs præſertìm intelligentijs, eidem
ſanctioni ob interpretibus accomoda-
tis; quas ſigillatìm fermè referre vti-
liſsimum fore exiſtimamus.
Cum etenim quò pacto, ceù qua via ad
extincti ſocij portionem conſors, ea
lege vocaretur, dubitari cępiſſet; eo-
23 rum receptior fuit ſententia, qui ac-
creſcendi id Iure obveniſſe putaverũt:
inquientes, ſpeciali Iure, in Principis
largitione accreſcendi Iuri locum eſſe
Bart.in ead.l.unic. C.ſi liberalit.Impe-
rial.ſoc.in princ.& nn.2. Io:de Platea
ſub nn.1.Lucas de Penna circ.fin.verſ.
ex hoc, Cyn.in l.vnic.C.quand.non pe-
tent.part.nu.10.& ibi Io:Guttierez nn.
16. Bart. in l. reconiuncti de legat. 3.
nu.65. Iaſon nu.223. Crat.num.91.&
145.verſ.tertio fallit,Ripa n.227.Gu-
glielm. de Benedict.in cap.Rainuntius
in verb.& uxorem nomine Adelaſ. nu.
146.in fin.Gomez variar.reſolut.lib.1.
cap.10.n.2. Cardinal.Mantic.de tacit.
& ambig.convent.lib.22.tit.34.n.11.
Tiraquell. de nobilitat. cap.37.nu.54.
Peralta in l.proculo 20. num. 14. verſ.
ſeptimo, D.de legat.2. Franc. Balduin.
in §.quod ſi quis n.4. Inſtit.de inutilib.
ſtipul. Duaren.lib.1.de Iur.accreſc.cap.
16.circ.princip. Graſſ. in §. Ius accre-
ſcendi q.15.n.4.Grattan.diſcep.forenſ.
cap.272.nu.19.lib.2 D.R.Tapia in re-
petit.l.fin.p.1.cap.2.nu.2.D.de Conſtit.
Princip.Bellon.de Iur.accreſc.lib.1.cap.
6.q.36.n.16.Cancer.var.reſolut.lib.3.
cap.22.de Iure accreſc. nu.52.Cardoſ.
de Iure accreſc.illat.32.nu.1. D.Io:So-
lorz.de indiar.Iur.tom.2.lib.2.cap.17.
nu.89. D.Io:de Ayllon. in addit.ad Go-
mez cit.cap. 10. lib. 1. num. 1.
At eruditiſsimus Andreas Alciatus, in
24 contractibus accreſcendi Ius regula-
riter non admitti dignoſcens ex *l. ſi*
mihi, & Titio 110.in princ. D.de ver-
bor.obligat.§.quod ſi quis Inſtit.de inu-
tilibus ſtipulat.Bart.Iaſon.Ripa,Craſ.
*Guglielm.de Benedict.*alijſque mox ci-
tatis *Tiraquell.in repetit.l.ſi unquam*
in verb.donatione largitus nu. 112. C.
de revocand.donation.& de nobilit.cit.
cap.37.nu.54.in princip.Craſſus in cit.
§.Ius accreſcendi q.24.num.1.Duaren.
lib.1. de Iure accreſcendi cap. 15. in
princip. Cardinal. Seraph. decif.154.
nu.1.Thuſc.pract.concluſ.lit.I.concluſ.
567. D.Praſ.Io:Philip.reſponſ.13.n.9.
in princip.Matienſ.in rubric.C.quando
non petent.part.n.132. Surd.conſ.123.
nu. 23. Coſta de port.rat.q.237. nu.7.
D.Suvaldilliger ad Donell. lib. 7. cap.
12 lit.L. Anton.Piehard.in §.erat olim
nu.2. Inſtit. de donat. & in cit. §.quod
ſi quis Inſtitut. de inutilibus ſtipulat.
nu. 10. ex penè innumeris *Bellon. de*
Iure accreſcendi lib.1.cap.6.q.32.n.10.
& cit.q.36.nu.6.Solorz.de Indiar.Iur.
tom.2.lib.1.cap.12.nu.50. D.Larrea
alleg.fiſc.105.nu.32.lib.2. ad conſor-
25 tem defuncti conſocij portionem, vir-
tute repetitæ conceſsionis, credidit
pertinere in *cit.l.reconiuncti num.58.*
verſ. in imperiali, & dixerat in *d. l. ſi*
mihi, & Titio, D.de verbor.obligation.
nu.18.verſ.ſequens,& verſ.ſed tamen,
quaſi Princeps, qui duobus rem com-
munitèr arguus fuit, ab initio iam, in
ſuperſtitis perſonam donationē par-
tis repetijſſe cenſeatur, ſi quando ob
alterius conſortis obitum ſine hęrede
vacare contigiſset; ut obſervavit *Io:*
Anton.Bellon. cit.cap.6.q.36. de iure
accreſcendi nu.18.
Licet ipſe Bellonus, ab utraque ſenten-
26 tia, diſputationis tamen gratia, receſ-
ſerit *cit.cap.6.q.56.nu.19.& 20.* opi-
natus, neque accreſcendi Iure, neque
repetitæ conceſsionis vigore, nec ſuc-
ceſsionis virtute, (ut inferiùs) ſuper-
ſtitem ſocium admitti, ſed ex nova

Prin.

Digitized by Google

Principis voluntate præferri illum extraneo debere, ex jis præſertìm verbis, *ad conſortis potiùs ſolatium, quam ad perſonam aliam pars decedentis pertineat*, quippè quę denotare exiſtimet, nequaquàm id ad fiſci, ſed ad tertij excluſionem eſſe edictum, ac proindè Principis in voluntate eſſe, defuncti ſocij partem, aut ſibi retinere, aut ſi eam alicui donare malit æquius eſse, ut
27 magis eam ſocio, quàm extraneo largiatur, directi domini exemplo flexus, qui devoluta ſibi ex feudo, vel emphiteuſi portione, magis ſocium, quàm extraneum inveſtire alligatur *Bart. in l. 1. §. permittitur, verſ. nam mortuo, D. de aqua quotidiana, & aſtiua Alex. in l. ſi mihi, & Titio nu. 19. D. de verbor. obligat. Iaſon conſ. 227. nu. 26. volum. 2. Ruin. conſ. 12. nu. 18. & conſ. 151. nu. 16. volum. 1. Cardinal. Pariſ. conſ. 22. nu. 36. volum. 1. Caphal. conſ. 173. nu. 17. lib. 2. Clarus in §. feudum q. 87. Gabriel commun. concluſ. lib. 3. concluſ. 1. nu. 1. & ſeq. tom. 1. Mynſinger. ſingul. obſervat. centur. 5. obſervat. 16. nu. 1. Roſental de feudis lib. 1. cap. 7. concluſ. 24. nu. 5.* Qui tamen in ea ſpecie verba fecere, in qua ob finitam primi emphiteutæ lineam, generationemvè, ſuperſtitibus agnatis, ipſamque petentibus, non autem extraneis, inveſtituræ renovatio à directo domino eſt concedenda *Bart. Alex. Iaſon, Ruin. Pariſ. Caphal. Clar. Gabriel. Mynſiger. & Roſental. loc. ſup. cit.*

Alij, (ut mox annuimus) nequaquàm accreſcendi, ſed ſucceſſionis Iure, ſocium admitti cenſuere; cum etenìm
28 accreſcendi Ius inter eos verſetur, qui eodem, non diverſo Iure vocantur *l. ſed cum patrono 6. in princip. D. de bonor. poſſeſſ. l. ſi ſub conditione 16. D. quibus modis uſufructus amittatur, l. 1. C. de teſtament. militar.* ibique *Cuiacius lib. 41. Pauli ad edictum, Iaſon in l. reconiuncti nu. 131. D. de legat. 3.* ex *Bart. Bald. Roman. Philipp. Corn. & Alciat. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambiguis convention. to. 2. lib. 22. tit. 34. nu. 1. & 2. Duaren. lib. 2. de Iure accreſcendi cap. 19. Peregrin. de fideicom. artic. 9. nu. 5. Andreas Fachineus controverſ. Iuris lib. 10. cap. 69. lit. D. verſ. poſtremò. Bellon.* cæteros referens *de Iure accreſcendi lib. 1. cap. 4. D. R. Merlin. contr. forenſ. cap. 1. nu. 30. centur. 2. D. R. Capyc. latro deciſ. 128. nu. 4. lib. 2.* in hac legis ſpecie vigere id inquiunt non poſſe; cum ſocius rei à Principe communiter donatæ partem ex illius liberalitate, partem verò ex alio diverſoq; Iure, ex conſortis nempè obi-
29 tu conſequeretur, quinimmò, cùm uſufructu excepto, ex ratione de qua in *l. 1. §. interdum, D. de uſufruct. accreſcend.* docentq; *Bart. in l. reconiuncti nu. 49. D. de legat. 3.* & ibi *Iaſon n. 223.* idem *Bart. in cit. l. cum patrono 6. in princip. n. 2. D. de bonor. poſſeſſ. Bald. in hac l. unic. nu. 2. Donell. commentar. lib. 10. cap. 23.* ibique *Illiger. lit. B.* poſt *Anton. Gomez. Menoch. Cardin. Mantic. Ferdinand. Vaſq.* & alios *Caſtill. quotid. controv. iuris lib. 1. cap. 48. nu. 20. verſ. in uſufruct. tom. 2. Guil. Haneton. de feud. lib. 2. cap. 7. nu. 9. in fin.* in cæ-
30 teris, poſt acquiſitam ſemèl à ſocio portionem, Ius ceſſet accreſcendi, *l. ſi minor, D. de acquirend. hæredit. l. aquã 16. §. fin. D. quemadmodum ſervit. Cuiac. ad tit. C quando nõ poteſt port. Anton. Faber lib. 3. coniectur. cap. 4. Azo. Cyn. Bart. Bald. Caſtrenſ. Alex. Angel. Soccin. Iunior, Decius Guglielm. de Benedict. Ruin. Zuccard. Caphal. Alciat. Roſental Ruſticus*, alijq; penès *Bellon. eod. tract. de iure accreſcendi lib. 2. cap. 7. q. 59. nu. 19. & ſeq. Toletan. Amaya Antonius Perez locis infra citãdis Caſtill. loc. mox cit. nu. 20. in princip.* nul-
31 latenùs idcircò ex accreſcendi, ſed ex ſpecialis ejuſce *legis unicæ* ſucceſſionis Iure, ad deficientis proportionem in amiſsi eiuſdem conſortis ſolatium, inq; illius ſocietatis memoriam, quæ in ipſa donatione contracta videtur ſuperſtitem ſocium vocari; viri, atque uxoris, clericorumq; ſucceſsionis inſtar, ut in *l. 1. D. & Cod. unde vir, &*

uxor,

uxor, l. ſi quis presbyter 20. *C. de Epiſc.*
32 *& Cleric.* ac Naviculariorum fabri-
cenſium cohortalium, ac decurionum
exemplo, ut *in tit. Cod. de hæredib. de-
cur.* ſenſere *Bald. in cit. ead. l. unic. n. 2.
verſ. at vero, & in l. ſi qua mulier n. 2.
C. ad Senat. Conſult. Tertull. Zuccard.
conſ. 2. nu. 54. Peregrin. de Iure fiſci lib.
4. tit. 4. n. 8. D. R. Conſtantius in l. 1., &
2. nu. 47. C. de filijs officialium lib. 12.
Toletan. in rubric. ſivè repetit. huius
l. unica, C. ſi liberalitat. Imperialis ſo-
cius lib. 10. nu. 5. D. Franciſcus Amaya.
ibidem nu. 12. Antonius Perez nu. 11.
& Arnald. Coruin. ſub verſ. ſi hoc.* Ful-
ſitque hoc idẽ, quod paſſim ex Vlpian.
l. verũ 64. in princ. D. pro ſoc. noſtri di-
33 xere: Societatẽ nempè Ius quodãmo-
do fraternitatis in ſe habere *Gloſ. ibid.
in verb. fraternitatis, & in l. fin. in fin.
C. de poſ. Iaſon in l. ſunt qui in id nu. 3.
D. de re iudicat. & in l. apertiſſima n. 9.
verſ. ſeptima cauſa, C. de iudic. Afflict.
deciſ. 58. nu. 5. Caſſan. in conſuet. Bur-
gund. rubric. 4. §. 5. in princ. nu. 23. De-
cian. conſ. 97. nu. 26. volum. 2. & conſ.
125. nu. 16. vol. 3. Iacob. Henrichman.
conſ. 7. nu. 3. lib. 1. Frideric. Pruckman.
conſ. 2. nu. 55.* participeſque eſse debe-
re, *& proſperarum adverſarumq; re-
rum ſocios* Tacit. *lib. 1. hiſtor.* ut nil
mirum videri in ea ſententia poſſit, ſi
conſors ſucceſſionis, emolumento in
amiſſi ſocij ſolatium à Cõſtantino do-
netur.

Tandem, miſſis alijs, *Iacobus Gothofredus*
34 inter principes huius ſæculi conſultos
non poſtremus in ſuo elegantiſſimo
*Codic. Theodoſiano lib. 10. tit. 14. tom. 3.
ſi petition. ſocius ſine hærede defec.* cæ-
teris improbatis, ac ſignanter hac po-
ſtrema ſpecialis ex iſta lege ſucceſſio-
nis ſententia, receptiorique Iuris ſcili-
35 cet accreſcendi inhærens, non modò
non diverſo Iure ex hac eadem lege
ſpeciali tamen accreſcẽdi ſpecie, par-
tem ſuperſtiti conſorti competere cõ-
tendit; ſed fortiſſimo alioquin argu-
mento reſpondens, ut poſt quæſitam
ſcilicet portionem, Iuri accreſcendi
locus non ſit, imo ſocium antè acquiſi-
tã atq; cõcorporatam cæteris ſuis bo-
nis portionem, ibidem deceſsiſſe: com-
probat egregiè *loc. cit. verſ. neque ob-
36 ſtat.* Et favẽdum ſanè receptiori huic
ſententiæ arbitramur, ex Iure ſcilicet
accreſcendi, ad conſocij portionem
conſortem evocari. Baſilicon namque
perlectis libris id ibidem expreſsè cer-
nitur ſancitum *tom. 6. lib. 56. tit. 7. de
Delator. pag. 717. ſub lit. D.* his verbis
*ſi duobus quibuſdam, Princeps res ali-
quas donaverit, & alter ex ipſis abſq;
hæreditate deceſſerit: pars eius alteri
ACCRESCIT.* Quod vltimum pro-
fectò verbũ, tàm in Iuſtinianeo, quàm
Theodoſiano Codice deſiderabatur.

Ex his igitur priore loco, nec perperam,
aut fruſtrà libatis, dignoſcitur manife-
ſtè, in quavis ſcilicet opinionum, nul-
lo equidem pacto id probari, ad quod
Cęſarea hæc conſtitutio fuit inducta;
in regalibus nẽpè largitatibus, fiſcum
à quocunque hærede in ſucceſſione
devinci. Namque ſancitum in ea tan-
tummodò id fuit, ut Imperialis libera-
litatis ſocius, ad prædefuncti, ſine hæ-
rede, conſortis portionem admittatur:
quo in eventu nil rei ratio, ſed Prin-
cipis volũtas ſaltèm conjectata, id om-
ne operari conſpicetur; tùm maximè,
ſi novam, repetitamvè illius Principis
conceſsionem requiri placeat: tùm, ſi
37 accreſcendi Iure id fieri, iuxtà magis
acceptam ſententiam, amplexemur. Id
etenim ex diſponentis iudicio, ac vo-
luntate, coniecturis ſaltim elicita pro-
ficiſci, frequentiùs tradiderunt. *Cuja-
cius* in commentar. *ad cit. l. 1. §. inter-
dum, & §. fin. D. de uſufruct. accreſcend.
lib. 3. DD. lit. D. to. 1.* & poſt antiquio-
res *Alciat. Coraſ. Vaſq. Peralta, Myuſin-
ger. Gomez, Mantica, Menoch. Cevall.
Anton. Faber, Fachin.* alijque penès *Io:
Anton. Bellon. de Iure accreſcẽdi cap. 2.
q. 2. nu. 1. & nu. 6. cum ſeq. Caſtill. quo-
tid. controver. lib. 3. cap. 17. nu. 91.* Tùm
denique, ſi ex ipſius *legis unicæ* aucto-
ritate, ſpecialem ſocio Imperialis lar-
gitionis, ſucceſsionem ex ipſiuſmet

Digitized by Google

impartientis Principis, præviſo velle, tribuamus. Quæ cuncta, cum à noſtri facti feriè longè aberrent, quia nec de peculiari Principis voluntate, ſivè expreſſa, ſivè tacita, præſumptavè, nec de conſocii portione tractatur. Vel ex
38 *vulgaribus* fas erit, concludere ex diverſis illationem nullatenùs licere, *l. Papianus exuli 22. D. de minoribus, l. fin. in fin. D. de calumniat. l. inter ſtipulantem 76. §. ſacram, D. de verbor. obligat. cum ſimilibus.*

Sed nè adhùc argumenti vis conſiſtere dicatur; ut licet ab hac cauſa, *legis unica* ſpecies diverſa ſit cenſenda, ad eam tamen illius ſaltem trahi poſsit diſpoſitio, in Principum videlicet conceſſionibus, & (prout *Montanus* ait) in regalibus, fiſcum à quocunq; etiam extraneo hærede, in ſucceſsione ſuperari: libeat proindè arctiùs itidem rem aggredi, ac tripliciter hanc reliquam argumenti partem proſternere.

Ea primùm ratione: quoniam de re agitur, in feudum, prout initio probare nixi ſumus, à ſereniſsimis retro Regibus conceſſa; quamobrem, & ſi eiuſdem *l. unica* contextus, huius cauſæ, propria, peculiariſque ſpecies eſſet, neque eam poſſet comprehendere,
39 cū niſi in inveſtitura manifeſtè ſciens Princeps aliud edixerit, regulariter in feudis Iuri accreſcendi locus nō aperiatur. Quodq; ſpeciatim feudorū uſibus cōſtitutum noſcitur, probaruntq; noſtri paſsim huius etiā *l. unic.* diſpoſitione perpenſa, ex *cap. 1. de duobus fratribus à Capitan. inveſtit. circa finē, cap. 1. de fratribus de novo beneficio inveſtit. in princip. cap. 1. §. ſi duo fratres de feud. marchia* præter innumeros relatos à *Schrader. de feud. part. 7. cap. 1. nu. 10. tom. 1. & à Roſenthal. de feud. tom. 1. cap. 6. concluſ. 73. num. 4. & in annot. lit. D. Cyn. in l. unic. C. quādo nō petent. part. n. 10. verſ. diſputari Andr. de Iſern. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. §. fin. nu. 13.* & clariùs *in cap. 1. §. ſimiliter fin. n. 6. de feud. March. in cit. c. 1. de duobus fratribus de novo benefic. inveſt. nu. 1. & in d. cap. 1. de duobus fratribus à cap. inveſtit. circa finem, Io: de Platea in ead. l. unic. nu. 3. Lucas de Penna ibidem, verſ. ſed in feudo Dionyſius Gothofredus in notis verb. donatum, Antonius Perez num. 5. Iaſon in l. ſi mihi, & titio num. 6. D. de verbor. oblig. Za'us de feud. ſucceſ. par. 8. verſ. octava concluſio nu. 32.* & poſt *Iacobum Alvarot.* ac *Salicet. Curtius Iunior de feudis part. 2. in ultim. cap. verſ. ego tamen pag. 209. Fachin. contr. Iuris lib. 7. cap. 63. verſ. poſterioris. Guglielm. Haneton de Iure feudorū lib. 2. cap. 7. nu. 3.* poſt alios *D. R. Conſtant. in l. 1. & 2. C. de filijs officialium n. 81. verſ. contrariam, & nu. 82. verſ. & quidem D. R. Revert. deciſ. 479. nu. 3. in princip. & deciſ. 536. n. 2. & in utraq; D. R. de Marin. in obſervat. cit. deciſ. 479. nu. 3.* Et in ſpecie, noſtro ſaltim patriæ Iure in feudis indicto, ex *cap.* præſertim *conſiderantes* in dubium id dixit celeberrimæ memoriæ Conſultus *D. R. D. Anibal Moles in tit. de Iur. devol. §. 23. q. 21. nu. 8. 9. & 10.* accre-
40 ſcendi Ius ex ea lege *unica*, in feudalibus rebus bis denegaſſe Senatū tradens *cit. q. 21. nu. 7. & num. 16. in fin.*

Neque hiſce contrarium noſcimus *Io:*
41 *Antonium Bellonū*, qui licet varijs involutiſq; diſtinctionibus in feudis Ius accreſcendi vigere ex multis videatur affirmaſſe *de Iur. accreſc. d. cap. 6. q. 37. à nu. 171. cum ſeq.* attamen ſeſe ipſum enucleans, vel impropriè id credit accipiendum, vel pacti ſaltim taciti, repetitæque ſucceſsionis vi, aut inveſtituræ efficacia, ortum inquit habere, *cit. cap. 37. num. 5. 10. 211.* & apertiùs *nu. 253. uſque ad nu. 256.*, quod nec nos abnuimus, cum ex facto ea tunc potiùs, quam Iure dependerent.

Rursùs, errore planè labi, eos diiudica-
42 mus; qui verba illa (*nullo hærede*) in eadē *l. unic. C. ſi liberal. Imper. ſoc.* cōtenta, ad omnes hæredes etiā penitus extraneos exiſtimant referenda; cum de ſolis liberis, diſcendentibuſvè eſſe acci-

accipienda; veriùs dicendum ſit.
Quod facillimè demonſtratur ſi à pri-
mordijs res enucleetur. Cęſarea ete-
nim hæc Conſtitutio, ex *Conſtanti-
ni Magni* ad Mygdonium Caſtren-
ſem Palatij reſcripto originem tra-
xit; deindè ſub *Conſtante* iterum ex re-
ſcripto ad Orionem V. C. incremen-
tum recepit, ut in *Cod. Thedoſ. lib.* 10.
tit. 14. *l.* 2. ex quibus, de ſolis liberis
Imperatores ſenſiſſe inferiùs penden-
43 da verba demonſtrant. Verùm quia
Tribonianus, (ſicuti quoque teſtatur
*Dionyſius Gothofredus in princip. d. l.
unic. Toletan. nu. 6. Amaya nu. 38. & Ia-
cobus Gothofredus infra citandus*) ſivè
aſſueta, ſed non proba ejus licentia,
ſeù propria ductus, neque tam inſigni
(uti permulti ſibi ſuadent) Minerva;
ſivè imperiali quoque ſanctione, in
tit. Cod. eod. lib. 10. *de petit. bonor. ſu-
blatis*, qua bonorum petitiones ſubla-
tæ fuerunt perterritus, ut idem *Dyo-
niſius Gothofred. Cujacius Toletanus*,
& Amaya admonuere, eas ſtuduit mu-
tilare.
Ideoque in hanc quæſtionem poſtmo-
dum deventum eſt: utrùm verba il-
la, *nullo hærede*, de omnibus etiam ex-
traneis, an de deſcendentibus dumta-
xat hæredibus, intelligenda forent:
44 Quod autem Triboniani ex capite, id
omne effictum ſit, patet equidem evi-
denter: In Theodoſiano etenim Codi-
ce *lib.* 10. *tit.* 14. ita titulus is inſcribi-
tur, *ſi petitionis ſocius ſine hærede defe-
cerit*; in Iuſtinianeo verò ſublata par-
ticula illa *ſi petitionis*, titulum ſic Tri-
bonianus refinxit, *ſi liberalitatis Im-
perialis ſocius ſine hærede deceſſerit*,
Adeò ut quamplures autumaverint,
legem hanc *unicam*, in largitate nõ ex
partiũ petitione, ſed ex proprio Prin-
cipis motu exorta, ſolummodò locum
ſibi vindicare, *gloſſ. Luc. de Penn. Socc.
Rip. Curt.* quos ſequuntur *Schrader de
feud. par.* 7. *cap.* 1. *nu.* 21. *verſ. hac ta-
men, Peregrin. de Iur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *n.*
103. *Bellon. de Iur. accreſ. cit. cap.* 5. *verſ.*
36. *nu.* 60. *& q.* 37. *nu.* 11. quod tamen
45 & forſan meritò improbarunt, prę cę-
teris *Garſia, Toletan. ibidem ſub nu.* 4.
Anton. Perez nu. 10. *D. R. Conſtantius
in cit. l.* 1. *&* 2. *C. de filijs officialium lib.*
12. *nu.* 83. ac *D. Io Solorzan. de Indiar.
Iur. tom.* 1. *lib.* 2. *& cap.* 2. *nu.* 52. *verſ.
quorum tamen.*
Leges, in eodem *Theodoſiano Codice* duæ
leguntur, altera, & quidem prior, ut
dicebamus Conſtantini Magni, altera
Conſtantis: Ex his autem præſertìm
ex poſteriore, à Conſtante edita,
unam, ſed nec litera, nec ſenſu inte-
gram Tribonianus conflavit; Illamq;
Conſtantino Magno genitori, cujus
priorem legem ſuppreſſerat, adſcri-
bere auſus eſt; ut meritò ex Poeta
annotaverit *Iacobus Gothofredus in
in ſuo Cod. Theodoſ. in commentar. ad
cit. tit.* 14. *lib.* 10. *ſi petitionis ſocius
circa princip. tom.* 3.
Humano capiti cervicẽ pictor equinã, &c.
Ac demùm, ſimpliciter prout Conſtan-
tius verbo, *hærede*, in mutilata hac *le-
ge unica* uſus fuit, quando in lege Cõ-
ſtantini Codicis Theodoſiani verbum
46 aderat, *liberis*, quod omnem eruebat
ambiguitatem, ibi *ſi quis fortè deceſ-
ſerit eorum, qui communi nomine dona-
tũ, aliquid à noſtra impetraverunt cle-
mentia, nec ſuperſtites dereliquerit ſuc-
ceſſores, places, nõ ad extraneam quam-
cumq; perſonã, ſed ad ſocium, vel cõſor-
tem pervenire portionẽ illius, qui inte-
ſtatus, aut SINE LIBERIS diem functus
eſt.* Idque, quamvis ſtrictiùs de filijs,
dilucidiùs tamen, antiqua Aniani ex-
preſsit interpretatio, his verbis; *ſi ali-
quis ex ijs mortuus fuerit, ad quos no-
minatim munificentia noſtra proceſsit,
& nec teſtamentum feciſſe, nec FILIOS
reliquiſſe cognoſcitur, placet, ut portio-
nem eius, is cum quo partem defunctus
accepit, ideſt ſocius acquirat; meritò
enim ſocius præfertur, ubi FILII nulla
perſona interveniſſe cognoſcitur*; com-
probatque id omne eruditiori metho-
do *Iacobus* idem *Gothofred. in ſuo Cod.
Theodoſiano loc. cit. in commentarijs
verſ. prima igitur*. Vndè noſtri poſt-

Digitized by Google

47 modum in ſpecie id firmarunt ex
citata ſcilicet *l.unica*, ſocium ad de-
functi conſortis portionem, non poſt
omnes hæredes, ſed poſt liberos tan-
tùm evocari, *gloſſ. in ead. l. unic. C. ſi
liberalit. Imperialis ſoc. in verb. hære-
des* in primo tamen *reſponſo*, & *in l. 1.
ſub verb. ex teſtamento, D. unde vir, &
& uxor*, & *in l. 1. C. eod tit. unde vir, &
uxor verbo naturalis, Io: Butrigar. ibi-
dem in princip.* ex *Bart. Decio, Peregr.
Boſſ. Maſtrill.* ac *Cabed. D. R. Capyc. Ga-
leot. cit. reſponſ. 12. num. 109. & 110.
Amaya in ead. l. unic. C. ſi liberalit. Im-
perial. ſoc n. 37. & 40. Arnald. Cornin.
Iuriſprudentia Romana, ſivè Iuſtin.
Codic. in notis ad eandem l. unicam ſub
n. 12. Iacobus Gothofredus in ſuo Codic.
Theodoſ. loc. proximè cit.*

Præterea quia verbũ *hæres*, iuxtà æquio-
48 rem, receptioremque peritorum ſen-
ſum, à ſubiecta paſsim materia modi-
ficari, non ſemel ſuperius auctoritate,
& exemplo traditum fuit, & ex *Angel.
Aretin. Alex. Iaſon, Roland. à Valle, Ca-
phal. Gabriel. Card. Mantica, Menoch.
Peregrin. Caldas, Camill. de Medic. Rota
Romana*, cæteriſque comprobarunt
*D. Franc. Hieronym. Leo dec. Valent. 43.
nu. 7. lib. 2. & Auguſtin. Barboſ. de ap-
pellat. verb. ſignific. cap. 113. num. 11.
D. Franc. Amaya loco mox cit. nu. 21. &
25.* In eventu idcircò ejuſdem *l. unica*
49 iuxta rei, de qua pertractatur naturã,
capi debere, accuratiùs ibidem edo-
cuere, *Bart. nu. 1. verſ. in dic. Io. de Pla-
tea nu. 8. D. R. Conſtantius in cit. l. 1.
& 2. C. de filijs official. lib. 12. nu. 85. in
fin. & 86. D. Franc. Amaya in ead. l.
unic. C. ſi liberalit. Imperial. ſocius cit.
num. 21. & 25. Antonius Perez ibid.
num. 12.*

Quamobrem, ſi ex facto (quod ſanè con-
cedi nequit) præſens cauſa, ad illius
legis ſpeciem adaptari poſſet; adhuc
ex rei de qua agitur qualitate, tam
ſublimis, ſtrictioriſque regalium or-
dinis, de ſolis deſcendentibus, verba
illa, *nullo hærede*, citrà omne dubium
50 forent accipienda; Idque nec incon-
ditè confirmabitur, ſi ex facto primùm
reminiſcemur verba in conceſſioni-
bus apppoſita fuiſſe, à quibus neceſſa-
riò infertur, non niſi de deſcendenti-
bus, verbum *hæres* capiendum eſſe;
ut ibi *vobis, veſtriſque in eiſdem hære-
dibus, & ſucceſſoribus*, & inferiùs, *in-
veſtientes vos, Berardinum, & Ioãnem,
VESTROSQ; in eis hæredes, & ſucceſ-
ſores*, & paulò poſt *itaque vos Berar-
dinus, & Ioãnes, ſucceſſoreſq; IN PRÆ-
DICTIS*; ut in facti annotatione *ſub
nu. 6.* probavitque *D. R. Galeot. cit. re-
ſponſ. 12. nu. 342. uſque ad nu. 350.* ne-
que immemor fuit *D. R. Rovit. cit. dec.
72. n. 12.* Ac ſi laudatam deſuper Re-
gij fiſci cum Victoria Lingua diffini-
tionem in mentem iterum revocemus;
qua in huiuſcemodi regalibus, nil re-
fragante, quod officij prorogatio pre-
tio fuerit comparata, quoniam in gra-
du ſucceſſores non aderant: viri, atque
uxoris ſucceſſorium edictum, bis Se-
natus cenſuit reſpuendum *in cit. diſ-
ſert. 22.*

Quid plura? cum hucuſque ſanè diſſerta
ad noſtram undique firmandam ſen-
tentiam ſatis eſſe videatur. Sed ut co-
ronidem rei huic adijciamus præte-
reunda non ſunt, quæ adversùs *Mon-
tanum*, ac ſequaces, in ſpecie poſt om-
nes congeſſit; *Amicangel. de regalib.
officijs q. 5. per tot.* ubi poſtquam ar-
gumentis, auctoritatibus, atque exem-
plis, officium pro ſe, & hæredibus in
perpetuum cõceſſum, in allodium ne-
quaquam tranſire dixiſſet, ſed regaliũ
naturam conſervare, directumque il-
lius dominium, penès impartientem
Principem firmiter permanere, utili
dumtaxat, ad feudorum methodum,
in officiarium tranſeunte, *cit. q. 5. n. 6.*
51 *cum pluribus ſeq.* ad ſolutionem eiuſ-
dem *legis unica, C. ſi liberalit. Impe-
rial. ſoc.* ſe contulit, argumentum ex
eo deſumptum ſuo pondere inquiens
ruere; Quippè quod ea in ſpecie ac-
52 quiſitionis titulus puræ, liberæque
Principis donationis inſpicitur fuiſſe,
quique ad omne dominium in dona-
tarium

Digitized by Google

tarium transferendum, aptus haberi
poterat: quod in regalibus officijs, vt-
potè diverſæ rationis aſſeri equidē nō
valet; cùm ob fidelitatem in illorum
adminiſtratione expromiſſam, tùm ob
directum dominum inviolabile, penès
concedentem reſidens, cui deuolutio,
uti ipſius directi dominij proprius ef-
fectus, in eventibus denegari non de-
bet *cit.q.5.* præſertìm *nu.22.q.11.nu.*
17. in qua accuratè quoq; ac genera-
liter, adversùs eundem *Montanum*,
integram noſtram ſententiam, officio-
rum ſcilicet ſucceſſionem, nequaquā
ſecundum Romanorum Iura, ſed iux-
ta feudorum leges, regulandam eſſe
confirmavit *cit.quaſt.11.per tot.*

Ex bis igitur credimus exploratam *l.*
unica, C.ſi lib.Imper.ſoc. diſpoſitionem
à Tribaniano in Iuſtinianeo Codice
inſertam, eiuſdē introſpectis initijs, ac
origine deguſtata, vel præſenti cauſæ
non obeſſe, vel illius adamuſsìm con-
firmare intelligentiam.

Reliquum nobis putemus eſſe, ea quo-
que expungere exempla, quæ vel
è cæteris eorum principijs, vel ipſiuſ-
met *legis unica* innixus argumento,
ad oſtendendum ſimiles officiorum ad
hæredes prætenſas largitiones (pro-
pria, penituſque earum exutas ut pu-
tant natura) in purum allodium per-
tranſire, non ſine labore conatus fuit
congerere *D.Praſid. Fulu. Lanar. in*
addit.ad Reg.Patruum in cap.1.de ſuc-
53 *ceſſ.feud.ſub nu.59.* Et quamquam, nō
tàm facilè exemplis ſtandum, ſed le-
gibus Ius ſit dicendum *l.ſed licet 12.*
D.de offic.praſid.l.nemo 13.C.de ſen-
tent.& interlocutor.omni Iudic.cap.1.
de poſtulat.pralat.cap.cum cauſam 27.
de electione. Io: Nevizzan. in ſylva
nuptial.lib.5.n.62. Menoch.conſ.996.
nu.27.lib.10. Surd.conſ.34.nu.21.lib.1.
Anton.Monach.deciſ.Flor.1.nu.93.&
94.D.Conſ.Carleval.de iudicijs lib.1.
diſput.2.nu.521.& nu.967.Hermann.
Vultei.vol.1.conſilior.Academ.Marpur-
gens.conſ.34.nu.54.Io:Goeddaus inter
eadem conſil.conſ.41.nu.225.tom.3.
Mager.de advocat.armat.cap.1.n.360.
lib.5.cap.33.in fin. undè rectiſſimè *Ci-*
cer. aiebat *Iudices ex cauſis, nō ex PRÆ-*
IVDICIIS iudicare debent, pro eluent.3.
plebeia etenim ingenia magis exem-
plis, quam ratione capiuntur, inquit
Macrob.lib.7.Saturn.cap.4. notatque
Guilhelm.Anton.de Freundeberg.de re-
ſcript.& morator.tit.5.concluſ.7.ſub
n.14.lit.E.

Præſertìm, cum ex ponderatis Iuribus,
54 fiſco faveat veritas, *Cardinal.Thuſcus*
pract.concluſ.lit.E.concluſ.549.nu.3.
Menoch.conſ.295.nu.25.lib.3.

Ne tamen ijs terreri videamur exemplis,
eadem ſigillatim cautius duximus diſ-
pungenda.

Primum, quod affert *D.Praſes Lanar.cit.*
nu.59.verſ.1. in cauſa fuiſſe, inquit,
nobilium de Gargano Civitatis Aver-
ſæ. Qui cum ad oſtendendum titulum,
quo officium Actorum Magiſtri illius
Civitatis quaſi poſſiderent, fuiſſent im-
petiti; privilegiū exhibuere, quo Fri-
dericus itidem Rex, Magnifico Hecto-
ri Caracciolo illud conceſſerat, pro ſe,
& haredibus, ac ſucceſſoribus in perpe-
tuum. Et quamvis ab Hectoris hære-
dibus, ipſi de Gargano illud, abſque
Regis aſſenſu, obtinuiſſent; nihilomi-
nùs, ſupra enarrati privilegij virtute,
ſententia abſolvi meruere.

At præterea, quæ in ſecundi exempli re-
ſolutione cōgeruntur nunc liceat pen-
ſitare: illius enim Iudicij acta nō exhi-
bentur, ex quibus ſcrutari poſſemus,
bus circumſtantijs factum id conco-
mitatum eſſet; ac, ſi de propoſitis in
hac ſpecie quæſtionibus, quidpiam
oppoſitum ibidem diſcuſſumvè fuerit,
cum perclarum ſit, in ea nos ſcientia
verſari, in qua licèt Iuris principia, &
vera, & certa ſint, ex minima tamen
55 facti mutatione, Ius totū ipſū quoque
immutetur oportet, argumento *l.ſi is*
34.D.de excuſ.tutor.& l.natura cavil-
lationis 177. ibique *Alciat.D.de ver-*
bor.ſignific. cuius verba à Iuliano ſibi
mutavit Vlpianus, ut *in Lea eſt 67.D.*
de regul.Iur.Marius Giurba in conſue-
tud.

Digitized by Google

*din.Meſſ.p.1.in proem.nu.*8.ex alijs *Io:*
Baptiſta Coſta de fact. ſcient. & igno-
rant.ſuſpect.16.num.2. cum ſeq. Nec
56 diffinitũ quippè dici poteſt, quod ex-
citatum, ac ſub Aſtreæ trutinam ſpe-
ciatim redactum non ſit, ex vulgata
iam *Baldi* doctrina in *l.receptitia n.5.*
C.de conſtit.pecun.D.Præſes deciſ.278.
nu.14.& deciſ.510.nu.8.D.R.Merlin.
contr.forenſ.cap.8. nu. 1.centur.1. &
cap.72.nu.20.centur.2.
Secundum, quod *Lauarius* quoque *loc.*
cit. verſ.2. ponderat exemplum inter
nobiles eſt de Maſtrillis,eum Civitate
57 Nolæ: quæ eum poſtulaſſet in Regia
Camera, præfatos ejus patritios, pro
officio itidẽ Actorum Magiſtri ipſiuſ-
met Civitatis,collectarũ oneri ſubijcis
quamvis officium pro *ſe, & hæredibus*
in perpetuum, & in feudum detinere
dixerint, quia de feudali qualitate nõ
conſtitit, (illud enim cum poteſtate
ſubſtituendi eis conceſſum fuerat) pro
illius fructibus ad certam annuamque
penſionem locatis, collectarum oneri
eoſdem obnoxios Senatus pronuncia-
vit, ut apud *D.R.Revert.deciſ.469. ſe-*
cundum D.R.de Marinis ordinem lib.2.
qui eam pariter commendat *in obſer-*
vat.nu.1.
Sed diſparem facti ſeriem, inter illã cau-
ſam, præſentemque noſtram ſpeciem
intercedere reſpondetur, in ea enim,
nequaquam in feudum fuiſſe conceſ-
ſionem emiſſam ſupponitur, ut *cit.de-*
*ciſ.469.nu.1.*ibi *non in feudum* in hac
verò in feudum celebratam fuiſſe, in
anteriori *differt. 30. per tot.* fuſiùs ex
Regijs diplomatibus, varijſq; verbis,
clauſuliſque ibidem appoſitis, conce-
dimus firmatum:unde Senatus,ex ver-
bis fortaſſis illius elargitionis, in pu-
rum allodium eam efformatam puta-
vit, ſubdens, ibi *non in feudum; ergo*
*in burgenſaticum.*Nos verò in feudum
exiſtimandam diximus, vel ſaltìm in
Regalium perſtitiſſe, arctioreque
proindè ratione;idque Iuribus,aucto-
ritatibus, atque evidentiſſimis argu-
mentis, ex eorundem privilegiorum
viſceribus elicere ſuperius elabora-
vimus,ut *in differ.31.per totam.*Opus
igitur eſſet, illius pariter conceſſionis
privilegium produci, ut quanta inter
ea diſparitas interponatur poſſit ob-
58 ſervari:cum ſcitum ſit, in huiuſcemo-
di negotijs, inveſtituræ tenori ſemper
obviam eundum eſſe,ipſumque appri-
mè ſpectandum *cap.1.de duobus fratri-*
bus à cap.Inveſtit. ibi *propter tenorem*
inveſtitura inſertum,& de fratribus de
novo benefic.inveſt. in princip. niſi fa-
cta fuerit eo pacto inveſtitura, & in
cap.1.de his,qui feud.dar.poſſ.§.fin au-
tem, ibi *niſi hoc nominatim dictum ſit,*
& *in §. hoc autem, notandum, niſi ſpe-*
cialiter dictum fuerit, ut ad eas perti-
neat.Andr.in cit. cap.1. de duobus fra-
tribus à cap.inveſtit.ſub nu.1. Bald.ſi-
militer in cit.cap.1.de duobus fratribus
59 inveſtituræ tenorem inquiens omni
feudorum naturæ derogare, *& in l.*
quoties nu.5. C. de ſuis,& legit. Pern.
conſ.8. incop. circa feudum vocatum
col.1.Freccia de ſubfeud.lib.3.in 1.ru-
bric.verſ.qua ex formula n.2.pag.382.
*D.R.Loffred.conſ.1.& nu.*20.perbellè
D.R. Franc. Ant. Villanus in reſponſ.
*poſt opus Cannet.nu.1.*ſequitur *D.Præ-*
ſes Vrſin. de ſucceſſ.feud.par.2.q.1. art.
1.n.5. & eadem par.2.q.2.artic.2.n.9.
comprobant ante eum, *Afflict. deciſ.*
265. nu.2. & 336.nu.23. Piſtor. quæ-
ſtionum Iuris lib.2.par.2.q.21.nu.1.&
2. ex innumeris *Liparulus in addit.ad*
Iſerniam in cit.cap.1.de duobus fratri-
bus à cap.inveſtit. verbo tenorem, Ro-
ſental.de feud.tom.1.cap.4. nu.1. The-
ſaur.queſtionum forenſ.q.38.n.8. D.R.
Moles de Iure devolut.§.23.q.5.nu.16.
& 17.Facchineus contr.iuris lib.7.cap.
58.lit.B.verſ.fundamentum,Borrell.in
ſumma deciſ. lib. 1.tit.34. de feud.nu.
599. D.R.Revert.dec.381.nu.2.Viuius
deciſ.336.nu.2.& 4.lib.2.Mathias Co-
ler.deciſ.germ.88.nu.3.D.R.Tapia de-
ciſ.Supr.Conſ.Ital.2.n.133. D.R.Mer-
lin.contr.forenſ.cap.32.nu.27.cent.1.
D.R.de Marin.in obſeruat.ad cit.deciſ.
D.R.Reuert.381.nu.1.

Cum

Cum enim Principi liceat, in rei ſuæ lar-
60 gitione legem dicere, quam libuerit,
*l. in traditionibus 49. D. de pactis, l. le-
gem quam dixiſti 10. C. eodem.* Ex *Iſer-
nia in cap. 1. circa finem 5. colum. de
ſucceſſ. feud. D. Præſes Vrſin.* præ alijs *de
ſucceſſ. feud. let. mox cit.* in ſpecie *D. R.
Revert. deciſ. 230. nu. 2. verſ. ut officia
lib. 1.* Verba tam inſueta ibidem op-
poſita forſan fuere, quæ in merum al-
lodium eam fecerint abire; quod ab
præſenti noſtra ſpecie, ſatis equidem,
& ex rei ipſamet qualitate, & ex mul-
tiplicibus particulis in Regijs privile-
gijs inſertis, abhorrere comperitur; ac
ſignanter, ex obſervata Regij aſſenſus
conſuetudine, enixaque, ſuperioritatis,
(ut aiunt) Iurium reſervatione; quæ
61 allodialium rerum naturę repugnare,
ſpeciatìm tradidit, ex vulgata regula,
*l. 2. D. ſi quis à parent. manum. fuer. l. in
re mandata 21. C. mandat.* poſt *Roland.
à Valle, Maſcard.* ac *Menoch. Io Anton.
Bellon. conſ. 44. n. 44. & 45.* Cum allo-
62 dium Ius purum liberumque dicatur
quod à nemine, præterquam à Deo
optimo maximo recognoſcitur, *Bald.
in cap. 1. §. ad hoc circ. princip. verb. al-
lodium de pac. Iurament. firmand. Surd.
deciſ. 177. nu. 5. & conſil. 15. nu. 11. &
conſ. 143. nu. 22. volum. 1. Capyc. in in-
veſtit. feud. verſ. feudorum allodia in
princip. Stephan. Bertrand. conſ. 169.
nu. 2. vol. 6. D. Præſes de Franch. deciſ.
131. nu. 11. Intrigl. de feud. cent. 2. cap.
43. per tot. D. R. Rovit. d. deciſ. 72. n. 22.
Borrell.* cæteros congerens *in ſumma
deciſ. lib. 1. tit. 38. de allodijs nu. 1.* ante
eum *Stephanus Forcatula in Iur. feud.
cap. 3. nu. 8. Franciſc. Clapper. cauſar.
ration. cauſ. 29. q. 2. nu. 2. Petr. Gregor.
ſyntagm. Iuris univerſ. lib. 6. cap. 1. n.
7. & 9. Renatus Coppin. de Iuriſdict.
andegauenſ. lib. 1. cap. 5. ſub nu. 5. verſ.
tenor, & ſi lux.*

Et quonam pacto aliter, de tanto viro,
63 conſultoque celeberrimo, nimirum
D. R. Franc. Revert. credendum eſſet?
cum ex eo, magis quàm è cæteris, hanc
feudalium, vel ſaltim regalium arctio-
rem qualitatem in officijs vigere, col-
64 ligere paſſim valeamus: Nonnè ipſe
edocuit, officia in propria natura per-
ſonaliſſima eſſe? ad hæredes etiam sã-
guinis, non tranſmitti? officiarij mor-
te extingui? ut iuxta ordinem *D. R. de
Marin. deciſ. 70. nu. 2. & dec. 230 nu. 2.
circ. princip & deciſ. 364. nu. 1. lib. 1.*
Officia quoque cuncta in Regijs ma-
nibus eſſe? *deciſ. 185. nu. 2. cod. lib. 1.*
ad feuda mage, quam ad allodialia
ſymbolum habere? *deciſ. 551. circa
fin. lib. 2.* in eiſdem, ſine ſupremi Do-
mini placito, commercium omne ve-
titum eſſe? *deciſ. 581. nu. 2. lib. 2.* ac
(quidquid uſus nunc patrio ſuffultus
iure ſibi vindicet) feminas ab illorum
ſucceſſione arceri? *deciſ. 381. n. 3. lib.
2.* diſpoſitionem *cap. dudum*, ſivè *ex
præſumptuoſæ* in feudis ſancitum, in of-
ficijs quoq; Senatum in cauſa Magni-
ficorum de Moccia recepiſſe *cit. deciſ.
364. in princip. lib. 1.* primigenitos
cæteris ſecundo natis præferendos eſ-
ſe, ut in cauſa Magnificorum de Mu-
ſcettola *deciſ. 551. lib. 2.*

Ac demùm, contra iſtam, quam ſecta-
tur *Montanus* ſententiam, non nè ipſe-
met *D. R. Revert.* ſcitiſſimos ſuos ſen-
ſus aperuerat. *Montanus* namq; ut præ-
diximus, id ſibi in hac quæſtione ef-
finxit, ut officium ſcilicet pro *hæredi-
bus, & ſucceſſoribus in perpetuum con-
ceſſum*, adeò priſtinam, propriamque
ſuam immutet, luxetque rationem, ut
cum per priùs arctiorem eam in feu-
dis ſervaret, poſtmodum, protracta ad
hæredes ijs clauſulis ſucceſſione, ad
extraneos etiã ſucceſſores valeat de-
venire. Quod tamen elegantiſsimè *D.
Regentem* improbaſſe cõperimus, cum
non modo adversùs *Montani* inven-
tum, extraneos ſucceſſores in officio-
rum ſucceſſiſsione nullatenùs vocari,
deſcendenteſque tantummodò, ſan-
guiniſque hæredes imitari probatum
65 referat *deciſ. 382.* ſed eiuſdem Mon-
tani argumentum, ut in omnibus ſci-
licet officijs tunc natura immutata
præſumatur, his verbis diluit, prout ſi
eius

eius vixiſſet œuo, eam redarguiſſet
*cit.deciſ.381.n.2.in fin. Etenim ad hoc
motiuum reſponſum fuit, quod natura
dicti officij, reſpectu haredũ ex ſuo cor-
pore deſcendentium, mutata non erat; ac
ideo haredes extranei venire non pote-
rant, & ſeq nu.3. circ.finem* his aureis
confirmat verbis *ſemper namque, quod
verbũ iſtud IN PERPETVVM in privi-
legio ſcriptum invenies, dicti officij na-
turam reſpectu tẽporis teneri mutatam;
non autem reſpectu qualitatis ſucceſſio-
nis; adeo quod licet officia ex propria
natura, ad haredes etiam ſanguinis nõ
tranſeant, tamen ut tranſmiſſio cõceda-
tur PRO HÆREDIBVS; & quia dubita-
ri poterat an tãtum primus hares veni-
ret, ut venient omnes, additur* in perpe-
tuum; *ſed hoc intelligitur de maſculis
tantum in infinitum, non autem de fa-
minis, cũ verbum hoc, IN PERPETVVM
qualitatem ſucceſſionis mutare non poſ-
ſit.*

Vires tandem cuncta hæc ſibi ſumnnt ex
facto, quo ut præfati ſumus *diſſertat.
30.ſub nu.6.verſ.caeteriſque*. Adeo ve-
rum eſt, minimè in purum allodium,
largitatem hanc à Sereniſſimis retro
Regibus emanaſſe, ſed vel in feudum,
vel in anguſtiorem regalium qnalita-
tem; Vt ſicuti, ipſi de Maſtrillo, pro
fructibus tantum (ut aiunt) burgenſa-
ticis (qua in re complura brevitatem
cõſulentes prætermittimus) collecta-
rum onus ſuſtinuere, noſtri tamen de
Bernaudo, ex ijſdem ab eis feudalium,
66 regalinmque oppoſitis qualitatibus,
id ſanè evaſere, ut de Iure pariter ex
*Luc.de Penna, Andr.Iacobin.Marc.An-
ton.Natt.Capyc.Frec.Maſcard.Menoch.
Theſaur.Iun. DD. RR. Franch.Reuert.
Rouit. Branc. Marin.* ſuperiùs annota-
vimus *diſſert.30. nu.59.*

Tertium exemplum in cauſa Montis, ab
Achaiæ Marchione inſtituti, ſuper ga-
bella Baiulationis Capuæ, ut penès
eundem *D.Reg.Lanar.in cit.addit.ad
cit.cap.1.de ſucceſſ.feud.nu.59.verſ.3.*
allegari pro certo non meretur, cum
ibi de ſummariæ poſſeſſionis conſer-
uatione primũ tractatum fuerit (quod
ad proprietatis, de quo agimus Iudi-
cinm referri nequit) conceſsionem in
allodium deinde factam, ibidem in-
dubitanter tũc temporis cenſitum vi-
detur. Quod in hac re, quantæ ſit di-
ſceptationis, deſuper adducta demon-
ſtrant. At denique ibi quamplures di-
ſpoſitiones, alienationeſq; ſine aſſenſu
celebratæ prodnctę fuere; in hac verò
cauſa omnimodò contrarium per an-
nos ferè biſcentum in eventibus rece-
ptum fuiſſe: ex facto quoq; oſtenſum,
& ex Iure declaratum fuit *in diſſert.
30.nu.6.verſic.praterea, & n.61. & 62.*

Vndique igitur patet, diſcuſſa iam iam
exempla, vel ad cauſam non facere,
vel non poſſe fiſci evertere iuſtitiam:
quum, quodque magis eſt pręcipuum,
contrariæ opinationis argumentum in
*l.ſi unic.C.ſi liberalit.Imper.ſoc.lib.*10
conſtitutum, lucidiſsimè comperitur
reſolutum: iuſtiſsima dumtaxat com-
mendatione adverſariorum memoriæ
permanente; (ut unde ortum habuit
revertatur oratio) quam non modo ex
prælaudatis ibidem rationibus ſtruxi-
67 mus, ac ut eiuſdem virtutis quoque
parviſſemus Imperio, quo (nt aliàs fu-
ſiùs dicebamus) vel in hoſtibus ſeſe
habendam iubet admirabilem; utque
*in delic.poet.germ.tom.5. pag.121. ſic
Henric.perſius* expreſsit.

*Laude ſua nunquam VIRTVS privãda:
ſed hoſtis.*

*Si virtute valet, laus, & in HOSTE
VALET.*

Sed (quod & mage nobis cordi eſt) ut ab
omni obtrectatione, ac livore, quæque
68 *pronis auribus accipiuntur*, nos alienos
(ut ſcriptores oportet) oſtenderemus,
ut ſapidè *Tacit.* admonuit *hiſtor.lib.1.*
69 *in princip.* illud *Seneca* non obliti,
magna ſcilicet dicentis *laus eſt, ſi homo
manſuetus homini ſit, lib.15.epiſt.95.
circ.med.* quodque potiſsimum magi-
ſtratum decet gerentes, quibus ſum-
70 mopere convenit pietas; probitas, ac
clementia. Prima etenim pietas, ſcili-
cet cæterorum virtutum fundamentũ

Cic.

Cic. dixit *pro Cn. Planc.* ut meritò ex Platonis legibus nemo ad Regimen vocādus erat, qui pietate probatus nō extitiſſet *de legib. lib. 3.* & perbellè *Nicol. Vernala. Inſtit. polit. lib. 1. tit. 3. q. 3.*

Iuſtitia, & PIETAS, tuta ſunt Principis artes.

71 Probos autem Magiſtratus ſic Attica Natio magnifecit, & nō niſi eos publico proponi regimini affectaverit apud *Platon.* cum diceret, *ſed hac eſt ſumma; quicunq; ſapiens, aut BONVS habetur, dominatur, & imperat. lib. 30. in menexeno, ſivè de attic. antiq. poſt princ.* ſicque Romana expetijt prudentia, ut apud eos ita lex eſſet. HIC ORDO VITIO VACATO; CÆTERIS SPECIMEN ESTO. *Cic. de legib. lib. 3. pag. 344. nu. 21. oper. tom. 4.* Et ſumma id ſanè fuit effectum ratione, cum ut *Knipſchildt. de Iur. Civit. lib. 2. cap. 8. nu. 41.* ait, *ea ſit improborum conditio, ut quò plus valeant, plus noceant*; unde verſus

Perfida quò ſolio, ob fatum, mage conſidet alto,
ut noceat rectis, extuat IMPROBITAS.

Sicuti præclarum eiſdem Magiſtratibus

72 Dei donum eſt clementia: cum ea & innoxijs etiam hominibus ſit acceptiſſima. *Nec eſt quiſquam* (teſte Seneca) *cui tàm valdè innocētia ſua placeat, ut non ſtare in conſpectu clementiam, paratam humanis erroribus gaudeat, de Clement. cap. 1. in fin.* Sic mirè ad Iudices converſus *Leo epiſt. 90.* dixit *Conſtanter tenenda eſt Iuſtitia, & benignè praſtanda clementia,* ſubditq; Franciſcus Ziphęus *Iudici ergo, ut iuſtum eſſe convenit, ita & clementem,* in *tract. Index magiſtr. lib. 1. cap. 2. in princip.* prout rectiſſimè Theodoſium Honorio filio Imperium ſubituro, cuncta ferè hęc pręcepiſſe apud *Claudian. in 4. conſul. Honor.* obſervamus,

Sis PIVS in primis, nam quum vincamur in omni
Munere, ſola Deos ęquat CLEMENTIA nobis.

Vt iuſtè exindè poſſimus dicere *veram*
73 (iuxta Imperatoris monitum) affectaſſe nos *philoſophiam, PROBIS NON OBFVISSE, PROFVISSE BONIS, NVLLIS OBTRECTASSE, ODISSE NEMINEM.* nonis Martij M.DC.LX.

Regia expenditote iuſſa Diſſert. XXXIX.

SVMMÆ.

1 *D. Didacus de Bernando commendatur.*
2 *Portus non ſemper fidus.*
3 *In poſſeſſorio ſummarijſſimo de ſolo rei ſtatu diſceptatur.*
4 ... *ultimus ſtatus attenditur.*
5 ... *neque de meritis cauſa quaſtio ſumitur.*
6 ... *nec à titulo Ius expenditur.*
7 ... *prout nec poſſidēdi introſpicitur cauſa.*
8 *Poſſidere aliud longè eſt, quàm in poſſeſſione eſſe.*
9 *Feudum detinens, in feudo eſſe: non autem id dicitur poſſidere.*
10 *Poſſeſſionem rei habere quis poteſt, cuius nō valet proprietatem obtinere.*
11 *Fęmina in feudis non ſuccedit.*
12 ... *hares inſtituta, feudi tenutam (ut dicimus) nanciſcitur.*
13 *Spurius reputatur feudalis ſucceſſionis incapax.*
14 *Tenuta in feudis, quanā dicatur à noſtris.*
15 ... *ab ea ſpurius quandoque non excluditur.*
16 *Poſſeſſionis ſtatus, etiam in iuriſdictionalibus ſpectatur.*
17 ... *in regalibus autē, aliter eſt diſtinguendum.*
18 *Succeſſio ultra tertium gradum in feudis, conſtitutionum Iure, apud nos nō extenditur.*
19 *Feuda ſine Regis conſenſu, diſtrahi non poſſunt.*

20 ... *prout nec obligari.*
21 *In ỹs ſine domini licentia, nulla eſt teſtatoris diſpoſitio.*
22 .. *ſicuti nec ſuccedendi ordo valet immutari.*
23 .. *aut gradus protrahi.*
24 .. *aut fideicomiſſa inſtitui.*
25 .. *etiam ex pragmatica ſanctione.*
26 *Fideicommiſſa in regalibus ſine domini quoque conſenſu nequeunt ordinari.*
27 *Refutatio aſſenſu non eget.*
28 *Donatio feudi, Regis permiſſu, valida cenſetur.*
29 ... *quemadmodum eo carens, nulla exiſtimatur.*
30 .. *ſicuti in Regalibus.*
31 *Contractus inter feudatarium, proximèque ſucceſſorem initi, conuertuntur in refutationem.*
32 *Refutatio ſine aſſenſu tunc ſuſtinetur, ſi in immediatè ſiat ſucceſſorem.*
33 ... *pramatura putatur ſucceſſio.*
34 ... *& in ea refutans, de medio ſe dicitur tollere.*
35 ... *propriè non eſt alienatio.*
36 *Princeps devoluti feudi, diſtractioni aſſentiens, ſibi non praiudicat.*
37 *Religioſas perſonas profanis negotỹs, nec ſe immiſcere, neque ad ea aſſumi, probatur.*
38 ... *Iure divino ex Euangelica, atque Apoſtolica inſtitutione.*
39 ... *ex generalibus Concilỹs.*
40 ... *Iure Canonico.*
41 ... *ex veterum Patrum inſtitutis.*
42 ... *communi Romanorum Iure.*
43 .., *Hiſpanico.*
44 .. *patrio.*
45 .. *prudentum auctoritate.*
46 ... *ne ab altaris ỹ avellantur obſequio.*
47 ... *neque delinquentes in officỹs laicè Iudicis effugiant notionem.*
48 ... *quamvis in eos Galli Iudices animadvertant.*
49 ... *quibus tamen pravỹs circumſtantỹs innuitur.*
50 ... *ſed contraria receptior eſt ſententia.*
51 *Equites militares in Hiſpanỹs, in officỹs delinquentes, à quibus Iudicibus, & quonam pacto puniantur.*
52 *Clerici nequeunt Tabelliones eſſe.*
53 *Sacerdotes in Iuſtitiarios, Principumque Vicarios, Regumque Proreges, qui firmarint non eſſe aſſumendos.*
54 ... *ad feudorum ſucceſſionem non admittuntur.*
55 ... *etſi Cardinalitia dignitate polleāt.*
56 *Comites, aut Duces Sacerdotes creati, deſinunt Comites, aut Duces eſſe.*
57 *Imperator effectus clericus, nō amplius eſt Imperator.*
58 *Principes terra ad eorum exercenda munera Sacerdotes ne evocent.*
59 *Sacerdotibus officỹs interdicere, pỹſſimum qui cenſuerint.*
60 ... *neq; huic vetationi, ex ſubſtituendi facultate indulgendum.*
61 ... *prout nec in feudis prodeſt.*
62 ... *officiorum ſucceſsionem inhibitam eſſe: intepretum comprobatur auctoritate.*
63 ... *idque religionis dicitur inductum favore.*
64 ... *Regibus ỹdem aquantur.*
65 *Purpura uſus, prout Regibus impertitur.*
66 *Reges apud nonnullas nationes Sacerdotes eſſe oportebat.*
67 *Sacerdotes pracellunt Reges.*
68 ... *Angelis comparantur.*
69 ... *Dei filỹ nuncupantur.*
70 ... *Angelis praſunt, & Chriſto Domino aſsimilantur.*

ARGVMENTVM.

In poſſeſſorijs vltimus inſpicitur ſtatus, eoque tantummodo poſſeſſor non Iuris, aut tituli firmitati innititur; Res namque poſſidere quiſque poſset, cujus tamen proprietatem obtinere nequiret. Feuda, atque

que officia abſq; ſpeciali Principis conſenſu obligari diſtrahi, fideicõmiſſovè ſubijci non valent. Refutationes, quamvis ſine principali licentia, minimè fieri vetetur: cum præmaturæ exiſtimentur ſucceſſiones, dũmodò in proximè, immediatèq; ſucceſſorem inter feudorum ſiſtentẽ gradus expleantur. Religioni tandem addictos viros, Sacerdotes potiſſimum, à prophanis negotijs, munijſq; exercendis, omni ſanè Iure, etiã ob Religionis favorem, atq; ineffabilem Sacerdotij dignitatem, decet abſtineri.

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa.

Cum Reuerendo D. Didaco de Bernaudo.

Diſſertatio XXXVI.

Laboratæ iam huius controverſiæ compendium eſſe ſanè deberet, ut quemadmodũ officiorum conceſſiones in feudum, ſivè in arctiorem regaliũ rationem firmavimus fuiſſe, omnib⁹ reſolutis obiectis, ita è converſo Adverſarij veritati manus dantes, illaque Ærario addici amplius nõ contẽderent. Nec, ſcilicet, Creditores tanquã Regio carentes aſ-
ſenſu, neque proximiores uti extra
feudalis ſucceſsionis gradus exiſten-
tes, & præſertìm Don Didacus de
1 Bernaudo, Eques chriſtiana pietate
alioquin inſignis, eius ſaltìm facti
memor, quod portu penè in ipſo in
diù expetitæ poſſeſsionis cauſa, nau-
fragium fecit, quod ipſemet prudens
D.R.Rovit. non reticuit *cit. deciſ. 72.
n.66.verſ.verum*, ut verè in eum Iam-
bicum illud quadret.
2 *Perſape navis portu ipſo rumpitur.*
ac *Propertij* locus, 3. 5.
.... *Fallit portus, & ipſe fidem*
aut Tullij exclamatio de nõ expecta-
to Caſſij obitu eloquentis, *ò fallacem
hominum ſpem, fragilemque fortunam,
& inanes noſtras contentiones, qua in
medio ſpatio ſapè franguntur, & cor-
ruunt, & ante, ipſo curſu obruuntur,
quum portum conſpicere potuerunt. de
orator. ad Q. Frat. lib.3.circ.princip.*
Quod multò nunc magis pertimeſcere
eum oportet, cum in confragoſo, at-
que alto ſit ſalo, in proprietatis, nem-
pè quæſtione, de qua in præſens agi-
tur, quæque plura, ac pleniora, quam
poſſeſſorium iudicium expoſcit funda-
3 menta: ſummariæ etenìm poſſeſsioni
incumbens, in qua de ſolo ſtatu regu-
lariter contendi ſolet *Innocent.in cap.
bona 4.nu.4.de poſtul.pralat.Bald.in l.
ordinarij nu.7.C.de rei vindicat. Rot.
Roman.poſt tract. Poſt.deciſ.*185.*nu.*3.
4 ultimus hicque ſpectatur, Argumento
*l.Mela ait,13.verſ.ſed ſi alimenta,D.de
aliment.& cibar.legat. cap. cum Eccle-
ſia ſutrina de cauſ.poſſ.& propr.Io:Vin-
cent.de Ann.allegat.*131.*nu.*2. *& ſin-
gular.*584. *Rot.Roman. diverſor.deciſ.*
27.*nu.*13.*par.*1. & penès *Card. Sera-
phin.deciſ.*1213.*nu.*5. *& deciſ.*1437.
*nu.*1.*lib.*2.*& Cardinal Cavaler.deciſ.*
589.*nu.*1. ac poſt *tract. Poſt.dec.*646.
*nu.*43. *Maſtrill.deciſ.*52.*num.* 2. *lib.*1.
*D.Praſ.de Franch.deciſ.*548.*nu.*2. *Ro-
driq.de annuis reddit. lib.* 1. *q.*17.*nu.*
36.*verſ.ultimo, Poſtius* ipſe *in tract.de
manut.obſervat.*71.*n.*55. *& obſervat.*
5 73.*nu.*4. de meritis cauſæ diſputare

 non

non cogitur Milanenſ.deciſ.3.nu.79.
& 81.lib.1.D.R.de Ponte dec.40.nu.3.
Rot.Rom.poſt tract.Poſt.deciſ.502.n.4.
& 5.ex alijs idem Poſtius in cit.tract.
obſervat.42.n.5. cum Ius ab ipſa poſ
6 ſeſsione, non autem à titulo ſit dime-
tiendum Theſaur.deciſ.106. num.15.
verſ.cum in hoc remedio,Marc.Anton.
Thomat.deciſ.Macerat.15.nu.22.Poſt
7 dict.obſervat.42.nu.9.nec poſsidendi
cauſam tueri cōpellitur Thomat.idem
deciſ.41.nu.12.Peregrin.conſ.84.n.5.
lib.6.Gerard.Mazzol.conſ.91.nu.45.
Poſt.loc.cit.n.9. Rot.Roman.poſt tract.
eiuſdem Poſt.deciſ.213.nu.3.Io:Baptiſt.
Gargiareus conſ 98.n.16.& ſeq.lib.1.
ſeù cur quovè pacto poſsideat: cū ſa-
tis in poſſeſsione eū eſſe exiſtimetur,
8 aliud eſt enim poſsidere, longè aliud in
poſſeſsione eſſe, Vlpian. reſpondit in l.
ſi quis ante 10.D.de acquir. vel amitt.
poſſeſſ.Andr.de Iſern. in l.Imperialem,
§.illud n.69.circ.princ.de prohib.feud.
alien.per Frideric.& in cap.1. quid ſit
inveſtitura, D.R.de Pont.deciſ.40.n.1.
D.Chriſtophor.de Paz de tenut.cap.3.
nu.12.ex alijs Poſt.eod.tract.de manut.
obſervat.nu.29.R.P.Gaetan.de Afflict.
contr.Iur.reſolut.cap.9. nu. 24. prout
9 feudū detinens, in feudo eſſe dicitur,
non autem in eiuſdem feudi poſſeſsio-
ne Iſernia exēplo ſat populari, quam-
vis lepido, id probans in cit. §.illud
n.69. verſ.non poſſunt de prohib.feud.
alienat.per Federic.& ſequuntur D.R.
de Pont.cit.deciſ.40.nu.1. D.R.Galeot.
contr.illuſtr. contr. 36. nu.32. in fin.
D.R.Merlin.contr.forenſ.cap.27.nu.8.
cent.2.R.P.de Afflict.loc.mox.cit.nam-
10 que poſsidere rem poſſumus, cuius
proprietatem obtinere non valemus,
Can.dilectiſsimi 12.q.1.Iſern.in Con-
ſtit.Regni violentias ſub verſ. at feuda
poſſunt acquiri, D.R.Capyc.Galeot.cit.
contr.36.nu.32.in fin. D.R.de Marin.
reſolut.Iur.lib.2.cap.38.nu.25. & in
obſervat.ad Dom.R.Revert.deciſ.449.
ſub nu.2.lib.2.Ideoq; fęmina alioquin
11 à feudis (ut ſæpiùs diximus) ſecluſa,
ut in cap.1.§.hoc autē de his, qui feud.
dar.poſſ.cum alijs adductis diſſert.34.
12 nu.10. hæres tamen inſtituta ad feudi
interim poſſeſsionem tenendam,etiam
agnatis contradicentibus,admitti va-
let cap.1.§.inter filium, & §. defuncto
milite ſi de feud.defunct.content. Affl.
deciſ.119.nu.4.Ozaſc.deciſ.23.nu.36.
D.R.Revert.deciſ.359.nu.3.circ.fin.
Curt.Iunior conſ.30.nu.10.Tiraquell.
in tract.le mort ſaiſit le viſ.par.4.dict.
clauſ.5.nu.17.Menoch.de adipiſc. poſ-
ſeſſ.remed.4.nu.375. Achill.Perſon.de
adipiſc.poſs.nu.472.Borrell. in ſumma
deciſ.lib.1.tit.34.de feud.nu.489.D.R.
de Marin.in obſeruat.ad cit.deciſ.D.R.
Rouert.359.nu.4.in princip.lib.1.&
deciſ.360.ſub nu.2.verſ. quibus nunc
13 addo, quemadmodum ſpurius feudo-
rum ſucceſsionis penitùs incapax cap.
2.§.naturales ſi de feud.fuerit contr.
inter dominum, ibique Andr.Bald.Al-
varot.Hotoman.Bambacar.& alij Pern.
conſ.10.n.3.Cardinal Paleot de nothis,
& ſpurijs cap.30.n.3.& 9.tr.ct.tom.8.
par.2.pag 59.Io:Vincent.de Ann.alle-
gat.122.nu.2.Vulteius de feud.lib 1.
cap.9.num.179.Forcatul. in comment.
feudal.cap.5.nu.18.Intrigliol.de feud.
centur.1.cap.9.nu.259.Haneton de
feud.lib.2.cap.2.nu.6.ibique Chriſti-
neus in annotat.nu.4.Ludolphus Schra-
der.de feud.p.7.cap.5.nu.20.lib.1.ab
14 hac quoque naturali ferè poſſeſſione,
quam noſtri tenutam vocant D.R.de
Marin.cit.reſolut.38.nu.25.in princ.
D.R.Merlin.cit.contr.27.nu.7.& cap.
81.nu.2.4.& 67.centur.2.D.R.Sanfe-
lic.in deciſ.eiuſdem cauſa 292.nu.1.
lib.2.R.P.Afflict.cit.cap.9.nu.41.ne-
15 quaquàm excluditur, ut noſtrum Se-
natum cenſuiſſe teſtatur Io:Vincent.de
Ann.ſing.535.quem ſequti ſunt D.Cō-
ſiliar.filius ibidem inaddit.D.R.Capyc.
Galeot.cit.contr.36.n.33.D.R.Merlin.
cit.cap.27.nu.3.& D.R.de Marin.in
obſervat.ad cit.deciſ.D.R.Revert.449.
ſub nu.2.
Idque in Iuriſdictionalibus (ut aiunt)
16 quoque vigere;ut in ijs ſtatus ſcilicet
& poſſeſſio, non autem merum Ius in-
ſpicia-

ſpiciatur,tradit poſt *Peregrin. de Iure*
fiſc.lib.1.tit.2.nu.55.D.R.Galeot.cõtr.
illuſtr.cit.cap.36.nu.34. lib.1. quam-
17 vis nos generaliter in regalibus,con-
tractiùs, atque anguſtiùs,quoties cum
Principe res agitur,decerni debere la-
tè firma verimus *diſſert.1. nu.104. &*
ſeq. agnovitque id paritèr in hac cau-
ſa idem *d.R.Rovit.d.dec.72. nu.74. &*
75. comprobatque noviſſimè *de Luca*
de regalibus diſcur.14.n.2. & 8.

Quod autem (ut ad cauſam Senatorum
animos cõvertamus) negotij proprie-
tate perpenſa, procelloſum mare, dif-
ficilioremque D. Didacus ſit aggreſ-
ſus provinciam: ex ſuperiùs deductis
comperitur apertiſſimè . Cum etenim
ab Io: Maria vltimò vita functo,ſexto
is diſtet gradu, neceſſario à cauſa ca-
dere debet, quippè quod eadẽ Regni
Conſtitutio, ut *de ſucceſſionibus*,(iuxta
quam Iuſdicentes pronunciare dixi-
18 mus oportere) ad ſucceſſionem, ad
tertium uſque dumtaxat gr:dum (ut
perſępè indicauimus)exiſtẽtes,invitet
collaterales, vt in *d.Conſtit.*ibiq; *DD.*
alijque in Gratijs, & Pragmaticis,no-
taruntque *D.R.de Ponte lect.feudal.9.*
nu. 62. & 63. D.R.Revert. ſic diffini-
tum referens *deciſ.334.nu.1. & deciſ.*
399.nu.1.D.Conſil.de Georg.alleg.12.
nu.22.D.R.Rouit.in prag.4.ſub nu.40.
& in prag. 11. nu.7. & 8. de feud. &
deciſ.42.nu.31.D.R.de Marin.reſolut.
Iur.cap.126.nu.51. lib. 2. & in obſer.
ad deciſ. D.R.Reuert.399.nu.1. lib. 2.
D.R.Capyc.latr.conſult.84. n.9. lib. 2.
D.Conſ.Staiban. reſolut. forenſ. reſol.
104. nu. 51. centur. 2. idem *D.R.de*
Marin.in obſernat. ad cit.dec. D.R.Re-
uert.334.n.1.in fin. & deciſ.399.n.2.

Neq; ad antiqua maiorum fideicommiſ-
ſa D. Didaco equidem licebit confu-
gere, quamvis etenim de eorundem
robore inferiùs, pro uberiori tamen
fiſci cautione , non pigebit diſſerere .
Quo ad pręſentem verò rei ſtatum at-
tinet, ordinemvè huc uſque à deceſ-
ſoribus fiſci patronis eximiè ample-
xum, extra dubietatem omnem puta-
mus eſſe, de ijſdem fideicommiſſis ſu-
per iſthæc officia , ſine Regis placito
diſpoſitis, nullam prorſus habendam
eſſe rationem(Cum ſivè de feudis,ſivè
de regalibus agatur,ſine ſpeciali Prin-
cipis conſenſu fideicõmiſſa nequeant
ordinari) Nam quia in feudis,ſine do-
19 mini licentia, omnis vetita ſit aliena-
tio, *cap.1.de prohibit.feud.alienat.per*
Lothar.cap.Imperialem de prohib.feud.
alienat.per Federic. Conſtit. Conſtitu-
tionẽ diva memoria, Frecc.de ſubfeud.
lib.2.autor.1.n.19.Hannet.de Iur.feud.
cap.4.in princip. ibique *Chriſtin. in*
annot.nu.1.Borrell. de compromiſſ.§.4.
gloſſ. 1. nu. 124. cum ſeq. & in ſumm.
deciſ.tit.34.nu.1.& tit.36.nu.1.lib.1.
Io.Vincent.de Ann.allegat.66.nu.7. &
allegat.125. nu. 9. D.Conſil.de Georg.
allegat.10. nu.1. Afflict. deciſ.60.ſub
nu.2. & deciſ.265. nu.33. Guid. Papa
deciſ 162.nu.1. Surd.d.ciſ.122.nu.18.
Grammatic.deciſ.49. nu.5. D.Praſ. de
Franch.dec.663.n.1.Nicolaus Reuſner.
deciſ.1.nu.11.lib.2. ſicuti quævis eo-
20 rundem feudorum obligatio *cit. cap.*
Imperialem de prohibit. feud. alienat.
*per Federic.*ibique *Andreas Aluarot.*&
alij *Afflict.deciſ.286.nu.3. Grammat.*
deciſ.103.nu.110.Borrell. cæteros af-
ferens *in ſumm.deciſ.tit.34. num. 16.*
lib. 1. comprobant utrumq; poſt anti-
quiores *D.Conſil.Staiban.reſol.forenſ.*
reſolut.12.nu.6.& 7.cent.1. D.R.Mar-
cian.diſput. forenſ. diſput.27. num.2.
lib.1. fideicommiſſa etiam interdicta
fuiſſe , omni quoq; dubio procul cen-
21 ſeri oportet: tum quia teſtatoris quæ-
libet diſpoſitio ſuper feudis domino
non cõſentiente nullius efficaciæ exi-
ſtimatur *cap.1.de ſucceſſ.feud.* ibi *nulla*
ordinatione defuncti in feudo manen-
*te,vel valẽte:*ex quãpluribus *Reuſner.*
deciſ.1.nu.19.verſ.& quod lib.2. D.R.
Loffred.conſ.40.nu.47. D. R. de Ponte
ex gloſſ.cõſtit. Andr.Capyc.& alijs *lect.*
feud.11.nu.21.& ſeq.Georg.Cabed.de-
ciſ. 27.nu.6. par.1. Cum etiam quia
22 ſuccedendi ordinem feudatarius im-
mutare non valet *Bald.in cit.cap.1.de*
ſucceſſ.

ſucceſſ.feud. in princip. tum demùm
quia ſi ex fideicommiſſo ſuccedendi
gradus (ut in hac ſpecie)protrhaeren-
23 tur magnum domino prejudicium in-
ferretur: quod Vaſſallo non licere,
præ alijs ad rem firmat Clar. in §.feu-
dum,q.40.nu.2. verſ.ſed hic eſt aduer-
tendum, & apud nos Regia lege ſine
peculiari potẽtiſſimi noſtri Regis pla-
cito inhibetur, vt in pragm.4. de feud.
n.4. quamobrem ſpecialiter in feudis
24 fideicommiſſa inſtitui non poſſe poſt
vetuſtiores tradiderunt Mart.deciſ.ſi-
vè vot.piſan.221.n.30.& 31.Reuſner.
cit.deciſ.1.ſub nu.15.lib.2.Alex.Ran-
denſ. de analog. lib.1. cap.25. num.2.
Schrader. de feud.par.7. cap.2.ſub nu.
66. Camill. de Curt. in diuerſ. feud.
par.2.cap.5.nu.170. Camill.de Medic.
conſ.2.nu.42. D. Reg. Rouit. id extra
omnẽ ambiguitatis aleam collaudans
ſuper pragm.3.de feud.nu.81.D.Præſ.
Fuluius Lanar. in addit. ad Regentem
patruum in cap.1.de ſucceſſ.feud.n.54.
D.R.Capyc. Galeot. contr.illuſtr. contr.
49.n.19.lib.2.D.R.Capyc.latr.conſult.
80.nu.27.& ſeq. lib.2. eademque Re-
25 gia pragmatica ſanctione 4. de feud.
cap. 6. in Regno ſtatutum fuit, prout
præ cæteris monuit D.R.Rouit.in ead.
prag.4.ſub cit.nu.81.
Id quod in regalibus, & multò magis in
officijs admittendum ex ſuperiùs circa
illorum veritam diſtractionem, obli-
gationemvè diſcuſsis, manifeſtiſsimè
dignoſcitur, ac præſertìm ex Frideri-
ci Conſtitutione ſcire volumus, in cu-
26 ius fine hæc verba Imperator ſubne-
ctit, unde Iura noſtra Regalia minuan-
tur, aut ſubtrahantur, aut dãnum ali-
quod patiantur, probaruntque ſpecia-
tìm Afflict. in ead. Conſtit. ſcire volu-
mus nu.6. Franc. de Amicis in tit. de
bis qui feud. dar. poſſ. cap. natura rei
nu.1.pag.61. Montan.de regal.offic.nu.
25.verſ.& inferri poteſt in fin.
Neque donatione ab eodem Io:Maria in
ſui cõmodum celebrata dictus D.Di-
dacus ſe tueri valebit, quaſi, vel uti
non prohibita, abſque alia ſolemnita-
te ſuſtinenda ea ſit; vel ſaltìm in refu-
27 tationis ſpeciem pertranſiens, aſſen-
ſuque non indigens cap. 1. §. & ſi li-
bellum de alien.feud.pater cap.1.§.ſed
& res per quas fiat inveſtitura, & ibi-
dem Andreas in conſtit.conſtitutionem
diva memoria, Clarus in §.feudũ q. 31.
in fin. Borrell.in ſumm. deciſ. tit. 34.
nu.20.lib.1.Io:Vincent.de Ann.ſingul.
569.in princip. D.R.de Ponte conſ.12.
nu.2.lib.1. D.Io:Solorz. de Indiar.Iur.
tom.2.lib.2.cap.14.nu.48.D.Præſ.de
Franch.deciſ.71. nu.17.& deciſ.591.
nu.2.& deciſ.803.nu.4.D.R.Tappia
deciſ.S.C.47.nu.3. D.Reg.Capyc.latro
deciſ.33.nu.18.par.1. D.Reg.Sanfelic.
deciſ.372.nu.2.lib.3.largitionem met
ipſam Iuris roborari firmitate.
Nam apertiſſimè convincitur; omnem
28 ſcilicet donationem,non niſi Principis
accedente voluntate, prout cæteros
feudalium rerum contractus,poſſe ro-
bur capeſſere, ut probat, iudicatumq;
refert D.R.Reuert.deciſ. 532. ibique
D.R.de Marin.in obſeruat.nu.1. & 2.
poſt D.R.Loffred. Lanar. & Rouit. ſe-
quitur Io: Baptiſt. Thor. junctis Sacri
Conſilij aulis, agnatis etiam contradi-
centibus terminatum: id tradens in 3.
parte compẽdij deciſ.Regn.verb.diſpo-
ſitio rei feudalis. Sinè verò Principis
29 conſenſu, cunctarum inſtar conuen-
tionum, quæ de feudalibus ſine aſſen-
ſu ineuntur (ut de ſuper traditum eſt)
donationem pariter quamcunque fu-
tilem, atque irritam cenſendam eſse;
ut in ſpecie diſponitur in cap.1.§.dona-
re,qualiter olim pater feud.aliẽn. ibiq;
gloſſ. Andr. Aluar. & alij Card.Creſcent.
deciſ.unica ſub tit. de confirmat. utili,
vel inutili, Borrell.cit.tit.34.num.19.
30 Quemadmodum in regalibus (ultrà
in ſuperioribus firmata) expreſsè Rex
Rogerius ſanxit in cit.Conſtit.ſcire vo-
lumus ijs verbis Quod quicunque de
regalibus noſtris magnum, vel paruum
quid tenet, nullo modo, nullo ingenio
poſſit ad noſtra regalia pertinens, alie-
nare, DONARE, vel vendere, &c.
Quæ autem de refutatione obiecta ſunt,
reſpon-

Digitized by Google

31 reſpoſione, equidem non egerent; licet etenim cõtractus omnes inter feudatarium;ac proximè ſucceſſurum initi in reſutationem reſolvantur *cap. 1. §.& ſi libellum de alienat. feud. pater. d.cap. 1. §. ſed & res per quas fiat inueſtit. cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. Io: Vincent. de Ann. allegat. 97. nu. 5. & d. ſingular. 569. in fin. D. Conſ. de Anna filius conſ. 41. nu. 11. cum ſeq. Octavius Bambacar. in cap. beneficium, & vaſſall. nu. 114. ſi de feud. defunct. content. pag. 244. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 12. nu. 6. D. R. Sanfelic. deciſ. 100. nu. 29. & 31. lib. 1.*

Attamen adverſa hęc propoſitio in iſthac cauſa ſuamet labitur mole cum ea veriſsima quidẽ ſit; ſed de proximè dũtaxat ſucceſſuro, nõ autem de penitùs extraneo, prout D. Didacus omni Iure putandus eſt; cum à donante ſexto diſtet gradu; idq; confirmatione opus ſanè non habet, dum ijdem DD. qui reſutationem ſine Regis aſſenſu vali-
32 dam affirmarunt, id ij ſenſere, quotiès inter feudatarium, atque immediatè ſucceſſurum res tantummodò ageretur, ut penès eoſdem obſervare eſt, & comprobant *D. R. Reuert. deciſ. 155. n. 2. circ. fin. verſ. praeterea, Ann. in repet. cap. 1. nu. 161. & ſeq. di vaſſall. decrep. atat. D. Conſ. Marcian. conſ. 52. num. 2. tom. 2. Laraeb. in Teatr. feud. p. 8. dilucid. 79. nu. 4. com. 1. D. R. Galeot. contr. illuſtr. contr. 44. nu. 8. lib. 1. D. R. Merl. contr. forenſ. contr. 57. nu. 2. in princip. & n. 4. centur. 2. D. R. Capyc. latr. deciſ. 33. nu. 16. lib. 1. & conſult. 123. nu. 54. tom. 2.* ea præſertìm ratione quia ex reſutationis actu, nulla in extraneum intercendit alienatio, nec ullum Principi præjudicium paratur; & idcircò
33 præmatura quædam, ſivè anticipata nũcupatur ſucceſsio *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. cap. incipiente pluribus autem 17. limit. nu. 45. D. R. Loffred. conſ. 3. nu. 32. Io: Vincent. de Ann. in repet. cit. cap. 1. de vaſſall. decrep. atat. nu. 225. & ſeq. & 302. D. R. de Ponte cit. conſ. 12. in princip. lib. & de poteſt. proreg. tit. 6. de refut. §. 4. num. 4. D. Camill. de Medic. conſ. 49. nu. 6. D. Conſ. de Ann. conſ. 39. nu. 14. D. Conſ. de Georg. allegat. 17. nu. 45. & in repet. feudal. cap 48. num. 13. D. R. Conſ. Theodor. allegat. 4. n. 2. D. R. Rouit. conſ. 69. n. 7. & 8. lib. 2. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 12. nu. 5. D. R. de Marin. reſolut. Iur. cap. 23. n. 7. lib. 1. & cap. 189. n. 53. lib. 2. D. R. Capyc. Galeot. contr. illuſtr. cit. contr. 44. nu. 8. D. Reg. Merlin. d. contr. 57. nu. 2. D. R. Sanfelic. deciſ. 372. nu. 2. lib. 3.*

Cum is, qui in proximè ſucceſſurum re-
34 futat, nil aliud gerere, quam de medio ſe tollere dicatur *D. R. Loffred. loc. cit. D. Reg. de Ponte locis ſimiliter citatis, D. Conſ. de Anna cit. conſ. 39. n. 13. cum ſeq. Molfeſ. conſ. 33. num. 1. Giurba cit. gloſ. 12. nu. 5. D. R. Merlin. cit. cap. 57. n. 2. centur. 2. D. R. Capyc. latr. conſ. 79. nu. 17. lib. 2. D. R. de Marin. reſolut. Iur. cap. 23. ſub nu. 7. lib. 1. & in obſeruat. ad deciſ. D. R. Reuere. deciſ. 550. nu. 2. in princip. lib. 2. D. Conſ. Pratus diſcept. forenſ. cap. 44. nu. 53. lib. 1. & cap. 22. nu. 26. lib. 3.*

Nec propriè eſt alienatio ſi illi res detur,
35 qui ſine diſtractione ad eiuſdem rei ſuceeſsionem evocatur, ex *Iſernia, Tiraquell. Io: Vincent. de Ann. D. R. de Ponte,* alijſque *Giurba loc. cit. nu. 6.* cõferuntque à Domino *Regente de Marinis* tradita *reſolut. Iur. cit. cap. 23. nu. 6. & 7. lib. 1. & d. cap. 189. ſub nu. 52. lib. 2.*

Cæterum obumbrari hæc non poterunt, eò ſcilicet argumẽti genere, quod anno videlicet M.D.XXXIII. Carolus V. Cęſar conventioni fuerit aſſentitus, quà ſuam officij portionem Conſalvus liberis carens patruelibus fratribus diſtrahebat, eos inibi legitimos ſucceſſores nuncupans, qui tamen quarto ſibi gradu conjungebantur, eò præſertìm, quod tũc temporis gratia, (cuius ſupra meminimus) pro patruelibus non adhuc emanaverat; Nam præterquam quod nervosè id ex pluribus *D. R. Capyc. Galeot.* exolvit *cit. reſponſ. fiſcal. 12. à nu. 165. uſque ad nu. 70.* nos

ex

ex ſupra deductis contrà adverſarios id ipſum retorquemus; ſi enim vltrà tertium gradum exiſtentes patrueles legitimi Conſalvi ſucceſſores erant; cur Principem illi adierunt? Cur illius aſſenſum expoſtularunt? Cum ex feudiſticis inſtitutis ſine domini licentia in proximè ſucceſſurum alienatio foret ſibi permiſſa *cit. cap. 1. §. & ſi libellum de alienat.feud.pater. cap. 1. §. ſed res per quas fiat inveſtitura cum alÿs ſupra relatis num.27.* Concludere igitur fas erit, ut quia extra gradum exiſtenti, ſicque non immediatè, proximèque ſucceſſori diſtractio ſine aſſenſu fieri nequibat, Invictiſſimi idcircò domini conſenſum fratres de de Bernaudo humillimè eſtlagitarunt; ut ſi ſibi libuiſſet, ſciens Cęſar, proprioque motu, atque expreſsè ſupplicantibus poſſet Ius ſuum indulgere. Nam alioquin (ut feudalium exemplo monemur) ſi feudum devolutum fo-
36 ret, quamquàm ſciens dominus alienationi conſenſerit Iuri tamen ſuo minimè præjudicabit, ut egregiè ex *Andr.Afflict. & Camerar.* docuit *D. R. de Ponte conſil.3.nu.8.& 9.lib.1.*

PRÆTEREA integrè fiſci patroni munus implentes, dominos Conſenatores expetimus meminiſſe, ut ſi adverſus D.Didacum ſuperius firmata principia, hæſitationem forſan aliquam pati poſſent, quod nobis ipſis ſuadere profectò non valemus; ſacerdotalis, qua is præpollet dignitas eum omnimodò removeret, illiq; ſi fortè officia, quavis ex cauſa, rationevè quæri poſſent, ex inſita iſthac ſacerdotibus vetatione laicorum exercendi munera, illicò fiſco deceret addicere.

Enim verò neminem latet addictas Eccleſiæ perſonas profanis negotijs non immiſcendas, ac proindè ad laicorum munera aſſumi omni Iure vetitum dignoſci.

Ex ſacra veteris Teſtamenti primùm pa-
37 gina; namq; id Dominus Moyſi præcepit *Deutor.cap.18.* iis verbis *Nō habebunt ſacerdotes, & levitæ, & omnes qui de eadem tribu ſunt partem, & hæreditatem cum reliquo Iſrael, qui ſacrificia Domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud acceperint de poſſeſſione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum.* Quod exequutus fuit *Ioſue cap. 13.* ſic inquiens, *Tribui autem levi non dedit poſſeſſionē, ſed ſacrificia, & victimas Domini Dei Iſrael, ipſa eſt hæreditas eius, ſicut loquutus eſt illi, & cap.14. Nec acceperunt levitæ aliam in terra partem, niſi Vrbes ad habitādum, & ſuburbana earum ad alenda iumenta, & pecora ſua.*

Ex Euangelica, Apoſtolicaq; inſtitutio-
38 ne, ut *Lucæ cap.22.* ubi Dominus noſter Ieſus Chriſtus profano Magiſtratu Apoſto'is expreſsè videtur interdixiſſe, dum dixit, *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur, VOS AVTEM NON SIC,* & Matthæi *cap.20. ſcitis quia Principes gētium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos: nō ita erit INTER VOS,* & Marc.*cap.10. Scitis quia hi qui videntur principari gētibus dominantur eis, & Principes eorum poteſtatem habent ipſorum, non ita eſt autem IN VOBIS*; & clariùs ex Divi Pauli *epiſt. 2.ad Timot cap.2.in princip. Nemo militans Deo, implicet ſe negotÿs SÆCVLARIBVS: ut ei placeat, cui ſe probavit.*

Ex generalibus Concilijs, pręfato po-
39 tiſſimum *D.Paul.* admonitum, ut *in Concilio 1. Carthaginenſi c.6.* relato *in Can.pervenit 1.& Can.credo 2.21.q.3*

In eodem Carthaginēſi *Concil.3.cap.15.* ut *in Can.placuit 3. ead.cauſ. & quæſt.*

In Concil. *Calcedonenſi cap.3.* ubi eadem ferè verba Cōcilij Carthaginenſis leguntur, ut in *Can. pervenit fin. 86. diſtinc.*

Et eodem Concilio *Calcedonenſi cap. 7.* ut in *Can.eos qui 3.20.q.3.*

In Concil. *Aquiſgranenſ.cap.93.* in quo patres moti fuere ex Gelaſij 1. Summi Pontificis *epiſt.9.ad Epiſc.Lucaniæ cap. 17.* relata *in Can. conſequens 21. 88.diſt.*

In

In Concil. Tridentino, vt in ſeſſion. 22, de reformat. cap. 1.

Iure Canonico, vt in cap. 1. & ſeq. & pro-
40 priè cap. ſed nec 4. & tot. tit. ne clerici, vel monaci ſecularibus negotijs ſe immiſceant, & in rubric. & tot. tit. eod. in in 6. vltra Canones ſupra relatos.

Veterum maximè Patrum inſtitutis, &
41 primum Divi Cypriani in epiſtol. ad Præsbiteros, & Diaconos, & plebem furnitanorum, vt epiſt. lib. 1. epiſt. 9. ſivè 66. ex quà excerpti fuere celebres Canones Cyprian. 4. Mollitijs 5. Hi qui 6. & ſacerdotium 7. ead. cauſ. 21. q. 3.

Origenis ante eum lib. 9. epiſt. ad Roman. ſic inquientis, qui præeſt fratribus, aut Eccleſiæ, in ſollicitudine eſſe debet, non humanarum cauſarum, nec rerum ſecularium, ſed tali de quo Apoſtol. dicit concurſus ad me quotidianus, ſollicitudo omnium Eccleſiarum, & homilia 6. in Eſaiam, qui vocatur ad Epiſcopatum, non vocatur ad Principatum.

Beati Sulpitij Severi Bituricenſis Epiſcopi lib. 1. ſacr. hiſt. tom. 3. Bibliot. veter. patr. col. 176. lit. C. verſic. levitis, ibi Levitis enim in ſacerdotium aſſumptis, nulla portio data, quo liberiùs ſervirent Deo; Equidem hoc exemplum non tacitus præterierim, legendumq; miniſtris Eccleſiarum libenter ingeſſerim: Etenim præcepti huius, non ſolum immemores, ſed etiam ignari mihi videntur: tanta hoc tempore animas eorum habendi cupido, veluti tabes inceſsit: inhiant poſſeſſionibus, prædia excolunt, auro incubunt, emunt, venduntq;, quæſtui, per omnia ſtudent.

Hildeberti Turonenſ. Archiepiſcopi, mūdana negotia damnantis, quoniam ſacerdotum cōtemplationis lacrymarumque obſunt ſacrificio, ac pro Republica chriſtiana efficaces deturbant orationes epiſt. 37. col. 200. lit. C. & D. tom. 3. Biblioe. veter. patr. ibi non nullos noſtri maximè temporis indicat ſacerdotes, quibus occurſantium turba negotiorum, ſacrarium contemplationis accludit, contriti cordis extinguit holocauſtum, ſacrificium exiccat lacrymarum, & inferiùs, occurſant inimica ſpiritui meo negotia, quæ me ſibi totum vendicant, quæ ſecretum furantur orationum, quæ ſuis temporibus eccleſiaſtica defraudant officia.

Vt pijſsimè proindè inter cæteros Divos Patres, id quoq; edocent Paulin. epiſt. 2. ad Severin. Cyprian. cit. epiſt. 66. Auguſtin. ſermon. 19. de verb. Domini, & in quæſtionibus veteris, ac novi teſtamenti cap. 127. Chryſoſtom. ſermon. de milit. ſpiritual. Ambroſius lib. 2. de offic. c. 21. & lib. 3. de virgin. Hieronym. epiſtol. ad Nepotian. Gregor. homil. 17. in Evang. Philipp. Abbas lib. de dignit. cleric. cap. 14. Petrus Bleſenſis epiſt. 17. Theodor. ſermon. 9. Cathecheſi, & ſermon. 3. Petr. Cluniac. lib. 1. epiſtol. 20. ad Gſelbartum, quos cum alijs nominatìm ſequitur R. P. Ioſeph Gibal. in tract. de univerſ. human. negotiat. lib. 1. cap. 3. artic. 2. nu. 1.

Romanorum Iure ex Iulij Pauli reſpon-
42 ſo in l. non diſtinguemus 37. §. ſacerdotio, D. de recepe. arbitr. ijs verbis. Sacerdotio obveniente videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere: id enim non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgetur, CVIVS SACRIS VACARE SACERDOTES oportet, ex l. placet 17. C. de Epiſcop. & Cleric. placet Honorius, ac Theodoſius loqūtur, noſtra clementia, ut nihil commune Clerici cum publicis actionibus, vel ad Curiam pertinentibus, cuius corporis non ſunt annexi, habeant; & l. repetita 41. C. eod. tit. Abſurdum etenim Iuſtinianus Archelao ſcripſit, Clericis eſt, imo etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium, idemque repetijt eidem Archelao reſcribens in l. conſulta divalia 23. C. deteſtam. ibi Abſurdum eſt namque, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia, & alij creditum alius ſubtrahat: & præcipuè clericis, quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint diſceptationum forenſium eſſe, edixeratque vna cum Gratiano, ac Valentiano concesſoribus Theodoſius ipſe in

ſuo Codic. ſub tit. de decur. lib. 12. tit. 1. l. 104. Curiales inquiens, qui Eccleſÿs malunt ſervire, quam Curÿs, ſi volunt eſſe quod ſimulant, contemnant illa, quæ ſubtrahunt, nec enim eos aliter, niſi contemptis patrimonÿs liberamus, quippè, animos divina obſervare devinctos, non decet, patrimonium deſiderÿs occupari idem reſcripſit Valentian. 3. in ſua 12. novell. verb. iubemus.

Iure Hiſpanico l. 45. circ. finem tit. 6. par.
43 1. l. 4. tit. 4. p. 3. & l. 17. tit. 3. lib. 1. ordin. & l. 15. tit. 18. lib. 2. ordin. & l. 10. tit. 3. lib. 1. nova recopilat. & l. 3. tit. 4. lib. 1. eiuſdem nova recopilat.

Patrioq; demum Iure ex Conſtit. Clerici
44 ſub tit. vt Clerici, vel Iudic. non ſint Baiul. & conſtitut. inſtrumentorum robur circ. finem verſic. illo tenacitèr, & cap. vt cum nihil 159. iuxta ordinem Campag. & clariùs in pragm. 1. de Eccleſiaſtic. perſonis.

Quodque Iuriſperitorum fermè innume-
45 rabilium auctoritate confirmatur: non poſſe ſcilicet Clericos, ac Sacerdotes, quam maximè, profana officia, nec petere, nec ſuſcipere; quinimò nec ad ea à Principibus aſſumi, ut probarunt Io: de Platea in l. Colonos nulla in fin. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. Iur. concluſ. 381. lit. C. Bartholom. de Capua, & Io: Anton. de Nigris in cit. cap. ut cum nihil, Foller. in cit. conſtit. Clerici n. 2. & 3. Minadous in Conſtit. Regn. in aliquibus rubric. filiorum nu. 6. pag. 17. Vivius deciſ. 28. nu. 17. lib. 1. Io: Vincent. de Ann. ſic iudicatum referens ſingul. 460. D. Praſes de Franch. deciſ. 479. num. 3. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 3. §. 26. limit. 31. num. 76. & ſeq. Petr. Gregor. ſyntagm. Iur. Civil. lib. 47. cap. 10. Rev. D. Iacobus à Graffÿs in deciſ. aureis p. 2. lib. 3. cap. 1. num. 7. verſic. decima Iulius, Caſar. Imbrian. de Iudic. Regn. par. 1. nu. 34. D. R. Tapia in cit. conſtit. Cleric. ſub tit. de Epiſc. & Cler. n. 3. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap. 6. nu. 1. & 2. cum plurib. ſeq. & deciſ. 159. nu. 5. & 6. lib. 2. Caball. reſol. crimin. caſ. 64. lib. 1. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 8. tit. 27. deffin. 23. verſic. & ſi enim, & in alleg. st. nu. 7. Carolus de Graſſis de effect. cleric. effect. 13. à nu. 1. Borrell. in ſumm. deciſ. tit. 8. de cleric. & ſacerd. nu. 66. & 67. & tit. 11. de vit. & honeſt. cleric. nu. 28. lib. 1. D. R. Rovit. cit. deciſ. 72. nu. 67. & in pragm. unic. de eccleſiaſt. perſon. nu. 1. 2. & 3. ibique Novar. n. 1. & 2. Mager. de advoc. armat. cap. 7. nu. 295. & ſeq. R. Merlin. contr. forenſ. cap. 13. n. 29. cent. 1. Paulus Rubeus de validit. leg. cõtr. forenſ. cap. 47. nu. 100. D. Larr. alleg. fiſcal. 86. num. 4. lib. 2. Philipp. Knipſchildt de Iur. & privil. univerſ. lib. 2 cap. 8. nu. 149.

Duplici potiſſimum ratione, ne munda-
46 nis videlicet muneribus inſervientes ab altaris obſequio, cui ſe dicarunt diſtrahantur, ut apud pracitatos DD; ac ne in eventibus, quibus aut non rectè,
47 & fideliter, aut criminosè ſe geſſerint, laicorum iudicium declinãtes in Reipublicæ perniciem, punitionem effugiant poſt Clar. in §. fin. q. 36. n. 21. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 143. Covarr. practic. quaſt. cap. 33. n. 6. D. R. Tapia in conſtit. Regn. de ſacris ſub tit. de ſacroſanctis Eccleſÿs n. 6. lib. 1. pag. 17. ante eum Farinac. de inquiſit. q. 8. nu. 98. Theſaur. iunior. qq. forenſ. lib. 1. & 18. nu. 6. in fin. verſic. qua ratione Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. nu. 850. Borrell. de praſtant. Regis Cathol. cap. 71. nu. 44. Io: Vincent. de Anna, D. Praſ. de Franch. Maſtrill. Caball. loc. cit. probare etiã id quoque videtur D. Larrea cit. alleg. fiſcal. 86. nu. 4. & 26. lib. 2.

Quidquid ex Cõſuetudine apud Gallos
48 in clericalem ordinem recipi dixerint Aufrer. in Clement. 1. de offic. ordin. regul. 1. fallent. 17. Guilelm. de Benedict. in cap. raynutius de teſtament. in verb. & uxorem nomine Adelaſiam in 2. deciſ. nu. 155. Caſſan. in conſuetudin. Burgund. rubric. 1. §. 5. n. 71. verſ. dic quod prædicta regula: Nam quamvis eam
49 amplecti ſententiam poſſe, ex multis Borrellus dixerit, dũmodò quamplures præceſſerint circumſtantiæ de praſtant. Regis Catholic. cap. 71. n. 35. uſque

ad

ad 44. & in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. 7. de Cleric. & Sacerd. nu. 95. & ſeq. Rectiùs
50 eam cæteri improbarunt Itali *Clar. Decian. Caball. Farinac Theſaur. Inn. Surd. conſ. 396. nu. 33. lib. 3. Maſtrill. de magiſtr. cit. cap. 6. lib. 2. n. 11. & ſeq. D. R. Tapia loc. prox. cit. Borrell.* idem *de praſtant. Reg. Catholic. cap. 71. n. 44. circ. fin. verſ. unde ſatius*, reſpuitque pariter Sacrum noſtrum Conſilium penes *Io: Vincent. de Anna cit. ſingul. 460. & D. Praeſ. de Franch. cit. deciſ. 479.*

Et licet Hiſpani, ſivè ex concordia, quam
51 vocant *Comitis de Oſorno*, ſivè ex cõſuetudine, ſuper militares Equites Divi Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ pro delictis in officiorum adminiſtratione commiſſis, laicis Iudicibus iuriſdictionem tribui teſtentur *Caſtill. Bovadill. politic. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 232. & cap. 19. nu. 14. Villadieg. in ſua politic. cap. 5. §. 20. nu. 112. Hevia Volaño in Curia philippica par. 3. §. 1. nu. 13.* eam tamen adverſus militares hos ordines, quorum (ut *D. Conſil. Carleval. infra citandus* inquit) nec tam firma, nec tam indubitata, prout Clericorum eſt exẽptio, circa officiorum privationem, pecuniariamq; mulctam tantum iniungendam, non autem capitalem, ſivè corporalem pęnam infligendam ſuſtinendam eſſe profitentur, ijdem *Caſtill. Bovadill. Villadieg. & Hevia*, ac *Periera, Giurb. Salas*, & alij, quos ſequitur *D. Conſil. Carleval. de iudicijs lib. 1. tit. 1. diſput. 2. n. 453. tom. 1.*

Ad rem igitur noſtram redeuntes, adeo
52 à profanis negotijs clericos cohibendos aiunt, ut Tabellionis officio fungi eos non poſſe firmarint ex *cap. ſicut 8. ne Cleric. vel Monac. cap. officium, §. ad conſcribendos de haeretic. in 6.* ac poſt innumeros, quos nominatìm ſequntur *Maſtrill. cit. deciſ. 159. nu. 1. lib. 2. Mart. de iuriſdic. p. 4. caſ. 116. nu. 15. Carolus de Graſſis de effect. Cler. effect. 8. nu. 1. Ricc. collect. deciſ. 1613. & D. Epiſcop. Vngentinus, Barboſ. de Iur. Eccleſiaſt. allegat. 40. lib. 1. tit. 11. de vit. & honeſt. Cleric. nu. 91. D. Larr. cit. allegat. fiſcal. 86. nu. 5. lib. 2.*

Et ab his minoribus officijs, vſque ad ſu-
53 prema reipublicæ munia gradatìm noſtri procedentes, ex *tex. in cap. Clericis verſic. ne quis ſacerdos, ne clerici, vel monaci*, & *d. Can. eos qui ſemel 20. quaeſt. 3.* neque in Iuſtitiarios, vicecomites, neque in provinciarum Rectores, Regumque Locumtenentes, Vicarios, Proregeſque, Sacerdotes aſſumi poſſe tradiderunt ex *Can. ſępe Principes 23. q. 8. Abbas in cap. Clericis 4. notabil. nu. 5.* compatritius noſter ex vetuſtiſsimo Sãcti Severini Ordine *Petr. Foller. in Conſtit. Regni Clerici quoque nu. 11. Salzed. in practic. crimin. Can. cap. 61. n. 2. Lancellot. Conrad. in templ. Iudic. lib. 2. cap. 5. §. de ſollicitudine, & offic. Epiſc. nu. 37. verſ. clericum Corſet. de poteſt. regia p. 5. q. 89. ſub nu. 47. Pariſ. de confidenſ. beneſic. q. 9. nu. 37. Maſtrill. de magiſtr. to. 1. lib. 2. cap. 6. n. 38. Barboſ. de Iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cit. cap. 40. nu. 111. & 112.*

Et ne à noſtri ſermonis cardinibus recedere videamur, libeat id quoque aſſueta feudorum parilitate confirmare, ad quorum ſucceſsionem, cum Sacerdotes admitti non poſsint (Chriſti, etenim, milites laicorum principum commilitones nequeũt eſſe) ab officiorum pariter ſucceſsione eos repelli æquiſ-
54 ſimum ducimus exiſtimandum, in ſacris enim conſtitutos à feudorum ſucceſsione prorſus alienos cenſendos, tum Civilis, tum Canonici Iuris profeſſores ſcripſere, ex *cap. 1. An mutus, vel alias imperf. c. 1. de feud. fęmin. c. 1. §. qui clericus ſi de feud. defunct. cap. 1. de milit. vaſſall. qui arma bellica depoſuit, Andreas in d. §. qui clericus nu. 5. & de beneſic. fęmina nu. 3. & in d. cap. 1. de milit. vaſſall. qui arm. nu. 1. Bald. in d. §. clericus nu. 2.* innumeros congerunt *Ozaſc. deciſ. 27. nu. 4. Hartman Pyſtor. lib. 2. q. 33. n. 1. & ſeq. Roſenthal de feud. cap. 7. concluſ. 30. nu. 14. Borell. in ſumm. deciſ. lib. 1. tit. 34 de feud.*

n.215. Giurb.de ſucceſſ.feud.§.2.gloſſ.
4.nu.42.verſic.poſterior D.Larr.alleg.
fiſcal.86.nu.18. lib.2. nos autem no-
ſtratibus contenti erimus; Conſtitutio-
ni Errores eorum circ. finem potiſsimè
innixis, qui pluries id iudicatum refe-
runt, ac moribus receptum teſtantur
Afflict. nempè deciſ.265.n.37.& 38.
Pariſ.de Puteo de finib.feudor. cap.40.
nu.2.pag.328.Minad.in conſtit.in ali-
quibus verb. filiorum nu.5.18.& 19.
Thom de Marin.tit.de feud.ex pact.&
prouid antiq.nu.139.cum ſeq. pag.63.
Io.Vincent.de Ann.alleg.98.num.1.&
ſeq.Marta de ſucceſſ.legal.par.3.q.13.
artic.2.nu.11. Octavius Bambacar. in
tit ſi de feud. defunct. contentio ſit in
cap.qui clericus q.4.nu.74.pag.66.&
q.5.nu.105. verſ. quid dicendum pag.
72.Capyc.deciſ.32. nu.1. D.R Revert.
deciſ.92.n.2.in princip.lib.1. D.Praſ.
de Franch.deciſ.20. D.R.de Ponte dec.
4.nu.1.& ſeq. & in lectur.feudal.10.
n.33.D.Praſ.Vrſin.de ſucceſſ.feud.p.1.
q.9.artic.1.concluſ.1.nu.1.cum ſeq.

Idque locum ſibi vindicare, etiamſi de
55 ampliſsimis Sanctæ Romanæ Eccleſię
Cardinalibus ageretur, comprobant
præ aliis Minad. Hartman. Piſtor. &
Bambacar.loc.cit.

Quinimò adeò verum hoc eſſe DD. in-
56 quiunt, vt ſi quis Comitatus, vel Du-
catus infulis præfulgens in ſacris con-
ſtituatur, ſivè Monachus efficiatur,
ſtatìm Comes, ſivè Dux deſinit eſſe
cap.præſens 20.q.3. ibi quondam vide-
licet Comite, nunc autem clerico, ibique
gloſſ.in verb.Comite, & in Can.ſcripſit
27.q.2.§.ſed neque Curialem verſ. &
generaliter ſancimus Arg.de ſācti ſſim.
57 Epiſc. quo text. ductus hæc Bartolus
ibidem nu.3. protulit verba eſt argu-
mentum, quod eo ipſo, quod quis effici-
tur Clericus deſinit eſſe Comes, vel Im-
perator, ſequitur Molin.de primog.cap.
3.n.96.verſ.per quem, ex aliis Maſtrill.
de magiſtrat.cit.lib.2.cap.6. num.22.
58 Orbis Principes commonefaciens,
prout piè ſuaſit Marta in tract. de
iuriſdict.par.4.cent.2.caſ.127.nu.7.
ut nullo pacto ad profana munera re-
ligioſas perſonas aſſumant cit. cap. 6.
lib.2. nu.16.& ſeq. quod efficiùs ex-
preſsit Borrell.de praſtant.Reg.Cathol.
cit cap.71.n.44.verſ.ſed melius, quod
apud nos non monitum modò, ſed &
Regiis quoque ſanctionibus enixè in-
terdictum fuit, ut in cit.cap. ut cum
nihil 159.& in cit.prag.unic.ſub tit.
59 de eccleſiaſtic. perſon. idque piiſsimè
ſtatutum amplificavit D.R.Conſil.Car-
leual.de Iudic.tom.1.lib.1.diſput.2.cit.
nu.453.circ.fin.verſ.qua ratione.

Hæc autem ſic firmata, vìm pati planè
60 non poterunt, ex vulgari ea, ſępiuſq;
obiecta propoſitione; vt ex ſubſtituen-
di, videlicet, facultate iiſdem officiorũ
ſucceſſoribus tributa, Clerici, Sacer-
doteſvè ad illorũ ſucceſsionem, poſ-
ſeſsionemque valeant aſpirare: quip-
pè quod ſacerdotii impeditio, ex ſub-
ſtituti vice valeat impleri, ex Montani
doctrina de regul. offic. nu.76. quam
adamuſsim expendere non curamus,
cum quia facto omnimodò non cohe-
ret, tum etiam quia ſat ei ſatisfeciſſe
putamus D. R. Galeota cit. reſp. fiſcal.
12.à nu.141.verſic.nec obſtat, uſque ad
num.254.

Iis tamen hæc utiliter ſuperaddenda pu-
61 tamus, primum in feudis (quorum
Conſtitutionibus huiuſcemodi rega-
lia moderantur) ab hoc confugio, ut
facultas nempè per ſubſtitutum inſer-
viendi ad feudorum ſucceſsionem
Clericos habiles efficiat, noſtros ab-
horruiſſe Iſern. Affl. Alvarot. Io:Blanc.
Curt. Iunior, Zaſ. Sanſebec. Hancton.
Myſinger. Borcolt. alioſque penès Py-
ſtor.cit q.33.nu.3.lib.2.& Bambacar.
ad tit.ſi de feud.defunct.content.ſit cit.
cap.quia clericus nu.105.& 106.

Rurſus ſcitiſsimos Senatores hanc ean-
dem propoſitionem, manifeſtè in hac
cauſa reieciſſe, in proprietatis etiam
Iudicio eam improbandam exiſtiman-
tes, ut penès D. R. Rovit. cit.deciſ.72.
nu.68. et ſeq. et nu.72.

Vlteriùs Clericos, maximeque Sacerdo-
62 tes, feudatariorum inſtar ad officiorũ
ſuc-

ſucceſsionem admitti non debere, nõ
ſolùm in ſpecie tradidiſſe prçclariſsi-
mos illos Conſultos *Menad. in cit. Cõ-
ſtit. in aliquibus verb. filiorum, verſic.
& idem dico in officijs, Camill. de Medic.
Frideric. Longum & Io: Felic. Scalalcon.*
ut refert *D. R. Galeot. cit. reſponſ. n. 223.
& 236.* ſed noviſsimè veritatem tan-
tummodò (ut dicebamus) adaman-
tem recentioribus, ſolidiſq; argumen-
tis amplexum fuiſſe *Ioſuè Amicangel.
de regal. offic. q. 13 per tot.* cuius ſpecia-
li auctoritate Dominorum Iuſdicen-
tium animos in præſentiarum, & mu-
niri, magiſque confirmari non vere-
mur.

Ac tandem Religionis eſſe beneficium,
63 ut Modeſtin. reſpondit in *l. aut benefi-
cium 18. D. de procurat.* Clericos, ac
Sacerdotes potiſsimum dignitate inſi-
gnitos, minimè ad irreligioſa miniſte-
ria evocare. Et eruditè comprobat
*D. Larrea cit. allegat. 186. nu. 9. 10. &
11. lib. 2.*

Terrenis his igitur munijs, iuſtiſsimo fi-
ſci compendio relictis, ſuprema gau-
deat, quam è Deo optimo maximo ſor-
64 titus eſt D. Didacus dignitate, qua
Sacerdos Regibus comparatur, ut ex
Divi Petri epiſt. 1. cap. 2. colligitur, ibi
*vos enim genus electum regale ſacerdo-
tium;* quæ verba noviſsimè expẽdens
*Laurent. Beyerlinck. verb. Sacerdos tom.
7. colum. 6. lib. 6.* ſic inquit, *Vos deniq;
quia regali eminetis ſacerdotio, coro-
nam, quod Regni inſigne eſt in vertice
geſtatis.* Et quoniam cæteros, tãquam
vectigales, ac tributarios lex Divina
Sacerdotibus effecit, ut Exod. & Levit.
id idem confirmarunt *Sanctus Cyrill.
Alex. lib. 3. de Sacerd. & philo lib. de
Sacerd. honor.* his egregijs verbis, *ex
his rebus liquet iuxta legis iudicium
ſacerdotes equiparari, honore, ac ma-
ieſtate Regibus, ſiquidem, illis tan-
quam principibus conferri tributa im-
perat.*

Ideoque penès Gentiles quoq; veræ fidei
65 lumine orbos, ſoli Regi, ac Sacerdoti
uſum purpuræ conceſſum *Ælianus* ait
lib. 14. hiſtor. cap. 34. ac apud Ægy-
66 ptios, ut *Plato* apud eoſdem didicit
lib. 16. de Regno, non modo ſapientia,
ac religione Reges, ut regnarent Sa-
cerdotibus prç eminere, ſed & revera
Sacerdotes inſimul, & Reges eſse
oportebat, probatque eius teſtimonio
Divus Ambroſius ſermon. 18. pſal. 118.
ſubdens non licuiſſe ibidem Regibus
abſque ſacerdotio imperare, quinimò,
ſi ex alio genere quiſpiam Regnum
uſurparet, ſacris tamen initiari coge-
batur, ut ſimul Rex eſſet, & ſacerdos,
ex maiorum Conſuetudine teſtatur
*Cęlius Rhodigin. lection. antiq. lib. 5.
cap. 1. verſic. certè maiorum* ex noſtris
*Anneus Robert. rer. Iudicat. lib. 3. cap. 1.
pag. 346. verſic. Ægyptij dignitatem*, ac
*Anaſtaſ. Germon. de ſacr. immunit. lib.
1. cap. 10. nu. 6. verſic. apud Ægyptios*,
ſicuti Lacedemones omnes Reges ge-
neratìm Sacerdotes etiam fuiſſe *Xeno-
phon.* teſtatur; Idque apud Hębreos
quoque receptum ex *Trogo* refert Iu-
ſtinus *hiſtor. lib. 36.* vnde *Tacit.* aſſue-
tæ imperãtium rationi ſtudens, aiebat,
*Iudeis, Sacerdotis honos, firmamentum
potentia erat.* Idemq; primum Roma-
norum Reges, ac poſtmodum Impera-
tores obſervaſſe aſſerit *Iſidor. lib. 7.
etymolog. cap. 12.* & Numæ Pompilij
exemplo commemorant *Dionyſ. Hali-
carn. lib. 2. & Annaus Robert. cit. lib. 3.
rerum iudicat. cap. 1. in princip.* de
Auguſto pariter meminit, qui Impe-
rio Pontificatum maximum adiecit
loc. cit. verſ. Auguſtus, ac *Virgil.* cęci-
nerat.

*Rex animo Rex idem hominum, phabiq;
ſacerdos.*

Adeo ut Regnum ſacerdotis appen-
dicem olim fuiſſe dixerit *R. P. Io: Euſe-
bius Nieremberg. in tractat. theopolit.
par. 2. lib. 1. cap. 10. ſub verſ. deinde pie-
tatis.*

Regibuſque ſacerdos itidem prçcellit, ut
67 *Numer. cap. 27. circ. finem* ubi cũ Do-
minus toti populo Ioſue Ducem præ-
ficere vellet, ut Eleazarium Sacerdo-
tem ſuperior agnoſceret, Moiſi demã-
davit

davit hiſce verbis *Tolle Ioſua filium Nun virum, in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuā ſuper eum. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote*; & infra *pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum*: ſubiecit ergo principem ſacerdoti.

Vnde *Divus Chryſoſtomus*, qui libros ſex de ſacerdotis edidit dignitate *homilia 5. in cap. Iſaia*, ut ſacerdotium ipſo Regno maius, ac venerabilius oſtenderet, hæc inquit, *Nam ſi vis videre, quantum abſit Rex à ſacerdote, expende modum poteſtatis utrique tradita, videbis ſacerdotem multò ſublimius Rege ſedentem; quamquam enim nobis admirandus videatur tronus Regius ob gemmas affixas, & aurum, quo einctus eſt; tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitur, verum ſacerdoti tronus in cælis collocatus eſt, & de cæleſtibus negotijs pronūciandi habet auctoritatem*.

Et *homil. 3. ad populum Antiochenum*, hāc inter Regem, ac ſacerdotem parilitatem ſequutus, ad ſacerdotij dignitatem converſus, ait, *quamobrem Rex hic dicendus eſt, & multo illo honoratior, nam ſi de bonis cęleſtibus agatur Rex ad ſacerdotem, non ſacerdos ad Regem cōfugere ſolet*.

Hinc in Ethiopiæ, ſivè Abyſsinorū Regno, ut *Strabo* refert *lib. 17. geogr.* ſummum ſacerdoti Imperium ineſt, adeo ut penes illum ius ſit Regno Regem exuendi, & quem dignum exiſtimet ipſi præficiendum, & apud Salvios, atque Vtopienſes inſulanos id quoque vigere ex *Helmod.* ac *Thoma Moro* tradidit *Anaſtaſ. Germon. de ſacr. immun. lib. 1. cap. 11. nu. 1.* cætera congerunt eruditè *Divi Ambroſ. in lib. de dignit. ſacerdot. cap. 1. Nazianzen. in oration. ad popul. timore per culſum, Chryſoſt. hom. 4. cit. cap. 6. Iſaia, Theodor. lib. 5. hiſtor. cap. 17. Stephan. Durant. de reb. Eccleſia lib. 2. cap. 5. n. 2. & ſeq. Anaſtaſ. Germon. de ſacr. immun. lib. 1. cit. cap. 10. cum plur. ſeq.*

Angelis quoque æquiparatur, ut apud
68 *Malachiam cap. 1. & Apocalipſ. cap. 1. & ſeq. Sanct. Bonifac. Martyr. Archiep. Moguntin. epiſt. 72. lit. B. verſic. ergo dum quiſque in Bibliothec. vet. patr. pag. 81. col. 1. tom. 16. Beatus Albert. Magn. in eſplicat. prolog. Divi Hieronymi ad Malachiam prophet. verſic. unde pag. 252. tom. 8.*
69 Deique filius nuncupatur, ut *pſal. 28.* ibi *afferte Domine filij Dei, afferte Domino filios arietum*, ibique eloquentia magnus ille *Baſilius*.

Quinimmò ijſdem Angelis præeſt, &
70 Chriſto ipſimet Domino aſsimilatur, ut *Beatus Auguſt.* mirabiliter expreſsit in *comment. ſuper pſalm.* his diſsertis verbis *O venerabilis sāctitudo manuū, ò felix exercitium, ò verè mundi gaudium, Chriſtus tractat Chriſtum, ideſt ſacerdos Dei filium, cuius ſunt delitia eſſe cum filijs hominum: & quod datum non eſt Angelis, conceſſū eſt homini. Sacerdos enim hoc ineffabile conficit myniſterium, & Angeli conficienti ſibi, quaſi famuli aſſiſtunt: ſuper hoc tam inſigni privilegio, ſtupet Cælum, miratur terra, veretur homo, horret infernus, contremiſcit diabolus, & veneratur quamplurimū Angelica celſitudo*, & ut cum *R. P. Euſebio Nieremberg. de adorat. in ſpirit. & verit. cap. 10. in fin.* claudere hanc rem poſsimus *Hinc collige, quantum poteſtatis dignitas in ſacerdote excedat Angelicam*.

Quod ſi ineffabili ſacerdotij dignitati legales ſuperiùs laudatas iungamus interdictiones, ex hac ſolummodò parte (ut deſuper annuimus) quando cætera ſuperiùs diſſerta deeſſent à ſimili, profanæ rei exercitio, D. Didacum rectiſsimè cohiberent. Kalendis Maij M.DC.LX.

Iurium ceſsio ſæpiſsimè nobis à D. Didaco, alacri oblata animo, quam noviſſimè fiſcus prudenter comprobavit, innixus precipuè ad ea,

quæ

quæ in ſubſequentibus diſſertationibus 37. & 38. tradita fuere, præsẽtis diſceptationis abſtulit,aut peperit finem,vt in fin.diſſertationis XL.

S V M M Æ.

1 *Prudentia, agendarum rerum recta eſt ratio.*
2 ... *ex præteritorũ notione, futuris prouidet.*
3 ... *prauia diſpoſitionis cautione.*
4 *Fideicommiſſorum hujus cauſa verba enarrantur.*
5 *Veritas baſis eſt Iuſtitiæ.*
6 ... *diſtinguens eam aſſequitur.*
7 ... *eamque Fiſci patronus debet agnoſcere.*
8 ... *proùt cæteri, qui alieno agunt nomine.*
9 *Fideicõmiſſa in contractibus fieri poſſe, qui negarint.*
10 ... *qui verè, & rectiùs affirmarint.*
11 ... *& de communi.*
12 ... *receptiſſimumq; in Regno inquiunt, Aragoniæ.*
13 ... *in donationum præcipuè contractibus.*
14 ... *ac pro familijs, formatis donationibus.*
15 ... *Hiſpaniarumque in maioratibus.*
16 *Collectiua verba quænam ſint.*
17 ... *ſucceſſiuum pariunt fideicõmiſſum.*
18 *Verba tractum ſucceſſiuum deſignãtia, fideicommiſſum inducunt.*
19 ... *veluti de hærede, in hæredem.*
20 ... *de deſcendente, in deſcendentem.*
21 ... *de vno, in alium.*
22 ... *de antiquiore, in antiquiorem.*
23 ... *de maiori ad maiorem.*
24 *Alienãdi nuda prohibitio inefficax reputatur.*
25 *Verba de hærede in hæredem, idem ſonant, ac de deſcendente in deſcendentem.*
26 *Alienandi prohibitio verbis ſucceſſiui tractus adiuncta, fideicommiſſum importat.*
27 ... *ſi præſertim actum nullum quoque dixerit Teſtator.*
28 ... *ſiue ipſo facto, ipſouè Iure, quæ eadem inter ſe dicuntur eſſe.*
29 ... *ac maximè, ſi conſeruationis bonorum in familia cauſam adiecerit.*
30 ... *quæ tamen in maioratibus, quamuis non expreſſa, ac ſi appoſita cenſetur.*
31 *Dictio ſemper omne includit tempus, ac pro omni tempore, ſiue omni caſu accipitur.*
32 ... *perpetuitatem denotat.*
33 ... *proùt dictio perpetuò, ſiue in perpetuum, omnem temporis excludit præfinitionem.*
34 ... *abſolutum, ac perpetuum, proùt præfatæ ſimiles dictiones, refert fideicommiſſum.*
35 ... *ea vtentes ad fideicommiſſi perpetuitatem, neceſſarias ſubſtitutiones cenſentur adhibuiſſe.*
36 *Maſculorum vocatio fideicommiſſum inducit.*
37 ... *collectiuis, potiſſimum verbis adiuncta, ac tractum habentibus ſucceſſiuum.*
38 *Verbum deſcendentes, eſt plurium graduum, perſonarumque collectiuum.*
39 ... *omnes, & infinitum, comprehendit ſucceſſores.*
40 ... *non natos etiam, nec conceptos.*
41 ... *tractum ſucceſſiuum dicitur habere.*
42 ... *quod nonnulli ad primum tantum gradũ retulere: ſi ſingulari numero facta fuerit vocatio, ſed contra nu 45.*
43 *Indefinita loquutio plurali æquipollet.*
44 *Numerus ſingularis, quandoque continet pluralem.*
46 L. ſi pluribus 45. D. de legat. 2. *expenditur.*
47 *Proùt* l. ſi plures 116. D. de legat. 3.
48 *Prohibitio alienandi, ad rem directa dicitur realis.*
49 ... *de per ſe ſtans, principaliter fideicom-*

commiſſum importat.

50 ... *inter vocatos permiſſa, in extraneos continet vetationem.*

52 ... *ipſius permiſſionis verba quid referant.*

52 ... *rei præclara qualitas eam ſolidat.*

53 ... *nominatim indicta, perſonalis exiſtimatur.*

54 ... *idque verba dicti, & prædicti, hiſque ſimilia deſignant.*

55 ... *ſicuti verba, idem ipſi.*

56 ... *nil refert, an præceſſerit, an ſequatur diſpoſitionem, iuxtà quam ſemper eſt regulanda.*

57 ... *ea etenim ob fideicommiſſum, non idpropter eam dicitur conſtitutum.*

58 ... *nec clauſulis perpetuitatem inducentibus, vt aiunt, euerti queit.*

59 ... *qui verò contrarium cenſuerit.*

60 ... *eiuſdem ſalebroſa eſt tractatio.*

61 ... *illius diſtinctio, ſi acceſſoriè, aut principaliter ſit compoſita, comprobatur.*

62 ... *qum ſit principaliter fideicommiſſum refert.*

63 ... *in dubio ſaltim creditur realis.*

64 *Voluntas teſtatoris, cuncta efficit in teſtamentis.*

65 ... *indagatur ex iis etiam, quæ extra illa teſtator expreſſerit.*

66 ... *vt erraſſe potius, quam ea mutaſſe dicatur.*

67 ... *atque ex acto etiam nullo eliciatur.*

68 ... *& præſertim in diſpoſitis in præcedentibus fortaſſe tabulis.*

69 *Fideicommiſſa perpetua oſtendunt; ad plures nempè ſubſtitutionum gradus progreſſiones.*

70 ... *maſculorum vocatio.*

71 ... *deſcendentium ſubſtitutio.*

72 ... *verba vnus moriatur in brachio alterius, hiſque ſimilia.*

73 ... *dictiones, ſemper, perpetuò, atque conſimiles.*

74 *Maſculorum qualitatem ſi teſtator exoptat, in cunctis teſtamenti partibus regulariter debet exprimere.*

75 *Fœminæ filiorum appellatione regulariter continentur.*

76 ... *prout ſub deſcendentium vocabulo, & nu. 82.*

77 ... *conditionem, ſi ſine filiis, faciunt deficere.*

78 ... *præſertim neptes, quamuis teſtatoris propriæ filiæ reperirentur excluſa.*

79 *Maſculorum qualitas, ex teſtatoris voluntate, præſumitur repetita.*

80 *Filiæ, filiorum ſub nomine impropriè comprehenduntur.*

81 ... *ſi præcipuè contraria teſtatoris voluntas appareat.*

83 ... *vt in ea ſpecie, nec deſcendentium ſub nomine contineantur.*

84 ... *ſicuti, & in feudis.*

85 *Coniectura ad vltimas eliciendas voluntates, legitimæ, ac euidentes putantur probationes.*

86 *Primogenium in officiis viget.*

87 ... *coniecturis eruitur.*

88 ... *ex rei potiſſimum qualitate.*

89 ... *fideicommiſſi eximiam inducit coniecturam.*

90 ... *perpetuitatem in deſcendentium commodum importat.*

91 ... *idem cum fideicommiſſo cenſetur.*

92 ... *pro maioratu ſæpiſſimè accipitur.*

93 ... *cum maioratus Inſtitutores, primogenitos præſumantur vocaſſe.*

94 ... *Hiſpaniarum præſertim conſuetudine.*

95 ... *Regionis præcipuè moribus regulatur.*

96 ... *ſecuriùs ex verbis tractum ſucceſſiuum deſignantibus, fideicommiſſum refert.*

97 ... *inſtituitur, vt familiarum decus, ac memoria perpetuò conſeruentur.*

98 ... *ac bona, nobilitatis fundamentum.*

99 ... *cum agnationis fauore inductum exiſtimetur.*

1000 *Agnationē ſeruare publicè intereſt.*

101 ... *Principibus cordi eſt.*

102 *Primigenii inſtitutio, fideicōmiſſum familiæ fauore arguit inductum.*

103 *Maioratus, inſtituentis conſeruandi bona in familia, indicat voluntatem.*

104 . . . Gratiani ad hoc expenſa doctrina diſcept.forenſ.cap.271.nu.11. lib.2.

105 . . . *ad familiæ, generiſque honorem dicitur conſtitutus.*

106 *Fœmina,propriæ familia ſunt finit.*

107 . . . *eamque nequeunt conſeruare.*

108 . . . *ut de ijs in familiaribus fideicommiſſis,nūquam præſumatur teſtatoret intellexiſſe.*

109 . . . *illarum etenim ſucceſsio agnationis opponitur conſeruationi.*

110 . . . *in ſucceſſionibus primogenijs, inter deſcendentes non recenſentur.*

111 . . . *proùt à fideicōmiſſis pariter agnatijs excluduntur.*

112 *Primigenium, Diuino fuit Iure indictum.*

113 *Fœminis,legatis dotibus excluſis,maiori ratione, & neptes cenſentur remota.*

114 . . . *ex earum excluſione, marium præſumitur vocatio,ſiuè admiſſa ſucceſsio.*

115 . . . *cum diſcretè præſertim de eis, ac maſculis, Teſtator loquutus fuerit.*

116 . . . *tunc etenim familia dicitur fauore inductus.*

117 . . . *nec alia videtur ratio adduci poſſe.*

118 . . . *ideoque pro maſculis firmatur cōiectura.*

119 . . . *Romanaque Rota ad id,verba expenduntur.*

120 *Maſculorum vocatio, fideicômmiſſum deſignat.*

121 . . . *ab eis familia nomen decuſque cōſeruatur.*

122 . . . *atque iſthac ratio, & ſi non exprimatur, habetur, ac ſi foret expreſſa.*

123 *Ratio,fideicommiſſa extendit,& comprimit.*

124 *Verba geminata, maiorem oſtendunt efficaciam.*

125 *Maſculorum repetita vocatio, fideicommiſſum demonſtrat agnatitium.*

126 . . . *idque peculiaribus doctrinis illuſtratur.*

127 . . . *qualitas metipſa vocationis maſculorum,arguit repetitionem.*

128 . . . *proùt ſi ſub vnica oratione, maſculi, & deſcendentes vocentur.*

129 . . . *ex vi præſertìm copula,*&c.

130 . . . *non alia ratione repetita,eadem cenſetur vocatio, quam agnationis ſeruanda gratia.*

131 *Fœminarum in aliqua teſtamēti parte facta vocatio,agnatitio,ſecundum non nullos,videtur fideicommiſſo officere.*

132 . . . *ſed inſignis* D.Chriſtoph.Creſp. de Valdaur.*in contrariū adducitur doctrina.*

133 . . . *ex dictionibus,ſemper, cæteriſq; perpetuitatem denotantibus, confirmatur.*

134 . . . *& tali pacto compreſſa vocatio, magis agnationi oſtenditur fauere, quam obeſſe.*

135 *Maſculi vocati, adiecta clauſula, vt ſemper præferantur fœminis etiam proximioribus, atque alterius lineæ anteponuntur.*

136 *Maſculorum perpetua vocatio, ex peculiari clauſula, in hac cauſa oſtenditur manifeſta.*

137 *Voluntas teſtatoris dicitur in diſpoſitionibus Regina.*

138 . . . *eiuſdem coniectura, vt lex ſeruanda.*

139 . . . *ac in fideicōmiſſis,omnimodò ſpectanda.*

140 . . . *& ſi verbis minus ſcriptum ſit.*

141 . . . *eique ſemper non verbis inhærendum.*

142 *à verbis Ius propriè non pendet.*

143 . . . *illorum inanis reſpuitur obſeruatio.*

144 . . . *non receditur, quoties videntur aperta.*

145 . . . *nec in eo euentu, voluntatis admittitur quæſtio.*

146 . . . *Voluntatis interpres præcipuus, eſt ſermo.*

147 *Coniecturis non egemus in Claris.*

148 *Clauſula,donec maſculi extant,agnationis oſtendit contemplationem.*

149 *expenditur* Conſil. D. Reg. Rouit. 57.

150 ... ac D.Conſil.Hodiern.contr.11. & D.Capyc.Latr.deciſ.128.par.2.

151 *Nobiles in fideicommiſſis, agnationi cenſentur proſpicere.*

152 *Res egregia in fideicommiſſo contenta, agnationi conſultum demonſtrat.*

153 ... *præſertim, ſi ſpecialem familiæ ſplendorem referat*

154 *Coniectura plures ſimul congeſta, euidentiùs, quàm ſingula fideicommiſſa deſignant.*

ARGVMENTVM.

Fideicõmiſſa in contractibus donationum prę ſertim,ac maioratuũ formantur firmiſsimè, ac collectiuis ex verbis, cæteriſque tractum ſucceſſiuum deſignantibus inducuntur. Ex alienandi itidem vetatione,nõ nuda tamen,ſed particulis,acceptiſq; cauſis induta. Ex deſcendentium vocatione, maſculorum præcipuè qualitate adiecta. Ex ante,ſiue extra poſtrema elogia factitatis; Ad plures ſubſtitutionum gradus ex progreſſione; Ac ex dictionibus perpetuitatem potiſſimum exponẽtibus. Filiæ,quæ multoties filiorum,deſcendẽtiumq; ſub nomine comprehendũtur, ab familiarum,ſeù agnationum fideicommiſsis,à remotiori etiam maſculo, alteriuſque lineę penitùs arcentur;quæque agnatitia fideicõmiſſa ſignanter eliciuntur, ex primogenij nimirùm,ſeù maioratus prę familiarum ſplendore potẽtiſſima Iuſtitutione. Ex fęminarum,legatis dotibus excluſione, diſcreta præcipuè oratione cõſtituta. Ex maſculorũ vocatione, quę non niſi ad Agnationis perennitatem cenſetur inſtructa, ſi ſæpius peculiariter fuerit repetita, aut efficacibus dictionibus eandem perpetuitatem indicantibus compoſita; Aut fortiſsimis munita clauſulis; vt mares nẽpè ſemper fœminis præferantur; Vel ſi maſculorum, non autem fœminarum ſucceſsionem eſſe, niſi in eorundem maſculorũ defectu, Teſtator forſan edixerit: ſi præclaræ progeniei maximè is eſſet, & de inſigni Re pertractaretur. In contrarium inductis adamuſsim expunctis, ac multiplicibus coniecturis expenſis, ex quibus conſeruatio familię,(cui publicus ineſt fauor) ac Teſtatoris voluntas, quę ſemper ſpectanda eſt, excerperetur.

PRO

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa.

Cum Creditoribus, litiſq; Conſortibus de Bernaudo.

Diſſertatio XXXVII.

1 CVm prudentiæ, quà cęteræ fermè illuſtrantur virtutes, quæque agendarum rerum recta eſt ratio *D.Thom. 2.2.q.47.artic.6. ſub n.2.* præcipuũ 2 ſit, præterita noſſe, vt multo ante valeat prouidere futuris *Macrob.Saturn. lib.1.cap.7.* & cauere etiam, quæ non putãtur emergere, vt lepidiſſimus *Caſſiodor*.monuit *var.lib.3.epiſt.48.circ.* 3 *med. nihil etenim gratius eſt*, vt idem ipſe initio *cit.epiſt*.inquiebat, *Quam humanis rebus CAVTELAM sẽper adhibere: quæ aut ſit neceſſaria, aut non grauat eſse ſuperfluam*: Incongruens profectò minimè opinamur habendũ, ſi de fideicommiſſis hiſce, de quibus tàm acriter in hac cauſa, inter D.Didacum de Bernaudo, (vt annuimus) ac creditores certatum eſt, non pauca, & nos quoq; (cautiùs fiſci Iura tuentes) in medium afferamus. Licet nãque ex ſuperiùs iactis principijs, quæcumque fideicommiſſa, vti Regis orbata permiſſu, illius non obeſſent Ærario: vt indè fortaſſis obſeruemus Deceſſores DD.fiſci patronos de ijs in eorum elucubrationibus, nec vllam quidem memoriam feciſſe; Attamen, nè in huius cauſæ controuerſia, toto nunc ferè Iuriſprudentiæ in Orbe celeberrima, aliquid in poſterũ deeſſe videatur, quod non fuerit adamuſsim excuſſum; ac vt *Caſſiodori*, ſupra expoſito præcepto pareamus: vt omnì ſcilicet ex parte rem præuidentes, tutiùs Principis tractemus iuſtitiam; non modo proindè fideicommiſſorum vim, atque efficaciam curabimus attingere; ſed penitiùs ad examẽ reuocare; D.Didaci Iuribus in ijſdem adhæreſcentes. Siquidem quam nũc aſſumimus prouinciã, nè dum fiſco vtiliſſimam, ſed ducimus perneceſſariam; aſſueto, quò nos vti cõſueſcimus dilemmate (fortiſſimo, vt alias affirmabamus argumenti genere) Aut enim ſuper officijs, de quibus agitur, tanquam in feudum conceſſis, ſiuè ſub Regalium ſtrictiori ordine compræhenſis, fideicommiſſa ſine Regis aſſenſu, nulla cenſentur, & irrita (prout compertiſsimum putamus eſſe) & res equidem extrà ambiguitatem omnem cernetur conſtituta: Aut id aliquam pati poſſet dubietatẽ; & ſecurius, laudabiliuſque nouiſsimum hoc noſtrum erit conſilium, ex hoſtium etiam armis potentiſsimo Regi indubiam quoque victoriam conſecrare. Si fideicommiſsa etenim à D. Didaco obiecta vigere demonſtrabimus, fiſco pariter patrocinium præbebimus; ſiquidem eidem D. Didaco partis officijs, vel ob digniſsimam Sacerdotij impeditionem, (de qua ſuperius latè diſſeruimus) ſtatim Regiæ addicentur Curiæ vel (quod nequaquam credimus euenturum) ſi eius durante vita illorum ipſi emolumenta tribuantur, eorumdem ſanè compendium, poſt non longiſsimos dies, ob decrepitam ipſius D. Didaci ſenectam, Regio quoque aperietur Ærario.

Et demum quoniam iſthanc animi noſtri propenſionem, ac tutamen dignè quidem D.Didacus, Regio ſtudens commodo curauit emerere; cum & voce, & ſcripto pluries, etiam coram Excellẽtiſsimis DD.Regni Proregibus ſpoponderit, alimonijs ſibi ſolummodò ſeruatis, cuncta eius Iura fiſco fore promptiſsimè ceſſurum.

Fideicommiſſorum igitur materiam hanc lubentiſsimè aggrediemur, vt

ea, quæ in omnẽ, vt dicebamus, euentum Ærarij victoriam certiorem parabit.

Tria namque ea comperimus eſſe. Primum anni MDCXXIX. inter Pyrrum, Ferdinandum, ac Ioannem Mariam de Bernaudo Germanos fratres, in diuiſionis initum contractu, quodque his verbis continetur.

4 *Item, che tutti l'officij vogliono, e ſe contentano, che neſſuno di loro trè poſſono alienare, nè permutare, nec pro anima adiudicare, eccetto che frà eſsi trè fratelli per quello, che valerà, e ſi ritrouerà, e che nè anco ce poſſano ſuccedere herede femina, mà ſolo herede maſculo deſcendente da eſsi trè fratelli.*

Secundum à Pyrrho in poſtremo eius confectum elogio, quo cum Philippũ, & Io:Iacobum filios maſculos ſibi inſtituiſſet hæredes, ac Anteræ filiæ pro dotibus aureos biſmille reliquiſſet; hæc verba adiecit.

Item voluit, & legauit, quod ſi aliquis ipſorum mori contingerit abſque filÿs legitimis, & naturalibus, vnus moriatur in brachio alterius, & ſi omnes moriantur ſine filÿs legitimis, vt ſupra ſuccedant Ferdinandus, & Io: Maria ſui fratres, & eorum filÿ, & deſcendentes ex linea maſculina: declarando expreſsè, quod filia fœmina nullo vnquam tempore ſuccedere valeant in officio actuariatus, exiſtentibus filÿs maſculis dictorum Ferdinandi Io: Maria, & eorum deſcendentium, & prædicta Antera nullatenus ſuccedere poſsit in officio, neque in alÿs bonis, ſed ſemper, & in omni caſu remaneat contenta de dictis ducatis duobus mille.

Tertium à Io: Maria ſeniore decretum fuit, is etenim poſtquam Fabium filiũ, naſciturumque poſthumum hæredes feciſſet, ſic vlterius diſpoſuit.

Item voluit, quod ſi dictus Fabius, aut poſthumus naſciturus deceſſerint, ſeù deceſſerit in pupillari ætate, aut poſt quandocumque ſine filÿs maſculis legitimis, & naturalibus, vnus ſuccedat alteri, ſubſtituens pupillariter, compendiosè, per fideicommiſſum, & omni alio miliori modo, &c. filiæ eorum fœmina maritentur de paraggio: & ſi prædictus Fabius, & Poſthumus deceſſerint ſine filÿs maſculis, ut ſupra, ſubſtituit eis filios maſculos Pyrrhi de Bernaudo, videlicet Ioannem Iacobum, & Philippum pro medietate, & pro alia medietate filios maſculos Ferdinandi, tàm Nicolaũ, Franciſcum, & Scipionem natos, quàm alios forſitan naſcituros, ſubſtituens pupillariter, compendiosè, & omni alio modo, &c. & ſi aliquis prædictorũ Pyrrhi, & Ferdinandi mortuus fuerit ſine filÿs legitimis, & naturalibus, maſculis, quidquid ad eum peruenerit reſtituere habeat, & ſis alterius fratris; & ſi deceſſerint omnes filÿ Pyrrhi, hæreditas deueniat ad filios maſculos Ferdinandi. & ſi omnes filÿ Ferdinandi deceſſerint ſine filÿs maſculis legitimis, & naturalibus, ſuperſtitibus filÿs Pyrrhi, hæreditas deueniat ad filios maſculos Pyrrhi, & ſi omnes filÿ, & Ferdinandi, & Pyrrhi deceſſerint ſine filÿs maſculis, hæreditas deueniat ad Ferdinandum eius fratrem, & poſt eius mortem, ſi non habuerit filios maſculos ad Conſaluum de Bernaudo, ſi fuerit viuus, ſin autem ad eius filios maſculos, & ſi omnes maſculi defecerint, hæreditas deueniat ad fœminas magis propinquas de domo Bernaudo; declarando, quod ſi caſus acciderit dictæ ſubſtitutionis, tũc hæreditas deueniat ad Conſaluum, & eius filios maſculos, quando omnes filÿ dictorum Ferdinandi, & Pyrrhi deceſſerint ſine liberis, & deſcendentibus maſculis, ſed ſi reperiuntur aliqui ex deſcendentibus prædictorum, aut quod Ferdinandus reperiatur viuus: hæreditas primo deueniat ad prædictos deſcẽdentes maſculos, poſtmodum ad Ferdinandum, & vltimo ad Conſaluum.

Priuſquam verò ad hæc expoliẽda fideicommiſſa nos conferamus, aliqua diducenda principia, nonnullaſuè adhibendas arbitramur diſtinctiones, qui-
5 bus, Iuris (iuuante Deo) aſſequamur veritatem, Iuſtitiæ herclè baſim, ac

fun-

Digitized by Google

fundamentum *Roland. à Vall. conſ.* 47.
nu. 11. *vol.* 3. *conſ.* 88. *nu.* 2. *eod. vol.* &
conſ. 32. *nu.* 34. *vol.* 4. *D. Epiſc. Riec. in*
prax. rer. for. Eccleſ. dec. 245. *n.* 6. *vol.* 1.
6 cum vetus apud nos adagium ſit, di-
ſtinctionibus diſſertè innixũ eſſe pro-
ximum veritati *Salyc. in l. filia cuius*
nomine, verſ. expeditis, C. famil. erciſc.
Sylu. nupt. lib. 5. *nu.* 32. *Bero. conſ.* 100.
nu. 3. *vol.* 1. ex alijs *Oſaſch. deciſ.* 162.
nu. 8. ac *Surd. deciſ.* 58. *nu.* 5. qui enim
aliter, ſiuè indiſtinctè cauſſam tra-
ctat, confusè quoque vt id intelligat,
neceſse eſt *Neuizz. cit. n.* 32. *verſ. nàm*
quia omnia: hinc egregie *Cic. de Inuent.*
lib. 1. inquiebat *Rectè habita cauſa par-*
titio ſiuè DISTINCTIO Illuſtrẽ, & per-
ſpicuam totam efficit orationẽ. Vt ijs re-
petitis initijs, quæ vera ſunt, prout ſæ-
7 per, tantiq; Monarchę decet Aduocatũ
fideliter agnoſcamus, ad *text. in l. quo-*
ties 10. §. *nec vtique, D. de adminiſtrat.*
tutor. Alfar. de offic. fiſcal. gloſſ. 9. *n.* 39.
D. Larr, allegat. fiſc. nu. 16. Nec enim
8 alieno qui nomine agunt, iniuſtã pro-
ſequi litem obſtringuntur, vt de tuto-
re reſpondit *Anton. Fab. in ſuo Cod. tit.*
quibus res iudicat. nõ nocet diffinit. 12.
in allegat. num. 8. & de fiſci Patrono
D. Emanuel Roman. Valeron de tran-
ſact. tit. 2. *quæſt.* 3. *nu.* 11. quodq; ge-
neraliter Cauſarum extollens Patro-
nos ſic *Cicer.* explicauerat, *Qui nihil*
ſe arbitrabantur ad Iudicia, cauſaſque
amicorum præter FIDEM, ET INGE-
NIVM afferre oportere: in Q. Cæcilium
99 id inductum dixere *Socc.conſ.47.n.6. lib.3.Pariſ.conſ.72.nu.81.& 82.lib.4. Decian.conſ.31.nu.90.verſ.Secundo ad probandam lib.1.Menoch.conſ.117.nu. 19.lib.2.conſ.204.n.18.lib.3.& conſ. 1171.num.6.lib.12. Tiraquell.de Iur. primog.q.71.num.2.Fuſar.de fideicom. quæſt.385.n.6.Gratian.diſcept.forenſ. cap.771.nu.3.tom.4. Niger.Cyriac.cit. contr.96.nu.126.lib. 1.& contr.303. nu.42.lib.2.* Cuique publicus ineſt fa-
100 uor, vt familiæ nempè ſeruētur,pol-
leantq; diuitijs *l.1.§.denunciari,verb. publici, D. de ventr. inſpicien. l.ſuper ſtatu 9. D. de quæſt. Gugliel. Benedict. Melchior Palaez loc. mox cit. Decian. conſ.9.n.4.vol.3.Vultei conſ.marpurg. 30.nu.119.vol.4. D.Reg.Valenz.conſ. 115.nu.19.lib.2. Anton. Faber in ſuo Cod.lib.6.tit.22.diffinit.4.Larr.d.dec. 33.num. 34. verſ. Tamen Reipublicæ Pruckman conſ.32.nu.73.lib.1.Frenndebergh.de reſcript.morat.tit.7.cōcluſ. 18.n.59.Henning. Arniſ.de Republic. lib.2.cap.2.ſect.9.nu.16. verſ.Finem proximum Philip.* Knipſchildt *de Iur. & priuil.Ciuit.lib.5.cap.3.nu.65.& de fideicom.famil.nobil.cap.7.n.4.* Kloch. *de contrib.cap.12.nu.163.Rot.Roman. coram Pania deciſ.269.nu.9.* Principi-
101 buſq; id gratum oſtendit Auguſtus,
cum M. Hortali, ex Hortentia familia
nobili Iuueni, opes pro decoris nuptis
ad familiam perpetuandam imperia-
li largitione donauerit,inquiēte *Tacit. lib.2.annal.Nepos erat Hortentij, illectus à Diuo Auguſto liberalitate decies ſextertium ducere vxorem, ſuſcipere liberos, NE CLARISSIMA FAMILIA EXTINGVERETVR.* Cum vnicū hoc
primigenij ſuffragium ad ſubſtantiam
in familijs perpetuandam, humanam
inueniſſe induſtriam, perbellè admo-
nuerit *Dom.Reg.Rouit.conſ.28.num.9. lib.1.*

Adeoùt ad agnoſcendum, an agnationis
102 beneficio ſit fideicommiſſum indu-
ctum,hanc primigenij conſtitutionem,
ex cæteris ſpeciebus recenſuit præci-
puam, ex quampluribus *Fuſar. de fideic.quæſt.499. n.12.* Ac pari exindè
ratione cum maioratum quis inſtituc-
103 re profitetur, perpetuò (vt ad expo-
ſtulatam in alienādi prohibitione ſup-
plēdam cauſam ſuperiùs afferebamus
nu.30.)bona eius velle in familia con-
ſeruare, cenſeatur indubitatè *Soccin. cit.conſ.47.nu.6.& conſ.57.n.3.lib.3. Pariſ.conſ.72.n.81.& 85.lib.4.Molin. de primog.lib.1.cap.4.num.13.Caſtill. quotid.contr.lib.2.cit.cap.22.num.21. Philipp.* Knipſchildt *cit.cap.15.nu.6. verſ. & ſicut*, quodque clariùs dixiſſe

vide-

104 videtur Gratian. cum poſt eundem Molin. lib. 1. cap. 1. nu. 7. Velaſc. de Iur. emphit. quæſt. 50. nu. 26. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi vir nu. 15. D. de liber. agnoſ. alioſque aſſeruerit, maioratus ipſos, fideicommiſſis perpetuis ęquiparari, ad fauorem conſeruandæ agnationis conſtitutis diſcept. forenſ. cap. 771. num. 11. lib. 4. comprobantque Aguir. de ſucceſſ. Regn. Portugall. par. 3. nu. 64. Barbat. de fideicom. par. 1. cap. 4. inſpect. 4. nu. 27. Idque
105 egregiè complexum cernimus Caldas conſ. 33. nu. 10. dùm dixit, Hiſpanię maioratus ad familię ſemper inſtitui, GENERISQVE honorem.

Quod ſi conſeruandæ agnationis cauſa primigenia fuerunt adinuenta, quis profecto poterit hęſitare, ab ea ſucceſſione, inqua primigenium efformatur, fęminas eſſe remouendas? cum incontrouerſi Iuris ſit, eas propriè agnationis, familiæuè finem eſſe, caputque
106 alienæ: Mulier autem (reſpondit Paulus) familiæ ſuæ, & caput, & finis eſt in l. pronunciatio 195. D. de verbòr. ſignific. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 2. Fuſar. de fideicom. quæſt. 346. nu. 4. Vulteins conſ. Marpurg. 15. nu. 164. vol. 1. Philipp. Matth. inter eadem conſ. Marpurg. 25. nu. 3. vol. 3. Knipſchildt de fideicom. fam. nobil. cap. 1. nu. 181. vndè in fœmina, agnationem finem habere, ex §. cæterum, & §. medium autem inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. repetiere Peregrin. de fideic. a. 1. 22. nu. 25. verſ. nàm reperio, Fuſar. loc. cit. nu. 6. vt Iure
107 paſsim affirmarint interpretes, minimè per fœminas poſſe agnationem aſſeruari Gugliel. Benedict. in cap. Raynut. verb. ànas habens filias n. 127. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 84. nu. 8. Fuſar. de fideic. quæſt. 352. nu. 11. Anton. Faber in ſuo Codic. lib. 2. tit. 3. de pact. deffin. 12. n. 2. in allegat. D. Reg. Capyc. latr. deciſ. 103. num. 14. lib. 1. & deciſ. 146. nu. 10. lib. 2. Vrſin. de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 3. art. 8. num. 10. Knipſchildt de fideicom. fam. nobil. cap. 8. n. 204. ex alijs Altograd. conſ. 86. n. 10.
108 lib. 1. Ac idcircò quoties conſulere teſtator agnationi voluiſſe cõperitur, de fœminis nequaquam eum ſenſiſſe confirmant Corn. Ruin. Pariſ. Socc. iun. Gozadin. Cranett. Cęphal. Hieronym. Gabriel. cæteriq; penès Card. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 9. Vinius deciſ. 10. n. 1. & ſeq. lib. 1. Ozaſch. deciſ. 127. nu. 4. Peguer. deciſ. 114. n. 2. verſ. & ideò, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1132. nu. 4. Peregrin. de fideic. art. 25. n. 47. Fuſar. q. 352. nu. 11. Capan. de fideicom. maſcul. artic. 1. inſpect. 2. nu. 25. Knipſchildt de fideic. famil. nobil. cap. 8. nu. 131. cum ag na-
109 tionis conſeruationi, fęminarum ſanè repugnet ſucceſsio Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 2. Knipſchildt loc. cit. num. 130.

Et in ſpecie ex inducta deſuper ratione,
110 agnationis ſcilicet conſeruandæ in huiuſmodi primigenijs deſcendentes ſucceſsiuè uocantibus, fœminas nullo pacto admittendas edocuere Bald. in l. cum in antiquioribus num. 17. col. 6. verſic. hoc autem C. de Iur. deliber. quum dixit, primigenitũ propriè dici maſculinum, quam doctrinam ſequti sũt Pariſ. conſ. 72. n. 7. 8. 33. & 81. lib. 4. Caphal. conſ. 258. nu. 7. lib. 2. & conſ. 664. n. 36. lib. 5. Menoch. conſ. 204. nu. 24. & ſeq. & num. 67. lib. 3. & conſ. 752. nu. 4. lib. 8. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 38. Tiraquell. de Iur. prim. quæſt. 10. à num. 15. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 10. n. 8. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 46. Fuſar. de fideicomm. d. quæſt. 385. nu. 5. & 6. Guid. Pap. dec. 506. D. Præſes Philipp. reſponſ. 53. nu. 4. verſ. hic ergo, Anton. Gamm. deciſ. Luſitan. 41. nu. 4. Larr. cit. deciſ. 33. nu. 32. in fin. lib. 1. Barbat. de fideic. par. 1. cap. 4. inſpect. 4. nu. 30. Affinitatemque inter familiarum fideicõmiſſa, ac maioratus, primigeniauè extollens. his confirmauit verbis Knipſchildt. cit.
111 cap. 15. nu. 6. in fin. Et ſicut à fideicommiſſis familiarum excluduntur fœminæ ſuper cap. 8. nu. 127. & ſeq. ita etiam ha ad MAIORATVS, ET PRIMOGENITV-

RÆ ſucceſſionem non admittuntur.
Idque demum diuino quoq; fulcitur Iu-
112 re, quo ſub primigenij nomine, non
fœmineum, ſed maſculum genus con-
tinetur Exod.cap.13.lit.C. Immola do-
mino omne, quod aperit vuluã MASCV-
LINI ſexus,& Deutor.cap.15.lit.D.DE
PRIMOGENITIS, quæ naſcuntur in ar-
mentis, & ouibus tuis, quicquid eſt ſe-
xus MASCVLINI,ſanctificabis Domino
Deo tuo.
Huic proxima ſequens eſt coniectura,
113 cum mares ſolùm Teſtator inſtituens,
dote conſtituta, proprias excluſerit fi-
lias; tunc etenim fortiori argumento
eſt præſumendum,& neptes, remotio-
reſque fœminas excludere concupiſ-
ſe ad tex.in l.ſi viua matre 3.C.de bon.
matern. Decius in inſigni pro hac re
conſ.15.& propriè nu.2.circ.fin.& ſub
nu.5. verſ. nè plus, Menoch. conſ.197.
nu.52.lib.2. Fuſar.de fideic.cit.q.352.
nu.23. & conſ.13.nu.5. Barboſ.appell.
verb.ſignific.cap.94.n.24. quodque in
ſtatutis receptum pariter ex multis fir-
mat Fuſar.de fideicom.quæſt.402.n.11.
114 ea,ſcilicet ratione,quoniam ex conſti-
tutis dotibus,fœminarum firmatur ex-
cluſio,atque ex hac maſculorum erui-
tur vocatio, inſurgitque ſucceſſio,Ca-
ſtrenſ.alijq; in l.1. C.de condit.inſert.
Pariſ.conſ.50.n.29. & conſ.53.nu.26.
lib.3. Menoch.conſ.327.num.53.lib.4.
Rot.Rom.corã R.P.D.Meltio 19.Februa-
rij 1646. poſt conſ.58. Franciſc.Rede-
naſch.num.46.
Idque ex eo cõfirmatur, quod de maſcu-
lis,ac fœminis diſcretè ſermonem Di-
ſponentes habuere, vt manifeſtum fa-
cerent, noluiſſe filiorum deſcendentiũ
appellatione fœminas contineri; dum
vbi de eis, cogitarũt,ſeparata oratione
diſpoſuere argumento text.in l.cum in
teſtamento 37.§. qui tres filios, D.de
hæredib.Inſtit. Dec.cit.conſ.15.num.3.
Molin.de primog.lib.3.cap.5.n.55. De-
cian.conſ.28.num.26.lib.1. & conſ.47.
nu.10.lib.3. Menoch.cit.conſ.204.nu.
45.lib.3.& cit.præſumpt.84.n.9.lib.4.
præſumpt. Peregrin.de fideicom.art.25.
nu.45.Fuſar.quæſt.311.nu.37.& conſ.
152.nu.1. Ramon.d.conſ.15.nu.25. &
ex cõmuniſsima traditione Cæſar Ca-
rena reſol.pract.reſol.128.nu.27.fami-
116 liæque exindè fauor habitus cenſetur
Corn.conſ.335.n.2.lib.1.Dec.conſ.574.
nu.4.Menoch.cit.conſ.327.num.68.De-
cian.conſ.31.n.85.lib.1. Fuſar.q.499.
nu.21. & bona in familia cuſtodiendi
117 efficax exhibetur effectus; neque
enim alia ratione,quam pro conſeruã-
dis ijſdẽ in familia bonis, moueri poſ-
ſe inquiunt,teſtatorem, fœminas, ex-
tantibus maſculis aſsignatis dotibus
ſucceſsione abdicare, poſt Paul.de Ca-
ſtr.Soccin.ac Dec.Decian.conſ.31.num.
85.lib.1.Menoch.conſ.95.n.105.lib.1.
Surd.conſ.241.n.12.lib.2.Ramon.conſ.
15.nu.16.
Ita vt ex maſculorum ipſa inſtitutione,ac
118 demandata filiabus dotium conſtitu-
tione, & fœminas ſub collectiuo no-
mine non comprehendi, & agnationi
teſtator proſpexiſſe, maſculorumque
beneficio, fideicõmiſſum præſumatur
conſtituiſſe Mart.de ſucceſſ.legal.par.1.
quæſt.1.art.1.nu.19.21.& ſeq. Caren.
loc.cit.nu.26.Theodor.Hoeping.de Iur.
inſig.cap.8 §.4.memb.1, de ſucceſſ. te-
ſtamentar.ſub nu.332. eximiè ex com-
pluribus Ludouic. à Peguer.decıſ.101.
nu.5.verſ.Confirmatur. Quodque mi-
119 rificè Rota Romana illuſtraſſe videtur
in Roman.fideicommiſſ.de mutis 19.Fe-
bruarij 1646. coram R.P.D.Meltio, cũ
ex Bart.Caſtrenſ. Alex.Soccin.Iun. Ca-
phal.Mantic. & eiuſdem Rotæ auctori-
tate dixerit, vt quoties de maribus,ac
fœminis teſtator ſeparatè verba fece-
rit, & dotes mulieribus dari iuſſerit,ac
agnationis conſeruationi reſpexerit
(proût ex adductis,colligendiſq; con-
iecturis euidenter contendimus con-
ſtare) Tunc, (verba ſunt Romanæ Ro-
tæ) nullatenus fœmina cẽſentur admiſ-
ſa, etiamſi vocationes, & ſubſtitutio-
nes fuerint factæ per verba quantũcun-
que collectiua, & apta comprehendere
maſculos, & fœminas, inter conſ.Fran-
ciſ.Redenaſch.poſt conſ.58.nu.54.

Sub-

Subſequens verò coniectura, præceden-
tium mehercle auget firmitudinẽ, ma-
ſculorum ſcilicet vocatio, quæ verbo
Deſcendentes adiuncta, cæteriſque trã-
120 ctum ſucceſsiuum denotantibus, nõ
ſolum perpetuum, ſucceſsiuumque
inducit fideicommiſſum, vt ſupra *nu.*
32. ſed (quod nunc expetimus) om-
ninò agnatitium demonſtrat, ac fami-
liare; Nam quoties proprijs poſthabi-
tis fœminis, mares teſtator ad ſucceſ-
ſionem aduocat, non niſi ad familiam,
agnationemque ſeruandam id præſu-
mitur effeciſſe *Menoch. conſ. 44. nu. 10. lib. 1. Hippol. Rinald. conſ. 47. n. 19. lib. 1. Alban. conſ. 87. nu. 14. lib. 1. Caſtill. lib. 2. contron. cap. 4. num. 88. D. Conſil. Theodor. allegat. 24. n. 5. D. Conſ. Prat. contr. forenſ. cap. 4. nu. 5. & 6. & ſub nu. 12. lib. 1.* ante eos *Molin. de primog. cit. cap. 5. nu. 36. lib. 1. & lib. 3. cap. 5. n. 25. & ſeq.* ibique Addentes *Mantic. de conect. vltim. vol. lib. 5. tit. 15. n. 2. & lib. 11. tit. 14. num. 14. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 69. n. 10. & præſumpt. 85. n. 25. in fin. Peregr. de fideic. artic. 25. nu. 47. Ruſticus in l. cum auus lib. 6. cap. 16. nu. 10. & lib. 4. cap. 2. nu. 17. Decian. conſ. 1. num. 285. & ſeq. & conſ. 33. nu. 88. lib 1. Barz. deciſ. Bonon. 6. n. 34. & 35. Fuſar. conſ. 5. n. 11. conſ. 6. nu. 4. conſ. 13. nu. 7. conſ. 36. n. 2. conſ. 145. nu. 24. & conſ. 152. nu. 8. & de fideicom. ſubſtit. quæſt. 311. nu. 63. & q. 346. nu. 13. & 19. & quæſt. 499. nu. 15. Caſtill. quotid. contr. lib. 2. cap. 4. n. 80. Caſanat. conſ. 20. num. 35. Barboſ. vot. deciſ. 7. nu. 25. lib. 1. Montan. contr. forenſ. contr. 80. nu. 10.*

Cum per maſculos dumtaxat familiarũ nomen, decuſque conſeruentur *Bald. in cap. in præſentia col. 3. verſ. Item fauor de probat. Alberic. in rubr. D. de vulgar. & pupill. nu. 88. in fin. Decian. conſ. 1. nu. 289. & conſ. 6. nu. 27. vol. 1. Molin. de hiſpan. primog. lib. 1. cap. 11. nu. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 834. nu. 8. tom. 5. Giurb. de ſucceſſ. feud. cap. 118. §. 1. gloſſ. 8. num. 6. D. Reg. Valenz. conſ. 113. nu. 17. & conſ. 156. n. 92. vol. 2. D. Reg. Capyc. Galeot. contr. illuſtr. cõtrou. 59. n. 18. lib. 2. Capan. de fideicom. art. 2. inſpect. 1. nu. 13. verſ. ex quibus D. Reg. Capyc. Latr. dec. 128. nu. 5. par. 2. Gaddans conſ. Marpurg. 26. num. 10. vol. 3. Daniel. Otton de Iur. public. Rom. Imper. cap. cap. 17. ſub verſ. Dicendum pag. 565.* Vndè *Euripides.*

Fily maſculi columna ſunt familiarum. hiſceq; verbis explicuit *Cornel. à Lapid. in comment. ad cap. 27. numer. colum. 2. lit. B. Ratio erat quia per maſculos, non per fœminas nomina, diſtinguntur, & conſeruantur familia.* Eamque rationem, & ſi non expreſsam, vti vnicam Iuris intellectu, ac ſi teſtator explicuiſſet habendam erudimur ex *tex. in l. nominatim exheredatus 2. D. de liber. & poſthum. l. fundus 24. D. de fund. inſtruct. vel inſtrum. legat. & ex gloſſ. in l. quamuis, verb. curauit, C. de fideicom.* ibique *Bald. ante princip. Caſtrenſ. Iaſon. & Ant. Menes de Padill. in fin. Alex. & Dec. Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. nu. 9. verſ. tunc namque & lib. 3. cap. 5. nu. 5. Petr. de fideicom. q. 9. num. 257. Menoch. conſ. 85. nu. 9. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 21. nu. 3. Surd. conſ. 140. n. 14. & conſ. 241. nu. 25. lib. 2. & deciſ. 7. num. 13. & deciſ. 9. nu. 1. & de aliment. tit. 8. priuileg. 60. nu. 33. D. Præſes de Franch. deciſ. 91. n. 9. & 10. Sforz. Odd. conſ. 13. nu. 23. & conſ. 88. nu. 64. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 813. n. 7. tom. 5. D. Præſ. Vrſin. de ſucceſſ. feud. par. 2. q. 10. nu. 13. & 23. Caſtill. cit. cap. 4. n. 89. Barbat. in propugnac. veritatis cap. 3. num. 11.*

Quemadmodum generaliter fideicõmiſſorum diſpoſitiones, ex ea, quam iuſtè indagamus ratione, & porrigi, & comprimi debere *Argumento tex. in l. cum puter 79. §. dulciſſimis, D. de legat. 2. l. nomen debitoris 33. in fin. D. de legat. 3. Molin. d. lib. 1. cap. 5. nu. 9. Decian. conſ. 31. nu. 96. lib. 1. & conſ. 74. nu. 23. lib. 3. Craſſus in §. fideicom. q. 4. nu. 21. Card. Mantic. de conect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 20. Surd. conſ. 240. num. 14. & conſ. 277. nu. 20. lib. 2.* & *deciſ. 174.*

num.

nu.12.& deciſ.192.nu.15.Petr.Barboſ.
in l.ſi conſtante in princip.ſub nu.102.
D.ſolut.matr. Gratian. diſcept.forenſ.
cap.40.num.16.lib.1.D.Conſil.de Ann.
conſ.92.n.15.lib.2.Aluarad.de coniect.
ment.defunct.lib.2.cap.3.§.4.num.5.
quē ſequitur Caſtill. contr.quotid.cit.
cap.4.lib.2.num.89. & ex penè innu-
meris cap. 170. num. 1.& ſeq.tom.5.
par.2.

Præterea fortiorē vim capiunt ſupra ex-
poſita ex ſępiſſimè videlicet maſculorū
124 repetita vocatione; geminata etenim
verba,ac repetita maiorē deſignant ef-
ficaciam ad not. in l. Baliſta 32. D.ad
Senat.Conſult.Trebell. Cardin.Tuſch.
tom.4.lit.G.concluſ.28.num.2.& lit.V.
concluſ.158.per tot.tom.8.Matth.Coler.
conſ.37.nu.15.& 16.& conſ.50.n.30.
& 31. Teſtatoriſq; enixam magis oſtē-
dunt voluntatem Mantic.de cōiect.ult.
volunt.lib.3.tit.6.nu.9.& 10.Barz.de-
ciſ.Bonon.4.nu.3.dec.12.nu.26.& dec.
120.nu.4. Fuſar.de fideic.q.321.n.76.
& conſ.95.nu.12. Cancer.var.reſolut.
lib.3.cap.21.nu.324.deciſ.Cameræ Im-
perial.14.n.11.lib.1. Et idcircò ex ſę-
125 pius maſculorum facta repetitione,
vehementiori volūtate agnationi pro-
ſpectum affirmant Decius conſ.28.n.2.
verſ.quarto lib.1.Grat.conſ.89.num.5.
vol.2.Cardin.Pariſ.conſ.57.nu.19.lib.
2.& conſ.66.n.36.vol.3.Decian.conſ.
103.nu.14.vol.2.Surd.conſ.179.nu.18.
lib.2.Magon.deciſ.Florentina 27.n.4.
D.Conſil.de Ann.con.10.nu.12. in fin.
Marc.Anton.de Amat.deciſ.Ferrar.5.à
nu. 22. vſque ad nu. 25. roboratque
egregiè Rot.Rom.cit.deciſ.30. poſt ob-
126 ſeruat.Cenſalij ad Peregrin.n.7.verſ.
& quod per repetitam, & apud Farin.
deciſ.354.nu.4.to.3. hancque ſenten-
tiam indubitabilem profitetur D.Io:del
Caſtill.quotid.controuerſ.lib.2.cap.4.
nu.83.

Sicuti indubiam etiam dixit Ramonius,
nec ab ea vnquam recedendū cit.conſ.
15.nu.14. iuxta quam, alijs quoque
vigentibus coniecturis, ex teſtimonio
eiuſdem Caſanate in fin. conſ.20. qui
priori reuocata opinione, de quà in-
eius conſ.4. ſic per Regium Aragoniæ
Conſilium diffinitum tradit, proùt in
conſimili cauſa idem iudicatum cerni-
tur penès Peguer. cit. deciſ.101.in fin.
Et quoniam non alia ratio in hac ſpe-
cie, quam Agnationis conſeruatio (vt
dicebamus) afferri valet, hanc etiam
veriorem ſententiam fatentur, & ſecū-
dum eam quoq; per Regiam Audien-
tiam pluries terminatum teſtantur D.
Baldaxar Guilm, & D. Anton. de la
Cueua in addit.ad Molin.cit.lib.3.cap.
5.num.25. vſque ad num. 30. verſ.nos
vero.

Quodque Sacra Romana Rota tutiùs ex
vtroq; capite, ex repetita ſcilicet ma-
ſculorum vocatione, & fœminarum
legatis dotibus excluſione intrepidè
extra controuerſiam edocuit eſſe, ex
Menoch. Grat. Roland. à Vall. Caphal.
Gabriel.Pariſ. Peregr. Fuſar. alijſque
ipſiuſmet deciſ.in Roman.fideic. in ea-
dem cauſa de Mutis 15.Ianuarij 1648.
coram R. P. D.Meltio nu.76.77.78. &
79.inter conſ.Redenaſch. poſt cit.conſ.
58.pag.480.

Præterquamquod ex ſępè numero itera-
ta illa marium vocatione, abnui equi-
dem non poteſt,qualitatem metipſam
maſculorū, (ancipiti interpetrū omiſ-
ſa quæſtione) cenſeri quoq; replicatā,
in cęteris gradibus ſicuti ex pluribus
firmat Larr.dec.54.n.10.p.2, Quāuis
in hac cauſa,coniecturis in claris ver-
ſamur,& non credimus indigere;cum
fœminas Teſtator excludēs,ſic apertè
fuerit affatus, exiſtētibus filijs maſcu-
lis dictorum Ferdinandi, & Ioan: Ma-
ria,& eorum deſcendentium, ex quibus
128 verbis ſub vnica oratione maſculos,
ac deſcendentes cōplectentibus, qua-
litatis replicationem inductam putari
ex Burt.Cuman.Soccin.Corn.Curt.Dec.
Ruin.Gozadin.Anton.Gabriel.Grat.Pa-
riſ. fūdant Molin.de primog.lib.3.cap.
5.nu.59. Peregrin.de fideicom.art.25.
nu.29. & Fuſar.de fideic.q.403.nu.8.
Gratian.diſcept.forenſ.tom.2.cap.285.
n.13.Ramon.conſ.100.n.329.de Amat.
cit.

cit.deciſ.5.nu.26. & 27. præſertim ex copula *ET*, quà fuit pariter Teſtator
129 vſus, cuius natura eſt, omnia, quæ colligauit, copulauitq; æqualiter exequare, vti in ſpecie tradiderunt *Molin. lib.3.cap.5.nu.59. Ruin.conſ.115.n.5. & 6. lib.3. Menoch.conſ.585.nu.4. & ſeq.tom.6. Fuſar. de fideic. quæſt. 325. nu.15.*

NEQVE officiet, ſi opponatur profectò, expreſſam bonorum in familia cõſeruationem decretam nõ apparere, quaſi agnatitij in fœminas fideicommiſsi fundamentum deeſſe videatur; Id etenim, proùt cætera vltimarum voluntatum, non ſemper ex ſpecificis verbis; ſed ex coniecturis pari euidentia elici poſſe pernotum eſt, ſuperque attingimus *nu.* 85. & ad rem proindè coniecturas, nõ modò ſucceſsiui fideicommiſsi perpetuitatem inducentes; ſed agnatitij, familiariſuè, fœminas omninò excludentes recenſuimus; inter quas hæc repetita maſculorum vocatio, adcò præpotens equidem conſpicitur, vt familiæ contẽplationem manifeſtet lucidiſsimè; cum præter ſupra firmata, hanc metipſam maſculorum repetitionem, non alio reſpectu cenſeri Teſtatorem feciſſe, quam agnatio-
130 onis conſeruandæ ratione *Ramon.* oſtendit *cit.conſ.15.num.13.ex Io: Andr. Alex. Cranett. Molin. Mantic. Petr. Menoch. Riminald. iun. Franciſ. Becc. Garaz.* ac *Peguer.* Et nè peculiaris deſit doctrina, egregiam *Caſtill.* & *Rotæ Romana* adducimus auctoritatem, primi in *cit.cap.4.quotid.contr.nu.79.* ſic dicentis, *Et quod fortiùs eſt verbum ipsũ maſculos, abſque vlla ratione conſeruãdæ agnationis expreſſa, vel ſub intellecta, ſui natura excluſiuum eſt fœminarum.* & Rotæ Romanæ *in cit.deciſ.30.* poſt *obſeru. Cenſal. ad Peregr. nu.7.* ijs verbis. *Et quod per repetitam vocationem maſculorũ, ratio conſeruãda agnationis videatur habita, &c. & per ſolam vocationem maioris in linea, ex eo quod ſimpliciter maſculos teſtator inuitauerit, quamuis RATIONEM conſeruandæ Agnationis NON EXPRESSERIT.*

Ad Agnationem etenim reſpectum omnimodò dicitur habere, qui maſculorum habuit rationem, ſic generaliter inquiente eadem *Romana Rota in deciſ.nouiſſ.par.1.dec.374.in fin. Nec facit quod teſtatrix non habuerit rationẽ AGNATIONIS, quia habuit rationem MASCVLINITATIS.*

Neque demum iuuabit obicere, in aliqua
131 teſtamentorum parte fuiſſe fœminas, licet eis prælatis maſculis, euocatas, quaſi prælatio tantũmodò maribus in pari gradu fuerit conceſſa; non autem agnationis cõtemplatio inducta, ex relatis à *Molin.de primog.lib.3.cap.5.nu.48. Fuſar.q.480.nu.30. & quæſt.499. nu.22. Peres de Lara in compend. vitæ homin.cap.30.nu.120. Caſtill.controu. Iur.lib.3.cap.15.n.57. & lib.5.cap.43. §.2.nu.10. Ramon.conſ.100.nu.483. D.Conſil.Hodiern. contr.forenſ. contr. 31.nu.37. Larrea deciſ.54.nu.5. lib.2. Barboſ.vot.126.nu.16.lib.3.Cammar. reſponſ.legal.14.art.4.nu.87.*

Hoc enim Argumẽti genus in tot eximiarum cõiecturarum conſpectu, ſat equidem ſe ſe exiguum præbet, ac futile; cum extra Iuriſprudẽtiæ limites diuagari videretur, qui tot penſatis coniecturis ab agnatitij fideicõmiſsi cognitione in hac cauſa longeuus abiret,
132 quod inſigniter, ac de more edocuiſſe videtur *Dom. D.Chriſtoph. Creſp.de Valdaur.obſeruat. illuſtrat. obſeru.22. nu.64.lib.1.* dùm aduerſum argumentum tunc vigere dixit, quum Agnatio non reperiretur contemplata, ibi, *Nulla enim ratio poteſt aſſignari, vt ex verbis illis, conſanguineus proximior per lineam maſculinam, non comprehendatur mulier; niſi quia fuerit AGNATIO contemplata,* & nos aptiùs *in ſeq. diſſ. nu.21. & 35. & nu.51.*

Sed, vt propoſitis Iuris cardinibus firmamentum addamus, expenſas deſuper dictiones *ſemper*, aut *omni tempore*, ſiue *nullo vnquam tempore*; quas adhibuit teſtator, dùm fœminas iuſsit excludendas, æquum iterum erit ponderare;

rare;

133 rare;cum ex earum dictionum virtute, regulam adeò fortem, ac generalē, maſculis conſtitutam noſtri aſſeuerauerint, vt omni tempore, & cunctis in euentibus, ac in ſubſtitutione, & gradu quocumque; mares fœminis oporteat præferri *l.3.§.filius, D.de liber. & poſth. l.quæ conditio 39.D.de condit. & demoſtrat. Gregor.Lopez in l.3.tit.13. par.6. in gloſſ.verb. Mugeres, verſ.ſed quid ſi fęmina, Molin.de primog.lib.3. cap.5.n.62.Theſaur.quæſt.forenſ.q.12. nu.6.Caſanat.conſ.47.nu.123.& 128. Caren.reſol.pract.reſol.129.nu.6.* ſed notanda in ſpecie ſunt *Peregr.* verba *de fideiçom.in art.27.n.2.* ſic inquientis,*Secundo inducebam dictionem illam SEMPER, quæ pro ſui natura operari debet effectum ſempiternæ, ac perpetuæ maſculorū prælationis, ſcilicet in OMNI CASV, ET IN OMNI TEMPORE*, prout *Rota Romana* auctoritas, quæ maſculos ſecundæ generationis, fęminis primæ præferendos diffiniuit, ex verbis in Inſtrumento appoſitis, *præferendo: SEMPER maſculos dec.9.n.1. par.1.nouiſſ.*

Argumentum ergò, ex appoſitis quoque dictionibus perpetuitatem maſculorū vocationi influentibus, noſcitur exolutum.

Verumtamen, vt eandem fœminarum vocationem, non modò agnatitijs his fideicommiſsis obicem non intuliſſe: quinimò maius robur induxiſſe, manifeſtiùs demonſtremus, eadem verba iterum fas ſit recitare, *Declarando expreſsè, quod filia fęmina nullo vnquam tēpore ſuccedere valeāt in officio Actuariatus, exiſtētibus filijs maſculis dictorum Ferdinandi Io:Mariæ, & eorum deſcendentium, vt ſub num.* 4. Quorum verborum germanus eſt ſenſus, Pyrrhum nempè teſtatorem OMNI TEMPORE, OMNIQVE IN EVENTV maſculos, fœminis præferri voluiſse.

Quæque fœminarum (ſi dici queit) vocatio, tali pacto compreſſa, præſcriptiſque terminis circūſcripta, manifeſtiùs diſponentis indicat volūtatem, & maſculis, & Agnationi conſulere ſtuduiſſe; cum in eo tantum euentu, fœminarum recordetur; quò ſi obliuiſceretur inhumanum potiùs, quam prouidorū virorum cordatum oſtenderet Iudicium; dùm fœminas ad ſucceſsionem tandem admittere non deſijt, quando mares cuncti prædilectiſsimi ampliùs

134 non ſupereſſent; Id quod priore loco agnationis contemplationem, ob efficaciorem, quam exhibent diſponentium voluntatem, augere magis, quam imminuere monuerunt *Cyn.Caſtr.Angel.Albor.Salyc.Cuman.Imol.Crauett. Tiraquell.Molin.Gabriel.Mantic.* alijq, penès *Surd.conſ.475. à num.14.lib.4. Gratian.diſcept.forenſ.cap.621.n.16. to.4. Caſtill.* cæteros afferens *controu. Iur.lib.5.cap.92.n.6.& ſeq.Cioſi.conſ. 84.nu.2. lib.2.* quem ſequitur *Caren. cit reſol.128.nu.38.Barboſ.cit.vot.deciſ.lib.3.vot.126.nu.17.* vbi in ſpecie *Molinam* confutat *lib.3.de primogen.cap. 5 nu.50.*

Qui deindè tutiſſima doctrinæ prębet fū-

135 damēta, cum ex ijſdem particulis maſculos SEMPER mulieribus præferētibus, ipſoſmet maſculos, etiam remotioris lineæ fœminis proximioribus anteferri, grauiſsimi firmarint Auctores, quorum maiorem partem eximius I.C. *Ludouic.Caſanat.* congeſsit, dum hanc ſententiam ex conſimili clauſula, *præferiendo ſiempre los Varones à las embras*, intrepidè, & indubitanter, vt ipſe inquit, prout acerrimè, fuit aggreſſus. Et ſunt

Paul. de Caſtr. conſil. 300. numer. 2. lib.2.

Idem Paul.de Caſtr. in conſ.per Corneum relato 263.*nu.*10.*lib.1.*

Corn.conſ.166.nu.12.13. & 14.lib.1.

Iaſon.conſ.115.nu.3. & nu.4.lib.4.

Gregor.Lopez in l.3. tit. 13. par. 6. verb. Mugeres col. 6. quæſt. 21. incip. an autem, verſ.nota quod maſculus etiam alterius lineæ.

Guttierez conſ.13.nu.8.& à n.31.& 35.

Anchar.conſ.359. cui nonnulli I.C. ſubſcripſere *in fin.cit.conſ.*

Me-

Menoch.conſ.585.n. 16.lib.6. & conſ.836. in fin.lib.9.
Gomez in l.40.Taur.q.8.nu.62.
Guid.Pancirol.conſ.91.nu.20.
Peregrin.conſ.44.nu.28.lib.1.& de fideic. art.27.à nu.1.
Rot.Rom. in obſeruanda equidem *cit. deciſ.9.par.1.noniſſ.*
Ludouic.ipſe Caſanat.cit.conſ.53.nu.1.& per tot. & præſertim *à nu.6.* vbi Auctores à *Molina*, præcipuè laudatos *de primig.lib.3.cap.5.nu.61.* optimè expungit.
Quibus adiungendi ſunt *Beer.deciſ.158. n.7.Auendan. ad eand.l.40.Taur.gloſſ. 9.nu.52.& 53.*
Fuſar.de fideic.q.279.nu.35.36.& 37.
Surd.conſ.407.nu.36. lib.3.
Caualer.deciſ.623.nu.1.
Gratian.diſcept.forenſ.cap.621.nu.19.
Parlador.quæſt.1.poſt ſeſquicent.quæſt. nu.11.
Barry. de ſubſtit.fideic.lib.8.tit.7.nu.55.
Mut.deciſ.57.nu.40.
Cutell. ex alijs *deciſ.28.n.18.& deciſ.29. nu.11.lib.1.*
Caren.reſolut.129.nu.6.
Philipp.Cammarat.Reſponſ.legal.4.nu.7. lib.2.

Hiſque accuratiùs addendum putamus,
136 enarratam clauſulam tabularũ Pyrrhi, *Vt filiæ fœminæ nullo vnquam tempore ſuccedere valeant exiſtẽtibus filijs maſculis dictorum Ferdinãdi, & Io:Mariæ, & eorum deſcendentium*, iniuctam alteri particulæ teſtamenti Io: Mariæ, videlicet, *Et ſi omnes maſculi defecerint, hæreditas deueniat ad fœminas magis propinquas de domo Bernardo*, vt *ſub cit. num.* 4. illi exequari diſpoſitioni, quà conſimilibus verbis ratiocinando dictum eſſet *Quoniam* ſcilicet *iſthæc ſucceſſio MASCVLORVM gratia ordinata eſt, non autem mulierũ, niſi in ipſorummet marium defectum.* Quà in ſpecie quiſnam amplius ambigere poſſet? & perpetuũ, & omninò agnatitium fideicommiſsũ productum fuiſſe? cum pro maſculis cuncta pugnarent, mens nempè, ſeu voluntas, ac verbæ voluntas, clarioribus motiuis, ac circumſcriptionibus
137 exprimi non potuiſſet; cuique tanquam Reginæ parendum nemo ſanè ignorat, euulgato §.*diſponat Auth.de nupt. Marc.Ant.de Amat. dec.Ferr.55.*
138 *nu.45.* cuius coniectura pro lege ſeruanda *l.cum proponebatur 66. D.de legat.2. Ant.Faber in ſuo Cod. lib.6. tit. 22. de fideicom.diffin.47.in alleg.nu.2. Vuihelm.Luduell. de vltim.volunt.lib. 1.cap. 6.pag.83. in fin.* eam etenim
139 omnimodò in fideicommiſſis ſpectãdam, ſeruandamque eſſe Vlpianus reſpondit *in l.fideicommiſſa 11.§.Item ſi quis, D.de leg.3.* prout Papinianus *in l.hæredes mei 57.§.cum ita D.ad Tre-*
140 *bell.* & ſi verba minus eſſe fortaſſis viderentur, vt idem Papinianus acutiſſimè affirmat *in l. cum auus 101. D.de condit.& demonſtr.* cum diceret, *Fideicommiſſi conditionem coniectura pietatis reſpondi defeciſſe, quod* MINVS SCRIPTVM, QVAM DICTVM FVERAT, INVENITVR; Acidcircò
141 voluntati, probabilibus coniecturis eliciendæ, licet claris non expreſsæ verbis incubendum erudimur ex *l. in conditionibus primum locum 19. l. Publius 36.D.de condit.& demonſtrat. l. ſi mihi, & tibi 12.D.de legat.1. l.cum delanionis 18.§.item cacabos verſ.optimum, D.de fund.inſtruct. vel inſtrum. legat.l.cum virum 16.C.de fideicomm.*
142 Cum nõ ex verbis pendere debeat Ius; ſed verba ſeruire debent hominum conſilijs, vt alias ex *Ciceron.* diximus loco per *Peregr.* quoque relato *de fideicomm.art.11.nu.5.* alioquin
143 indignum eſſet, ob inanes obſeruationes verborũ irritas fieri tabulas, & iudicia mortuorum prout Cæſares reſcripſerunt *in l.quoniã indignũ 15.C. de teſt.* cætera colligere libebit in Reſponſo à nobis pro *Ioſepho, & Claudio Balſano*, edito per *Io:Baptiſt.Thor.* trãſcripto *in ſupplem.compendij dec.Regn. verb.ſubſtitutio col.2.pag.616.*

Quod alacriùs amplecti oportebit, quoties vti in hac cauſa, menti ipſi apertiſ-

ſima deſeruiunt verba;non enim aliter
ab illorum ſignificatione recedi oportet, *quam cum manifeſtum eſt aliud ſēſiſſe teſtatorem*, Marcellus ait *in l. non aliter 67. D. de legat. 3.* nec volunta-
145 tis quæſtio admitti, quum in verbis
nulla eſt ambiguitas, Paulus reſpondit *in l. ille aut ille 25. D. eod. tit. de legat. 3. Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 28. de contrah. emption. diff. 5. nu. 1. & lib. 6. tit. 18. de legat. diff. 3. nu. 7. in alleg.*
146 cum pręcipuus noſtræ voluntatis interpres ſit ſermo *l. ſi quis ſtipulatus ſit 112. D. de verb. oblig. D. Praſes Philipp. reſponſ. 53. nu.* 8. vt probatiſſima indè, licet vulgari regula traditum ſit, in-
147 claris equidem, apertiſque cōiecturis opus non eſſe *l. continuus 137. §. cum ita, D. de verbor. obligat.* cum alijs penès *Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 3. nu. 9. & Barboſ. axiomat. 50. nu. 1.*

Et ſanè quænàm verba poſſent dilucidiora adinueniri, quæ diſponentium magis innuerent voluntatis erga maſculos intentionem, quam ea, quæ ſucceſſionem maſculorum eſſe declararent?
148 quando ex clauſula illa dumtaxat, vt
fœminæ ſcilicet non admittantur, DONEC EXTANT MASCVLI, Agnationem teſtatorem cōtemplatum fuiſſe, negari hercle non poſſe, poſt *Bald. Angel. Soccin. Gozad. Grat. Gabriel Gregor. Lopez, Surd. Mut. & Gratian.* dixerint *Rot. Rom.* apud *Durand. decıſ. 126. nu. 39. & 40. tom. 1. Cutell. deciſ. 29. nu. 19. tom. 1. & Caren. reſol. 129. nu. 1.*

Vt rectè igitur, ac æquo animo rem inſpicientibus, manifeſtè innoteſcat, fideicommiſſa, de quibus agitur agnatiria eſſe, ac perpetuò exiſtentes maſculos, remotiores etiam, fœminis quibuſcumque excluſis ad ſucceſſionem euocare.

ET EX HIS extrà noſtræ hypoteſis contingentiam, incontrarium adducuntur, quæ *D. R. Rouit.* colligit *cit. conſ. 57. n. 1.* Nàm ibi præter alienandi prohibitionem, an proximi appellatione fœmina cōprehenderetur in quæſtionem dumtaxat relatum, & de maſculorum vocatione, cæteriſque ſupra diſſertis, nec verbum quidem factum fuit; nec Iudicialem demum queſtio meruit diffinitionem.

Sicuti nec quæ *D. Conſ. Hodiern. in contr.*
150 11. ac *D. R. Capyc. latr. deciſ. 128. p. 2.*
qui in eadem cauſa conſcripſere, præſenti conferunt controuerſiæ; quippè quod in ea diſceptatione ſolummodò excuſſum cernitur, an filiorum vocatione contineantur fœminæ, quum teſtator in inſtitutione tantummodò maſculorum egerit mentionem, pluries poſtmodum de filijs ſimpliciter loquutus; patruuſque exindè agnatus cunctis ferè coniecturis, ſiue maribus, ſiue agnationi fauentibus prorſus orbatus, iuxtè quidem cęcidit cauſa. Quod tamen in cæteris aliter eueniſſe tradidimus, tum apud *Rom. Rot.* tum *Pegner.* tum *Caſanat.* tum *Addentes ad Molin.* alioſque, ac præſertim in conſimili ferè facti ſpecie penès *Marc. Anton. de Amat. cit. deciſ. Ferr. 5. per tot.*

Omnis igitur in hac re ceſſat hæſitatio ob euidentiſſimas coniecturas; ac voluntatis declarationem, quas D. Didaco vti maſculo, à primis quoque inſtitutoribus deſcendenti, aſſiſtere firmauimus, ac fauere.

At pro coronide, duas itidē, ac ſpeciales cōiecturas adiungere nō pigebit. Primam è perſonarū ratione; ex præclara rei alteram qualitate procedentem.
Quò ad primā namq; reminiſci opor-
151 tebit, de gentilium peruetuſtæ fami-
liæ diſpoſitionibus agi, à quibus potiſsimum Nobilibus perpetua fideicōmiſſa in deſcendentium fauorem conſtitui, bona in familia perpetuādi gratia, ac ne eadem ſine diuitijs ſordeſcat, facillimè cenſendum eſſe, *Sed & mens patris familias, & legatarij DIGNITAS, & charitas, & neceſſitudo ſunt ſpectanda*, Iulianus reſpondit *in l. ſi ſeruus plurium 53. §. fin. D. de leg. 1.* ex *Albert. Brun. & Sforz. Odd. Peregrin. de fideicomm. art. 25. ſub nu. 52. verſ. conſiderabam, Caſar Carena d. reſol. 128. n. 29.* ante eum *Caſanat. conſ. 48. n. 19.*

Quoad

Quoad ſecundam coniecturam, quæ ex
rei deſumitur circumſtantia, apertiſsi-
mi Iuris putamus eſſe(prouti ad alienã-
di prohibitionem validãdam deſuper
152 annotauimus) ex inſigni bonorum
qualitate fideicommiſsi,& perpetui,&
agnatitij euidentem induci rationem,
validiſsimo Argumento *l.ſi in emptio-
nem 36.D.de minor.l.1.§.& alias, D.ſi
quid in fraud. patr. l. lex quæ tutores
22.C.de admin.tutor.gloſ.*tacitam hanc
cauſam appellans *in l. quoties 11. ſub
verb.omnibus,C.de fideic.*ibiq; *Bald.nu.
8. Caſtrenſ.* & alij, ac pręter antiquio-
res *Menoch.conſ.1051.nu.7.lib.11. &
conſ.1099.nu.16. & 17.eod.vol. & de
præſumpt.lib.4.præſump.68.n.7.Card.
Mantic. de coniect.vltim.vol.lib.6.tit.
12.nu.8.Sforz.Odd.de fideic.q.3.art.7.
nu.88. & ſeqq. Petr.de fideic.quæſt.11.
nu.549. Anton.Gabriel.comm.concluſ.
de fideicom.concluſ.9.num.44.Gratian.
diſcept.forenſ.cap.776.num.30.tom.4.
Franciſ.de Petr.conſ.38.nu.7.D.Conſ.
Prat.diſcept.forenſ.cap.6.nu.17. lib.1.
Dom.Chriſtophorus Creſp. de Valdaur.
obſeru.illuſtr.cit.obſeru.22.nu.30.Ca-
pan.de fideic.maſc.art.1.inſpect.1.n 17.*
Quam concluſionem in re eximij ſplen-
153 doris, familiæq; maiorumq; Decus;
ac magnificẽtiam referente, indubiam
profectò arbitramur, quemadmodum
præ cæteris affirmarunt *Grat. conſ. 5.
nu.19.& 20.lib.2.Ruin.conſ.38.& 40.
n.6.lib.1.Mantic.loc.cit.Caſanat.conſ.
47.nu.20.Valenz.conſ.185.nu.19.&
24.tom.2.* doctiſsimus I. C. *Io:Domi-
nicus Gait.in cit.Reſponſ.*edito pro ce-
lebri palatio Illuſtr. Ducis Grauinæ à
nu.29. & propriè *nu.35.* quod in ſpe-
cie in propoſita noſtra quæſtione,
quando fęminæ poſt maſculos in ſub-
ſidium ſunt vocatæ in re egregia, ex
compluribus cõprobat *D.Marius Cu-
tell.deciſ.28.nu.18.ver.& in fideicom-
miſſo lib.1.*

Ex tot denique, ac fortiſsimis coniectu-
ris, nè ex qualibet ipſarum dicamus,
ambigendum ampliùs non credimus,
D. Didacum de Bernaudo aduerſus
Portiam, & Laodomiam,cæteraſque ſi
quæ forent fœminas,earumq; deſcen-
dentes, etiam ſi proximiori, ſiuè di-
ſponentibus, ſiuè vltimo grauato eæ
iungerentur gradu, ex pręfatis agna-
titijs fideicõmiſsis ad hanc officiorum
ſucceſsionẽ forè admittẽdum.Quod ſi
memoriæ mãdemus in ſimilibus quę-
ſtionibus maximi apud omnes pluriũ
coniecturarũ concurſum penderi,rem
in claris omnimodò conſtitutam arbi-
tramur, cum ex *l. nec non 28.§.ſi quis
ſæpiùs, D. ex quib.cauſ.maior.l.2.§.1.
D.de excuſat.tutor.l.proprietatis 4. &
l.Inſtrumenta 5. C. de probat.* ibique
*gloſ.*notabilis in *verb.alijs quoq; Card.
Mantic.de coniect.lib.7.tit.5.nu.5.An-
ton.Gabriel.commun.concluſ.lib.1.de
probat.concluſ.1.nu.23.Molin.de prim.
lib.1.cap.5.nu.42. Menoch.de præſump.
lib.1.præſumpt.36.nu.5. & præſumpt.
38.nu.4.& præſumpt.40.n.13. Caſtill.
quotid.contr.Iur.lib.4.cap.9.nu.24.&
lib.5.cap.143.n.45. Altograd.conſ.67.
nu.36.lib.1. Fontanell.deciſ.33.nu.6.
lib.1. Rot.Rom.nouiſſ.diuerſ.502.nu.9.
par.4.*& poſt *obſeruat. Cenſal.ad Pere-
grin.deciſ.1.nu.17. Beltram. in addit.
ad deciſ.Ludouiſ.315.nu.19.Barboſ.in
vot.deciſ.lib.2.vot.72.nu.2.*vel vulgò
circũferatur, coniecturas ſcilicet,quæ
ſigillatim non proſunt, collectas ſimul,
fideicõmiſſa euidentiùs elucidare. IV.
nonas Octobris M.DC.LXII.

Quæ in fine ſequentis Diſſertationis annotauimus inſpiciunto.

S V M M Æ.

1 *Prouidentia futuris proſpicit.*
2 *Ignotum omne reputatur magnificum.*
3 *Primum aduerſariorum expungitur argumentum.*
4 *Fœminarum à ſucceſſione excluſio improbatur, ſed inferiùs.*
5 ...*præſertim apud Lycias.*
6 ...*ac Tarentinos.*
7 ...*à cõmuni Romanorũ Iure dimetienda.*

8 . . . *cum à diſponente permittitur, de eiuſdem linea maſculo intelligitur.*

9 *Linea non expleta, ad aliam non permittitur tranſitus.*

10 . . . *quia teſtator totam præſumitur diligere poſteritatem.*

11 . . . *feudorum vſibus comprobatur.*

12 . . . *in ſtatutis recipitur.*

13 *Fæminarum excluſio comprimenda.*

14 . . . *iſque in dubio in hac quæſtione fauendum.*

15 *Maſculinum, fæmininum non concipit, ſi agnationis fuit habita ratio.*

16 . . . *quod, & in ſtatutis quoque viget.*

17 *Familia a fæminis non conſeruantur.*

18 . . . *ſed à maſculis, quorũ qualitas fæminis non adaptatur.*

19 *Fæmina à fideicommiſſis Agnatitijs eijciuntur.*

20 . . . *à remotiori etiam maſculo.*

21 . . . *ac licet vlterius linea.*

22 . . . *contrarium ſubſtineri poſſet, quoties agnatio contemplata non eſſet.*

23 . . . *cæterum auctoritate etiam rerum iudicatarum in fęminas ſententia comprobatur.*

24 *Agnationis cõſeruatio etiam ex tacitis elicitur.*

25 *Maſculis ſucceſſio diuino Iure defertur.*

26 . . . *ex vaconia olim lege.*

27 . . . *antiquo duodecim tabularum Iure.*

28 . . . *media Iuriſprudentia.*

29 . . . *etiam aliquot ex Iuſtinianeis diſpoſitionibus.*

30 . . . *Statuta id quoque diſponẽtia, antiqui Iuris dicuntur renouatio.*

31 . . . *& idcircò fauorabilia.*

32 . . . *& vniuerſali ferè conſuetudine ſunt recepta.*

33 *Papinianus, ex quo, acutiſſimi nomen adeptus.*

34 *Maſculos, dum Teſtator ob eorum qualitatum prædiligit, ſemper fęminis creditur prætuliſſe.*

35 *Fęmina, Agnatione contemplata ſemper excluduntur.*

36 Cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. *expenditur.*

37 *Fęmina feudorum vſibus, à ſucceſſione repelluntur.*

38 Text. in l. 1. C. de condit. inſert. *inducitur.*

39 *Maſculos ex fæminis ad fideicõmiſſum maſculorum fauore factum, qui dixerint admitti.*

40 . . . *ex fæminis deſcendenses, pro maſculis haberi, quadam eſt Iuris ſubtilitas.*

41 *Filius matris in hac re dicitur imago.*

42 *Radice expulſa, cuncta ab ea dipendentia repelluntur.*

43 *Matre excluſa, & filius excludi debet.*

44 . . . *quia producente caret principio.*

45 . . . *& cõſeruationis familiæ ceſſat ratio.*

46 . . . *& quoniam ex excluſa, infectaque prouenit radice.*

47 Text. in l. 1. in fin. D. de Iur. immunit. *effertur.*

48 *Proẽ* cap. 1. §. hoc autem de ijs, qui feud. dar. poſſ.

49 *Maſculis vocatis, ex fæminis, maſculi non admittuntur.*

50 . . . *peculiari* Dom. Præſidentis Vrſini *ponderata ratione.*

51 . . . *potiſſimum, cum agnatio fuerit cõtemplata, idque communis etiam contrariorum recipitur ſententia.*

52 . . . *ac extra familiam ipſorum mater nupſerit.*

53 . . . *quamuis eam in familia nubendi cautionem reſpuerint complures.*

54 D. D. Chriſtophorus Creſp. de Valdaur. *extollitur.*

55 *Fideicommiſſa an ſint odioſa.*

56 . . . *illuſtrium familiarum, æquiſſimè interpretanda.*

57 *Nomen, & Arma ferendi iuſſio, Agnationis arguit contemplationem.*

58 . . . *maſculis verè conuenit.*

59 . . . *fæminis interdicitur.*

60 . . . *contrarium ſentientibus nõ inhærendum.*

61 . . . *qui ex Hiſpanis conſultis id amplexati ſuere.*

62 . . . *quodque artificium multo magis in propria, quam in aliena familia præſumitur teſtator ipſaſſe.*

63 . . . Lælij Altogradi *ad id expenſa doctrina.*

64 ex

64... *ex eo artificio obtinetur, quod non tribuit natura.*

65... *cum à filiorum filijs, extraneiſque aſſumũtur, amplius ab eorum maſculis deſcendentibus deferi non debent.*

66... *eiuſdẽ Iuſſionis filiæ eſt conſeruatio.*

67... *ex Hiſpanis etiã noſtram, qui probarint ſententiam.*

68... *qui dubiam cenſuerint.*

69... *ex diſponentium voluntatis coniectura vim recipit, & robur.*

70... *Adeo vt ſi ſimpliciter, ac ſine mixtura ferenda teſtator dixerit, omnimodò parendum, & ſi alium maioratum deſerere oporteret.*

ARGVMENTVM.

Fœminarum ſucceſſioni in fideicommiſſis perpetuis fauent nonnulli, cõplures accuratiùs obſunt, cumq; agnationi proſpectum eſt, iuſtiſſimè tanquã ad eam ſeruandam impares à ſucceſſione eædem repelluntur: vt hinc ab agnatitijs fideicommiſſis meritò arceantur, ac à maſculis etiam remotioribus, alteriuſque lineæ vincãtur; quorum marium qualitatem in eiſdem maximè familiarum fideicõmiſſis, inter fauorabilia recenſitis, perperam fœminarum filij, quamuis deſcendentes ab excluſa prouenientе Radice ſupplere affectant; ſi diſponentes potiſſimũ (quorũ voluntati ſemper parendum) nomen, & arma ſimpliciter, & ſine, vt aiunt mixtura, deferẽdi onus adiecerint.

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa.

C V M

D. Io: Baptiſta Pignatello, alijſque litis conſortibus.

Diſſertatio XXXVIII.

QVVM præcedentem fideicõmiſſorum ſeriem,
ſuperiori Reſpõſo diſſertã Senatui exhibuiſſemus,
illiuſque maturitatẽ, adhibita cautio
delectaret; vt in omnẽ
nempè euentum fiſci compendia ſeruarentur illeſa; cogitationis id idem
nobis influxit indaginem, vt præ noſtra imbecillitate reliqua inueſtigaremus, quæ ex ijſdem fideicommiſsis in
1 D. Didacũ, & ex ipſius (vt dicebamus)
Iuribus in fiſcum poſſent inferri; cum
elatæ prouidentiæ, nõ modò ſit cognitis occurrere rebus; ſed ignotis præuidendo proſpicere; ſicuti ex *Caſſiodoro*
ſuperiùs præfati ſumus, cauere ſcilicet
etiam, quæ non putantur emergere,
ac iuxta illud Terentianum *in Idelph.*
Eſt ſapere, nõ quæ ante pedes modo eſt
Videre; ſed etiam illa, quæ futura ſunt
proſpicere.

Idcircò interiùs negotium factitantes, in
mentẽ euenit, vt licet in præſenti D. Io:
Baptiſta Pignatellus Helenæ Falangolæ filius, hæreſque fideicõmiſſa iſthæc,
vti ſine aſſenſu inſtructa, & rectiſsimè
oppugnauerit; aliquando rei ſaltim
2 nouitate perductus, *Quoniam omne ignotum pro magnifico eſt*, teſte *Tacit.*
in vit. Iul. Agricol. eiſdem fortè fideicommiſsis, & vti, & ſuffragari poſsit
expetere. Nè id proindè iter arripiens,
ſiue D. Didaco, ſiue gradatim fiſco impreſsionem præſtet cuncta, & quæ in-
ſtituere

Digitized by Google

ſtituere, quæquè expolire poſſet obiecta, prouidè duximus expungenda.

Magnifica etenim Helena Falangola,tali primum pacto, ſe admitti ad eadem fideicōmiſſa poſſet expoſtulare; ipſam ſcilicet ſenioris Io: Mariæ de Bernaudo proneptem eſſe,quippeque ex Beatrice Deloria nata eſt, filia Iuliæ de Bernaudo,eiuſdē Io:Mariæ;vt æquum indè non ſit à remotiori agnato ab Io: Mariæ Proaui ſucceſsione remoueri: qnando & filiorū ſub nomine, & certiùs ſub deſcendentium ſignificatione continetur.

Secundo quoniam officia in ſucceſsione concluſa iam in ipſius linea deuenere; dùm à Io:Maria iuniore, Io:Mariæ ſenioris filio exercita fuere,ſicque ob illius obitū ſine prole Iuliæ eius ex vtroque parente ſorori forent deferenda; & ex Iuliç auiæ Iuribus ipſi Helenç,in eadem linea comprehenſæ;cum abſonum eſſe (poſſet forſan ſubiungere)de vna ad aliam lineam tranſitum dare, quando ipſa Helena in linea(vt vulgò dicitur) contentiua adinuenitur.

Præterea ſubtiliter addere D. Ioannes Baptiſta Pignatello, valeret, Helenam matrem ex Io:Mariæ ſenioris familia cenſendam, ac maſculi qualitatem, quç in ea videtur deeſſe, ab ipſo vti eius filio, maſculoque ſuppleri poſſe, ac ad fideicōmiſsū idcircò, licet agnatitium eſſe admittendum.

Primum autem argumentum diſcutere
3 opus ſanè non eſt,tanquam ex contrariorum, iam diſpunctis principijs pendens; An ſcilicet fœminæ filiorum appellatione, ſiue iuſta interpetratione, ſiue æqua extenſione contineantur; prout an ſemper ſub deſcendentium includantur vocabulo. Maſculorum qualitas extrà proprios cancellos an porrigatur, aut repeti valeat. Agnationis contemplatio ſine verborum expreſsione an inducatur. Ac fœminarū demum receptis dotibus exceptio, an ad marium in pari gradu prælationem tantummodò deſignandam;an verò ad familiæ contemplationem inferendam intelligatur appoſita. Vt decerni indè poſſet, ſi maſculus Agnatus, vlterioris etiam gradus, proximiori fœminæ valeat præferri: Nam ex diſſertis in ſuperiori reſponſo (quç inutiliter hic ſanè repetirētur) pleniſsimè,ni fallimur, aduerſus Laudoniam, & Portiam de Bernaudo,eorumque ſucceſſores, creditoreſuè firmauimus,& ex primigenij viſmariumquè,ac iterata pluries vocatione; prægnātiſsimis dictionibus perpetuitatem denotantibus compoſita; ac maſculorum qualitatis repetitione, cunctis in ſpeciebus coniectata;fœminarumque cōſtitutis dotibus excluſione, atque ex clariſsimis diſponentium verbis, & maſculis, & agnationi proſpicientibus; alijſq; ex euidentiſsimis coniecturis, omnimodò fideicommiſſa eſſe agnatitia: Ac idcircò ex incontrouerſa ferè ſententia, maſculos etiam remotiores,ſecluſis fęminis proximioribus, fore euocandos.

Secundùm verò oblectum, Iuris, quam diximus aſsiſtentiam ſibi videtur vindicare; cum fœminarū expulſio odioſa Iuriſprudentię quandoq; viſa fuerit, *ad tex.in l.maximum vitium* 4. *C. de liber.præter* §.*caterū Inſtit.de legat. agnat.ſucceſſ.* vt in legem vaconiam aliter diſponentem,inuehiſſe obſeruemus *Diuum Auguſt.de Ciuit. Dei lib.* 3. *cap.*21. Ac Iobum virum verè iuſtum, ſpecioſis eius filiabus hęreditatē colligamus dediſſe, *ex cap.vltim.Iob.* ibi: *Deditque eis pater ſuus hæreditatem inter fratres earū*, & apud Lycios ſingulari quidem conſuetudine,ex matribus, non autem ex patribus gentilitia fuiſſe nomina,filiaſque non filios,ſuos habuiſſe hæredes *Alex.ab Alex.genial. dier.lib.*5.*cap.*4.*circ.fin.verſ.è diuerſo.*
6 Atq;apud Tarentinos olim moris fuiſſe,vt maſculi præter arma, ad pugnandum, nihil caperent, filiæ verò ex aſſe hæredes eſſent, ad maritos nanciſcendos *Anton.Guenar. de Herolog.princip. lib.*2.*cap.*36.*nu.*378.*Parthen.litig.lib.* 1.*cap.*13. *nu.*9. ac in ſpecie, vt iuxta
7 cōmune Romanorum Ius fieri debeat inter-

interpetratio ex *text.in l.ſi ſerni veſtri*
2.C.de noxal. atque ideò fœminarum
hanc excluſionem maſculo eiuſdem
lineæ, & gradus, non autem alterius
lineæ, alteriuſuè gradus eſſe côceden-
dam tradat *D.Reg.Valenz.conſ.97.nu.*
*68.& nu.111.& 112.*eamque ſenten-
tiam,vt quoties ſcilicet diſponens à fi-
deicommiſſo, primigenioue, (in quo
firmauimus verſari) ſiue à maioratu,
genericè fęminas propter maſculos ſe-
cluſerit, expreſsè tamen de remotio-
8 ribus maſculis verba non faciens, de
maribus tunc eiuſdem lineæ;nô autem
alterius diſpoſitionem eſſe intelligen-
dam, poſt quamplurimos ſcripſere *Ti-*
raquell.de Iur.primog.q.10.nu.25. Mo-
lin.de primog.lib.3.cap.4.n.14.& cap.
5.nu.71. Fuſar.de fideic.q.379.nu.50.
& q.385.nu.12. Surd.conſ.403.nu.16.
lib.3. Lodouic. à Peguer.in repetit.Cap.
item ne ſuper laudem. verſ.6.nu.92.&
93. Melchior Phœbus deciſ. 22.num.9.
Caſtill.contr.Iur.lib.2.cap.4.n.160.&
ſeq.& lib.3.cap.19.à nu.146.& lib.5:
cap.92.nu.35. D.R.de Marin.reſol.lib.
2.cap.126.nu.35.& ſeq. cæteros refe-
runt *Addentes ad Molin. loc.cit. Cam-*
marat.reſponſ.legal.14. nu. 86. & ſub
9 *nu.* 88. *tom.2.* Quia cum ſucceſſio in
vnam obuenerit lineam, æquum non
eſſe videtur, vt illa omnimodò non
expleta ad aliam tranſitus permittatur
Molin.de primog.cit.cap.4.n.13.& cap.
6.nu.30.& 33.circ.fin.Cald.conſ.9.nu.
51. Theſaur. qq.forenſ. q.12.nu.12.&
q.20.nu.1.lib.2.Pereyr.deciſ.59.nu.5.
Fuſar. de fideicom.q.484.nu.33. Alua-
rad.de coniect.ment. defunct.lib.2.cap.
3.§.3.n.45. Caſtill.lib.3.cap.15.n.53.
& lib.5.cap.166.nu.38.& ſeq. Fonta-
nell.deciſ.34.n.15.& deciſ.35.nu.11.
D.Reg.Valenz.conſ.69. nu. 19. & cit.
conſ.97.n.111.& 112.Redenaſch.conſ.
10.nu.84.conſ.30.à nu.24.& conſ.58.
nu.121.& ſeq.D.Creſp.de Valdaur.ob-
ſeruat.illuſtr.obſer.22.nu.107.
Ea præſertim ratione;nàm cum vnam te-
10 ſtator prædilexerit lineam, totã illius
poſteritatem præſumitur adamaſse
Argumento l.cum auus 101. D. de con-
dit.& dem.l.cum acutiſſimi 30.C.de
*fideic.Molin.Theſaur.*ali;que mox lau-
dati præcipuè *Redenaſch.cit.conſ.10.*
nu.92.& conſ.30.nu.173.
Quodq; feudorum conſuetudinibus, po-
11 tiſſimum comprobant, quibus prima
linea non expleta, ad aliam tranſitus
denegatur *cap.1.de natur.ſucceſſ.feud.*
ijs verbis, *Ad ſolos, & ad omnes, qui ex*
illa linea ſunt,ex qua iſte fuit, & infra,
ſed omnibus ex hac linea deficientibus,
omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur, ex
Alciat.Soccin.Roland. à Vall. cęteriſq;
Molin.de primog.lib.3.cap.4.nu.13.&
14.Fontanell.cit.deciſ.35.num.8. poſt
Capyc.Gomez.Burg. de Paz. Gregor.Lo-
pez.Conarr.& Rim.Redenaſch.cit.conſ.
10.*nu.* 85. ſicuti in ſtatutis id pariter
12 recipi, vt maſculus remotior alterius
lineæ, proximiorem fœminam lineæ
ſucceſſionis minimè excludat *Rede-*
naſch. præ alijs *cit.conſ.10. nu.86.* &
13 reſtringendam, demum vti odioſam
hanc fœminarum eiectionem ex *Socc.*
Molin.& Bellon. ſibi indè ſuaſit *Philip.*
Cãmar.reſp.legal.14.n.93.in fin.lib.2.
14 ideoque in dubio pro fœminis ad ma-
ſculi remotioris excluſionem Ius dicẽ-
dum,ex *eod.Molin.& Cutell.* proſequi-
tur idem *Cammarat.cit.reſponſ.14.nu.*
99.in fin.

VERVM, & huic oppoſitioni ſatis quo-
que factum ex deſuper in pręcedenti
diſſertis opinamur; cũ in vltimis elo-
gijs,teſtatoris (meminimus) omnia ſibi
trahere voluntatem; legem in ijs illam
conſtituere, primum locum in condi-
tionibus obtinere, eique adamuſsim
vti Reginæ parẽdum: Regulariter ete-
nim (non abnuimus) ſuperiùs obiecta
vigere; at quàm periculoſum ſit regu-
lis adhærere, ex dignisſimi mei Geni-
toris præcepto alias innuimus.

Ab ijſdem quoque Aduerſariorum inſti-
tutis obuios non euntes, admiſimus,
benigna interpetratione,ſiuè extenſio-
ne filias filiorum ſub nomine quando-
que contineri; Attamen diſponentis
non repugnante voluntate (ſignifica-
uimus)

uimus) intelligendum nu. 81. deſcen-
dentium appellatione fęminas, ac pro-
prius complecti; dummodò aliud teſta-
tor probabilibus non edixerit conie-
cturis, quas latè d duximus à num. 82.
cum pluribus ſeq. Ac tandem eiuſmodi
fideicômiſſa agnatitia probauimus eſ-
ſe, in ijſque nec deſcendentium, nec fi-
liorum nomine fœminas comprehen-
15 di. Agnationi etenim dum dicitur pro-
ſpectum, maſculinum nullo pacto cô-
cipit fœmininum Socc. ſen. conſ. 73. col.
col. 3. vol. 4. Pariſ. conſ. 57. vol. 2. n. 8. &
9. Tiraquell. de retract. ligniag. §. 1.
gloſ. 9. n. 194. & 196. Gabriel. lib. 6. tit.
de verb. ſign. concl. 6. nu. 48. & 54. Cy-
riac. contr. 638. nu. 31. vol. 4. quodque
16 in ſtatutis familiarum fauore, fęminas
à ſucceſſione repellêtibus, itidem ſen-
tiere Barbat. Paul. de Caſtr. Alex. Dec.
Felin. Grat. Albert. Butr. ac reliqui pe-
nès Gabriel. cit. concluſ. 6. nu. 68. poſt
Tiraquell. d. §. 1. gloſ. 9. nu. 196. cum fa-
17 miliæ conſeruatio, quæ ſiuè in legum,
ſiuè hominum diſpoſitionibus expo-
ſcitur, à fœminis nequeat obtineri, ad
text. in l. pronunciatio 195. §. fin. & l.
familia 196. §. fin. D. de verb. ſignific.
Menoch. conſ. 95. nu. 53. lib. 1. Mantic. de
coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 8.
Fuſar. de fideic. q. 352. nu. 11. Vulteius
côſ. Marpurg. 23. n. 10. lib. 1. Knipſchildt
de fideicom. fam. nob. cap. 8. n. 128. Io: de
Carualho ad cap. Raynald. de teſtam.
par. 1. ſub nu. 488. D. Hieron. de Oroz. de
apic. Iur. ciuil. lib. 5. cap. 13. nu. 3. verſ.
quod in fęminis. Sed dumtaxat (vt iu-
dicauimus) à maſculis, quorum quali-
tatem fœminis minimè inquiunt con-
uenire Io: Andr. Butr. Aret. Dec. alijque,
quos ſequitur D. R. Rouit. conſ. 16. n. 7.
19 lib. 1. Hinc in ſpecie in hiſce familia-
rum, ſiuè agnationum fideicommiſſis,
mulietes non admitti affirmarunt, poſt
alios Ludou. à Peguer. dec. 112. præſup-
poſita nu. 2. ſic diſſinitum tradens in
fine, Caſanat. conſ. 57. nu. 44. Philipp.
Knipſchildt de fideicom. famil. nob. cap.
8. nu. 127. & cap. 11. nu. 139. verſ. cum
tamen, & nu. 439. ante eos ex innume-
ris Fuſar. de fideicom. cit. q. 352. nu. 10.
côprobat ex nouiſſimis Rotæ deciſio-
nibus Caren. cit. reſol. 128. nu. 31. Qui-
20 nimò, vt arctius rem attingamus, à re-
motiori pariter agnato fœminas ab hi-
ſce familiarum fideicommiſſis prorſus
repelli, edocuere Dec. conſ. 15. ſub n. 5.
Soccin. ſen. conſ. 6. nu. 2. lib. 3. Gozadin.
conſ. 89. num. 9. ex alijs Couarr. in cap.
Raynald. n. 2. & propriè verſ. idem ſa-
nè de teſtam. Caualer. deciſ. 583. nu. 11.
D. R. Rouit. conſ. 16. nu. 11. & 12. lib. 1.
Cyriac. contr. forenſ. contr. 476. nu. 14.
15. & 16. lib. 3.

Et ſi maſculi remotiores (vt omne remo-
21 ueatur obiectum) non eiuſdem, ſed al-
terius quoq; forent lineæ; Nam adhuc
fœminis proximioribus lineæ nouiſſimæ
defuncti excluſis, ex agnatitio fideicô-
miſſo euocabuntur Menoch. conſ. 1110.
nu. 27. lib. 12. poſt plurimos ſeniores
Peregr. de fideicom. art. 27. nu. 2. & 5.
Borgogn. Caualc. deciſ. 17. n. 5. & 8. p. 3.
Dom. R. Valenz. conſ. 112. nu. 97. Fonta-
nell. deciſ. 36. nu. 8. & deciſ. 56. nu. 6. &
7. lib. 1. ex Vaſq. Anend. Gregor. Lopez.
Reg. Corſet. alijſq; D. Marius Cutell. dec.
28. nu. 18. & ſeq. Caren. cit. reſol. 128.
nu. 32. Cammarat. reſponſ. legal. 4. n. 6.
lib. 2. nec diſſentire auſus eſt Vela. cit.
diſſert. 49. ſub. n. 50. lib. 2. eam reddens
rationem, quia nempè ob inſtituentis
voluntatem, attenditur prærogatiua ſe-
xus, non lineæ.

Contrariæ ſententiæ (aientes) auctores
22 intelligendos eſſe, quoties agnationis
contêplatio nô videtur expenſa, proùt
egregiè affirmat Cutell. cit. deciſ. 28. &
ſigillatim aduerſarios expungit nu. 25.
cum plur. ſeq. ſecundum iuſtiſsimam
hanc ſententiam iudicatum referens
ſub die 6. Iuly 1630. vti monuit idem
Caren. loc. cit. nu. 23. in fin. validè qui-
23 dem pro patruo aduerſus neptem sê-
tentiam approbans, receptiſsimamque
oſtendens, & apud grauiſsimos aucto-
res, ſenatuſque complures cit. reſolut.
128. nu. 42. verſ. dixi vlterius, & verſ.
dixi denique. Aduerſarios etiam con-
futans, præſertim Reg. Conſ. Hodiern.

in

in addit.ad Surd.deciſ.66.& contr.11.
nu.42.Cenſal.in obſeruat.ad Peregrin.
art.20. vt in ſeq.reſol.129.n.5. Indu-
ctaſq; in contrarium diffinitiones, ſiuè
exoluens, ſiuè enucleans eadem reſol.
128.& propriè nu.43.
Quamobrem in hac cauſa, in quà tàm
24 enixè conſeruandæ agnationis ratio
habita fuit, quamq; ex TACITIS col-
ligi pariter poſſe tradidere Mantic.de
coniect.vlt.vol.lib.6.tit.14.n.21.Surd.
conſ.96.n.14.16.& 47.lib.1.& conſ.
241.n.23.& 38.lib.2.& dec.124.n.7.
ac dec.125.n.6. Rot.Rom.penès Ludo-
uiſ.dec.293.nu.25.& dec.464.nu.13.
Fōtanell.cit.dec.56.n.7.Larrea dec.53
n.19.Radenaſch.conſ.58.n.43.& conſ.
60.n.63.extra controuerſiā contendi-
mus eſſe, Helenam Falangola, ſiuè Iu-
liam de Bernaudo Io: Mariæ Senioris
filiam à D.Didaco, ex Iuribus ſaltim
Ferdinandi eius proaui, eiuſdēq; Iuliæ
patrui, excludi debuiſſe; nō modò ex
his, quæ hic breuiter ad hanc ſpeciem
aptiora collegimus; ſed ex ijs etiam,
quæ in præcedenti diſſert. aduerſus
Portiam, & Laudoniam de Bernaudo,
ex prægnantiſsimis potiſsimum illis
verbis Semper, omnique in euentu ma-
ſculos fœminis praferentibus; perpe-
tuam agnationis exprimentibus con-
templationem, & ratione, & auctori-
tate, adhùc Iudicatarum rerum, cura-
uimus firmare nu.135.
Fundamēta autem aduerſæ opinionis ex
his quoque conſpiciuntur euerſa. Fœ-
minea enim illa ratio, quà plus æquo
Iuſtinianus vxorius (ſicuti in ſimilibus
manifeſtarunt: Io: Magnus Gothus lib.
13.hiſtor.Goth.cap.25. Bodin.de Repu-
blic.lib.1.cap.3.n.17.Petr.Gregor.ſyn-
tag.Iur.vniuerſ.p.3.cap.11.nu.2. An-
ton.Faber coniect.lib.8.cap.11.nu.4.in
fin.Iacobus Meſtertius de Iuſt. Rom.leg.
lib.1.dub.3.in princip.) in l.maximum
vitium 4. C. de liber.praterit. quaſi
naturæ accuſatores exiſterent, eos
damnauerit, qui in ſucceſſionibus ma-
ribus morem potiùs, quàm fœminis
fecerāt; nullius equidem momenti eſt;
cum è conuerſo maſculis ad fœmina-
rum excluſionem, cuncta ferè Iura ob-
ſeruentur fauere; Iure enim diuino ſo-
25 lis maribus, agnatiſq; Cananea Terra
diuiſa fuit, vt Ioſuè cap.13. ſicuti ex di-
uino ſimiliter præcepto filij filias, fra-
tres ſorores, agnatiq; cæteras fęminas
à ſucceſſionibus expulere, vt Numer.
cap.27.lit.B. traduntque Chaſſan. in
Conſuetud.Burgund. Rubric.7.§.12.in
princip.nu.15. Decian.conſ.17.nu.31.
lib.1. Tiraquell.de vtroq; retract. in
prafat.n.7.Gaill.obſeruat.lib.1.obſer.
122.nu.10. Andr.Knichen.de veſt.pa-
ction.par.1.cap.4.nu.4. Schneideuin.
inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.n.10.Vela
diſſert.iur.diſſer.49.n.47.lib.2.Bodin.
de Republic.lib.5.cap.2. Corn.Cornel.à
Lapid.cit.cap.27.col.2.lit.B.pag.890.
Ius quoque Romanorum maſculis pari-
26 ter ex vaconia lege proſpexit, vt ex
Franciſ.Balduin. probat Knipſchildt.
de fideicom.famil.nobil.cap.8. nu.197.
27 quemadmodum antiquum duodecim
tabularnm Ius, quo ſoli agnati, cogna-
tis penitùs incognitis, admittebantur,
§.item vetuſtas Inſtit.de hared. qua ab
inteſt.defer.& Inſtit.de S.Conſult.Ter-
tyll.in princip. ſicuti poſt leges 12. ta-
bul. quæ id temperauerant, media Iu-
28 ris prudentia lege 12. tabul. Iunior,
Imperiali etiam diſpoſitione anterior,
maſculis itidem denuò cæpit conſule-
re §.caterum Inſtit.de legit.Agnat.ſuc-
ceſſ. quod licet emendare Iuſtinianus
ſtuduerit in cit. l.maximum vitium 4.
C.de lib.prater.& Auth.in ſucceſsione,
C.de ſuis, & legitim.& Auth.vndè ſu-
mitur de hared.ab inteſt.venient. §.1.
29 Attamen aliquibus in ſpeciebus, ad-
hùc deteriorem fœminarum, quam
marium conditionem, ipſummet ex
multis oſtendit effeciſſe Knipſchildt.
cit.cap.8. nu.202. Adeò vt eiuſmodi
30 ſtatuta diſpoſitiones, & cōſuetudines
maſculis fauentes, nil aliud inquierit
eſſe, quam veteris Iuris ſcripti, ſalu-
berrimèque introducti acceptabilem
renouationem ex Henric.Brulco, &
Muſcolo cit.cap.8. de fideic.famil.nob.

nu. 201. Ac proindè benigniſſima in-
terpetratione extollendas; vt nil mi-
31 rum ſi communi calculo ſtatuta, fęmi-
nas ob maſculos præ agnatione à ſuc-
ceſſione reijcientia, fauorabilia cenſita
ſint *Decian.conſ.17.n.31.vol.1.Vulteius
cōſ.Marpur.29.n.35.lib.2.Knipſchildt.
cit.n.201.in princip.* ante eos *Menoch.
conſ.427.nu.13.lib.5. Fuſar. de fideic.
q.676.nu.5.* proùt illa quæ familiarū,
continent conſeruationem, & incre-
32 menta (id quod & rebus publicis, &
principibus maximopere indiximus
conducere) vniuerſali fermè electione
ampliſsimas Ciuitates, Prouinciaſque
ac totam ferè Europam amplexas, &
meritò fuiſſe, ex complurium auctori-
tate exornat idem *Philip.Knipſchildt.
de fideicom.ſam.nob.cap.8.nu.205.cum
plur.ſeq.*
Qua de re argumentatio illa, vt quum li-
neam teſtator elegerit, ità & ſimiliter
totam eius poſteritatem credatur dile-
xiſſe, ex ipſiſmet principijs euaneſcit;
ex coniecturata ſcilicet eiuſdem volū-
tate, vti ex ead. *l.cum auus* 101. *D.de
33 cond. & demonſtr.* colligitur, dum ſi-
cut ex admirabili inibi expenſa pieta-
tis coniectura (ob quam acutiſsimi no-
men Papinianus emeruit *in l.cum acu-
tiſsimi* 30.*C.de fideicom.*) deſcenden-
tem ſanguinem, extraneis poſthabitis
ſubſtitutis, diſponentem vocaſſe, licet
id non ſcripſerit, reſponſum fuit; ità in
34 hac facti contingentia inter deſcen-
dentes, prædilectos maſculos ſemper
fœminis prætuliſſe, probatiſsima erga
agnationem pietatis quoq; coniectura
cenſendum erit, vt *Caren.* videtur in-
nuere *cit.reſol.129.nu.5.verſ.verum,*
ac probaſſe *Dom.Conſ.D.Io:Dexart.de-
ciſ.35.nu.21.* & nos non ſemel expli-
35 cuimus, cuncta ſcilicèt, quæ pro fœ-
minis inducuntur, vigere inquientes
vtique poſſe, quoties agnationis ceſſa-
ret contemplatio, proùt vltra deſuper
longa ſerie laudatos *Philippus Cāma-
rata*, qui fœminarum alioquin Iura-
tuetur, non deſijt confiteri *reſponſ. le-
gal.4.n.6.ver.1.& reſp.14.n.88.lib.2.*
Ex his itaque, quæ ex generalibus indu-
36 ctionibus obijci poſſent, remanent ab-
ſoluta, præſertim ex *cap.1.de natur.ſuc-
ſionis feud.* quod potiùs in contrarios
contorqueri poſſet, cum eo loci nullo
modo de fęminis, & maribus in diuer-
ſis lineis exiſtentibus diſceptatio fue-
rit; ſed de vnius lineæ maſculo, qui ad
ſucceſſionem maſculi alterius lineæ ſi-
ne filijs vita fūcti, vellet aſpirare. quod
ſanè ad rem nec facit, nec ad quæſtio-
nem: cum compertum ſit de fœminis
inibi agi non potuiſſe; quippè quæ ijs
cōmunibus feudorum vſibus ab omni
37 prorſus ſucceſſione remouebātur *cap.
1. §. hoc autem notandum, de his, qui
feud.dar.poſs.cap.1.§.quin etiam Epiſc.
vel Abbat.cap.1.§.filia verò de ſucceſs.
feud.cap.1.de ſucceſs.fratr.vel gradib.
ſuccedend.in feud. à Peguer.in repetit.
cit.cap. item ne ſuper laudem. verſic.6.
nu.93.circ.fin. Io:Vincent.de Ann.alle-
gat.34.nu.9.& allegat.106.nu.4.D.R.
Lanar.conſ.60.nu.40. D.R.de Curt.in
diuerſ.feud. verſ. licet autem pag.* 83.
*Minad.deciſ.36.nu.2.& 11. D.Conſil.
de Ann.conſ.8.nu.7. D.Conſ.de Georg.
alleg.21.nu.6.D.Praſ.Vrſin.de ſucceſs.
feud.par.1.quæſt.7.art.4.nu.1.* cum
alijs a nobis laudatis *diſsert.11.n.25.
& diſsert.34.nu.10.*
TERTIVM obiectum ſubtilitatis aliquid
contineret, ſi quæ ex facto præcipuè
eduximus, firmiſsimam agnationis cō-
templationem non euulgarent.
Licet namque D.Io:Baptiſta Pignatellus
poſſet exponere, Helenæ Falangolæ
matris, ob fęmineum ſexum excluſio-
nem, vti maſculo ſibi ſupplere datum;
atque ideò ſibi quoque, vti D.Didaco
proximiori, ſucceſsionem eſſe deferē-
dam; cum deſcendentium, ac maſculo-
rum qualitas à diſponentibus affecta-
38 ta, in fœminarum maribus, à Teſtato-
re pariter deſcendentibus obtineatur,
quod maximè ex *Seueri*, & *Antonini*
reſcripto pendere videtur in *l.1.C.de
condit. inſert. Si ſine liberis,* inquien-
tium, *Inſtitutus dicm obijſset, iſque ne-
potem, quem ex filia ſuſceperat, haredē
inſti-*

*inſtituerit conditionem adſcriptam fi-
deicommiſſo defeciſſe manifeſtum eſt :*
39 Idcòque ad rem , maſculos ex fœmi-
nis in excluſionem maſculi ex maſcu-
lis remotioris, ad fideicommiſſum in-
marium beneficiū factum , eſſe admit-
tendos ſenſiere complures à *Mantic.*
relati *de cōiect. vltim. volunt. lib. 8. tit.
18. nu. 20. & Peregrin de fideicom. art.
26. nu. 1.* ac *Fuſar. de fideic. quaeſt. 404.
nu. 7. D. Conſil. Paſchal. de vir. patr. po-
teſt. par. 4. cap. 9. nu. 41. D. Reg. Valenz.
conſ. 97. n. 125. cum ſeq. lib. 1. Redenaſh.
conſ. 10. nu. 99. verſ. dixi tertio, & nu.
103. Altograd. conſ. 66. nu. 1. vol. 2.*
Veriùs tamen, ac ingenuè fateri oportet,
contrariam ſententiam, & ratione , &
auctoritate, ac ob eximiam demum ,
quæ in hac cauſa viget, ſpecialitatem,
40 crebriùs, ac communiſsimè receptam
eſſe. Mittimus, ex fœminis deſcenden-
tes, pro maribus haberi , ex Iuris id
acumine quodammodò ortum habe-
re, quod nequaquam de omni teſtato-
re accipi fas erit , vt *Argumento §. pe-
nult. Inſtit. qui teſt. fac. poſs.* poſt *Bald.
Cuman. & Soccin. ſen.* ſcripſit *Menoch.
conſ. 172. nu. 21. verſ. tertio accedit lib.
2. & 1036. nu. 7. lib. 11.* apertiùs iuua-
41 bit afferre , nullo ſcilicet pacto matre
excluſa filium eiuſdem imaginem ad
42 ſucceſſionem euocari poſſe *ſatis enim
abſurdum eſt* Iuſtinianus reſcripſit in
l. vnic. in princ. C. de latin. libert. tol-
lend. *ipſa origine rei ſublata eiuſdem
IMAGINEM derelinqui. Menoch. cit.
conſ. 172. nu. 30. Fuſar. d. q. 404. nu. 3.
Vela ead. diſſert. 49 ſub nu. 59.* cum ex-
pulſa radice, ab ea cuncta dependen-
tia , ac peruenientia dicantur eiecta ,
*cap. 1. §. hoc autem de ijs, qui feud. dar.
poſs. Ruſt. in l. cum auus lib. 6. cap. 16.
n. 2. D. de condit & demonſtrat.* ex alijs
Fuſar. cit. quaeſt 404. *nu.* 2. & cum plus
43 iuris in cauſato (vt vulgo fertur) eſſe
nequeat, quàm in in fluenti cauſæ po-
tentia, ſi mater ergo excluditur, & fi-
lium ex neceſſitate arceri oportet *Gre-
gor. Lopez in l. 3. tit. 13. par. 6. verb. mu-
geres col. 7. & 8.* ex alijs *Molin. de pri-
mog. lib. 3. cap. 5. nu. 46. Peregrin. de fi-
deicom. art. 26. nu. 7. Fuſar. dict. quaeſt.
404 nu. 3. verſ. quinto Vela diſſert. 49.
nu. 60. in princ. D. R. de Marin. reſolut.
Iur. lib. 2. cap. 126. nu. 29.*
Vt idcircò aptiſsimè ad rem dixere , ex-
44 cluſæ fœminæ maſculum, producen-
te principio carere ex *Bald. in l. quo-
ties 12. nu. 2 C. de ſuis, & legit. Niger
Cyriac. contr. forenſ. contr. 386. num. 3.*
45 *lib. 2.* cumq; maſculi vocati cenſean-
tur , vt bona in familia ſeruentur , vt
præter ſuperiùs adductos, in hac ſpe-
cie firmarunt *Mareſcott. var. reſol. cap.
144 nu. 10.* ac *D. Praeſ. Vrſin. de ſucceſſ.
feud. par. 2. quaeſt. 10. nu. 17* dum mater
vti agnationis conſeruandæ impar
remouetur ; multò, & fortiùs illius fi-
lius , licet maſculus à ſucceſsione ſe-
cludi debet , ex pluribus *Hercul. Ma-
reſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 144. nu. 10.
11. & 12.* ſiue ex excluſa proueniens
46 radice, vt inquit *Peregrin. cit. art 26.
nu. 2.* ſiue ex infecto, impertinentique
medio, ſicuti ex *Bald. Paul. de Caſtr.* ac
Decio, firmat *Maeeſcott. cit. cap. 144.
ſub nu. 12. & 13.*
Atqui ad auctoritatem , vt indè acceda-
47 mus, induci primo poſſunt Iura *in l. 1.
in fin. D. de Iur. immun. Sed & generi*
Conſultus ait , *poſteriſque data, cuſto-
ditaq; ab eis, qui ex fœminis nati ſunt,
48 non pertinent. & in cit. cap. 1. §. hoc au-
tem de ijs qui feud dar. poſs.*
Et innumerabiles ferè poſtmodum inter-
49 pretres, qui huic ſubſcribunt ſententiæ,
vt vocatis nempè a diſponente maſcu-
lis. ex fœminis mares, ad fideicommiſ-
ſum nullatenus admittantur, apud *Ti-
raquell de Iur. primog. quaeſt. 12. nu. 5.
Sforz. Odd de compendioſ. ſubſtitut. par.
6. art. 4. nu. 4. Craſs. in § fideicommiſſū
quaeſt. 35. nu. 3. Trentacinq. de ſubſtit.
par. 4. cap. 15. nu. 10. Ruſtic. in l. cum
auus lib. 6. cap. 16. de condit. & de-
monſtr. nu. 1.* qui omnes de communi
opinione teſtantur , reliquos referunt
*Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. à nu. 45.
Peregrin. de fideicom. cit. art. 26. nu. 2.
& ſeq. & nu. 30. Fuſar. de fideic. quaeſt.*

Digitized by Google

385.n.25.& dict.quæſt.404.nu.6.Barboſ.appellat.141.n.2.Speidelius ſyllog. 99.verb.maſculinum verſ.maſculus Ioſeph Vela cit.diſsert.49.ſub nu.60.lib. 2. comprobantq; *D.R.de Marin.reſol. Iur.lib.2.cit.cap.126.n.28.29.& 30. & in obſeruat. ad D.R.Reuert.dec.345. in fin.lib.1. D.Præſes Vrſin. de ſucceſſ. feud.par.2.quæſt.10.nu.3.& nu.17.& 19.* vbi ex fœminis deſcendentes, vt
50 fœminas, non verò vt maſculos iuſtè inquit habendos.

Huius tandẽ cauſæ ſpecialitas ea eſt, quæ omnẽ ab hac quæſtione remouet ambiguitatem; Nam cum iſthæc propoſitio, proùt cætera fermè Iuris prudentiæ, ſuos hinc indè habeat ſectatores; omnes tamen vna ſimul cõueniunt, vt ſi diſpoſitio maſculorum tãtummodq; nõ conſeruandæ agnationis cauſa vocationem contineat, anceps tunc ſit quæſtio, ſi maſculorum nimirum ſola qualitas dilecta ſit, an agnatio. Cum contrarij maſculorum ſolum inquiant qualitatem electam, quæ cum in fœminarum maſculis adinuenitur, ipſos quoque admittendos exiſtimant, vt deſuper *nu.* 39. Quod noſtri negant; quoniam ipſamet maſculorum voca-
51 tio, agnationis indicat contemplationem; Attamen quando agnationi verè conſulere teſtatorem cernitur voluiſſe, communi tunc calculo conſentiunt omnes à ſimili agnatitio fideicomm.ſſo ex fęminis ortos maſculos, forè omnimodò reiciendos *Molin. de primog. lib.3.cit.cap.5.n.48.Menoch.conſ.802. nu.36.lib.9.Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.8, dict.tit.18.nu.20. Peregr. de fideicom.cit.art.26. nu.12. Fuſar.de fideicom. quæſt.325. num.10. Surd.conſ.308.n.14.lib.3. Anton.Fab. in ſuo Cod. lib.6.tit.19.de verb.ſignif. diffin.1.& de error.prag.decad.28. error.8.nu.6. Mareſcott. var.reſol.lib.2. cap.144.nu.2.Ricc.collect.deciſ.collect. 886.p.4. Fontanell.de pact.nupt.clauſ. 4.gloſ.25. à nu.15. D.Reg.Valenz. cit. con.97.nu.128. D.Conſil.Paſchal.de vir.patr.poteſt.par.4.cap.9.à n.41. Addent. ad Molin.lib.3.cit.cap.5. nu.45. ſeq. verſ.primus caſus* apertiùs *Vela cit.diſsert.49.nu.72.in fin.lib.2.Redenaſch.idem cit.conſ.10.nu.101.& 102. & Altograd.con.66.ante nu.1.& conſ. 89.ſub nu.4.verſ.maximè lib.2. M.R. Curia Regni Siciliæ 1.deciſ.pro ſucceſſ. princip.Buter.artic.4.ſub nu.385.*

Et cuncta hæc, tam aduerſus ipſam Helenam, quam ipſius D. Io: Baptiſtam filium maximopere vigerent, eò quod
52 ipſa Helena, ſiue Iulia de Bernaudo è cuius Iuribus ageret, extra familiam nupſere, vt indubiè à paterna omnimodò agnatione aliena ſit reputanda, ſiue paternam familiam rupiſſe, vel eidem finem dediſſe, aut extinxiſſe; quemadmodum varijs ſub hiſce vocabulis id noſtri expreſſere apud *Fuſar. de fideicom.ſubſtit.quæſt.352. nu. 16.cum ſeq.* cæteroſq; Vndè perbellè quidem *Æuripides* cecinit.

Mulier egreſſa paternis ædibus,
Non amplius eſt parentũ, ſed cõiugis.
Maſculum verò genus, perpetuò manet in ædibus.

Licet quoque non defuerint, qui disertè dixerint cautionem, nempè illam nubendi maſculo de familia, non ſemper ſatis eſſe; Namque maſculus ex maſculo verè, ac ſuaptè natura agnationem, familiamque conſeruat; ſecùs autem maſculus ex fœmina; cum id non niſi per fictionem, artificiumq; efficiatur *Fuſar.conſ.18. ſub nu.11. verſ.tertio,* comprobat ex alijs *M.R.C.Regni Siciliæ de ſucceſſion. princip. Buter. art.4. nu.392.*

Et propterea, cum in hac cauſa de familiæ contemplatione, Iuris veritate attenta, iuſtè ambigi quidem nõ valeat, ac de fideicommiſsis exindè agnationis, agi, extrà omnem controuerſiam putamus eſſe, tàm in ſecundo, quàm in poſteriori hoc capite diſcuſſa ſi obijcerentur, nullius roboris, ac momenti fore dijudicanda: eò præſertim quia obiectum, quod ſæpè ſæpiùs in fideicommiſſa vulgus inferre ſolet, vt in dubio videlicet tanquam odioſa ſint

com-

comprimenda; ſat quidem eximiè, ac
54 de more impugnat omni æuo cele-
55 berrimus I. C. *D. Creſp. de Valdaur. obſeruat. 22.nu.2. & ſeq.lib.1.* in illu-
56 ſtrium maximè familiarũ hiſce fidei-
commiſſis prorſus reſpuens; cum benigniſſima in ijs ſumenda ſit interpetratio *Decian.conſ.1.num.317.& ſeq. lib.1. Tiraquell. de Iur.primog. quaſt. 71.nu.3. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.7.tit.1. nu. 44. Craſsus in §. fideicommiſsum quaſt.2. verſ. contra, Fuſar.de fideic.quaſt.290. nu. 3. Knipſchilds. de fideic. famil. nobil. cap.7. nu.85. D.Creſp.de Valdaur. & obſeru. 22.nu.5.* nobilium namque familiarũ conſeruationem publicæ rei, diximus intereſſe ſuperiori *diſsert.nu.*100. Cuius quoque rei gratia, quia nihil ſub ſole perpetuum, electiſsimæ illi diſpoſitioni maximoperè fauẽt interpetres, quà præ familiæ, illiuſque ſtemmate, ſplendoreq; perpetuandis, diſponen-
57 tes eorum nomen, & arma, ſiuè inſi-
gnia iubent deferri; tunc etenim id in omnimodam fœminarum, proximiorum etiam excluſionem, ac pro agnatione perpetuò conſeruanda eos id cenſent effeciſſe *Decian.conſ.7.ſub nu. 26. & ſeq. & nu.3. & conſ.31.ſub nu. 94.& 95. lib.1. Menoch.conſ.117. nu. 23.lib.2. & conſ.204.nu.25. & conſ. 205.n.15.& conſ.333.nu.14.circ.fin. verſ.quod ſignum lib.4. & conſ.1023. nu.12.& conſ.1069.n.1.lib.11.Molin. de primog.lib.2.cap.14. nu.8. Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.6. tit.15. nu.15. Peregr.de fideic.art.25.nu.27. in fin.Theſaur.deciſ.188.nu.11.& deciſ.270.n.10.Rot.Rom.*penès *Farinac. deciſ.319.nu.4.par.1.Fuſar.de fideic. quaſt.499.n.13.& conſ.5.n.13.Pariſ. conſ.18.num.42.lib.2.Annaeus Robert. rer. iudic. lib.4. cap. 3. pro ſempronio pag.755.in fin.Peguer.deciſ.101.nu.2. D.Reg.Valenz.conſ.40. nu.30. Cutell. deciſ.29.nu.20.lib.1.D.R.Capyc.latr. conſult.75.nu.286.lib.1. D.Frageſ.de Regim.reipublic.par.3.lib.9.diſp.18. nu.12. in princip.Theodor.Hoping. de inſig. & arm.cap.8. §.4. membr.1.nu.*
58 335. Maſculos enim nominis ferendi,
& inſignium, armorumq; familiæ capaces edocuit *Ann.Robert.loc.cit.* fœ-
59 minis autem indere familiæ cogno-
menta, tùm apud Græcos, tum Romanos lege vetitũ oſtendit *Alex.ab Alex. genial.dier.lib.5.cap.4.circ.fin.*

Vt proindè, ſi per tempus liceret, abſti-
60 nendum fundaremus ab ijs, qui penès
Italos ex *Giurb.deciſ.32.nu.28.& Altograd.conſ.66.n.65.lib.2.* etiam à fœ-
61 minis, ipſarumq; filijs maribus defe-
rendi nomen, & arma impleri conditionem poſse exiſtimarũt; proùt apud Hiſpanos ex doctrina præſertim *Molin.de primog.lib.2.cap.14.n.9.& lib. 3.cap.5. in fin.* ibique addent *D.Reg. Valenz.conſ.97.nu.121.lib.1. Caſtill. quotid.contr.lib.5.cap.136.n.75.verſ. Molina, Frageſ. de Republic.par.3.tit. diſput.18.§.3.ſub nu.12.* & meminere *Rot.Roman.in dict deciſ Farinac.319. nu.4.in fin.par.1.& Cutell.cit.dec.29. nu.21.lib.1.*

Satis etenim à Iure diſſonũ exiſtimamus, teſtatoris voluntati in hac re obuiam
62 ire; quippè qui, ſi artificium id, quã-
uis nobile, pro ſua amplianda agnatione exquiſiuit; multò & fortiùs credendũ eſt voluiſſe veram, ac præexiſtentem eius familiam, remotis quocumque gradu, lineaque fœminis, cõſeruare; niſi id intelligamus vti *Lalius*
63 *Altogr.* explicuit, vt nimirum ad id
fęminæ inuitẽtur, quoties omnes maſculi de familia defeciſsẽt *cit.conſ.66. nu.68.* ijs verbis, *Nec eſt inconueniens, quod in huiuſmodi fideicommiſſis fęminæ poſt defectum omnium maſculorum de familia admittantur.* Quod maribus quibuſuis in familia exiſtentibus, efficaciùs noſtram ſanè confirmaret ſententiam.

Prætereà, vt acu res tangatur, hoc arma aſſumendi, deferendique onus, nequaquam initio maſculis de agnatione ab experientia imponitur, vti quibus na-
64 turaliter nomen ineſt, & ſtemma; ſed
filiarum filijs, cognatiſuè, ſiuè cæteris

extra-

Digitized by Google

extraneis, quibus artificium præbet, quod non dedit natura, vt obſeruat *Ramon.cit.conſ.*15.*nu.*20. Ergò poſt-
65 quam ad filiarum maſculos, ſiuè aliorum ſucceſſio, hac conditione addicta peruenerit, nefas erit, vt in maribus ijſdem in poſterum, eorumdemq; deſcendentibus, maſculorum ipſa qualitas illuſtriſque agnationis conſeruandæ propagandæque inſtitutum, iuxtà enixam diſponentis voluntatem, in continuam fœminarum excluſionem non cuſtodiretur; vti perbellè poſt cōplures annuiſſe videtur *Caſan.conſ.*20. *nu.*29.

Præterquamquod cum nulla alia ratione
66 impelli teſtator poſſit, vt hanc nominis deferendi conditionem iniungat; quam vt ſuæ familiæ nomen perpetuet in æuum *Decian. Menoch. Surd. Theſaur.loc.cit. Ramon. d.conſ.*15.*nu.*19. & idem *Molin.cit.cap.*14.*nu.*7.*lib.*
67 2. Contra Iuris eſſet æquitatem, vt illius hæc euidens voluntatis coniectura proſterneretur: quapropter iuſtiſſimè contrarium diffinitū cernitur apud
68 *Peguer.cit.deciſ.*101. Et in Senatibus difficiliter *Molina* ſententiam admittendam pronunciauit, ex *Theſaur. & Caſanat. Ramon.cit.conſ.*15 *ſub nu.*19. vt & ipſemet *Molina* hanc dubietatem videatur agnouiſſe, dum *in cit. lib.* 3. *cap.*5.*in fin.* cum quæſtio inciderit accuratiùs monuit deliberandū, ijs verbis, *Cum caſus ſe obtulerit, de his omnibus deliberandum erit.*

Eoque magis, quod hæc ſententia, è ſuperioribus itidem firmatis pendere
69 conſpicitur principijs, cum ſcilicet ex coniecturis ad fideicommiſſum agnatitium inducendum, moueri Ius dicẽtes diximus oportere, quæ ſi aptiſſimæ ad illud efformandum dignoſcuntur; multò magis ad hanc eandem conditionem, iuſſionemque nomen, & arma ferendi efficaciorem reddendam, vti agnationis conſeruandæ gratia iniunctam, cenſebuntur validiſsimæ; quod iidē inſignes Hiſpani doctiſsimè quidem affirmarunt, *Molin.cit.cap.*5.*lib.*3. *nu.*78. ibi, *Quod ex ſolo nominis*, ex *Auendan. & Ludouic.Caſanat.Caſtill. cit.cap.*136.*lib.*6.*nu.*75. *ſub verſ.Molinam, & ſub verſ.remanet Addent.ad Molin.cit.cap.*14.*lib.*2.*nu.*8.*&* 9.*verſ. quorum recepta, & verſ.cæterum.*

Proùt iuſtiſſimam eam ducimus cenſendam, quæ ex eiuſdem teſtantis deſcē-
70 deret Iuſſu, quò ipſius ſolùm familiæ cognomine ſimpliciter, & abſque aliqua mixtura ſucceſſores nūcupari demandaſſet, armaque & inſignia ipſiuſmet quoque ſine aliorum pariter miſtione deferri exprimeret, preciperetque. Id quod tantæ (inquiunt) iuſtitiæ, ac potẽtiæ eſſe, vt ſi hoc relicto frui ſucceſſores exoptant, alio maioratu ſeſe exui debere, egregiè ipſimet Hiſpani, præſertim Conſulti edocuere, inter quos Princeps fuit idem *Ludouic.Molin.* ex *Bald.Angel.Iaſon Immol.* alijſque *de prim.lib.*1.*cit.cap.*14.*n.*26. *& lib.*3.*cap.*2.*n.*30. & ſequuntur *R.P. Molin. tom.* 3. *de Iuſtit. & Iur. diſput.* 615.*nu.*6.*Aluarat.de coniect.ment.defunct.lib.*2.*cap.*2. §.1. *nu.*40.*verſ. & an*, *& quado Gratian. diſcept. forenſ. cap.*645.*nu.*17.*verſ.quia nullus lib.*4. *D. Reg. de Ponte conſ.*4. *à nu.*1. *lib.*1. *Caſtill.quotid.contr.lib.*5.*p.*2.*cap.*136. *nu.*77.*& cap.*180.*num.*18. *Addent.ad Molin.cit.cap.*14.*lib.*2.*n.*26.*in princ.*

Vt ex his, omni equidem ex parte manifeſtum fiat, diſponentium voluntati omnimodò parendum, quæq; ex coniecturis elici dicitur euidentiſſimè, & quibus ſat, ſatiſque ſuperfluè præſens facti ſpecies comperitur abundare; cuique apertiſsima quoque cum deſeruiant verba; maſculos proindè remotiores, fœminis proximioribus etiã, alteriuſq; lineæ eſſe præferendos, fœminarumq; ſimiliter maribus ab agnatitijs hiſce fideicōmiſsis penitùs exactis, concludimus inconcuſsè VIII. idus Decembris M.DC.LXII.

Quanti hæc ponderis, ſecuritatiſuè prę fiſci commodo fuerint cenſita, ex Differt.XL.in fin.eliciunto,

SVM-

S V M M Æ.

1 *Succeſſio in feudalibus apud nos in collateralibus tertio circũſcribitur gradu.*

2 ... *ex communibus feudorum vſibus vſque ad ſeptimum gradum extendebatur, & ſub nu.* 3.

3 ... *& ad id expenditur pragmatica* 12. *de feud.*

4 *Fœmina ex noſtratuum auctoritate, ab officiorum ſucceſſione excluditur; ſed de veritate nu.* 17.

5 *Reuocatio ex Conſtitutione Cõſtitutionem diuæ memoriæ in officijs non recipitur; ſed quare nu.* 18.

6 *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, in quaternatis tantum feudis viget.*

7 *Veritas premitur, non opprimitur.*

8 *Determinatio vna plura reſpiciens, equaliter debet terminare.*

9 *Res eadem diuerſo nequit Iure cenſeri.*

10 *Fœmina ex feudorum vſibus, à ſucceſſione arcebantur.*

11 *Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit argumenta.*

12 *Veritas diſputationibus adinuenitur.*

13 ... *examinata in lucem prodit.*

14 ... *fitque oculatior.*

15 ... *ſive potentior.*

16 *D. Præſes Lanarius in hac quæſtione pro Cliente elaborauit.*

17 *Fœmina apud nos in officijs ex Regni Iuribus, poſt maſculos ſuccedunt.*

18 *Officiorum ob arctiorem naturam in ijs non datur reuocatio.*

19 *Ad diminutionem inducta, argumentum nequeunt operari.*

20 *Feuda plana, & de tabula ſub Conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, qui ſenſerint comprehendi.*

21 ... *ſed contraria verior eſt ſententia.*

22 *Dom. Conſiliarius Camillus Villanus commendatur.*

23 *Prout antiquiſſimus Sãcti Seuerini Ordo.*

24 *Officia inter quaternata feuda numerari oportet.*

25 *Feuda à Rege collata, tanquam in eius ſcriptura contenta dicuntur quaternata.*

26 *Feudum planum, ac de tabula ſub Rege dari nequit.*

27 *D. Præſidentis Lanarij argumenta, ex ipſius dictis confutantur.*

28 *Pragmatica* 31. *de feudis in officijs etiã recipitur.*

29 *Statuta cuiuſuis Prouinciæ cõmuni Romanorum Iure præponuntur.*

30 *Conſtitutiones patriæ, cõmune noſtrum Ius exiſtimantur.*

31 *D. Petrus Iordanus Vrſinus S. C. Præſidens commendatur.*

32 *Conſtitutionum Ius noſtrum feudales non agnoſcit conſuetudines.*

33 *Feudales conſuetudines, quatenus probata apud nos cuſtodiuntur.*

34 *Ius commune, poſt Conſtitutiones ſeruandum eſt.*

35 ... *ſicuti in Luſitania.*

36 ... *ac in cæteris Hiſpanijs, prout rationi conſonum.*

37 *Conſtitutionum Ius, apud nos priore loco ſeruandum, principalibus ſanctionibus oſtenditur in ictum.*

38 ... *ad idem ſeruandum Iure iurando Iuſdicentes obſtringuntur.*

39 *Extra tertium gradum ineptiſſimum eſt officiorum protrahere ſucceſſionem.*

ARGVMENTVM.

Patrijs Iuribus vltra tertium gradum ſucceſſio in feudis non porrigitur; Quamuis ex communibus feudorum vſibus ad ſeptimum vſque extendebatur. Feuda (vt dicimus) plana, ac de tabula ijſdem communibus conſuetudinibus, quo ad gradus eiuſdem computationem crebriori ſubduntur ſententia; Quod in quaternatis

tis apud nos feudis minimè amplexatur, quippè quæ ab Cōſtitutione. Vt de ſucceſſionibus regulantur, quēadmodum, & officia, quæ hiſce vt inter nobilia recenſita, in hac quaque parte exequantur, ac idcircò Conſtitutionum Iuri ſubiciuntur.

PRO REGIO FISCO.

In eadem cauſa.

C V M

D. Io: Baptiſta Pignatello, cæteriſque in eadem queſtione conſortibus.

Diſſertatio XXXIX.

INſigni huius cauſæ certamini finē profectò dare fas eſſet, dum, & aduerſus D. Didacū de Bernaudo, ac Creditores, cæteroſque officiorum affectātes ſucceſſionem, fiſci iuſtitiam oſtēdimus manifeſtam, ac nouiſsimè (quodque aſpernandū ſanè non eſt) ex ipſiuſmet D. Didaci Iuribus fideicommiſsum virtute innixis nobiſq; ſępiſſimè oblatis, fiſci commoda cautiùs curauimus præmunire; in ea præſertìm, quæ D. Io: Baptiſta Pignatellus moliri aliquando deſignaret; aciēmque hanc Iure meritò inſtruximus, nam cum in cunctis ſuperiùs elaboratis quæſtionibus, ſimul nobiſcum D. Io: Baptiſta conueniret, ac potiſſimum, vt officiorum conceſſiones, aut in feudum, aut in regalium arctiorem naturā diſpo-
1 ſitæ ſint cenſendæ; cum vltra tertium
ſucceſſionis gradum Regni Conſtitu-
tione, *vt de ſucceſsionibus* præfinitum,
ſe ſe Pignatellus agnòuerit conſtitu-
tum, nouo inuento, graduum in hac
re computationem, haud noſtris ſan-
ctionibus; ſed ex communibus feudo-
2 rum conſuetudinibus autumat faciē-
dam, quibus cum ad ſeptimum vſque
gradum in collateralibus ſucceſsio
porrigatur, *cap. 1. §. hoc quoque ſcien-
dum de his, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §.
hoc quoque de ſucceſsion. feud.* exprimi-
3 turque *in cap. 1. gratiarum* inuictiſsi-
mi Cęſaris Caroli V. *pag.* 102. relata
*in pragm. 12. de feud. Andr. in d. §. hoc
quoque ſciendum ſub n. 20. & 23. verſ.
aliqui dicunt*, ibique *Liparul. eod. verſ.
lit. K. idem Andr. in cap. 1. §. ſi Capita-
ny de feud. March. Bald. eod. tit. nu. 4 &
6. verſ. ſed ſecundum*, & *in Auth. defū-
cto nu. 2. C. ad Tertillian. Cannet. in
cap. ſi aliquem verſ. defuncto ergo nu. 4.
& ſeq. pag.* 230. & ibidem *Cumia verb.
ſubfeudatariorum nu. 25. pag. 85. Har-
taman. Pyſtor. lib. 2. q. 19. n. 31. D. Reg.
Reuert. deciſ. 334. nu. 1.* ibique *D. R. de
Marin. in obſeruat. nu. 1. lib. 1. & reſol.
Iur. lib. 1. cap. 126. nu. 1. D. Conſil. de
Georg. in repet. feud. cap. 9. nu. 13. D. R.
Rouit. conſ. 1. nu. 4. lib. 2. D. Praſ. Vrſin.
de ſucceſſ. feud. par. 2. q. 10. n. 25. verſ.
ſecunda opinio, & verſ. ex his* ex per-
ſona idcircò magnificæ Helenæ Fa-
langolæ matris in quarto gradu tunc
exiſtentis ſolerter (ſi Iuris veritas ſibi
faueret) ſemetipſum concludit com-
prehenſum.

Quod autem communis feudorum vſus
4 in hac ſint cauſa recipiendi, ex *Frec-
cia* auctoritate probandū putat, quip-
pè qui fœminas ab officiorum ſucceſ-
ſione duxit arcendas *de ſubfeud. lib. 2.
q. 51.* cuique adiungendos prænota-
uimus *DD. RR. de Ponte, Reuert. & Tap.
diſſ. 25. nu. 17. & diſsert. 34. nu. 11.* eo-
rumdem feudorum vſuum inſtar, qui-
bus pariter ſucceſsione remouentur;

id

id quod cum ex noſtro Conſtitutionum Iure, aliter diſpoſitum gnoretur, dum poſt maſculos fœminæ, ad ſuccedendum inuitantur; eas igitur communes conſuetudines potiùs, quam patrium Ius admittendum contendit; & hoc argumenti genus amplexũ cernimus *D.Præſidem Lanarium in addit. ad patruum in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nu.60.*

Rurſus ex quò reuocationem in officijs
5 vigore Conſtitutionis *Conſtitutionem diuæ memoriæ* ſecundum crebriorem ſententiam, non recipi in cauſa præſertìm illorum de Sadeolis traditum fuit penès *Io: Andr.de Giorg.cap.54.nu. 50.& 56.*feudorum proindè vſus quibus ſimilis reuocatio eſt incognita, (ſubdit) attendendos ex *eod.Praſ.Fabio Lanar.loc.cit.verſ.ſecundo.*

Demum quoniam Conſtitutio *vt de ſuc-*
6 *ceſſionibus* in quaternatis dũtaxat feudis locum ſibi vindicat *Gloſ.in d.Conſtit.vt de ſucceſſion.in fin.princip.& in verſic.in omnibus*,ibiq; *Petr.de Monteforte* poſt *Barthol.de Cap.& Iſern.nu. 5. Frece.lib.3. de ſubfeud. tit. de diff. feud. quater. à nu. 27. Cumia in cap.ſi aliquem verb.ſubfeudatarij nu.9.Dom. Conſil.de Georg.in repet.feud.cap.9. & propriè nu.11.* & officia feuda dici nequeunt quaternata; in illorum propterea ſucceſſione eandẽ conſtitutionem non vigere confirmat,ex eiuſdẽ *D.Lanarij* ſententia *in addit. ad patr. loc. mox cit.verſ.tertio*, ſed cõmunes feudorum vſus, quibus feuda plana (vt aiunt) ac de tabula ſubiciuntur.

At Iuris veritas, (vt dicebamus) neutiquam cõtrarijs obũbratur,& licet propoſitorum Argumentorum vi, aliquãtulum delitеſcere videatur, dilucidiùs ex infrà differendis elicietur; cum
7 præmi,non opprimi veritas quæat,vndè *Cic.pro Cluento. Multorum improbitate depreſſa VERITAS emergit:* & *pro Cœlio.Magnam* (inquit) *eſſe vim VERITATIS, quæ contra hominum ingenia, calliditatem,ſolertiamque contra fictas omnium inſidias facilè ſe per ipſam defendat*, opportunæque Q. Fabius Maximus penès *Liuium*, ac iuxtà *Marci Anton. Muret. lect. var. lib.8. cap. 10. VERITATEM laborare nimis ſæpè aiunt, extingui nunquam*; qua de re *Georgius Carolida in delit.poet.germ. par.2.pag.194.nu.93.*

VERA premi poſſunt vi,ſed non funere mergi.
Preſſam leuat, cum vis francitur ipſa Deus.

Quod autem Aduerſarij in hac quæſtione,vetis Iuris deuient tramitibus,noſtra,atq; ab ipſis pariter (vt ſuperiùs) probata principia manifeſtant; hæc ſcilicet officia de regalibus eſſe; fine Principis licentia, nũllam pati diſtractionem, aut hypotecæ nexum; parilitatem maximam inter ea, ac feuda fuiſſe conſtitutum,inque his omnibus noſtrarum conſtitutionum diſpoſitionibus regularij præſertìm *Conſtit.ſcire volumus,vt de ſucceſſionibus*,& *Conſtitutionem diuæ memoriæ*,vt *in diſſert. 23.nu.24. vſque ad fin. & diſſert.34.à nu.13.vſque ad nu.19. & à nu.22.ferè per tot.*

Exleges igitur omninò eſſemus, ſi cum cætera ab eorundem noſtrorum Iurium viſceribus excerpſimus, graduum ſolummodò computationem in ſucceſſione, à communibus feudorum Conſuetudinibus vindicaremus; cum id vel vulgata improbent
8 Iura, non decere videlicet decernentia, pluta ſub vna determinatione cõtenta inæqualiter iudicari *l. iam hoc Iure 4. D. de vulgar. Gratian. diſcept. forenſ.cap.70.nu.39.lib.1. Fuſar.de fideicom.q.257.nu.8. Caſtill.contr.lib. 5.par.2. cap.97. à nu.4.* Quodque ex
9 propria rei ratione firmatur, cum non debeat res eadem vna diuerſo cenſeri Iure *l. eum qui ædes 23. D. de vſucap. Can.cognouimus 12.q.2. Meſſia in prag. tax.pan.concluſ.1.n.63.Barboſ.axiom. 135.nu.7.*

Præterea omittendum ſanè non erit, ex
10 iſthac inuentione contra ſemetipſos potiſſimum iacula Aduerſarios infer-

re, ſi etenim cõmunes feudorum con-
ſuetudines in officijs reciperẽtur Ele-
na Falangola, cuius perſonam, gra-
dumque D. Io: Baptiſta Pignatellus
exhibet, ab hac ſucceſſione omnimo-
dò excluderetur; cum pernotiſſimum
ſit, ac ſępiſſimè à nobis repetitum, ex
eiſdem feudorũ vſibus fęminas à qua-
uis ſucceſſione penitùs arceri *differt.*
11.nu.25.diſſert.23.nu.23.diſſert.34.
nu.10.& diſſert.36.nu.12.

Sed ſi veritatem (vt præfati ſumus) ada-
11 mamus, inter eidem per contraria
tranſeuntes aperiamus, vti populari-
ter *Bald.* edocuit *in l.praeibus, C.de*
impuber. & alijs ſubſtit. & in l. pecu-
niã, C.de condit.ob cauſ.Curt.Sen.conſ.
50.col.2.Freundebergh.de reſcript.mo-
rat.concluſ.63.nu.34. verſ.atque hac.
12 Vt enim ea faciliùs adinueniatur, di-
ſputatione opus eſſe, ex *Herennio Mo-*
deſtino annotauit *Arcad. Chareſ. in l.*
munerum 18.§.*mixta D. de muner. &*
honorib. fuitque *Iulius Paulus* ample-
xus *in l.eum quidam* 19. *D.de liber.&*
poſth.in l.ſi filius 95. *D.de leg.3.* exa-
13 minata etenim, magis prodit in lucem
Can.graui 35.quaeſt.9. ibiq; *gloſs.cap.*
cum Ioannes 10.de fid.inſtrum.Roland.
conſ.13.nu.1.vol.3. & conſ.6.nu.1. &
conſ.66.nu.1. vol. 2. Bouadill.politic.
14 *tom.1.cap.10.ſub nu. 1.* ſiue ſit ocula-
tior, quemadmodum ex *Diui Hierony-*
mi analogia ſcripſit *Ioan. Heryng. de*
molend. q.15. ſub nu.2. ſequiturque
Guglielmus Anton. de Freundebergh.
15 *cit.concl.63.n.205.* ſiue potentior vti
Lactant.in præfatione inſtitut. affirmat
& quodammodò diſſerenda eſt, vt po-
tentiùs influat in animos. Quod Bu-
tilius illo explicuit emblemate 68.

Obſtruſos ſilseũ venus, exudet, vt ignes,
Crebro hic cum ſaxis altera ſaxa ferit.
Sic altercando dilucida ſemina VERI.
Erumpunt latebris, proſiliumque ſuis.

Primum itaque obiectum, nec omnimo-
dam auctoritatem continet, nec ra-
16 tionem: priorem ſcilicet, quia Clien-
ti aduerſus fiſcum inſeruiens, vti ipſe
quoque fatetur *in addit. ad patruum*
ad cit.cap.1.de ſucceſs.feud.nu.5. Dom.
Pręſes Lanarius in apertiſſimum hunc
incidit ſcopulũ. Ratione itidem caret,
inutiliter namque opponitur, vt feu-
dales conſuetudines, non verò Regni
leges in præſenti quæſtione ſint ſer-
uandæ; ex quò iuxta *Freccia,* ac deſu-
per laudatorum ſententiam in officijs
minimè ſuccedunt fœminæ, prout à
feudorum ſimiliter ſucceſſione ex ijſ-
17 dem vſibus excluduntur, cum & in
officijs eas pariter maſculis non exi-
ſtentibus apud nos ſuccedere cõper-
tum ſit: neque id iudicandi conſuetu-
dine receptum; ſed earundem Regni
Conſtitutionum virtute, Iure quidem,
ex eodemque *Montano* inuit firmare
cit.diſſert.34.à nu.13.vſque ad nu.17.
magis igitur contra aduerſarios con-
torquetur, quam pro ijs vigere digno-
ſcitur argumentum.

Nec ſecundum obſtat, Conſtitutionem
18 nempè *Conſtitutionem diuæ memoriæ*
in officijs acceptam non fuiſſe; non
enim ad latam id; ſed ad anguſtiſſimã
officiorum rationem deſignãdam, qui
eam ſectati ſunt ſententiam extulere;
& nos ex *Dom.Conſil.de Georg.D.Reg.*
Galeot.& Amicang. retulimus *diſſert.*
33.nu.46. æquum ergo non eſt, vt quæ
ad arctiorem innuendũ ordinem ſunt
propoſita, contra interpretrum inten-
tionem ad laxiorem inducãtur *Adem-*
19 *ptio autem, quò minus, non quò ma-*
gis legatum debeatur interuenit, Flo-
rentinus reſpondit *in l. legata inuti-*
liter 14. D. de adimend.; legat. ibi
gloſs. cætera congerens Iura *verb.in-*
teruenit.

Tertium tandem obiectum nullius mo-
menti (credimus) cenſendum; in du-
bium etenim reuocare nunc nil pro-
deſt, an feuda plana, ac de tabula (in-
ter quæ officia Aduerſarij aſtruunt
computanda) vti inter nobilia minimè
enumerata, ac ſuperquæ Fridericus
Conſtitutionem ipſam, *vt de ſucceſſio-*
nibus affirmaſſe videtur ſub illius di-
ſpoſitione cõtineantur, vel nè: quem-
20 admodum comprehendi argutè ęqui-
dem,

Digitized by Google

dem, iudicatæ etiam rei auctoritate
firmauit *D.R.Lanar.in repet.cap.1.de*
ſucceſſ.feud.à nu.12.vſque ad num.27.
21 Contraria quamuis opinio,& firmior,
& receptior exiſtimetur, vt præter
gloſſ.Andr.Afflict.& D.Conſ.de Georg.
per *D.Præſ.Lanar.* adductos *in addit.*
ad patr.cit.n.60.cap.1. de ſucceſſ.feud.
pręmonuere *Camer.in cap.Imperialem*
lit O.pag.69.Frecc.de ſubfeud.in prima
differēt.inter feud.quater.& de tabul.
nu.3.& 4.pag.419.D.R.Rouit.conſ.1.
22 *nu.4.lib.2.* ac poſt *D.R.Conſ.Camill.*
Villan. magni nominis Conſultum,
23 compatritiumq; noſtrum nobiliſſimū,
ex vetuſtiſſimo Sancti Seuerini Ordine,
ac *D.R.Io:Camill.Cacacium*, cuius
inſeruit allegationes *D. Præſes Lanar.*
loc. mox cit. nu. 4. Io:Bapt.Bilotta con-
cluſ.feud.conſ.20.nu.4. D.R.de Marin.
reſol.iur.cap.126.nu.87.lib.1.

Namque iniuſtiſſimum ambigere in hac
24 re putamus eſſe,an officia tam nobilis,
claræque rationis, tamq; Regijs officibus
infixa, inter infima,plana, nempe,
ac de tabula, an verò inter quaternata,
ſiue nobilia feuda ſint recenſenda;
dum non modò ea ſub Rege tenentur,
Regijs eiuſdemque Maieſtatis priuilegijs
obtenta;ſed regalibus in literis,ad
id ſpecificè tranſmiſſis deſcripta ; (id
25 quod quaternari feudi effectus eſt, vt
docuit præ alijs *Afflict. deciſ.282.ſub*
nu.4.verſic.ſed feuda) & ad Regiam ex
ijſdem literis collationem pertinere
declarata, *in cit.prag.2.de offic.ad reg.*
collat.ſpect. Vndè ex *Iſernia* doctrina
in Conſtit.poſt mortem, cum *D. R. Ca-*
pyc.Galeot.d.reſponſ.12.nu.157. in ſpe-
26 cie edicere fas ſit, ſub Rege non dari
feudum planum,& detabula,& ſolam
Regis conceſſionem feuda quaternare.

Et me hercule, ab his argumētorum ge-
27 neribus ſeſe cohibere debebat *D. Pr.*
Lanar. dum ipſe noſtræ concluſionis
veritatem agnoſcens, feuda, & officia
inter ſeſe equiparata,iam faſſus,*in cit.*
addit.cap.1.de ſucceſſ.feud.nu.3. con-
ſueta æquiparatorum paritate ductus,
vt ibidem *verſ. & ſic*, celeberrimam
28 ad rem, duabus Sacri Conſilij Aulis,
excuſſam attulit diffinitionem,Regiam
ſcilicet Pragmaticam ſanctionem 33.
de feud. quę feudatario facultatem tribuit,
fœmina quæ ſibi immediatè ſuccederet,
poſthabita, proximiorem
agnatum in ſucceſsionis tamen gradu
comprehenſum euocandi in hiſce etiā
officijs ad hæredes ex corpore,feudorum
inſtar protractis, partes nunc ſibi
inconcuſsè vindicare,in cauſa D.Frāciſci
Prothonobiliſsimi, cum D. Vincentio
de Montibus *loc.cit.nu.3.verſ.*
ideo teneo. Ex quibus ſanè nitet, non
modo officia, prout feuda, Conſtitutionum,
alijſque ſpecialibus Regni Iuribus
regulari, ſed inter digniora, ac
nobiliora quaternata feuda, dubio
procul enumerari.

Præterea, quanam ratione, propoſitam
Aduerſarij theſim poterunt ſuſtinere
proprijs ſcilicet miſsis legibus ad alienas
quodammodò Conſuetudines eſ-
29 ſe confugiendum ? ſi cunctis innoteſcit,
cuiuſuis Regni, Prouinciæue ſtatuta
in propria ſancientium ditione
adamuſsìm eſſe ſeruanda, Romanoq;
idcircò antecellere Iuri ? *l. ſemper 5.*
§. legem, D. de Iur. immun. ibi *legem*
quoque reſpici, cuiuſque loci oportet,
Alex.*conſ.134.nu.5.& 148.in princ.*
vol.6. Becius conſ.12.nu.1.& 2.lib.1.
Surd.conſ.8.nu.14. & conſ.100. nu.2.
lib.1.Gratian.diſcept.forenſ.lib.1.cap.
99. Franciſc. Niger Cyriac. contr. Iur.
contr.54.nu.40.& 41.tom.3.

Si in ſpecie has Regni Cōſtitutiones do-
30 ctiſsimi noſtrates (vt quod deſuper
generaliter attactum eſt,fortiùs exprimerent
) commune in Regno Ius eſse
inquierunt ? *Andr.in cap.1.nu.5.de*
eo qui ſibi vel hæredib. ſuis, & in cap.
Imperialem ſub nu.51. de prohib.feud.
alienat.per Frideric,& in Conſtit.Iuris
gentium colum.3. verſ.continet hoc Ius
defenſa, Afflict.in præluд.Conſtit.q.2.
nu.3.& in Conſtit.cum ſatis nu.14.in
princip.& in deciſ.404.nu.6.Campag.
in prælud. ad Cap.Regn.nu.33. Gram-

motic.deciſ.10.nu.4. Cannet. in cap ſi aliquem,§.eſt præterea nu.8 & 12.pag. 216. & 217. Liparol. ad Iſern. in cit. cap.1.de eo qui ſibi, & hæred.ſuis circ. fin.verb.commune ,D.Præſ.de Franch. deciſ.102.nu.21.Io:Vincent.de Ann.in Conſtit.Conſtitutionem diuæ memoriæ nu.1. Preta in addit.ad Grammat.cit. deciſ.101.n.2. D.Conſ.de Georg.in repet.feud.cap.6.nu.30.& 31.Galzer.ſuper Conſtit.tit.1.de leg.& conſuetudin. cap.fin.præſentes nu.5.pag.44.Borrell. in ſumma deciſ.lib.1.tit.13. num.10. D.R.Ronit.conſ.1.nu.1.lib.1.D.R.Marcian.diſput.89.nu.29.lib.2. D.Conſil. Prat.diſcept.forenſ.cap.12.n.69.lib.1. ante eum ex *Io:Angel.Piſanell.D.Reg. Villan. & Præſid.Amat.Dominus Sacri Conſil.Præſidens D.Petrus Iordanus Vr-*

31 *ſinus*, quà integritate, quà doctrina præclariſſimus Iure Conſultus, de hac noſtra Conſtitutione *vt de ſucceſſionibus* verb. faciens *de ſucceſſ.feud.p.2. q.2.artic.2.nu.5.*

Si Ius idem noſtrum Conſtitutionum, vſus illos, conſuetudineſq; feudales, nec ſequi, nec agnoſcere *Andr.Iſern.* edocuit in *cit.Conſtit.vt de ſucceſſionibus in verb. fratres verſ.ſed quomodo.*

Si feudales eæ Conſuetudines, poſt ta-
33 men eaſdem noſtras conſtitutiones, eatenùs ſeruari poſſunt, quatenus iuſtæ probatæq; noſcuntur, vt *in Conſt. Puritatem*, ibi *ſecundum Conſtitutiones noſtras, & in defectu earum, ſecundum Conſuetudines approbatas*; in ſpecie idem *Andr.de Iſernia in cit.Conſt. vt de ſucceſſionibus verb.fratres ſub cit.*
34 *verſ.ſed quomodo*: Iuris cõmunis Romanorum, quod vbi expreſsìm per leges à liberis Principibus conditas ſeruari edictum non eſt (vt apud nos, vltimo tamen loco ex eadem *Conſtitut. Puritatem* adſeruari ſancitum fuit, ibi *ac demum ſecundum Iure communia, Longobardia videlicet, & Romana,*
35 ſicuti id idem in Luſitania conſtitutum teſtatur *Sanchez de legib. lib. 3. cap.8. nu.3.in fin.*) non niſi vti rationabile, atque æquitati conſonum Ius
36 idem Romanum recipi, ſeruarique valet, vt in hiſpanijs tradũt *Palat.Rub. Gregor.Lopez Burgos Solon de Paz Anton.Gomez Didacus Perez Olon.* alijque penès *D.Conſ.Corleual. de Iudic. to.1. diſput.6.ſub nu.3.* ante eum *Molin. de primog.lib.3.cap.12.num.10. Azeued. lib.2.recopilat.tit.1.nu.5.Petr.Belluc. in ſpecul.princip.§.his igitur nu.1. & 2. Salgad.laberynt.creditor.par.2.cap. 29.nu.34.D.Io:de Caſtill.quotid.contr. Iur.lib.5.cap.89.nu.143.* Si ſupra leges omnes, Conſuetudineſque, patrijs
37 hiſce ſanctionibus tantummodò primo parendum, non modò electio, ſed decernentium retro Regum nos coegit auctoritas, alligauitque poteſtas. ſic *Friderico Cæſare in conſtit.poſt mũdi machinam, §.præſentes ſancientes. Præſentes igitur noſtri nominis sãctiones in Regno noſtro Siciliæ tantum volumus obtinere, quos caßatis in Regno prædicto legibus, & conſuetudinibus aduerſantibus, antiquatis his noſtris Conſtitutionibus inuiolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obſeruari. In quas præcedentes omnes Regum Siciliæ ſanctiones, & noſtras quas obſeruari decernimus iuſſimus eſſe tranſfuſas: vt ex his, quæ in præſenti conſtitutionum noſtrorum corpore minimè continentur, robur aliquod nec authoritas aliqua in iudicijs, vel extra iudicia poſſint aſſumi.* & Conſtit. vt vniuerſis circ.fin. ibi *iuxta ſacratiſſimas prædeceſſorum noſtrorum Regum Siciliæ, & noſtri nominis ſanctiones.* Ac ſpeciali quoque lege *Carolus Secundus* præcipit *in cap. Conſtitutiones tit. quod conſonent conſtis.gloſs.in conſt.Vt vniuerſis in princip.verſ.primo ſecũdum conſtit. & in verſ. aut in defecti ipſorum Andreas in Conſtit. cum circa in princip. & in cap.1. in fin. de feud. cognit. Robert. Marant.in ſpec.aur.par.4.rubric. Iudicij ſelo nu.85.*

Si denique in Iure dicendo, vt iuxtà eaſdem Conſtitutiones noſtri Iudices de-
38 cernant Iuris iurandi Religione, Deo, Principi, ac Reipublicæ obſtringuntur

tur, vt *in cit Conſtit. cum ſatis circa finem*, *& in d. Conſtit. Puritatem ſub tit. de præſtand. ſacram. Baiul.* ibiq; DD. Vt vel hinc pateat mirum in modum à Iuriſprudẽtiæ tramitibus Aduerſarios deflexiſſe, dum extra Conſtitutionis noſtri Regni *vt de ſucceſsionibus* limites (cui quamplures Pragmaticæ cõſonant ſanctiones) gradus in feudo-
39 rum, regaliumuè ſucceſſione autumarunt extendere; quum (vt annotauimus *diſsert*. 31. *nu*. 80.) feudalem hæreſim ſaperet vltra tertium gradum iſthac officiorum protrahere ſucceſſionem.

Hæc ſunt, quæ in re tam graui, ampliſſimaque controuerſia, poſt tot, tantoſq; Conſultos ſe ligere valuimus, nouiſſimis argumentis, atque auctoritatibus materiam inueſtientes, eique recentiora quam plurima, nõ mediocri elaborata ſtudio adijcientes, cum totam diſceptationis machinam duobus veluti ſuper polis, & erigi, & regi poſſe decreuerimus; altero ſcilicet, vt officiorum horum largitio in feudum, altero vt in regalium ſtrictiorem ordinem facta cenſenda ſit; vt ex vtroque firmaretur, & omne illorum commercium, ſine ſpeciali Principis placito omnimodò vetitum fuiſſe: & extra tertium ſucceſsionis gradum collateralibus vltimo morientis afflatu, tunc exiſtentibus, iuſta patriæ Iura, quibus, & litigatores petere, & ius dicentes ſentẽtiam dicere alligantur, omnem ſucceſſionis ſpem eſſe interdictam; & cum oppoſitiones cunctas in arenam inductas præ noſtris viribus profligaremus; fideicommiſſoq; itidem à D. Didaco obiecta, ſi aliquando vigore forſan poſſent, Ærario ex diductis pro futura oſtendentes: veſtrum denique nunc erit ſapientiſsimi Conſenatores, vt poſt tam longa temporum interualla, nodum hunc ferè gordianum, vel exoluatis, vel iuſtiſſimo aſtreæ gladio fiſco decidatis. VIII. Kalendas Ianuarij M.DC.LXII.

Hæc cum ita ſe haberent, nec Sereniſsimo Regi, eiuſq; Supremo Italiæ Conſilio, è noſtris præcipuè deſudatis lucubrationibus ignota forent; Tandem, ne diutiùs res tanta ſub ambagibus permaneret fiſcique iuſtitia huiuſmodi in cauſis amplius deliteſceret; Eternæ ſemper memoriæ Philippus huius nominis IV. Potentiſsimus Rex noſter, dupliciſq; orbis Alexander, quæſtionis nodum hiſce Regijs literis in ſui Erarij fauorem amputandum reſcripſit.

E L R E Y.

ILuſtre Conde de Peñoranda pariente, Gentilhombre de mi Camera, de mi Conſejo de eſtado, Preſidente en el de Indias, y mi Virrey Lugartiniẽte, y Capitan General. A mi noticia ha llegado, que muchas perſonas, que han ottenido de mi conceſion de oficios, que ſon de mi regalia por ſi, ſus herederos, y ſubceſſores in perpetuo, y en burgenſatico tienen pretencion de poderlos vender enagenar en beneficio de perſona eſtrangera ſin mi regio aſ-

ſenſo

runtq; *DD. in cap. fin. de Conſtit. & præ-*
ſertim

*ſertim Abbas n.8.Felin.n.4. verſ.fal-
lit ſecundò , Cardinal Tuſcut practi-
car.concluſ.lit.C.concluſ.254.n.45.&
51.& concluſ.255.n.4.Vaſqu.controu.
illuſtr.cap.44.n.2.Caldus pereyr.de
vniuerſ.iur.emphit.lib.3. de poteſtat.
eligend.cap.11.n.30.circa finem , Al-
derat Maſcard.de general.ſtatuent.in-
terpetr. concluſ. 13.n.41. Rota diuer-
ſor.p.2.decis.142.n.2. Surd.deciſ.29.
n.6.in princ. Farinac. in fragm.Cri-
minalium cit.par.2.verb.lex num.51.
Antonius Gabriel. commun. concluſ.
lib.6.tit.de regul. iur.concluſ.3.n.10.
Anguianus de legibus lib.5.contr.5.n.
1.& ſeq.Chriſtophar.paz ad cit.l.ſty-
lo 200.n.2. Morla in empor.Iuris p.2.
tit.1.cit.q.6.n.12.Barboſ.in cit.colle-
ctan.ad capit.2.conſtit.nu.3. ante eos*
R.*P.Franciſcus Suarez de legibus cap.
14.n.2.& 3.Anaſtas.Germon.animad-
ver.lib.1.cap.2.colum.3.verſ.quod ha-
beret.D.Larrea allegat.fiſcal.15.n.13.
lib.1. Helfric. Vlric.Hunnius in ency-
cloped. Iuris vniverſ. par.1. tit.2.cit.
cap.4.n.14.*qua de re ex *Io:Andr.* in-
quit *Bald.in d.l.non dubium n.2.ver-
ſic.tertio not.C.de legibus* , quod po-
56 tentior eſt legis declaratio,quam re-
cens conſtitutio;quippè quod noua
lex ſolùmodo futura reſpiciat ; de-
claratio vero, tum præterita ; tum fu-
tura moderatur:& ratio eſt, quoniam
57 interpretatio cum ipſa priori lege
exorta videtur, vt Iuſtinianus ait in
cit.Auth.de raptor mulierũ in fine, ibi
*tanquam ſi lex noſtra ab initio cum
tali interpretatione promulgata fuiſ-
ſet*, ſequitur *Morla in empor.Iur.cit.
tit.1.par.1.qu. 6.ſub n.12.* cæteros
colligit *Antonius Gabriel commun.
concluſ.lib.6.cit.tit.de regulis Iur. n.
9.Surdus deciſ.29.n.3.& 5.*

Diuæ autem memoriæ Regem noſtrum
declarationis viam aggreſſum in hac
re,fuiſſe probatione equidem non in-
diget, cum eius Regia verba id ex-
preſsè manifeſtent , ibi *hà parezido
declarar, come in virtù della preſ.nte
declaro* , & infrà *declarando aſſi miſ-
mo*; & inferius, *eſta mi orden, y decla-
racion* .

Sed ex abundanti hæc dicta dignoſcũ-
tur, cum idemmet ſereniſſimus legiſ-
lator,non modo futura,ſed præterita
quoque negotia ſub hac eadem lege
comprehendi ſpecificè conſtiterit, ijs
verbis, *haviendo ſido eſta mi Real in-
tencion aſſi en las conceſsiones hechas
haſta aqui, como en las que adelante ſe
hizieren, y nò en otra manera* ad prę-
58 terita autem nouam legem ex ſan-
ciẽtis mẽte aliquando porrigi poſſe ,
elicitur potiſſimũ , ex *Modeſtini* ver-
bis jn *l.ſcire oportet* 15.*§.aliud,ff.de
excuſat.tutor.ſed & ſi*, ait , *maximè
verba legis hunc habeãt intellectum,
tamen mens legislatoris aliud vult* ,
ibiq; *gloſs. in verb. mens* , alia refert
iura, hancq; ſententiam, vt certiſſimã
ſequitur *Anguianus de legibus lib. 5.
contr.1.n.3.& n.13.cum ſeq.*

Quæ verò aduersùs hæc,oppoſita cer-
nuntur, Principi ſcilicèt rerum geſta-
rum à predeceſſoribus ſolam obſer-
uationẽ,nõ autẽ reuocationẽ permit-
ti;legemq;à ſe conditam,ſiuè priuile-
gia à ſemet ipſo conceſſa,non autem
anteceſſorum interpretari dumtaxat ,
aut declarare ius in eſſe ; puerilia ſa-
nè , argumenta credimus habenda .
cum inconcuſſa Iuris, ac veriora hæc
59 ſint pronunciata,licere ſcilicet Prin-
cipi, vt leges ferre, ità abrogare , ex
*gloſs.Iſern.Petra,Salas,& Caſtrenſ.D.
Larrea allegat.fiſcal.4.nu.1.volum.1.
Philippus Matthai inter conſil. Her-
manni Vultei, Marpurg. conſil.37.nu.
58.& 59.lib.2. Zacharias Tridenre-
ſch.polit.cap.13.verſic.quorum autem
pag. 112. Hennicus Arniſaus de Iur.
maieſt.cap.3.de poteſt.fer.leg.n.4.ver-
ſic.coharet.lib.2.* cum ſibi legem im-
ponere nequeat,à qua minimè poſſit
recedere, *l.ſi quis in princip.23. ff.de
60 legat.3.l.ſi fratres 52.§.idem reſpon-
dit,ff.pro Soc.gloſ.pen.in cap.fin.de re-
ſcript.in 6. Paulus de Caſtr.in l.digna*

vox

voх n.4. C.de legibus, Cardinal. Puteus dec.52. nu.4. lib.1. D.Franciſcus Sarmient. ſelect. interpret.lib.3. cap. 14.n.8.Mynſing.in§.ſed naturalia,n. 15.inſtit.de jur.natur.gent. & Civil. D.Larrea allegat.fiſcal.4.nu.2 Amay.
61 obſer.lib.1. cap.1.ſub n.92.pernicioſum enim eſſet naui, ſi vector ingruẽte tempeſtate gubernacula tractare non poſſet, vt Sextus Cęcilius inquiebat teſte Arniſa cit.tract. cap.7. num. 3. ſub verſic. alias enim. Imò Alexander conſ.224. volum. 6. incip. in re tam graui, n.6. probauit, & ſi jure jurãdo Princeps obſtrictus foret, conditum ſtatutum non reuocare. Id-
62 que ex eo potiſſimum fulcitur quoniam, intèr primi ordinis regalia, coronæq; annexa, leges condendi poteſtas recenſetur. l.2.§.eodem verſic.nouiſſimè D.de orig.Iur.l.1.ff.de Conſtit. princip. l.fin. C.de legibus, §.ſed, & quod principi Inſtit.de iur.natur.gẽt. & Ciuil. Conſtit. Leonis Imperatoris 78.nè amplius Senat. Conſ.fiat DD.in cit.iuribus, & in cap.1.quæ ſint regalia, præcipuè Affli. .in proem.n.103. Reſtaur.Caſtald.de Imperatore qu.110. nu.1.tract.tom.16. pag 30. Peregrin. de jure fiſci. tit.1.n.10.Aroſental.de feud.cap.5.de regalibus concluſ 2.ſub n.4.& in allegat.lit.F.tom.1.Vulteius de feudis, cap.5.n.7.Petrus de Gregor. de republic.lib.9.cap.1.n.39.Sixtinus de regalibus lib.1.cap.2. num. 9. Caualcan.de brach.Regio p.1.n.144. Gomez ad l.Taur.l.40.n.10. in princip. Bucerus de Regalibus cap.2.nu.66.Borell.de praſtant. Reg.Cattolic.cap.31. nu.17.& ſeq. Montan.eod.tract.de regalibus in princip.n.9. verſic.ſub hac Iudex Larath. in theatr.feud.dilucid. 11.n.2.verſic. magiſtratus tom.1. Maſtrill.de magiſtrat.cap.3.n.27.et Barboſ.in collect.ad cit. l.fin.C. de legibus n.9. Arniſa.de Iur.Maieſt.cit.cap.3.de poteſt.ferend.leg.nu.1. Diodorus Tulden. lib. 1. tit. 14. C. de legibus numer.1.

Propria priuilegia, proùt prædeceſſorũ cuſtodire ſummo ſtudio Principem debere, ſed ex cauſa poſſe, vtraque reuocare, vt puta publicæ vtilitatis
63 cauſa, quam priuatæ ſemper addocet præferri l. actione 65. §. labeo, ff. pro ſocio, l. de pupillo.5.§.ſi quis viuos, ff. de noui operis nunciat. vbi gloſſ. verb.ſecuritatis, auth. res quæ, C.commun.de legat.l.vnic.§.fin.C.de Caduc. tollend.Diuus Thomas 1. p. q.92. artic.1.ad tertium Ozaſc.deciſ.17.n.5. ex alijs D.R.Valenzuela conſil.99.nu. 7.& 8. lib. 1. Cum etenim publicæ rei intercedit ratio, ac priuilegia cæteris incipiunt eſſe noxia, reuocari
64 poſſe, ex l quod ſeruius.7.ff.de cõdit. ob cauſ.cap.ſuggeſtum 4. de decimis. cap.quanto 16.de cenſibus, inquierunt Roland. à Valle conſ.1.nu.158.vol.2. Menoch.conſil.350 n.27.tom.3 Boſſius in tit.de principe nu.165.Barz.deciſ. Bononienſ.118.nu.7.Borrell.conſ.22. nu.30.Octauius Glorius reſpõſ.1.par. 3.n.191.Caſtill.de tertijs cap.9.n.23. tom.7.Auguſtin.Barboſ.axiom.81.nu. n.4.D.Larrea allegat.fiſcal.87.n.11. lib.2.

Quod probatis ex cauſis, quoties licet, tum ipſius concedentis, tum etiam anteceſſoris priuilegia eidem Principi reuocare permiſſum tradunt Mat-
65 tienz.in l.6.gloſ.1.nu.5. in princip. tit.10.lib.5.noua recopilat. Sãchez de matrimonio lib.8.diſput.33. in princip.ex alijs D. Larrea cit. allegat.77. nu.22.lib.2.

Idque vna ſpecialiori, ex adductis rationibus, quoniam ipſius ſucceſſoris, prædeceſſoriſque vnicum
66 eſt Imperium, Bald. conſ. 326. num. 6.circa finem lib.1. Decian.conſil.25. nu.4 circa finem lib.1 Gratian.diſcep. forenſ.cap.167 n.51.in princip.lib.1. Solorzan. de iudic. Iure tom.2. lib.2. cit.c.27.ſub n. 78. & embl 51.ſub n. 22.& ita ſicuti anteceſſoris priuilegia
67 cuſtodire alligatur, quamuis in dignitate tantummodò ſucceſſerit, ex Nat-

ta-

ta, Roland. à Valle, Cranett. ac Tira-
quell. idem *Gratian. diſcept. forenſ.*
*cap.*891. *num.*10. *lib.* 5. *Cabedus cit.*
conſil. 16. *Marpurg. nu.* 119. *lit. E.* ita
68 eadem priuilegia, proùt illi ex cauſis
liberet, licere debet, & ipſi ſucceſſori
reuocare, *arg. text. in l. fin.* §. *fin. ff. de*
legat. 3. *cum concordant.* penès *Vaaz*
in principijs Iuris lit. O. n. 13.

Interpretari quoque prædeceſſorum
Principum, iura, & priuilegia re-
gnanti permiſſum eſſe, ſatis abunde
69 probatum credimus, & quia vnieum
eſt imperium, & quoniam leges ab-
rogandi, proùt condendi ei poteſtas
cum ſit ex pluribus *D. Horatius poſ-*
ſid. de emption. & vendit. lib. 1. *dub.*
12 *ſub nu.* 116. multò, & fortius, iu-
ra, & priuilegia declarandi, interpe-
trandiq; facultas ineſſe debet: vt in
ſpecie de priuilegijs poſt *Schrader.*
70 *Cancer. Gregor. Lopez*, aliosque fir-
mat *Giurba conſ. deciſ.* 19. *n.* 51. quæq;
interpretandi auctoritas imperio ma-
gis, quam imperantis perſonæ cohæ-
rere videtur, *ſi enim* Iuſtinianus in-
quit *d. l. fin.* § *cum igitur, C. de legibus*
in præſenti leges condere ſoli Imperato-
ri conceſſũ eſt, & leges interpretari ſo-
lo dignum Imperio eſſe oportet. & infrà
vel quis legum ænigmata ſoluere, &
omnibus aperire idoneus eſſe videtur,
niſi is cui ſoli legislatorem eſſe conceſ-
ſum extitit. cap. cum veniſſet 12. *de*
Iudicijs ibi, *Sedis Apoſtolicæ*: *probantq;*
DD. in cit. Iuribus, quod adeò verum
eſt, vt quemadmodum ex generali le-
ge tertio præiudicium inferre Prin-
71 ceps poteſt, ità & legem declarando
inferre valet, ex *Paulo de Caſtro in l.*
heredes palam, §. *& ſi quod poſt, ff. de*
teſtamentis, Decius conſ. 114. *pro tenui*
n. 5. *lib.* 1. *D. R. Tapia in rubric. de Cõ-*
ſtit. Princip. cap. 1. *nu.* 67. *verſic. ſexto*
quoque.

Prædeceſſorum quoq; priuilegia (quod-
que magis eſt) interpretari, declara-
72 reque imperantem principem poſſe,
ex ijſdem communibus Romanorum
Iuribus DD. colligunt, & Hiſpanico
iure expreſsè ſancitum fuit in *cit. l.*
27. *tit.* 18. *part.* 3. ibi, *onde dezimos; que*
priuilegio de donadino de Rey, no lo de-
ue ninguno iuzgar, ſe nõ el miſmo, ò los
otros, que reynaren deſpues del, & ibi-
dem *Gregor. Lopez in verb. gracia, ver-*
ſic. vt de talibus, Io: Garzia de nobili-
tat. gloſſ. 1. §. 1. *ſub n.* 1. *Guttierez pra-*
ctic. quæſtion. lib. 3. *&* 4. *cap.* 28. *ſub nu.*
3. *Larrea allegat fiſcal.* 93. *num.* 14. *lib.*
2. poſt *Rauchbar. part.* 2. *quæſt.* 11. *nu.*
244. *Hunni. de auctorit. & interpert.*
iuris par. 1. *cap.* 30. *ad finem, Guilelm.*
Anton. de Freundeberg. de reſcript.
morat. concluſ. 67. *ſub nu.* 79. *litt. E.* 4.

Hæc autem in præſenti cauſa maiori vi-
gere conatu palam fiet, ſi memoria
repetamus, neque antiqua iura, neq;
partium priuilegia inuictiſſimum no-
ſtrum Regem reuocaſſe, aut ſpe-
ciatim eadem interpretari (quod iure,
vt mox dicebamus valuiſſet,) ſed
generali edita lege, ſiuè litigan-
tium in hac quæſtione verſutias,
ſiuè litium ambiguitates recide-
re in hoc Regno ſtatuiſſe, quod-
que vti ſupremæ ipſius inſitum Ma-
ieſtati, cunctos, & obſequi, & venerari
73 oportebit; inſtitutarum enim legum,
ſubiectis, nonniſi obſeruantia relicta
eſt, *l.* 2. *in princip. ff. de legibus*, ijs ver-
bis, *lex eſt, cui omnes homines decet*
obedire, l. proſpexit 12. *ff. qui, & à qui-*
bus, verſic. ſed ita lex ſcripta eſt, can. in
iſtis 34. *diſtinct. D. Larrea allegat. fi-*
ſcal. 17. *n.* 31. *lib.* 1. ante eum *Anchar.*
conſil. 11. factum ſuper quo *nu.* 2. *Car-*
dinal Tuſcus practicar. concluſ. lit. L.
concluſ. 267. *nu.* 39. *verſic. limita, Co-*
raſ. in cõment. ad cit. l. 2. *verſ. nã, et de-*
moſthenes num. 6. *de legibus Antonius*
Faber in ſuo Codic. lib. 1. *tit.* 5. *diffi-*
nit. 3. *verſic. at lex, Oſuald. Illiger. ad*
Donell. lib. 1. *comment. cap.* 17. *in prin-*
cip. eruditè *Ramirez de ſuprem. prin-*
cip. poteſtat. §. 23. *n.* 40. *Petrus Gregor.*
de republic. lib. 7. *cap.* 20. *n.* 1. *&* 2. vn-
dè *legibus obtemperandum*, Chilo in-
quie-

quiebat penès Laert. lib. 1. & Ariſto-
teles, ethic. ſiuè de moribus lib. 10. lex
autem, inquit, vim habet ad cogendum
74 valentem, & Cicer. Orator. part. Om-
nes legibus ſubiecti eſſe debemus: vndè
aptius ad rem Anneus Robertus rerum
Iudicatar. lib. 2. cap. 11. circ. princip.
Regiam volūtatem (inquiebat) admit-
ti, & ſuſcipi, non autem corrigi con-
ueniens eſſe, cum nefas ſit, ſuprema
Regum iuſſa in cognitionem vocari,
nec permittit imperij Majeſtas exactè,
adeò, & contumaciter in Principis
dicta, facta, reſcriptaque inquiri,
advocans illud M. Terentij Roma-
75 ni equitis ad Tiberium penès
Tacit. lib. 6. annal. ſic diſſertè, ac libe-
rè dicentis non eſt, noſtrum æſtimare
Cæſar, quem ſupra cæteros, & quibus
de cauſis extollas; tibi ſummū rerum
iudiciū Dij dedere, nobis obſequij gloria
relicta eſt. Hancque ſubditorum ſer-
uandi leges obligationem, in conſciē-
76 tia etiam eoſdem ſub lætali culpa
vincire edocuerunt, Diuus Thomas
12. quæſt. 96. artic. 4. Nauarr. in ſumm.
cap. 23. numer. 50. Sotus de Iuſtitia, &
Iure lib. 1. quæſt. 2. art. 4. poſt medium,
Gregor. de Sayr. in claui Regia lib. 3.
cap. 4. & 7. Valentia tom. 2. diſputat 7.
quæſt. 5. punct. 6. dubit. 3. Baptiſt. fra-
goſ. de regimin. reipublicæ lib. 1. diſp.
3. n. 234. lib. 1. pag. 112. Caſtr. Pala.
opēr. tract. 3. diſput. 1. punct. 14. num.
2. to. 1. Antonius Gomez in l. 40. Tau-
ri num. 56. Molin. de Hiſpaniar. primo-
genijs lib. 2. cap. 1. numer. 7. Cæſar Ca-
rena reſolut. practic. forenſ. reſolution.
229. num. 6. quamobrem priuilegia
aduerſariorum, ſique fortaſſis huic le-
gi contradicerent, quod ex deductis
in ſuperioribus diſſertationibus non
admittimus, ex generali hac ſanctione
77 reuocata, & meritò, cenſenda forent,
Suarez de legibus lib. 8. c. 39. in prin-
cip. ex alijs D. Larrea allegat. fiſcal.
77. n. 16. lib. 2.

Quæ verò tertio loco obijciuntur, pen-
dente videlicet hac inter fiſcum, pri-
vatoſque lite ad eujuſvis relationem,
petitionemve iuſtè reſcribi non po-
tuiſſe; ex mox præſertim allatis, facil-
limè primum reſoluitur, vt ea nempè
locum ſibi vindicent, quoties in ſpe-
ciali negocio, inq; collitigantium per-
niciem reſcriptum foret, ſecus quo-
ties generaliter, atque vniuerſali id
ſanctione efficeretur, vt fuſius deſu-
per firmatum eſt.

Rurſus reſtringenda ea quoque ſunt, cū
ad quæſtiones vitandas, ac dubietates
declarandas leges feruntur; tunc ete-
nim Principes non modo poſſunt, ſed
ad pubicum bonum debent cauſarū
controuerſias, atque altercationes la-
78 tis legibus dirimere, ac reſecare; vt
egregiè obſeruauit, Caſtill. quotidian.
controuerſ. Iuris lib. 5. cap. 177. num.
38. ſub verſic. & hactenus tom. 6. &
ſequitur Larrea allegat. fiſcal. 115. nu.
52. lib. 2. & conducere huc videntur
conſumatiſſimi noſtri Conſulti Mat-
thæi de Afflict. verba in conſtit. vt de
ſucceſſ. num. 23. in fin. in ancipiti tunc
temporis quæſtione ſic inquientis, nō
eſt meum in præſentiarum determina-
re, vbi tanti patres ſunt in diſcordia,
ſed determinet REX, qui poteſtatem
habet determinandi dubia occurren-
79 tia juribus. Idque penès eundem Iu-
ſtinianum receptū obſeruamus, apud
quem cum appellationis Iudices hæ-
ſitaſſent, ſi veteribus, an nouis poſt
appellationem promulgatis legibus
Ius dicere deberent; Imperator iuxta
priora jura ferre eis judicium licere
reſcripſit, in Auth. vt cum de appella-
tion. cognoſcitur in princip. collat. 8.
Sicuti ante cum Leo, & Anthemius
Auguſti de exorta dubietate conſulti
Nepotiano Dalmatiæ militum magi-
ſtro, ambiguam interpetrantes cau-
ſam ſanciendo reſponderunt in l. non
ſine 5. C. de bonis, quæ liberis.

Quemadmodum, (quodque in hac re
maximopere pēdendum eſt) inuictiſ-
ſimus Carolus V. Cæſar de ambigui-
80 tate gratiæ ab ipſo Regni feudatarijs
in

in generalibus Comitijs impertitæ, in
cauſa ſucceſſionis ducatus Ferrandi-
næ, Conſultus a noſtro Senatu, rei hę-
ſitationem dirimens, in ſui fiſci fauo-
rem, lucidiſsimè reſcripſit, vt in *prag.*
11. de feudis, eiuſque negotij contro-
uerſiam congeſſit *D. R. Reuert. deciſ.*
351. in 1. volum... idem in cauſis Illu-
ſtrium Principum Salerni, & Sulmo-
nis prius receptum tradens eadem
deciſ. 351. in fin. hujuſque rei poſt
Vrſill. D. D. R. R. Lanar. Vrſin. & Marin.
& mentionem nos fecimus *differt*...
num. 77.

Demum, reſcripta, quæ in litibus æquo
animo non admittuntur, ea propriè
81 ſunt, quæ rei iam iudicatę impedimē-
to forent, vel eam reſcindi ſine ap-
pellationis ſuffragio iuberent, vt ex
edicto Conſtantini ad vniuerſos
prouinciales colligitur in *l. fin. C.*
vt lite pendente: vbi pęna infamiæ
quoque ſupplicantem notari Tribo-
nianum voluiſſe inquit, *Iacobus Gotho-*
fred. in l. 1. Codic. Theodoſ. de re Iudi-
cat. in comment. verſic. imò eum tom. 1.
Nàm in *l. 17. C. eod. Theodoſ. de appel-*
lation. tit. 30. lib. 11. vndè *lex illa fin.*
C. vt lite pendente trāſcripta eſt, de-
portationis, non infamiæ pęnam in-
ferendam Coſtātinus ſtatuerat; con-
cordatq; *lib. 1. C. Thedoſ. de his, qui*
per met. Iudic. non appell. tit. 34. ead.
lib. 11. vt dilucidius idem Conſtanti-
nus ad Proculum, licet non ſub eadē
pęna ſanciuerat, in *cit. l. 1. eiuſdem*
Cod. lib. 4. tit. 15. de re iudicat. his ver-
82 bis; *Impetrata reſcripta non placet*
admitti, ſi decíſa ſemel cauſa fuerint
iudiciali ſententia; quam pronocatio
nulla ſuſpendit, ſed eos qui tale reſcri-
ptum meruerint, etiam limine Iudicio-
rum expelli, quam Tribanianus tran-
ſcripſit in *l. fin C. ſententiam reſcindi*
non poſſe. Ideoque contra prolatæ
ſententiæ executionem, quæq; ritè in
judicatum tranſierit, reſcriptum non
ſuſtineri: probarunt. *Ozaſc. deciſ. 142.*
nu. 23. & 24. Roland. à Valle conſil. 38.
num. 12. volum. 2. Decian. conſil. 18. nu.
278. conſil. 47. num. 3. & conſil. 55. nu.
32. lib. 1. Cravett. conſil. 642. nu. 2. lib.
4. Adrianus Gylman. deciſ. Imper. de-
ciſ. 5. num. 41. lib. 2. Anton. Faber. in
ſuo Codic. lib. 1. tit. . *diffinit. 15. Pru-*
Kman de regalibus cap. 4. nu. 3. effect.
8. numer. 15. Grauè ad Gaill. concluſ.
58. conſiderat. 1. numer. 1. lib. 2.
cæteros congerit *Guilhelm. Anton. de*
Freundebergh. de reſcript. morator. cō-
cluſ. 28. num. 3. cum ſeq. ante eum *An-*
ton. Sola ad decret. ſuband. tit. de con-
cluſ. in cauſa part. 3. gloſſ. 3. numer. 7.
Curſat. conſil. 78. num. 7. lib. 1. Carpan.
ad ſtatut. Mediolan. cap. 158. nu. 222.
lib. 1. ex penè innumeris, *Giurba dec.*
7 num. 1. & ſeq. Laurent. Vrſell. legal.
Concluſ. concluſ. 128. num. 712. & con-
cluſ. 165. num. 70. 71. & 93. lib. 2. Ac
83 iniqua proindè reſcripta putari, qui-
bus lites iudicio iam diffinitæ iterum
ſuſcitantur; notarunt *Dionyſius Gotho-*
fred. ad l. ſingulis controuerſijs 6. lit. O.
ff. de except. rei Iudicat. Zaſius in l. Iu-
lianus, num. 9 ff. eod. Burſat. conſil. 78.
n. 7. & ſeq. lib. 1. Guilhelm. Anton. de
Freundeberg. de reſcript. morator. con-
cluſ. 28. n. 2.

Et quamuis multis modis, pro reſcripti
validitate, hanc quoque ſententiam
84 DD. cohiberi poſſe affirmarint, vt
penès *Giurbam cit. deciſ. 7. nu. 7. & 8.*
& Vrſill. loc. cit. earum tamen reſtri-
ctionem nos non egere opinamur,
cvm in hac cauſa, ante Regias haſce
iuſſiones, diffinitiua ſententia lata non
fuerit (adhuc enim ſub Iudice lis eſ-
ſet;) neque eædem ſpeciatim ad hanc
eandem cauſam datæ ſint, ſed gene-
raliter, atque ad finem vniverſalis ef-
formandæ legis ordinatæ.

Terminatè poſtmodum notandus equi-
dem quiſpiam foret, ſi tanta audacia
prędítus inueniretur, qui ex peculiari
huius cauſæ commodo, pijſſimum no-
ſtrum Regem ad generalem hanc fe-
rendam legem motum dicere non
vereretur; non modò qui vaſtiſſimo
ipſius Imperio perpenſo, tributario
eidem Monarchæ Oceano, minimam

hanc foret addere velle guttam; ve-
rum quia non niſi iuſtitiæ dumtaxat
zelus,ac litigiorum euellendorum ra-
tio, ſubiectorumque perquiſita ſem-
per vtilitas id effecere, hæc enim Re-
gios mouent animos, Reges ſibi de-
bitores conſtituunt, paternamque er-
ga ſubditos propenſionem conciliāt.
85 Moueri etenim Principes iuſtitiæ
cauſa debere,adeo vſque verum eſt;
vt in eis eandem præſumi dixerint
Iaſon communi voto, tam ab Cano-
num, quam Ciuilium legum profeſ-
ſoribus id receptum tradens in l.ſi te-
ſtamentum, num.3. C.de teſtamentis,
Peregrin.de fideicommiſſ.art.52.num.
149.Rodolfin de abſolut.princip.poteſt.
cap.6.num.203. D.R.T apia de conſti-
tut.princip.in rubric.cap.2.numer.28.
Maſtrill. de magiſtrat. lib.3.cap.7.
num.41.tom.1. Guilhelm. Anton.de
Freundeberg.de reſcript.morator.con-
cluſ.56.numer.31.Burſat.conſil.54.n.
19. volum.1.Decianus conſil.25.n.16.
volum.1.poſt Cyn. Bald. Anton.de Bu-
trio, Cardinalem Zabarell. Felin. Ab-
batem, Alex.Fulgoſ.Curtiū. Sen.Bolo-
gnet.Rain.Luc.de Penn.Guid.Pap.Af-
flict.Bertrād.Soccin.Iunior Zaſ.alioſ-
que Gabriel commun. opin. lib. 3.tit.
tit.de Iur. quaſit. non tollend.concluſ.
3. verſic.contrarium in principali, Ce-
uallos commun. controu. commun. qu.
578.num 8.Schrader.conſil.1.nu.514.
vol.1. D.Philipp.Gammarata reſponſ.
legal.11.num 41. lib. 2. debitores ip-
86 ſos iuſtitiæ eſſe, vt fusè de ſuper fir-
matum,ac compertum eſt,vt eam co-
lere,ac ſua cuique Iura ſeruare,ſum-
mum in humanis bonum in eis con-
ſtituere,affirmarint Diuus Gregor.lib.
7. Epiſtol.120. relatus in can.ſi ſeculi
12.quaſt.2.Torres lib.7.philoſoph.mo-
ral.prin.cap.2.Zabarell.conſil.27.quo-
niam, vt ait in princip. Cardinal Tu-
ſc us practic.concluſ.lit.I.concluſ.640.
numer. 2. Guilhem. Anton. de Freun-
deberg.de reſcript.morator.concluſ.49.
ſub num.91. lit.TT. D.R.Tapia lib.1.
Iuris Regni,rubric.de legibus,cap.193.
nu.5.D.R.Valenzuel.conſil.70. num.8.
lib.1. Borell.de præſtant. Regis Catho-
lici cap.84.num.13.& 14.Giurba con-
ſil.deciſ.1.num.26.Stephan.Nathen.de
Iuſtit.vulnerat.tit.2.cap.3.ſub num.3.
hæc recitans carmina.

Hoc vno olim Reges ſunt fine creati.
Dicere ius laſis iniuſtaque tollere fa-
cta.

Ac ſubiectorum demum cōmodo (pro-
prio etiam, ſi neceſſum fuerit poſtha-
87 bito) in legibus ferendis duci eos
oportere, vetus illud Romanorum
adagium edictat, Salus Populi ſuprema
lex eſto; Vndè Cicero 3. de legibus 8.
lex ſuprema conſulibus ſalus populi
eſto,illudque Claudiani panegyric. 4.
conſulat.Honorij Auguſti verſ.225.

Tu Ciuem,patremque geras, tu conſule
cun ïs,
Nec tibi, nec tua te moveant, ſed pu-
blica vota.

Plura ad idem ex noſtro jure expendit
Philip.Kipniſchild.de Iur.& priuileg.
vniuerſit.lib.1.cap.9. num.8. cum ſeq.
88 quodque noſtri explicuere; ſupre-
mos inquientes, dominos, ſubditorū,
curam,filiorum inſtar gerere, ac vti
paſtores pro grege excubare obſtrin-
gi Modeſtin.Pyſtor.conſil.9.num.10.&
11. lib.2. ex Bart. Iaſon. Natt. Boer.
Crauett.Regn.Sixtin. Martinus, Ma-
gerus de aduocatia armata,cap.16.nu.
358.antè eum nec incōditè Menochius
conſil.1283.nu.23.& ſeq. & propriè
num.31.tom.13.vndè Horat. Carmin.
lib.1, ad Auguſtum ode 2.

Hic ames dici pater, atque Princeps.

& Camerar.emblemat.22.

Excubias grus ſola gerit, pars catera
dormit,
Tuta nec inſidos ſperat ab hoſte dolos.
Grus notat hac Regem vigilantem pro
grege,qui ſi
Dormiat; incautum vaſtet ovile lu-
pus,

& emblem. 1.eentur.4.

Principe, & eſt felix, plebs vigilante
ſuo.

ac lepide Io: Lauterbuchius in delitijs

Poe-

Digitized by Google

Poetarum Germanorum lib.3.pag.940. hoc explicuit epigrammate.

Paſtor, vt adificat munit, tutatur ouile,
Paſcua quarit agris tuta, breveſque vias,
Auertit prompto nocitura pericula vultu.
Iejunos arcet fuſte pedeque lupos.
Sic pius adificat Rex propugnacula Regno:
Qua vitioſa nova, lapſaq; reſtituit,
Theſauros cumulat, claſſem parat, hoſtibus obſtat,
Cuncta Patrocinijs, & loca purgat humo,
Eſt pater, eſt Regni Rex murus Æneus omnis,
Cui populus Cura, cui Deus, atque Salus,

& paulò deſuper idem *Lauterbachius.*

Cur populi paſtor, princeps dicatur Homero
Inclitè Rex cauſam pacis amator habe.
Paſcit oues paſtor, medicuſque ſalutifer agris.
Vt cumulant omni commoditate gregem.
Vt florens creſcat, rebuſq; animiq; ſalute,
Res populo Clemens, paſtor, & eſt medicus,
Sollicitat Regem plus Regni cura, ſaluſq;
Quam vitam ingenti plena labore ſua.

Confirmatque ex eodem *Homer. Plutar. & Dion.* hoc idem *Raphael. Volaterran. in philologia lib. 30. cap. de princip. pracep. circa princip.* matura illa *Dionis* præſertim referens verba: *Hominemque ſe magis patrem, & paſtorem, quam dominum vocet.*

Ex quibus obujam itum ijs quoq; fuiſſe arbitramur, quæ vltimo loco opponebantur, vt ſi ex Regijs hiſce literis cauſam hanc iudicandam Rex ſtatuiſſet, ſibimet ipſi ius in ſua cauſa contra vetitum dixiſſet, ad *tit. Cod. ne quis in ſua cauſa Iud. vel ius ſibi dicat*, cum alijs ſupra *notatis*, ea ſiquidem dubiũ facere poſſent, ſi ſpeciatim hanc peculiarem controuerſiam inſpectarent, non autem cum generaliter ad communem omnibus legem conſtituendã editæ fuerint: eoque magis, cum ad dubietates remouendas, liteſque amputandas, iuraque antecedentia, ſicuti fortaſſis ambigua forent, enucleanda emanarint, quæ cuncta non ſolum in Principum ſuprema facultate, ſed in ipſorum rectè regendi neceſſitate, nexumq; contineri; ex iuribus, & auctoribus innumeris non in jucunde firmatum fuit *num. . . cum pluribus ſeqq.*

Sed ne incultum, id quoque pertranſeat; acceptiſſimam inquimus eſſe ſententiam, poſſe ſcilicet ſupremum
89 Principem, ad reſtrictionem tituli, *ne quis in ſua cauſa iudicet*, in ſua propria cauſa cum ſubditis ſibimet ipſi ius dicere, *l. proximè ff. de his, qua in teſcamento delentur*, ybi *Marcellus* refert Imperatorem Antoninum inter fiſcum, & priuatos ſententiam protuliſſe, proùt *Modeſtinus* itidem teſtatur in *l. qui duos 3. in fin. ff. de coniun. emancip. liber* his verbis, *ſicuti etiam Imperator Antoninus in perſonam nepotis ex filia reſcripſit*, concordat *text. in l. & hoc Titus Caſar.* ſiuè *Tiberius Caſar. 41. ff. de hered. inſtit.* apertiuſque Innocentius tertius id ſtatuit *in cap. cũ veniſſent* 12. *de judic. ſuper priuilegijs*, inquies, *Sedis Apoſtolica cauſa vertatur, nolumus de ipſis per alios judicari;* firmaruntq; poſt *gloſſ. & Abbat.* Decius *in cit. cap. cum veniſſet nu. 30. de Iudicijs, Bart. in l. vnic. C. nequis in ſua Cauſa Iudicet in princip. Bald. ibidem numer. 2. in fin.*, & ibidem ex alijs *Sebaſtianus Nevius in ſyſtem. lib. 3. Cod. tit. 5. Alex. in l. eſt receptum nu: numer. 3. ff. de Iuriſdiction. omnium Iudic. Gomez ad l. Tauri l. 40. n. 10. verſ. vndecimo, Reſtaur. Caſtald. de* Impe-

*ratore quaſt.91.numer.4.tractat.tom. 16.pag.68. & quaſt. 110. num.6.pag. 76.Belluc in ſpecul.principium, rubr. 44.numer.7.Anguianus de legibus lib. 3.controu.24.num.1. & ſeq. Vaſquius de ſucceſſ.creat.lib.3.§.26.limitat.31. num.12.& contr.illuſtr.lib.1.cap.45. numer.8.Gomez add. l.Tauri l.40.n. 10.verſic.vndecimo, Schrader.conſil. 3.num.230.Kirchovius conſil.1. num. 38.lib.2. Peregrin.de Iure fiſci lib.1. tit.2.numer.33. Trentacinquius var. reſolut.lib.2. tit.1.de Iudic.reſolut.5. num.1.Gabriel Peryera de manu Regia lib.2.cap.36.num 1. Lancellot. Conrad.in templo judicum lib.1.cap.1.§.4. verſic. decimo non inargutè numer.1. Surdus conſil.47.num.14.lib.1.Bouadill.lib.2.politic.cap.16.numer.140.& 164.tom.1.*D.*R.de Ponte deciſ.33.nu. 18.*D.*R.Tapia de Conſtit. Princip.in rubric.cap.1.num.33.Maſtrill.de magiſtrat.lib.3.cap.14. numer.8. Borell. in a'dit.ad Belluc.loc.cit.lib.6.*Augu*ſtinus Barboſ.in collectan. ad cit.cap. cum veniſſet de judicijs numer. 5. Anton. Faber in ſuo.Cod.lib.3.tit.18.diffinit.2.in alleg.ſub.numer.1.* D.*Conſ.* Carleual.*de judicijs lib.1.diſput.2.q. 7.cit.num.786.verſic.tertio,*D.*Chriſt. Creſp. de Valdaur.obſeruat.illuſtr.obſeruat.51.num.9.13.& 14. lib.1. Giballin.de vniuerſ.negotiat.lib.6. cap. 3.art.1.n.8.tom.2.*

Specialem ergo ſententiam in propria
hac cauſa mero jure pro ſua maie-
ſtate Rex noſter ritè, proferre valuiſ-
ſet; verum quia honeſtius Supremos
Principes agere, quam plures ex al e-
gatis Doctoribus aiunt, ſi Iudices de-
90 ligant qui inter ipſos Principes ſibi-
que ſubiectos pronuncient, *Anguia-
nus de legibus cit.controverſ.24.num.
1.lib.3.Surd.conſ.50. num.27. in fin.
& 28. lib.1. Belluc.in ſpecul. princip.
loc.cit.Lancellott.Conrad.loc.cit.num.
2.Tapia cit.cap.1.numer.34. Maſtril.
d.cap.4.lib.3.num.10.Carleual.& Ci-
ballin.loc.proxim.cit.ac Boreſt.de ma-
giſtr.edictis lib.2.cap.4.nu.36.& 37.*
quamvis id non ex honeſtate dum-
91 taxat, ſed ex Iuris interpretatione
moribus recipiendum ſenſerit *Iſernia
in repetit.cap.imperialem de prohibit.
feud. alienat. per Federic. numer.* 84.
quodque amplexi ſunt *Caſtill. Bona-
dill.lib.3.cap.1.nu.38. circa fin. D.R.*
Rouit.*in pragm.2.de offic.S.*R.*C.nu.1.
in fin.*

Idcirco generali id lege ſtatuere pijſſi-
mus Rex noſter maluit, quam pecu-
liari ſententia id in cauſa decernere:
92 conſuctum morem, ex auguſtiſſimis
maioribus acceptum ſequutus; quo
in cunctis vaſtiſſimæ ditionis Regnis
ſpeciales, ſelectoſque Iudices conſti-
tuit, qui inter ipſum, priuatoſque cõ-
ſtanti animo Ius dicant; vt de noſtro
Supremo Cameræ Senatu præ alijs
ad rem teſtatur, *D.R.Tapia lib. 2.Iu-
ris Regni tit.de offic.procurator.Caſar.
numer.3.4.& 5.pag.174.ex Iſern.loc.
mox.cit. D.R.Rouit.in cit.pragm.12.
num.1.verſic.tamen Reges*, & de vltra
pharum Sicilia, cæteriſque Imperij
Regnis, *Maſtrill.de Magiſtrat.cit.lib.
3.cap.4.num.12.Caſtill.Bouadill.poli-
tic.lib.2.cap.2.n.41.& cap.16.n.164.*
vt magis in eo moderationis ſplen-
deſcat honeſtas, qua potentia maje-
ſtatis, iuxta p ęclara Theodahadi Re-
93 gis verba apud *Caſſiodor.lib.10. Epi-
ſtolar. Cum poſſumus omnia, ſola nobis
licere credimus laudanda*, & Senec. in
Octauia.

Facere laus eſt, quod decet, nõ quod licet,
& in *Troade* idem Senec.

Minimum decet libere, cui multũ licet,
& Clebol. lindij penès *Auſon. ſept. ſa-
pient. num.229.*

Quanto plus licet, libeat minus.

ac Claudiani monitum ad *Honorium
Auguſtum, loc. deſuper allegato.*

*Nec tibi, quod liceat, ſed quid feciſſe
decebit
Occurrat, menteque donet reſpectus
honeſti.*

Facitque *Ciceronis* animaduerſio
ad Iudices *in Oration. pro Roſc. veſtri
Conſilij, veſtraq; Sapientiæ eſt ſpectare
quid*

Digitized by Google

quid deceat vos, non quantum liceat vobis, ac *Tacit. lib. 4. annal. malus eſt, qui ex magna fortuna prater licentiã vſurpat, nihil*, & proprius *Pittacus Mityleneus* ex Grçcis ſapientibus, inquiebat,

Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris. vt penès *Auſon. ſeptem ſapientem in eod. pitt.* vt *Elias Vinetus ibidem* notaverit *ſub n. 231.*

Quod alijs praſcripſeris ipſe ſeruato. & procerto *digna vox* hiſpani illius Cæſaris Theodoſij fuit *Majeſtate Re-*
94 *gnantis, alligatum ſe principem proferri, cum reuera majus Imperio ſit ſummittere legibus principatum, quam leges poſternere principatu, l. digna vox 4. C. de legibus*, qua de re Symmachus lib. 10. epiſtol. 54. inquiebat, *Amari, coli, diligi, maius imperio eſt*; & optimus quoque Princeps Alexander Imperator in *l. ex imperfecto 3. C. de teſtamentis, licet enim* aiebat *lex Imperij ſolemnibus Iuris Imperatorum*
95 *ſoluerit, nil tamen proprium Imperij eſt, quam legibus vivere*, & Paulus *lib. 5. ſententiar. lib. 23.* vt in *l. ex Imperfecto 23. ff. de legatis 3. Decet etenim* reſpondit, *tãta maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur*; quodque Iuſtinianus non præterijt in §. *fin. quibus modis teſtamenta infirmentur*, ibi, *ſecundum hac Diui Seuerus, & Antoninus ſæpiſſimè reſcripſerunt, licet enim inquiunt legibus ſoliti ſumus; attamen legibus vivimus.* Bias, quem refert *Cælius Rhodigin. lib. 5. antiq. lection. cap. 1.* eum verè Principem opinatur; qui patrijs legibus, Inſtitutiſque ſubiecerit ſe primus, & Athalarius Rex *penès Caſſiodor. lib. 9. in edict. Athalaric. ſummis enim* inquiebat *principibus Iuris communione, vtendum eſt.* Ita vt teſte *Rhodigin. loc. mox cit. circ. princip.* inter Ciues videatur eſſe Cõcivis, qua de re quod Theodoſio, & Valentiano itidem placuit in *l. fin. C. Theodoſ. de appellat.* his verbis, *ſalva enim noſtra reuerentia Majeſtatis ius nobis eum priuatis non dedignamur eſſe commune* præclareque Hiſpano quoque Cæſari Trajano gloriç datum fuit, quod legibus, quas nemo principi ſcripſit, ipſe tamen in roſtris ſpontè ſe ſubiecerit, conſulatumque abiturus ſe ſe nihil contra leges feciſſe iureiurando affirmauerit: penès *Plinium in Panegir. ad eundem Trajan.* vnde Plinius ipſe hæc illi ſuperaddere veritus non fuit, *Non eſt Princeps ſupra leges, ſed leges ſupra Principem; idemque Cæſari conſuli, quod cæteris non licet. Iurat in leges, attendentibus Dijs: Nam cui magis, quàm Cæſari attendant? Iurat obſeruantibus ijs, quibus idem iurandum eſt: non ignarus alioquin, nemini religioſius quod iudicauerit cuſtodiẽdũ, quàm cuius maximè intereſt non peierari*; & *Iacobus Sannazarius* concivis noſter præclariſſimus *in epigram. ad Federicum Regem*, ſic cæcinit.

Publica nimirum ſalus, tunc tibi conſtat, & æquum
Imperium, cum Rex, quod iubet, ipſe facit.

Quadere decantatum illud eſt Zaleuci Locrenſium legiſlatoris exemplũ, penès *Ælian. 2. var. & Cic. lib. 2. de legibus*, qui cum in adulteros legem tuliſſet; vt in flagitio comprehenſi vtroque priuarentur oculo, ac filius, in id primus incidiſſet, eumque ad præſcriptam pœnam Zaleucus damnaſſet, toti Ciuitati indulgentiam filio efflagitanti, eo inſigni facinore pœnam, fuit poſtmodum moderatus filio vnum, ſibi alterum oculum effodiens, atque ita, & legi à ſe conſtitutæ ſatisfecit, & paterna clementia illius rigorem temperauit; prout laudandum quoque (& ſi imitandum aſſerere non audemus) Charondæ factum putamus (quod eidem Zaleuco Coraſ. & Amaya infra laudandi, ſed non rectè adſcripſere) qui cum lege cauiſſet, ne armatus quis in concionẽ veniret ipſeque, interiecto tempore èlonginquo veniens rure gladio ac-

cin-

Digitized by Google

cinctus concionem oppetijſſet, conclamaſſetq; propterea, ſivè Zelotes, ſivè imprudens quidam, legem ſoluit Zaleucus non ſoluturum, ſed corroboraturum à ſe latam legem pronunciavit, moxque gladio proinde ſe transfodit, quæ transgredienti ſanciebatur pœna. *Valer. maximus loc. mox. cit.* ac digniſſima tandem, proùt pijſſima Auſtriaci, & Auguſtiſsimi Ferdinãdi vox fuit, hocce diſticon à *Matth. Barbonio* expreſſa *in delitijs poetar. germanor. lib. 1. pag. 690.*

Aut ſit iuſtitia, quæ debet plena poteſtas,
Aut pereat vaſti machina tanta Soli;

Plura congerunt non mediocri eruditione referta *Ioan. Coraſius, Miſcell. Iuriſ. lib. 2. cap. 25. n. 2. & 3. Petr. Gregor. de republic. lib. 9. de poteſt. Reg. cap. 1. numer. 1. & ſeq. Ramirez de ſuprema Principis poteſtate, §. 23. nu. 12. cum ſeq. Ianus Langleus in ocio ſemeſtr. lib. 7. cap. 17. verſic. tamenſi. Quintilianus Mandoſ. in Regul. 29. Cancellar. quæſt. 2. num. 5. Giurba* alios congerens *conſil. crimin. 1. num. 34. Guilhelm. Anton. de Freundeberg. cit. concluſ. 49. num. 116. Amaya obſer. lib. 1. cap. 1. numer. 91. cum ſeq. Henningius Arniſeus de Iure Maieſtat. lib. 1. cap. 3. numer. 7. verſic. ſed tamen, & num. 8. & ſeq. Iacobus Gothofred. in cit. l. fin. Cod. Theodoſ. de appellat. lib. 11. tit. 30. tom. 4. Dioden. Tulden. Cod. lib. 1. tit. 14. de legibus ſub n. 5.*

Vt ex his, quæ de improbanda abſoluta in principibus poteſtate excitata ſuperius ſunt extra rem dicta eſſe videantur, cum nec nos quidem abnuamus, abſit namque, vt nos ſine iuſtiſſima, probataque legibus cauſa, abſolutæ poteſtatis Imperium concederemus; non etenim ignoramus Principes, qui à Deo O. M. Regna accepere, inique agere, etiam ex abſoluta poteſtate, non poſſe; cum in
96 peccãdo poteſtas poſita non ſit, *Can. non nos 40. diſtinct. Can. facit 22. q. 2. Capyc. deciſ. 166. num. 12. Marta de Iuriſdiction par. 4. centur. 2. caſ. 195. num. 17. Daus de teſtament. in explication. l. 3. §. ex Imperfecto. C. de teſtament. in gloſſ. lit. D. pag 544 D. Conſil. de Anna conſil. 62. numer. 26. lib. 1.* ex innumeris *Giurba d. conſil. deciſ. 1. ſub num. 36.* eam ſiquidem infirmitatem
97 potius, quam auctoritatem, tempeſtatem magis, quam poteſtatem, doctiſſimos, integerrimoſque Conſultos exiſtimaſſe, vt iuſtiſſimè fatentur, *Covarruuias* nempè *Zaſ. Menoch. Fachin. alioſque* ſupra relatos *num.* . . quibus addimus *Alciat. reſponſ. 208. incipient. concurro numer. 8. Arium Pinellum de reſcindend. vendit. cap. 2. num. 24. cum ſeq. D. R. Tapia de poteſtat. Princip. in rubric. cap. 1. num. 77. & 78. Ferdinand. Mendozz. de pactis lib. 1. cap. 5. quæſt. 2. numer. 35. & ſeq. Ramirez de Suprem. princip. poteſtat. §. 23. num. 3. Sarmient. ſelect. quæſtionum lib. 1. cap. 8. numer. 20. Mattienz. lib. 5. noua recopilat. tit. 10. lib. 3. gloſ. 12. nu. 3. Vaſquius controuerſ. illuſtr. cap. 5. num. 15. verſic. ſed in hac, & n. 17. Morla in empor. Iuris rubric. de legibus tit. 1. num. 7. Pereyra de Brachio Regio lib. 1. cap. 6. num. 12. Sanchez de matrimonio lib. 2. diſput. 15. num. 3. tom. 1. Seſe de inhibition. cap. 4. §. 3. num. 13. Antonius Faber Iuriſprudent. Papinian. tit. 2. de Iur. naturali gentium, & Ciuili princip. 8. confutat. 2. pag. 78. Petrus Gregor. de republic. lib. 2. cap. 20. nu. 57. Caſtill. Bouadill. politic. lib. 5. cap. 5. num. 11. tom. 2. Rodolphin. de abſolut. princip. poteſtat. cap. 6. nu. 16. cum ſeq. Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. de priuilegijs nu. 114. Topius de Principis poteſtate §. 6. num. 2. D. R. Valenzuel. conſil. 69. nu. 132. D. Conſil. Paſcal. de viribus patria poteſtat. par. 1. numer. 94. Teſaur. deciſ. 91. numer. 1. Gabedo deciſ. 12. nu. 9. par. 1. Amat. deciſ. 8. numer. 6. & 8. Giurba conſil. deciſ. 1. numer. 37. Guilhelm. Anton. de Freundeberg. cit. concluſ. 49. de reſcript. morator. ſub num. 116. lit. H. cum num. ſeq. D. Franciſcus*

Ama-

Digitized by Google

Amaya obſeruation. Iuris lib.1. cap.1.
num.46.47.& 48. Io: à Chokier in Te-
ſaur.polit.lib.2.cap.2.præſertim in no-
tic.Maſſimill. Fauſt.in conſil.pro Ærar.
claſs.12.conſil. 3.Ordinat.895. verſ.
ſic veriſſimum D.Larrea allegat.fiſcal.
115. nu.13. lib.2. Dominic. Arumeus
de Comitijs cap.4.n.20.in princip. Gi-
ballin.de vniuerſ.negotiat.lib.6.de ob-
ligat.ex delict.aut quaſi,cap.2.art.3.
num.21.tom.2.

Dogmata etenim illa, quibus ea ſenten-
tia priora eius fundamenta jeciſſe vi-
detur.

Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro ratione vo-
luntas,

vt *Iuvenalis Satyr. 6. ſi libet licet an-*
98 *neſcis te Imperatorem eſſe, & leges da-*
re, non accipere, vt apud *Elivm. Spar-*
tianum in Antonin.Caracall. *Impera-*
tori omnia, & in omnes licere, vt Sue-
ton.in Caligol.n.29.in ſumma fortuna
id equius.quod validius, Tacit.annal.
lib.15. hiſque ſimilia, impudicarum
Semiramidis, & Iuliæ, Caij, Caligolæ,
Neronis, Claudij, aliorumque Scele-
ſtiſſimorum Principum, damnataſque
voces fuiſſe, à quibus rectos, claroſq;
Principes abhorrere, & conſilio, &
opere debere, ſacri profanique Au-
ctoros monuere, vt colligere præſer-
tim lubet, penès *Arium Pinellum, Pe-*
trum, Gregor. Ian: Langleum, Ra-
mirez, Giurbam, & Amaya loc. cit.
quæque longè procul à pijſſimis,
ac Cattolicis noſtris Regibus diſtare
99 comperiuntur, quorum erga ſubdi-
tos, potiſſimum iuſtitia, clementia, ac
munificentia, toto terrarum orbe ni-
tidiſſimè præfulgent, quique abſque
iactantiæ nota cum *Caſſiodor. variar.*
lib.1.Epiſtol.12. dicere poſſunt, *quam-*
quam poteſtati noſtra Deo fauente ſub-
iaceat omne, quod volumus, volunta-
tem noſtram de ratione metimur, vt il-
lud magis eſtimetur elegiſſe, quod cun-
ctos dignum eſt approbare, ſitque hu-
iuſmet rei ſpecimen, & non ignobi-
le, hoc argumentum; Cum etenim
poſt tot temporis curricula ſpeciatim
Rex noſter, ac peculiari diplomate
jubere id poſſet, non niſi generaliter,
ac vniverſali lege; vt inquiebamus,
ſtatuere elegit, Italiæ Supremi quoq;
100 Senatus, vbi conſultiſſimi viri pru-
dentiæque conſident primates, matu-
ra deliberatione, ſapientique conſilio
adhibito, quod maximopere in re-
101 ſcripis pendendum eſſe, ex *l. hu-*
manum 8 C. de legibus, l. præcipimus
32.C.de appellat. dixerunt *Bald. ibidē*
num.1. Andreas de Iſern.in cap.1.nu.
42. verſic. ſed ex quo: quæ ſit prima
cauſa benefic.amittend. & in cap.1.nu.
16. qui ſuccedere teneantur, ibique
Afflict.num.27. Capyc.dec.166. nu.7.
Rolandus à Valle conſil.142. n.21. per
bellè D.Præſes Morotius conſil 15.nu.
& ſeq. D.R Merlin.controuerſ.forenſ.
cap.70 num 8 centur.2. Cyriac. contr.
forenſ cap.182.n.17.volum.1. D.Phi-
lipp.Cammarat.reſponſ.legal.11.n.42.
lib.2. commendavitque ſimilem ſcri-
bendi modum egregiè *Cujac. incom-*
commentar. ad l.fin.ff.de Iur.fiſci tom.
2.pag.1593. lit.D. probatque ex alijs
Arrumeus de Comitijs cap.1.nu.2. &
ſeq. quodque ex *Ariſtot. in politicis*
Collegit *Volaterranus*, qui ex omni
republica monarchiam probaſſe vi-
ſus fuit adhibito ſenatu, *In Philologia*
cit. lib.30. de princip. præcept. verſic.
Ariſtoteles, plura congerit erudite ex
Ælio Spart. Sueton. Budæo. Caſſiodor.
Valer. Maxim. alijſque *Petr. Gregor.*
Syntagm.iur.p.3.lib.47.cap.28. eumq;
ſequuntur *Maſtr.de Magiſtr. lib.5.cap.*
7.n.7. & ſeq. D.R.Tapia de præſtant.
Cance .c.19. num.3.

Quamobrem aduerſus apertiſſimam
hanc legem, quando cætera deeſſent,
ex moderata ſaltim per eam, & coar-
102 ctata iuriſdicendi facultate noſtros
Iudices pronunciare non poſſe, tradi-
diſſe videntur, *Bart.in l.fin.ſub nu.1.*
verſic. item oportet. C.de Canon. fru-
mant. vrbis Romæ. Alex. in l.gallus.
§.& quid ſi tantum n.20.in fin.verſic.
mouetur, ff.de liberis, & poſthum.Car-
dinal. Pariſ.conſil.1.num.38.lib.4.D.

Lar-

Digitized by Google

Larrea allegat. fiſcal. 22. numer. 45. lib. 1.

Sed magis ad rem cernimus facere acutiſſimi *Decij* auctoritatem, qui à fortiori tradidit, vt ſi Ptinceps, ſiuè ex
103 peculiari reſcripto, ſiuè ex lata ſentẽtia, aliquid decernit, ea tamen mẽte, vt legis robur habeat, iuxta illud, ab omnibus ius dicentibus in poſterũ etiam ex vi legis ſit neceſſario iudicandum, in *cit. rubric. de reſcript. nu. 9. & 10.* his aureis verbis, *& retenta concluſione ſupradicta, quod reſcriptũ, vel ſententia Principis habeat vim legis, infertur, quod alij ad exemplum Principis debeant iudicare, & limitatur regula, quæ dicit non eſſe exemplis Iudicandum. l. nemo, Cod. de ſententijs, vt non habeat locum in Principe, vt notatur in cap. in cauſis de re iudicat. ſed melius dici poteſt, quod ex quo apparet de mente Principis, quod voluerit reſcriptum, vel ſententiam eius haberi pro lege in effectu iudicatur lege, & non exemplis* ſimpliciter Decium ſequitur *Nevizzan. in Silv. nuptial. lib. 5. nu. 62. in princip.* ante Decium id idem probarunt *gloſſ. in Can. fin. 20. diſtinct. verb. tunc enim, Abbas in cap. afferte, n. 1. in princip. de præſump. annot. ad Io: Andream in eodem cap. afferte lit. R. Bald. in d. l. nemo, nu. 2. C. de ſentent. & interlocut. omnium Iudicum Zaſius in rubric. de except. ſub n. 6.* ſequuntur ex alijs *Alphonſus Hojeda de Mendozza, de officior. incompatibilitat. par. 2. cap. 1. n. 37. Vivius decíſ. 91. n. 2. lib. 1. Herman. Vulteius conſ. 29. n. 128. volum. 2.*

Ac demum, vt manifeſtum fiat potentiſſimum noſtrũ, legislatorem, eiuſdem ſanctionis firmitudinem, atq; exequutionem in cunctis huiuſmodi quęſtionibus inuiolatè, atque integrè, cuſtodiendas demandaſſe, ſecundam inducimus iuſſionem ſuperius quoque tranſcriptam, quam poſt Regias has literas Regni Proregi, eiuſque Collaterali Conſilio tranſmiſſas, noſtro quoque Senatui pro ipſiuſmet legis obſeruatione reſcripſit, quæ ob geminationis proindè vim, ampliorem regalis animi deliberationem enixamq;
104 illius voluntatem euidenter oſtendit, ad *text. in l. baliſta 32. ff. ad Senat. Conſu. t. trebell.* Id quod variè noſtri
105 exornarunt, poſt *Bart. Bald. Felin. aliosq; Ruin. conſil. 111. n. 19. lib. 5. Ozaſc. decíſ. 38. n. 16. Seſe decíſ. Aragon. 182. n. 14. lib. 2. D. Preſes de Franch. decíſ. 624. n. 3. Rota Romana penès Farinac. decíſ. 686. nu. 2. p. 2. Anneus Robert. rerũ Iudicatar. lib. 4. cap. 4. circ. princip. pag. 250. Epiſcop. Ricc. collect. decíſ. 2595. in princip. Graſſ. de except. except. 14. n. 28. & ſeq. Grtian. diſcept. forenſ. cap. 651. n. 6. cap. 737. nu. 4. cap. 834. n. 7. & cap. 967. num. 27. Barboſ. axiom. 105. nu. 1. & ſeq. Iacobus Spiedel. ſyllog. quaſtionum, verb. geminatio*
106 *circ. princip.* & in ſpecie ſummæ ſanè efficaciæ in reſcriptis geminationẽ ipſum eſtimandam dixere *Gramatic. decíſ. 66. nu. 56. Ruin. loc. cit. D. R. Tapia in rubric. de conſtitut. princip. cap. 2. nu. 16. Epiſc. Ricc. cit. collect. 2495. verſic. amplia, Barboſ. cit. axiom. 105. nu. 17.*

Quæ cum ità ſint, id quod ſubditis præſcriptum eſt, vt eos tanquam paſtor, regere, cuſtodireque Princeps alligetur, idẽ hac quoque ſeruanda lege ex iuſto Imperii præcepto, vtique decer-
107 nendũ cenſemus, cum pro grege, & & pro lege æqualiter bonus Princeps vrgeatur, vt *Albertus Fridericus multemannus in delitijs poetar. german. to. 4. pag. 504.* his carminibus expreſſit.

Quæ Rex legitimè defendat ſunt duo, lex, grex.
Pro grege, pro lege, Rex bonus arma capit
Is numeros implet laudati principis nomen;
Qui pro lege ciet, prelia proque grege.

Qua de re Alphonſum Hiſpaniarum Regem huius nominis Decimum Romanorum Imperatorem electum hoc
108 dilẽmate vſum *Octavius ſtrada in*

ſym-

*ſymbol.Reg.pag.27.*teſtatur *pro lege, & pro gregè.*

Nec obumbrari hæc equidem poterunt nouiſſima oppoſitione, quam feciſſe aduerſarios circumfertur, vt licèt Regia hæc ſanctio ſecundùm feudales leges officiorum materiam iudicandam edictet, quibus tamen Iuribus, an communibus ſcilicet conſuetudinibus, an Regni Conſtitutionibus non aperiat, ac proindè iterum controuerſiæ in præcedentibus diſertè locus fiat, an ſecundùm feudales cõmunes, videlicet, vſus, an verò iuxta Regni jura, ea diffinienda ſit.

Namque triplicitèr reſpondere juvabit, & primùm id non eſſe ex litera fortaſſis contra Regias has literas arguere, ſed ipſarum, & literam, & ſenſum corrumpere; cum nil accuratius in regiis juſſibus conſtitutum appareat, quàm vt officiorum commercium, ac diſpoſitio iuxtà cætera nobilia feuda regulentur, quæ noſtris Conſtitutionibus, ac juribus judicari non ambigitur. Iubentis igitur mens, ipſiuſque poteſtas tali interpretamento penitùs eliderē-
109 tur, contra *text. in l.ſcire leges 17. l.contra 29.ff.de legibu cum ſimilibus egregie à D.Caramuel.adductos in Theolog.moral.fundam. tom.1 fundam.38. clau.3,n.926.*

Reſpondetur ſecundò, ſatis ſuperque firmatum extitiſſe, noſtris patrijs conſtitutionibus, juribuſque tantummodò, non autem communibus, ſiuè alienis iuribus cunctos officiorum euctus diffiniendos eſſe *differt.33.n.43. cum ſeq.& propriè à nu.44.vſq;ad num.78.* ea præſertim, atque efficaci ratione, quia Regni Conſtitutiones, noſtrum commune ius exiſtimandum cenſue-
110 runt, *Andr. Afflict.Gramat.Cannet Ioanne Vincent.de Anna, Dom.Præſes de Franch. D.Conſil.de Giorg.D.R.Rouit.D.Præſes Amat.D.Præſidens S. Cõſilij Vrſin. D. R.Marcian. alijq;per nos relati cit. differt.33.n.70.* quibus adjũgimus *D Io: Antonium ab Eccleſia in obſeruat.forenſ.obſeruat.2.nu.2. & ſeq.*
111 *vſq;ad n.5.* quo loci generaliter inquit, legem omnem à Rege ſuperiorẽ non agnoſcentem conditam in illius ditione commune ius ſubditis efficere, ex *gloſſ. Iaſone, Abbat. & Gramatic. loc.cit,*

Tertiò reſpondetur iuſtiſſimè nos dixiſſe Dominos aduerſarios, non modò Regij reſcripti ſenſũ, ſed verba quoq;
112 hoc argumento deſtruere affectaſſe, contra *Vlpiani* præceptum inquientis: *verbum ex legibus ſic accipiendum eſt, tamen legum ſententia, quam ex verbis, vt in l.nominis 6. §.1. ff. de verbor.ſignificatione*, cum manifeſtiſſimis verbis ſecundùm Regni Conſtitutiones, ac Pragmaticas ſanctiones, officiorum diſpoſitiones, ac deuolutiones eſſe terminandas, legislator reſcripſerit, ibi: *y aſſi miſmo, que quedan ſalvas, y eleſas las raçones de mi Regio fiſco, en las cauſas de deuoluciones, ò por cauſa de delito, ò por falta de legitimos ſuçeſſores, por quanto en caſo de faltar los decientientes de dichos conceſſionarios, y aun los ſubçeſſores de la linea trãſuerſal, que eſtan llamados a la ſuceſion de los bienes feudales, aſſi por diſpoſicion de las cõſtituciones, pragmatica, y Capitulo de eſte Reyno, como de las gracias por mi, y por mi ſereniſſimos Predeceſſores concedidas dovran dichos offiçios devolver a mi Corona, &c.*

Ecce igitur, quàm explicitis, apertiſque verbis, nec obſcura, ſed lata oratione id expreſſum cernitur, quando in le-
113 gibus, reſcriptiſuè, ne ſyllabam quidem inutilem, vel vacuam eſſe oportet, *gloſſ.in cap.ſolita verſic.tanquam de maiorit. & obedient. poſt Quintilian.Mandoſ.alioſq; Gonzales ad regulam 8.Cancellar.gloſ.22.nu.5. D.Caramuel.in Theolog.fundament. tom.2. fundam.53.ſect.2. modo 1.ſub numer.* 1490.

Obiectorum iàm nebulis effugatis, ac re in portum euecta, vaſtoque ex pelago iuſtitia ſubducta, veſtrum nunc erit ſapientiſſimi patres, vt fiſco denique officiorum deuolutionem pronuncie-

tis, ſiue ex nitidiſſimo, quod in Cauſa is,iure fouet;ſiuè demum ex Regij reſcripti,latæque in eo legis auctoritate; aut conſueto obſequio omnimodò vobis parendum,aut citra dubietatem omnem, ſecundùm eam dumtaxat ſupereſt ius dicendum V. Idus Ianuarij M,D.CLXVIII.

Cum ea,quæ pro vberiori Ærarij cautione in hac cauſa diſſeruimus, ſuperioribus nẽpè diſſertationibus 37.& 38.*D.Regio Conſil.Antonio Florillo fiſci in præſentiarum patrono innotuiſſent,iura à D.Didaco de Bernaudo ſæpiſſimè nobis (vt ibidem aſſeruimus) oblata,ſibi ex publico documento cedi curauit,quibus innixus omni equidem ex parte,& is,pariter fiſci cauſam agnoſcens tutiſſimam, prò officiorum addictione ſolerter, ac iuſtiſſimè noſtram inſtaurauit inſtantiam III. Kalendas Februarij M.D.CLXXI.*

F I N I S.

I N.

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS RERVM MEMORABILIVM
VNIVERSO HOC OPERE CONTENTARVM

Alphabetico ordine conſcriptus, concinnaque ſerie diſpoſitus opera, ac ſtudio

I.C. D. IANVARII DE PHILIPPO

Marchionis Miani, Caſtrique Mianellæ à Catholica Maieſtate electi Iudicis M. C. V. Auctoris filij.

Ab inteſtato

AB inteſtato decedens legitimos ſucceſſores ſecundùm ſubiectam materiam ſibi nominaſſe præſumitur. D.23. nu.3.pag.325.

... Succedentes. Vide in verbo ſuccedentes ab inteſtato.

... Venientes. Vide in verbo venientes.

Acceptatio

Acceptatio per Scripturæ, vel Epiſtolæ retentionem faciliimè inducitur D.10.n. 6.p.153.

... An cuiuſuis inſtrumenti, Scripturaue receptione inferatur nu.7.

... quid ſi Scriptura recipientis cōtineat fauorem nu. 8.

... In donatione adhuc expoſceretur, & ſi ex ſtatuto alteri per alterum obligationem acquiri poſſe ſanciretur num. 54. p.164.

... In cūctis humanis actibus exquiritur, à duorum tamen conſenſu depēdentibus num.55.

Acceſſorium

Acceſſorium naturam principalis ſequitur D.13.nu.35.p.211.

Accidens

Accidens nō poteſt eſſe ſine ſubiecto D.18. nu.47.p.272.

... poteſt tamen miraculosè nu.48.

... Accedit ſubiecto, vti actui ſubſtantiato nu.49.

... Tollitur ſubiecto ſublato nu.50.

Actiones

Actiones ex delicto ortū habentes Rei morte regulariter extinguuntur D.16.n.3. p.246.

... An extinguantur, quæ aduersùs aliquem pro alterius delicto conceduntur nu.4.p.247.

